Joachim et Anna conjuges erant qui, per omnem sane diuturnam vitam justissimi, custodiendæ legis studiosi, illam diligebant sapientiam, quæ et mores C egregie effingit, ac domum pacificam atque dissidiis inaccessam servat. Valde autem conspicui erant tum hisce de causis, tum etiam quod semper præsto illis esset, quod iis distribuerint, qui facultatum suarum ope indigerent; nam et ingentibus affluebant divitiis. Unde cum pro se tantummodo munera Domino cæteri quique offerrent, hi præ divitiarum copia, imo potius præ animi liberalitate et charitate in gentiles suos, tam pro se quam pro universo populo duplicatam exhibebant oblationem. Quocirca inter primores præstantissimæ illius tribus Judæ insignes censebantur.

Τούτοις οὖν γάμου μὲν ἦν ἐπιπολὺ κοινωνία, παιδὸς δ' εὐκληρία προσῆν οὐδαμοῦ· τοῦτο δὲ λίαν ἀνιαρὸν ἐδόκει, καὶ πλῆττον οὐ μικρὰ τὴν καρδίαν· καΐ ποτε γοῦν, τῆς μεγίστης παρ' ἐκείνοις ἑορτῆς ἐπιστάσης, τὰς ἐν ἱερῷ κατὰ τὸ εἰωθὸς ἐκόμιζον D προσφοράς· ὁ δὲ τῆς ἱερατείας τότε Ῥουβὶμ πρὸς λειτουργίαν τελῶν οὔτε λαμβάνει τὰ δῶρα, καὶ ὀνεί-

Hi itaque, quanquam connubii jure jamdiu conjuncti, prolis tamen solatio prorsus destituebantur, quod quidem valde grave videbatur, eorumque corda haud modica tristitia afficiebat. Atque inde etiam aliquando contigit, ut cum celeberrima festivitas apud illos ageretur, atque oblationes de more ad templum afferrentur, Rubim quidam (18), qui

[17] Luc. I, 18, 19.

Ant. Ballerini notæ.

(16) Habac, III, 13. Utrum Isidorus τὸ ἐλήλυθας quod a LXX abest, ideo addiderit, quod ita in Codice legeret, incertum; quod vero scripserit χριστούς σου, conjici potest ita eum legisse, cum et Alexandrinus codex ita habeat.

(17) Vide constsntem inter genus humanum lapsum ac Deiparam antithesim, ut hæc cen vita et lux aliis etiam dein communicanda exhibeatur, illud vero in tenebris et in umbra mortis sedens cernatur.

(18) Isidorus, ut videtur, *Rubim* seu *Ruben* existimavit nomen proprium sacerdotis, dum alii

tunc sacerdotali munere fungebatur, non modo præclarissimorum conjugum dona non acciperet, sed præterea acerbis eos conviciis impeteret. *Vobis* inquit, *fas non est munera Deo offerre, quoniam semen in Israel non fecistis.*

Pupugit hoc dicterium sanctos illos conjuges, magnumque ingessit luctum, adeo ut orbitatem suam, mœsta ex imo corde suspiria trahentes, acerbe plorarent.

XI. Cæterum,quod tanta exornatis sanctimonia pronum erat,ad Deum qui *potens est filios de lapidibus suscitare* [18], (ambo) confugiunt,animo secum ipsi recolentes, quomodo Sara illa et Rebecca, et Manue uxor,ac plures aliæ post diuturnam sterilitatem prolem dein per preces obtinuerint. Communi igitur voto præclari conjuges,invicem consilium sibi præbentes,uxor viro suadet non quidem ad aliquid præter Dei voluntatem moliendum,quemadmodum Eva conjugem suum simul ac parentem (19), aut sicut Jezabel ad sacrificandum Astartæ impulit Achaz, sed ut reputet, unum Deum ipsum esse, qui a calamitate possit eripere, atque inde spem foveat, eam sibi prolem concedendam, quæ gaudium non ipsis modo,sed et plurimis aliis afferat. Eadem autem et viro invicem suadenti prompte obsebuta est Anna, non secus ac e domo soceri abeuntem Jacobum Rachel illa et Lia secutæ sunt. Atque ita communi sententia (20), sponsione insuper adjecta,se munus Deo dedicaturos prolem quam suscepissent, invicem digressi, cum quadraginta solidos dies in lacrymis,et jejunio, et jugibns precibus transegissent, uterque seorsim per Dei angelum nuntium accipit tabulæ a Deo scribendæ (21), tabulæ illius scilicet, quæ longe nobilior fuit Mosaicis tabulis ; quas utique et ipsas sculpsit æqualis dierum numerus ac simul mons, quemadmodum hic quoque Joachim orantem mons recondit. Sed et locus, qui Annæ precum testis fuit, sedi, in qua versabatur prima parens, respondebat ; erat enimhic quoque hortus,quanquam haud similis decerptus fructus fuerit. Illic enim enata maledictio ; novum autem Annæ viridarium lætitiam protulit.

XII. Cum itaque justi conjuges istis obsecrationibus, ut dictum est, perseveranter insisterent,

δεσι βάλλει πικροῖς τὴν λαμπρὰν ξυνωρίδα, Οὐκ ἔξεστι, λέγων, ὑμῖν δῶρα θεῷ προσενεγκεῖν, καθότι ἐν τῷ Ἰσραὴλ σπέρμα οὐκ ἐποιήσατε.

Ἀάνει τοῦτο τὸ ῥῆμα τὴν δικαίαν συζυλίαν ἐκείνην, καὶ ὀδυρμοῦ τίθησι πλήρεις, καὶ στεναγμὸν ἐκ βάθους βαρὺν παρεσκεύασεν ἀφιέναι, τὴν ἀπαιδίαν γοερῶς ὀλοφυρομένους.

ΙΑ'. Ἀλλ' ὅ τι καίοις καὶ τηλικούτοις προσῆκε, πρὸς τὸν δυνάμενον ἐκ λίθων ἐγεῖραι τέκνα καταφεύγουσι Θεὸν, Σάῤῥας ἐκείνης, καὶ Ῥεβέκκα, καὶ τῆς τοῦ Μανωὲ γυναικὸς, καὶ πολλῶν ἄλλων ἐπιμνησθέντες, ὅπως γονῆς δι' εὐχῆς ἔτυχον ἐξ ἀκάρπου γαστρός. Ἱαρ' ἀλλήλων τοίνυν ἡ καγὴ ξυνωρὶς ἀλλήλοις βουλὴν παρασχόντες, πείθει μὲν ἡ γυνὴ τὸν ἄνδρα μὴ παρὰ γνώμην τι καινοτομῆσαι Θεοῦ, καθάπερ Εὔα τὸν σύνευνον ὁμοῦ καὶ πατέρα ἐκεῖνον, ἢ ὡς Ἰεζάβελ θύειν τῇ Ἀστέρτῃ τὸν Ἀχάβ, ἀλλὰ Θεὸν μόνον τοῦ πάθους ῥύστην νομίσαι, κἀκεῖθεν ἐλπίσαι χαρὰς αἰτίαν γονὴν, οὐκ αὐτοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλοις πλείστοις δοθῆναι· τὰ δ' αὐτὰ συνεισενεγκόντι καὶ τῷ ἀνδρὶ ἠκολούθησε προθύμως ἡ Ἄννα, καθάπερ τῷ Ἰακὼβ Ῥαχὴλ ἐκείνη καὶ Λεία, τῆς οἰκίας ἀπαίροντι κθδεστοῦ· οὕτω τοίνυν συμψηφισάμενοι, καὶ τὸ τεχθησόμενον δοτὸν Θεῷ ποιήσειν ἐπαγγειλάμενοι, ἀποστάντες ἀλλήλων, καὶ τεσσαράκοντα ὅλας ἡμέρας διηνυκότες ἐν ὄάκρυσι καὶ νηστείᾳ, καὶ συντόνῳ δεήσει, ἐκάνερος ἰδίᾳ παρὰ θείου ἀγγέλου τὴν τῆς θεογράφου πλακὸς δέχονται ἀγγελίαν, πλακὸς ἐκείνης μακρῷ τῶν Μωσάως ὑψηλοτέρας πλακῶν· ἃς δὴ κἀκείνας ἴσος ἐλάξευσεν ἡμερῶν ἀριθμὸς, ἔτι δὲ καὶ ὄρος, ὡς ἄρα κάνταῦθα καὶ τὸν Ἰωακεὶμ ὄρος εἶχεν εὐχόμενον. Ἀλλὰ δὴ καὶ ὁ τόπος ὃς Ἄννης εἶδεν εὐχὰς, τῷ τῆς προμήτορος παραπλήσιον ἦν· παράδεισος γὰρ καὶ ὧδε, εἰ καὶ μὴ κατέλληλος ἐτρυγήθη καρπός· ἐκεῖ μὲν γὰρ κατάρα, χαρὰν δὲ ὁ νέος τῆς Ἀννῆς ἀνῆκε λειμών.

ΙΒ'. Τῇ οὖν τοιαύτῃ τῆς εὐχῆς καταστάσει ἐνοδιατριβόντων, ὡς εἴρηται, τῶν δικαίων, Εἰσηκούσθη

[18] Luc. III, 8.

Ant. Ballerini notæ.

contra censuerunt ibi indicari hominem e *tribu Ruben*, quemadmodum in orationibus Joannis Eubœensis et Petri Argivi videre licuit.

(19) Adam parens Evæ dicitur, quia hæc e costa illius ædificata fuit.

(20) Alii contra, ut ex Joannis Eubœensis oratione patet,putaverunt,Joachimum se ad orandum recepisse, Anna prorsus inscia ; unde et hanc inducunt de solitudine sua et conjugis sorte anxiam. Sed jam alias monuimus,nil frequentius usuvenire, quam ut dum adjuncta, de quibus silet historia, unusquisque sibi effingit,prouti verisimilia videntur,varii in varias abeant opiniones.

(21) Frequentissimum Patribus Græcis fuit, Virginem Deiparum tabulæ a Deo exaratæ comparare; quod et in officiis eorum ecclesiasticis sæpe recurrit. *Quemadmodum* autem hic Joachimum Moysi **comparatum cernis, tum quia uterque fabulas Dei digito conscriptas accepit, tum quia uterque quadraginta dierum jejunium præmisit,et rursus quia uterque *in monte* cum Deo versatus est : sic et e monte descendenti Moysi cum legis tabulis suas itidem tabulas e monte referens Joachimus comparatur in Ecclesiæ Græcæ officiis.Sic enim Menæa in festo Conceptæ Deiparæ(9 Dec.ode v): *Descendit e monte Joachim non legis quidem tabulas referens, sed eam, quam lex præsignavit, quamque prophetarum vaticinia cuncta indicaverunt, innocentem Dei Matrem ; et gaudio exsilieus clamabat : Exaltatum est cor meum* (Κατῆλθεν ἐξ ὄρους ὁ Ἰωακεὶμ οὐχὶ πλάκας τοῦ νόμου δεξάμενος· ἦν νόμος δὲ προέγραψε καὶ πᾶσαι προφητῶν ἐδήκωσαν ἀρρήσεις, Θεοῦ ἁγνὴν μητέρα, καὶ σκιρτῶν ἀνεβόα Ἐμεγαλύνθη ἡ καρδία μου).**

σου ἡ δέησις, φησὶν ὁ ἄγγελος ἑκατέρῳ, καὶ τεχθήσεταί ὑμῖν παιδίον, οὗ ἡ δόξα ἐν ὅλῃ διαθραμεῖται τῇ οἰκουμένῃ. Ἐκβαίνει μὲν οὖν εἰς πέρας τὸ τοῦ ἀγγέλου μήνυμα· καὶ ἡ θεόπαις τὸ καινὸν πλάσμα, τὸ νεοφανὲς ὑπέρλαμπρον θέαμα, τὸ νεοθαλὲς ὡραιότατον βλάστημα, τὸ ἀειθαλὲς ψυχαγωγικώτατον σκίασμα, τὸ παγκόσμιον περιήχημα τὸ ἰαματικώτατον ἐτέχθη φυτόν.

Ἔξεστι δὲ ἄρα θαῤῥούντως τοῖς δικαίοις ἐκείνοις τὸ τοῦ θείου φάναι περὶ αὐτῶν Ἡσαΐου· Διὰ τὸν φόβον σου, Κύριε, ἐν γαστρὶ ἐλάβομεν καὶ ὠδινήσαμεν καὶ ἐτέκομεν πνεῦμα σωτηρίας σου, ὃ ἐκυήσαμεν ἐπὶ τῆς γῆς· γέννημα γὰρ ἦν ἀληθῶς εὐχῆς καὶ φόβου Θεοῦ τὸ σωτήριον τοῦτο κύημα, ὃ θεοῦ δακτύλῳ ἀνεκφράστοις χαρίτων κάλλεσι διεζωγραφήθη τε καὶ κατεποικίλθη.

ΙΓ'. Κυηθείσης δὲ τῆς φαεινοτάτης καὶ θείας ταύτης εἰκόνος, ἔστη καὶ Ἄννα τοῦ κύειν· οὔτε γὰρ ἔδει τῇ μητρὶ ταύτῃ προσθήκης ἑτέρου παιδός, λειτουργήσοντος οἱονεὶ τὸ τοῦ πρωτοτόκου ὑστέρημα, ἅτε δὴ τὸ πᾶν δυναμένου τοῦ γεννηθέντος, οὔτ' εἶχε τίκτειν παραπλήσιον τῇ Πανάγνῳ. Εἰ οὖν καὶ δεύτερον ἔτικτεν, ἐδόκει μήτηρ ὁποτέρου ἂν εἴη παιδὸς ἀμφιβαλλομένη· οὐδὲ γὰρ οἷόν τε τῆς Παρθένου τὴν ἀρετὴν ἔγγιόν που φανῆναι τῶν ἐν γεννητοῖς ἕτερον· ἐκ δὲ τούτου μέγα ἂν ἀφῃρεῖτο τῆς προσούσης νῦν αὐτῇ δόξης παρὰ τῆς μονογενοῦς.

Ἄλλως τε οὔτε ἄνθρωποι, οὔτε ἄγγελοι, οὔτε τις ἑτέρα κτίσις τῆς οὕτω καλλιτόκου μητρὸς καὶ δεύτερον ἐξαγαγεῖν ἐδεῖτο καρπόν· γέγονε γὰρ αὐτάρκης ἡ μεγαλοδύναμος καὶ ὑπερφυὴς μόνη παῖς πρὸς καλλονὴν ἁπάσης ποιήσεως· Ἐν αὐτῇ γάρ εἰσι, κατὰ τὸν θαυμάσιον Παῦλον εἰπεῖν, πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι· διὰ ταῦτα καλῶς Ἄννα ποιοῦσα οὐδένα τοῦ τίκτειν ἐξῆς πεποίηται λόγον.

Ἀλλ' ἐπήει μοι καὶ τοῦτο θαυμάσαι, ὅπως κατ' ἐξοχὴν ἡ τοῦ δικαίου ἐπωνυμία τοῖς θεοπάτορσι προσνενέμηται, ὡς ἐν ταῖς ἱεραῖς δείκνυται τελεταῖς, ἔνθα τοῦ καταλόγου μεμνημένοι τῶν ἁγίων, παρὰ

A utrique angelus adstans : *Exaudita est*, inquit, *deprecatio tua : et nascetur vobis puella, cujus gloria per universum orbem diffundetur*. Et reipsa subsequitur, quod angelus nuntiaverat ; ac nascitur Dei filia (22), nova illa creatura, novum ad eam diem spectaculum splendidissimum, novo florens speciosissimum germen, semper virens (23), animoque jucundissimum umbraculum, nomen pervadens universum orbem, planta salutem omnibus conferens.

Et sane licet justis illis de se ipsis confidenter usurpare illud Isaiæ (24) : *Propter timorem tuum, Domine, in utero concepimus, et parturivimus et peperimus spiritum salutis tuæ, quod utero gessimus super terram*. Vere enim precum et timoris Dei fructus fuit hic fœtus, qui digito Dei ineffabili B gratiarum venustate sculptus est et multipliciter exornatus (25).

XIII. Progenita porro fulgidissima ista ac divina imagine, jam a gignendis liberis Anna cessavit. Neque enim opus erat huic matri, ut alia sibi adderetur proles, quæ, quod deesset primogenitæ, quasi suppleret. Nam quæ nata fuerat, cunctis æquipollebat : aliam vero gignere quæ ad hanc utcunque accederet, jam non poterat. Itaque si et alteram genuisset, dubitari merito potuisset, utrius mater esset sobolis. Neque enim fieri poterat, ut alia prodiret proles, quæ ad nobilissimam Virginis præstantiam aliquo modo accederet ; ac propterea magnum passa esset detrimentum gloriæ illius, quæ modo in ipsam ex unigena illa redundabat.

C Præsertim vero cum neque homines, neque angeli, neque ulla creatura alia optaret, ut a matre tam eximiæ prolis alter jam fructus ederetur. Ad universarum enim creaturarum decus magnipotens illa, ac naturæ supereminens puella, sola per se sufficiebat. *In ipsa enim sunt*, ut cum admirando Paulo loquar [19], *omnes thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi*. Idcirco sapienter egit Anna, dum de alia prole deinceps gignenda nihil prorsus curavit.

Sed et illud mihi se offert admiratione dignum, quo modo Deiparæ genitoribus hæc attributa fuerit appellatio, ut quemadmodum patet ex sacris liturgiæ precibus (26), per excellentiam *justi* cogno-

[19] Coloss. II, 3.

Ant. Ballerini notæ.

(22) Vide præconium, quo Maria ut *Dei filia* (θεόπαις) celebratur, conjunctum cum ipsius plasmatione, cujus gratia dicitur *nova creatura* (καινὸν πλάσμα) ; ut scilicet pateat, specialem hanc prærogativam, qua Deipara *Dei filia* (θεόπαις) nominatur, ad ipsam illius plasmationem referendum, non quasi natura sit filia Altissimi, sed quia filiationis divinæ, quantum pura creatura capax esse potest ab ipsa sua origine particeps fuit.

(23) Jam alias indicavimus, nihil ad prædicandum immaculatum ipsum quoque conceptum Deiparæ luculentius dici posse, quam ut ipsa nullo non tempore Deo amica prædicetur. Hoc autem encomium et hic habes, ubi Isidorus cum Mariam appellasset germen speciossimum *nova ratione* florens, quasi id satis non esset, idem germen præ- D dicat uti *semper virens*.

(24) Is. XXXVI, 18, secund. LXX. Vulgatus autem veritati Hebraicæ congruentius ; *Sic facti sumus a facie tua, Domine. Concepimus et quasi parturivimus, et peperimus spiritum : salutem non ferimus in terra*.

(25) Sanctissima Virgo fœtus dicitur gratiæ splendoribus Dei ipsius digito efformatus. Hæc autem ad animam Virginis ex Isidoro referenda esse, palam est ex iis, quæ superius (cap. 8) præmiserat. Idem ergo fuit Mariæ animæ condi et gratiæ jubare exornari. Morosis autem proderit adnotasse, hæc subjici per modum glossæ ad eum SS. Litterarum locum, in quo disserte fit mentio *Conceptionis : Propter timorem tuum, Domine, in utero concepimus*,

(26) In Menæis ad diem 9 Septembris in ipso

minentur. Nam præ reliquis omnibus, qui in catalogo sanctorum memorarentur, hos tantummodo sanctos simul et *justos* appellare consuevimus. Num igitur ideo, quod postquam sibi creaturisque universis necessarium subministrarunt, aliam prolem amplius non genuerunt, ipsi soli cognomine *justi* mystice appellati sunt ? Vel utique propter istam causam, vel etiam fortasse propter hanc aliam (merito quispiam dixerit), quia et hoc cognominati sunt, quod verissime erant, omni scilicet virtute, quemadmodum ex ipsorum fructu colligi potest, præstantissimi ; vel denique quia filia speciosissima, quæ sola inter homines orta est *vera justitia* (27), vicem parentibus reddere pro generationis beneficio volens, illos appellationis hujus participes effecit.

A τοὺς λοιποὺς μόνους τούτους ἁγίους ὁμοῦ καὶ δικαίους καλεῖν εἰώθαμεν. Μή ποτε γοῦν, ὡς τὸ δέον ἑαυτοῖς τε καὶ τῇ κτίσει διανενεμηκότες, τῷ μὴ παιδα λέγω τεκεῖν ἕτερον, μόνοι δίκαιοι μυστικῶς προσηγορεύθησαν ; Ἢ τούτου τοίνυν ἕνεκεν, ἢ καὶ διὰ ταῦτ', ἄν ἴσως εἴποί τις, ὡς ἦ τοῦτο προσωνομάσθησαν, ὅ καὶ ἐτύγχανον ἐναργῶς, διὰ πάσης ἀρετῆς εὖ ἥκοντες δηλαδή, δῆλον δ' ἐκ τοῦ καρποῦ, ἤ ὅτι τοὺς γεννήτορας ἡ καλλίστη θυγάτηρ τῆς εὐτεκνίας ἀμειβομένη, ἥ μόνη διέκυψεν ἀληθὴς ἐν ἀνθρώποις δικαιοσύνη, τῆς τοιαύτης μετέδωκε προσηγορίας.

XIV. Hoc itaque modo et ex hujusmodi, ut diximus, genitoribus venustissimum exortum est germen, quod suavi odore suo universum exhilaravit terrarum orbem, atque æstum restinxit cupiditatum, et alimentum supra omnem intelligendi ac dicendi vim suavissimum præbuit : humana scilicet (prodiit) proles, novitate sua percellens, ac stupenda prorsus : quæ sola homines a Deo miserabiliter extorres (28), quosque neque cœlum, neque sol, neque alia res ulla visibilis, imo neque omnes simul creaturæ in hoc conspirantes, (ad Deum) aut reducere aut saltem paululum attrahere potuissent, ipsa ineffabili modo transformavit in Dei membra, cum scilicet divino huic ac mystico corpori ex hominibus tanquam membris compingendo ipsa Dominum tanquam caput imposuit.

B ΙΔ'. Ἀλλ' οὕτως ἤδη καὶ ἐκ τοιούτων, ὡς ὁ λόγος ἔδειξε, πατέρων ἡ καλλίστη γεγέννηται βλάστη, ἡ τὴν οἰκουμένην εὐωδιάσασα, καὶ τοῦ καύσωνος κατασκιάσασα τῶν παθῶν, καὶ τροφὴν ἡδίστην ὑπὲρ νοῦν θρέψασα καὶ ἀπόῤῥητον, ὁ καινοπρεπὴς καὶ ἐξαίσιος ἄνθρωπος, ὃς δὴ μόνος τὸν ἄνθρωπον ἐλεεινῶς θεοῦ χωρισθέντα, ὃν οὔτε οὐρανὸς, οὔτε ἥλιος, οὔτε τι τῶν ὁρωμένων, οὔτ' εἴ γε πᾶσα ἡ κτίσις συνήρχετο, ἥ συναγαγεῖν, ἥ μικρόν τι ψυχαγωγῆσαι δεδύνηνται, τοῦτον ὑπὲρ λόγον εἰς μέλη θεοῦ μετέπλασε· τῶν γὰρ αὐτοῦ μελῶν κεφαλὴν ἐπεκάθισε τὸν Δεσπότην.

Id vero hoc pacto licet perspicere. Ab initio Deus Adamum e terra formavit, atque hujus costa *Adjutorii* (Evæ) mater (29) facta est. Postquam vero lapsi ii sunt, Deus, ut novum conderet hominem, neque terram iterum assumpsit, nam contra terram ut nimis labilem stabat præscriptio, neque membrum aliquod hominis (30), vel universim aliquid hujusmodi ; nam (uti quidem videtur) ipse quoque vir, utpote costa imminutus, prætermittitur. Verum enimvero quidpiam aliquid, quod neque e terra primo compactum esset, neque membris deficeret, nihil ex omnibus ad id magis

C Ὅ δὴ συνιδεῖν οὕτως ἔνεστι. Πλάττει μὲν ἐκ γῆς ὁ Θεὸς ἐν ἀρχῇ τὸν Ἀδὰμ, τῆς δὲ βοηθοῦ μήτηρ ἡ τούτου κατεβλήθη πλευρά. Ἐπεὶ δ' ἐκπεπτώκασιν, οὔτε γῆς αὖθις ἐδεήθη Θεὸς, ἵνα νέον ἀπεργάσηται ἄνθρωπον· ὡς γὰρ εὔπτωτον οἱονεὶ τὸν χοῦν παρεγράψατο, οὔτε μέλους ἀνδρὸς, ἥ ὅλου τοιούτου· ὡς ἔοικε γὰρ, ἅτε δὴ τὴν πλευρὰν ἐλλιπὴς ὁ ἀνὴρ, παρορᾶται καὶ οὗτος. Ἀλλ' ὅ μήτ' ἐκ γῆς πρῶτον συνέστη, μήτε τι τῶν μελῶν ἀφῄρηται, εἴη δ' οὐδ' ἄν ἕν, οὐχ ἕν τι τῶν ἁπάντων πρὸς ταῦτ' οἰκειότερον ἢ ἡ Παρθένος· οὔτε γὰρ ἐκ γῆς, ὡς εἶπεῖν, δι' ὃν ἔφημεν τρόπον, καὶ ὑπὲρ ἅπασαν κτίσιν τελειοτάτη,

Ant. Ballerini notæ.

titulo festi peragendi legitur : Τῶν ἁγίων καὶ δικαίων θεοπατόρων Ἰωακεὶμ καὶ Ἅννην : *Sanctorum et justorum Joachimi et Annæ Domini progenitorum.* Et in Tropario ad finem Vesperar. : Τῶν δικαίων σου, Κύριε, τὴν μνήμην ἑορτάζοντες, δι' αὐτῶν σε δυσωποῦμεν, σῶσον τὰς ψυχὰς ἡμῶν. *Justorum tuorum memoriam celebrantes, per ipsos te humiliter exoramus, salva animas nostras.* Idem passim recurrit in dimissoriis liturgiarum et officiorum, ubi Joachimum et Annam antonomastico *justos* appellatos videre est.

(27) Vigilantissimo verbo διέκυψεν usus est Isidorus, quod scilicet ad rei, qua de agitur, originem atque exordium refertur. Et sane nisi ad originem Mariæ id referas, qui facile admiserit, ut ipsi *soli* justitia tribuatur ? Verum nec illud consideratione vacat, quod Maria non *justa* sed *justitia* ipsa appellatur, quo nempe innuitur, justitiam ita Deiparæ inhæsisse semper, ut nunquam Mariam nisi justitia exornatam reperias, aut cogitare possis. Denique licet hic rursus perpendere quod alias monui, quam vane

D ii interpretentur Patrum sententias, qui propositiones *exclusivas* rigidissime sic accipiunt, ut eas ad communem fidelium, quorum auribus insonabant, sensum exigere negligant. Nonne enim plane blasphema dicenda esset hæc Isidori propositio, qua de SOLA Maria dicitur, exortam *veram justitiam* fuisse ? A pari igitur non ad Mariæ ignominiam pertrahenda sunt quæ soli de Christo Domino etiam in sacris Litteris dicuntur (*I Petr.* II, 22) : *Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus.*

(28) En tibi rursus Virginem Deiparam plane ab iis sejunctam, qui a Deo extorres utique ob primam originalem labem describuntur.

(29) Sicut superius (cap. 9) terram auctor dixerat parentem Adæ, quia hic e terra plasmatus fuit, eumdem in modum hic costam Adami, et qua formata est Eva, ipsius Evæ (adjutorii scilicet a Deo Adæ provisi) matrem appellat.

(30) Nempe sicut condita fuit Eva e membro Adæ.

τοῦτο τῆς νέας λαμβάνει δημιουργίας ὄργανον, ἵνα καὶ μετὰ λαμπρᾶς τῆς προσθήκης τὸ δάνειον ἀποδῷ, λέγω δὲ τὴν πλευράν· καὶ διὰ τοῦτο γεννᾶται ὁ νέος Ἀδάμ, ὁ ἐμὸς Χριστὸς, οὐ τέλειος μόνον, ἀλλὰ δὴ καὶ ὑπερτελὴς, παρὰ τῆς ἄρτι γεννηθείσης τελείας, ὅσα φημὶ κατ' ἀνθρώπους, θεόπαιδος καὶ μητρὸς, ἥπερ ἐντεῦθεν μέλη Θεοῦ ἡμᾶς ἀπειργάσατο.

A accommodatum præsto esse poterat, quam Virgo, neque enim, ut ita dicam, e terra hæc fuit, quemadmodum præfati sumus, et præ omnibus creaturis perfectissima fuit. Hoc ergo Deus novæ creationis instrumentum assumit, quo illud etiam, quod ipse acceperat, costam videlicet, maxime cum fœnore redderet (31). Atque hinc novus Adam, Christus meus nascitur non solum perfectus, sed oppido et super perfectus ex ea, quæ perfecta (32) (quoad scilicet pro humana conditione licet) recens nata est, quæ Dei filia est et mater, quæque exinde nos Dei membra effecit.

ΙΒ'. Εἶεν. Ἅπασι μὲν οὖν τοῖς γενομένοις καὶ τὸ λεῖπον ἀκολουθεῖν ἀνάγκη, ἡ φθορὰ δηλαδὴ, ἄνευ μέντοιγε τῶν ἀσωμάτων, οἷς ὁ Ἱλάστης ὑποστήσας καὶ ταυτα, μὴ πρὸς τέλος ὁρᾷν ἐχαρίσατο, ἵν' ἡ πολυποίκιλος αὐτοῦ σοφία κἀντεῦθεν, οἶμαι, φανερωθῇ, ὅτι τῶν ὑπὸ γένεσιν ἔνια μὲν φθορὰν ἐπισπεύδειν, τῶν δ' αὐτῶν ἕτερα διαμένειν ἐδημιούργησεν ἄφθαρτα.

XV. Hæc hactenus dicta sint. Jam vero omnia quæcunque condita sunt, defectioni seu corruptioni necessario subjiciuntur, si incorporea tamen excipias, quibus Creator in ipsa eorum conditione B largitus est, ut nullum unquam finem attingerent; quod ideo factum puto, ut hinc quoque multiformis ipsius elucesceret sapientia, dum eorum, quæ ortum habuerunt, quædam ad corruptionem properarent, quædam vero ut perpetuo consisterent incorruptibilia condidit.

Τὴν πάναγνον δὲ, εἰ καὶ μηδενὶ τῶν γενητῶν τὴν τοιαύτην ἀνάγκην διαφυγεῖν ἐνῆν, πόθεν ἄν τις τούτῳ γε ὑποπίπτειν τῷ πάθει δοίη δικαίων, ἧς γενομένης, ἀληθὴς πᾶσιν ἀνάπλασις ἐπήνθησε καὶ ζωὴ, ἥπερ ὁ λόγος ἔδειξε φθάσα; Ὡς γὰρ οὐδενὸς τῶν οὐκ ἐπαινουμένων ἀνθρώποις δέδεικται κοινωνὸς, ἀλλὰ καὶ ἀγγέλων ἁγιωτέρα μόνη, καὶ μόνην ἐχρῆν μὴ τοῖς ἄλλοις τῆς κοινῆς κοινωνεῖν δυσκληρίας· ἀλλ' ἔδει γ', ἐπεὶ τηλικαύτη γεγένηται μήτηρ οἱονεὶ γενέσεως καὶ πηγὴ, δι' ὃν εἴρηται λόγον, γένεσιν μόνον ἀεὶ τὸ κατ' αὐτὴν καὶ εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι· καθὰ καὶ ἄγγελοι, ὧν ὑπερτέρα καθίσταται, γέγονότες, ἀθάνατοι μένουσι καὶ φθορᾶς ἀνώτεροι.

Verum etiamsi nulla e creatis rebus huic se necessitati subducere posset; quomodo quispiam concesserit, huic malo innocentissimam quoque obnoxiam exstitisse Virginem (33), qua exoriente, quemadmodum jam ostensum est, vera creationis redingratio, ac vera vita omnibus effloruit? Nam quemadmodum prorsus exsors eorum omnium, quæ in hominibus non censentur laude digna (34), atque insuper sola ipsis angelis sanctior apparuit; sic etiam oportebat, ut sola communis reliquis omnibus miseriæ expers esset (35); atque hoc saltem ei debebatur, ut quoniam singulari ea conditione progenita est, ut veluti mater ac fons (qua superius diximus ratione) exsistentiæ omnium esset, sic ipsa in perpetuum, quamvis creata, exsistentia et esset et prædicaretur; non secus ac ipsi quoque angeli, iquos ipsa superexcedit, postquam semel facti sunt, immortales permanent, et corruptionis immunes.

C

Ιζ'. Ἀλλ' ὁ λόγος, ὅτι οὐχ οὕτως, ἵν' ἡλίου διαδειχθῇ τηλαυγέστερον ἡ τῆς Παρθένου μελαλειότης· ὅτι, τῆς ἐνύλου λαχοῦσα μοίρας, δῆλον δ' ἐξ ὧν τὸν

XVI. At ratio, quare hæc non ita se haberent, ejusmodi est, ut sole lucidius se prodat Virginis magnificentia. Nam corpoream naturam sortita (id

Aut Ballerini notæ.

(31) Plus semel apud Patres tum Græcos tum Latinos hæc sententia recurrit, nempe pro costa, Adæ subtracta, e qua mulier est ædificata, ipsi Adæ uberem fructam fuisse restitutionem, cum vicissim ex sola substantia mulieris, Mariæ videlicet, novus Adam ædificatus est.

D

(32) Ecce tibi Mariam, natam *perfectam*, cum reliquos omnes superius (cap. IX) auctor traduceret tanquam prolem imperfectam.

(33) Genties ac millies apud Patres hoc principium tanquam inconcussem reperies, existimandum non esse, Virginem Dei parum iismalis obnoxiam esse potuisse, ad quæ depellenda divinitus tanquam Filii sui cooperatrix prædestinata fuerat. Quod quantum in rem præsentem faciat, facile quisque intelligit.

(33) Aut debes affirmare peccatum originale non esse recensendum inter ea, quæ in hominibus laude carent, aut certe fateberis, hic disertissime affirmari, beatam Deiparam peccato originali obnoxiam non fuisse. Hic autem ad Mariam aperte translatum illud cernimus, quod de Christo Domino scripsit Apostolus (*Hebr.* IV, 15): *Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato.*

(35) Summa hujus argumentationis est; Nihil omnino eorum, quæ in reliquis hominibus sunt vituperabilia, in Maria deprehensumt est; ergo Maria infaustæ hominum sortis pariceps esse non debuit, scilicet *corruptionis*, de qua hic sermo est. Idem argumentandi genus usurpatum vidimus a Paschasio Ratberto (vid. *Monit. ad Chartam donationis Ugonis de Summo*, n. 8, sup. pag. 10) ita arguente: ***Maria immunis fuit a peccato originis; ergo et a pœnis ejusdem peccati, partus scilicet doloribus immunis fuit.***

Quanquam vero Isidorus non ita disputet, ut demum concludat, Deiparam reipsa mori non debuisse, uti ex sequenti paragrapho apparet; non tamen illud inficiatur, quod hic loco principii posuit, ab ea scilicet abfuisse omnia quæcunque in hominibus laudabilia non censentur. Imo ratione stum ab Isidoro, tum ab aliis Patribus hac occasione excogitatæ, ut causam mortis beatæ Virginis aliquam assignent, evidenter ostendunt, immunitatem ejusdem ab omni plane peccato iisdem plenissime persuasam fuisse.

vero manifestum ex eo est, quod communem hominum conditionem in iis, quæ a reprehensione absunt, non aufugit) sublimiora tamen quam pura illa ac præcelsa natura, angelico scilicet, ipsa præstiterit. Si enim corruptioni nullo modo obnoxia fuisset, jam diversæ ab humana, ac immaterialis esse naturæ videri potuisset (36), neque tanta admiratione digna forent sublimissima illa, quæ innocentissima Virgo gessit.

A τῶν ἀνθρώπων ἀδιάβλητον οὐ διέφυγε νόμον, τῆς ἀμίγους καὶ ὑψηλῆς, λέγω δὲ τῶν ἀγγέλων, ὑψηλότερα διεπράξατο φύσεως· εἰ γὰρ καὶ φθορᾶς ἐδείκνυτο κρείττων, ἑτέρας ἄν εἶναι παρὰ τὸν ἄνθρωπον αὖλου δημιουργίας ἐδόκει· καὶ οὐκ ἂν ἦν οὕτω θαυμαστόν, τὰ ὑψηλὰ τῆς παναμώμου διειργασμένης ἐκεῖνα.

Quod si humus innocentissimæ illius corpus sacratissimum excepit, non ipsum tamen, sicut corpora nostra, absumpsit ; verum excepit illud quidem, utpote ex se ipsa compactum ; sed ut simul palam faceret, inter humana corpora peculiari illud excellentia præditum, et quam simillimum Dominico corpori fuisse, non diu apud se retinere illud potuit, quemadmodum latius in sermone de beatæ Dormitione jam ostendimus (37).

Εἰ δὲ τὸ παναγέστατον ὑποδεξαμένη γῆ τῆς πανάγνου σῶμα οὐκ ἀνήλωκεν, ὡς τὰ καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' ὅτι μὲν παρ' αὐτῆς, διὰ τοῦτ' ἐδέξατο· ὅτι δ' ἵνα δείξῃ κρεῖττον ἢ κατὰ τὰ ἀνθρώπινα σώματα, καὶ οἷον καταπολὺ τῷ δεσποτικῷ ἐοικέναι σώματι, οὐ παρακατέχειν ἔσχεν ἐπιπολὺ, ὡς διεξοδικώτερον B ἐν τῷ περὶ τῆς κοιμήσεως τῆς μακαρίας δείκνυμεν λόγῳ.

Si quis porro hic contendat, corruptionem propterea Virgini tribuendam non esse, quia nempe corpus illius, secus ac de nostris corporibus fiat, corruptioni reipsa obnoxium non fuit, nos utique contradicentes non habebit (38).

Εἰ τοίνυν διὰ ταῦτα μὴ συγχωρεῖν τις ἐνταῦθα βούλεται τὴν φθοράν, λέγω δὲ, τῷ μὴ καθάπερ τὰ ἡμέτερα διεφθορέναι κἀκεῖνο, οὐκ ἀντιλέγοντας ἕξει καὶ ἡμᾶς.

XVII. Cæterum nomen corruptionis non illi tantummodo tribuitur, quæ corpora dissolvit, sed alteri quoque, quæ animas inficit. Et corporis quidem corruptio dici debet ordinis, quo ipsum continetur, disruptio, et in ea (elementa), e quibus constat, resolutio. Corruptio vero animæ fuerit abalienatio a Deo, et affectio contra naturam iis adhærens, quibus perfruendis nata non est ; et hoc, ut ita dicam, utrique mors est, compaginis C sibi consentaneæ dissolutio. Quandoquidem si invicem alio modo conferantur, haud inconcinne quispiam forte dixerit, contraria ratione mortem utrique obtingere. Quandoquidem, uti diximus, corpori mors est resolutio in elementare ac primum sui principium ; e converso autem mors animæ est ab eo, qui vere est principium primum, recessio.

ΙΖ'. Ἄλλως δὲ καὶ ἡ τῆς φθορᾶς προσωνυμία οὐκ ἐπὶ σωμάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ψυχῆς κατηγορεῖται. Καὶ σώματος μὲν ἡ τῆς συνεχούσης τάξεως διάλυσις, καὶ πρὸς ἐκεῖνα, ὅθεν συνέστηκεν, ἀναχώρησις· ψυχῇ δὲ τοῦτ' ἂν εἴη φθορὰ, ἡ θεοῦ ἀλλοτρίωσις, καὶ πρὸς ἃ μὴ πέφυκε παρὰ φύσιν οἰκείωσις· καὶ οἷον εἰπεῖν, τοῦθ' ἑκατέρῳ θάνατος, ἡ τῆς καταλλήλου διάζευξις ἁρμονίας, εἰ καὶ πρὸς ἄλληλα τρόπον ἕτερον, ὡς ἄν φαίη τις ἴσως, ἀκατάλληλος ἑκατέρῳ συμβέβηκεν ἡ τελευτή· ἐπείπερ, ὡς ἔφημεν, σώματι μὲν φθορὰ ἡ πρὸς τὴν στοιχειώδη καὶ πρώτην αὐτοῦ ἀρχὴν ἀνάλυσις, ψυχῇ δὲ θάνατος τούναντίον ἡ τῆς πρώτης ὄντως ἀρχῆς ἀπόστασις.

Porro, ratione habita hujus corruptionis quæ in anima consideratur, si quis alius, certe innocentissima illa corruptionem nullam admisit. Et sane nemo hominum exstitit, qui ab omni peccato prorsus integer fuerit, præter illum novum, inquam, hujus Beatæ Filium, qui solus (39), utpote D

Πλὴν κατὰ γε τὸν εἰρημένον τῆς φθορᾶς, ὃς ἐνθεωρεῖται τῇ ψυχῇ, λόγον, εἴπερ τις, ἡ πάναγνος φθορᾶς ἀνεπίδεκτος. Πάντη μὲν γὰρ τῶν ἀνθρώπων οὐδεὶς ἁμαρτίας ἠστινοσοῦν ἄψαυστος γέγονεν, ἐκείνου δίχα, τὸν καινὸν φημι τῆς μακαρίας τόκον, ὃς μόνος οἷα θεάνθρωπος ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν,

Aut Ballerini notæ.

(36) En tibi rursum inculcatum, omnia quæ naturæ humanæ sunt propria, in Maria fuisse, excepto tamen peccato, adeo ut, servata proportione de Deipara illud valeat, quod de Christo solemne fuit celebrare, humanam eum naturam assumpsisse, non culpam.

(37) Ex his patet, hunc sermonem ab Isidoro, postquam alium in Deiparæ Dormitionem (quem inferius dabimus) jam conscripserat, habitum fuisse Id vero sedulo notandum est ; nam, ut suo loco videbimus, novum inde nobis præhebitur indicium, quo probetur, memoratam homiliam in Virginis Dormitionem recentioris alicujus Græculi opera ineptissime interpolatam fuisse.

(38) *Alios reperite est* inter Patres, qui ideo a morte Deiparam exemptam non fuisse affirmant, ne phantasiastis occasio negandi incarnationis Dominicæ veritatem præberetur. Hæc porro et alia hujusmodi (de quibus in Commentario) quæ Patres disputare solent de Deiparæ morte et conditione corporis ejus in sepulcro, manifesto ostendunt, ideo Patres alias atque alias causas, propter quas Deipara mortem gustaret, excogitasse, quia a communis omnium mortis causa, primæva scilicet culpa, eam alienam existimabant.

(39) I Petr. II, 22. En validissimum illud, ut putant, argumentum adversus immunitatem Deiparæ a labe originalis peccati : neque advertunt, eodem jure ea verba urgeri posse quo conficiatur, Deiperam *peccatum fecisse et dolum inventum esse*

οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ· κατὰ δὲ τὸ μηδὲν ἁμαρτεῖν οὐδεὶς τῆς πανάγνου μᾶλλον τὴν πρὸς Χριστὸν ἐμφέρειαν φέρει· εἶδει γὰρ μεῖζον ἢ τινα τῶν ἁπάντων τὴν τεκοῦσαν ἀφομοιοῦσθαι τῷ ἐξ αὐτῆς· οὐκοῦν ἀνθρώπων μὲν πάντων ἡ πάναγνος, καὶ οὐδ' ὅσον λογίσασθαι, ἀνωμολόγηται καθαρωτέρα, καὶ διὰ τοῦτο μόνη πρὸς τούτους ἄφθαρτος πάντως.

Ἄγγελοι δὲ πάλαι μὲν ὅτι περιπίπτειν εἶχον τῇ κατὰ ψυχὴν προαποδοθείσῃ φθορᾷ, ὁ πάντων τῶν τῆς ἐκείνου μανίας ἐξ ἐκείνου καὶ δι' ἐκείνου μετειληφότων ἐπέκεινα Θεοῦ χωρισθεὶς δείκνυσιν ἐναργῶς ἀσώματος, ὃς ἐκ τῆς ἄνω καὶ φωτεινῆς ἀξίας, τὴν κάτω καὶ ζοφερὰν εἴληφε τάξιν· ὅτι δ' ἄτρεπτοι μένουσι νῦν, μετὰ τὸν ἀπόῤῥητον τῆς Παρθένου τόκον εὑρηκέναι πιστεύεται. Εἰ δ' ᾧ καὶ ἄγγελοι συνέπεσον, τούτου κρείττων ἡ πολυύμνητος πεφανέρωται, ἔτι δὲ καὶ ἀτρεψίαν παρέσχεν ἐκείνοις, ταυτὸ δ' εἰπεῖν ἀφθαρσίαν, καθ' ὃν φαμεν ἐπὶ ψυχῆς τῆς φθορᾶς λόγον· κἀκείνων ἄρα μακρῷ μέτρῳ βελτίων ἡ πάναγνος. καὶ τούτῳ γε ἀφθαροτέρα τῷ μέρει.

B Deus homo, *peccatum non fecit, neque dolus inventus est in ore ejus.* Quod vero pertinet ad hanc ab omni pecoato immunitatem, nemo magis, quam innocentissima illa, similitudinem cum Christo gessit; oportebat enim, ut plus quam alius quilibet, Genito Genitrix assimilaretur. Merito igitur eadem illa innocentissima quibuslibet hominibus, quantum nec fari licet, purior prædicatur; ac proinde sola inter homines fuit plane incorrupta.

Quod autem pertinet ad angelos, jam vero in eam, quam superius innuimus, animæ corruptionem prolabi olim eos potuisse, luculenter sane ostendit alienatus a Deo spiritus ille (diabolus), cunctis insaniæ ipsius sociis et ex illo ac per illum mali consortibus supereminens, qui e superna ac splendida dignitate lapsus ad inferam ac tenebricosam sedem detrusus est. Quod vero nunc angeli immutabiles perseverent, id per ineffabilem Virginis partum assecuti putanti (40). Si ergo Virgo omni laude dignissima præstantior illo apparuit, quocum angeli lapsi sunt, insuper vero reliquis contulit immutabilitatem (ut sempe juxta ea, quæ de animæ corruptione præmissimus, sic eam incorruptibilitatem appellem), profecto etiam istis longe excellentior fuit innocentissima, et ex hac saltem parte fuit incorruptibilior (41).

Ant. Ballerini notæ.

in ore ipsius. At non ita Patrum nostrorum sapientia, non ita sensus matris Ecclesiæ. Ecce tibi duo illa invicem conjuncta: *Christus solus ab umni peccato prorsus integer fuit:* et paulo infra: *Sola Virgo Deipara fuit plane incorruptibilis, scilicet integra a peccato*: de hac enim corruptione sermo est. Imo ex eo quod SOLUS Christus prorsus integer fuerit a peccato, cernis auctorem concludere, Deiparam quoque SOLAM peccato cuivis inaccessam exsistere debuisse. Curnam? Propterea, inquit, quia maxima, quæ haberi protuit, cum Christo similitudo Deiparæ inesse debuit, proindeque hæc Christi Domini prærogativa potius quam a sui consortio Deiparam sanctam repellat, imo postulat ut ipsi (quantum eorum, quæ Dei simul et hominis propria sunt, particeps esse potest purus homo) fuerit communis, ac *soli* Deiparæ inter puros homines tributum id fuerit, quod *soli* Christo, qua Deus homo est, reservatur.

(40) Quod auctor dicit μετὰ τὸν ἀπόῤῥητον τῆς Παρθένου τόκον, vertendum, putavi, *per ineffabilem partum Virginis;* tum quia præpositio μετὰ saltem poetice pro eo usurpatur quod est Latine *propter*; tum quia, etiamsi velis vertere *post*, referri id non incommodo potest ad ordinem non quidem *temporis*, sed *causalitatis*. Iloc pacto proponitur hic nobis sententia, in quibusdam etiam catholicis scholis recepta, de gratia angelis intuitu meritorum Christi collata, non vero opinio nuspiam audita de angelis ante Christi Salvatoris adventum nondum in gratia firmatis.

(41) Cur, inquies, Isidorus, veluti sententiam suam coarctans, dicit *Deiparam* SALTEM EX HAC PARTE *incorruptibilem magis quam angelos fuisse?* Responsio petenda est e contextu, in quo videre licet doctrinam catholicis scholis communissimam. Sane quemadmodum scholæ *puritatem* attendunt per recessum a peccato; ita Isidorus cum animæ mortem ac corruptionem in peccato collocasset, *incorruptionem* definit per recessum in peccato. Hinc sicuti sanctus Thomas (I, dist. XVII, q. 2, art. 4, post resp. ad 3) ex eo principio concluserat:

C *Quia in beata Virgine fuit depuratio ab omni peccato, ideo pervenit ad summum puritatis*; sic Isidorus pronuntiavit (supr.): *Sola (Deipara) inter homines fuit plane incorruptibilis.* Porro si *summum puritatis, plane incorruptibile* constituitur in cujusvis peccati absentia, jam si plures sint qui omni peccato caruerint, profecto *ex hac parte* non potest esse alter altero purior aut incorruptibilior, cum absurde fingatur summum summo majus. Atqui sancti angeli nullo unquam peccato inquinati sunt; ergo, siquidem ratio solum habeatur actualis a peccato immunitatis, cum angeli quoque summum puritatis attigerint, concipi utique non potest quispiam purior angelis, sicut nec angelus angelo purior. Est tamen alia ratio, propter quam vel inter eos, qui nullo unquam peccati nævo infecti fuerint, alius alio purior esse et dici possit. Spectari enim potest recessus a peccato non modo quoad *actum*, sed etiam quoad *potentiam*. Et sic purior erit, qui a peccando remotior, atque in bono firmior exstiterit. Proinde S. Thomas (l. c.): *Augmentum puritatis est secundum recessum a contrario; et quia in beata Virgine fuit* D *depuratio ab omni peccato, ideo pervenit ad summum puritatis; sub Deo tamen, in quo non est aliqua potentia deficiendi, quæ est in qualibet creatura, quantum in se est.* Quod idem sic deinde repetit (1 dist. 44, q. 1, art. 3 ad 3): *Duritas intenditur per recessum a contrario: et ideo potest aliquid creatum inveniri, quo nihil purius esse possit in rebus creatis si nulla contagione peccati inquinatum sit: et talis fuit puritas beatæ Virginis, quæ a peccato originali et actuali immunis fuit. Fuit tamen sub Deo, in quantum erat in ea potentia ad peccandum.* Ergo siquidem profitendum sit, quod exploratissimum haberi debet, Deiparæ firmiorem, quam angelis, in bono stabilitatem a Deo collatam; ac proinde remotiorem ipsam, quam angelos, a contrahenda labe servatam fuisse; eo ipso habemus, cur purior ipsis angelis jure celebrari possit. Atqui hoc nimirum est, quod Isidorus contendit, atque ad id confiendum eo utitur argumento, immutabiliorem et

Omnibus igitur rationibus perpensis, laudatissima illa non modo incorruptibilis, quo diximus modo, prædicanda est, sed insuper angelicis quoque ordinibus hujus, quam meminimus, incorruptibilitatis fuit auctrix, quemadmodum præterea et rebus omnibus, de quibus dictum est, existentiæ causa exstitit.

A Πάσαις τοίνυν ψήφοις ἄφθαρτος ἡ πανύμνητος, ὃν εἰρήκαμεν τρόπον· καὶ σὺ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀφθαρσίας, ἣν ὁ λόγος ἔδειξεν, αἰτία τῷ νοητῷ φαίνεται διακόσμῳ, ὡς καὶ γενέσεως, οἷς ὑπὲρ τοῦτο δέδεικται πᾶσιν.

XVIII. Verum quo tandem quispiam nomine, ne quid nimis infra dignitatem fari videatur, sacratissimum hoc ac plane dignissimum, quod Deus efformaverit, germen compellare possit? Aut quibus eam laudibus undique exornemus, a qua tantis beneficiis cumulati sumus? Si ita vobis, fratres, quemadmodum certe et mihi, videtur, pro acceptis ab ea beneficiis simul cum angelis (nam et angelos hymnis purissimam illam celebraremihi certum est) divinum illum nuntium Deiparæ repetamus *Ave, gratia plena* [20], per quam omnis creatura gaudet; *Dominus tecum*, qui tibi adfuit et ante vitam, et cum genita es, et ante salutationem, et in illa et alio modo post illam (42). Pro beneficiis autem, quibus ab ea ditati snmus, nosmetipsos in ea servemus novitate, quam per regenerationem adepti sumus; neque enim alia re magis innocentissima illa delectatur. Quod utinam assequi mereamur, precibus intemeratissimæ atque immaculatæ Dei Filiæ, ad gloriam omnipotentis et sanctæ Trinitatis cui gloria debetur in sempiterna sæculorum sæcula. Amen.

IH'. Ἀλλὰ τί ἄν τις τὸ θεουργικώτατον τοῦτο προσειπὼν καὶ πλαστουργικώτατον, ὡς εἰπεῖν, γέννημα, μὴ πόρρω τοῦ πρὸς ἀξίαν δόξειε φράζειν; Ἔ τίνα ἄν τὸν σἰκότα πλέξαντες ἀποδοίημεν ἔπαινον. ὅθεν τοσαῦτα εὐηργετήθημεν; Ἀλλ' εἰ καὶ ὑμῖν, ἀδελφοὶ, ὥς γε κἀμοὶ συνδοκεῖ, ὑπὲρ μὲν τῶν ταύτης χαρίτων κοινῇ μετ' ἀγγέλων· πείθομαι γὰρ κἀκείνους τὴν πάναγνον συνυμνεῖν· τὸ θεῖον ἐκεῖνο μήB νυμα τῇ Θεοτόκῳ προσείπωμεν· Χαῖρε κεχαριτωμένη, δι' ἧς χαίρει πᾶσα ἡ κτίσις· ὁ Κύριος μετὰ σοῦ, ὅς σοι παρῆν καὶ πρὸ τοῦ βίου, καὶ γεννηθείσῃ, καὶ πρό γε τοῦ ἀσπασμοῦ, καὶ κατ' ἐκεῖνον δή, καὶ μετ' ἐκεῖνον τρόπον ἕτερον. Ἀνθ' ὧν δ' ἀπελαύσαμεν δωρεῶν ἐκεῖθεν, ἡμᾶς αὐτοὺς διασώσων μεν, οἷους διὰ τῆς ἀναγεννήσεως ἐνεύρησεν· οὗ μᾶλλον οὐδενὶ τῶν ἁπάντων ἡ πάναγνος χαίρει· οὗ καὶ τυχεῖν ἀξιωθείημεν λιταῖς τῆς παναχράντου καὶ ἀμωμήτου Θεόπαιδος εἰς δόξαν τῆς πανσθενοῦς καὶ ἁγίας Τριάδος, ᾗ πρέπει δόξα εἰς ἀπεράντους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

SERMO II.

In ingressum immaculatissimæ Dominæ nostræ Dei Genitricis et semper virginis Mariæ ad Sancta sanctorum.

ΛΟΓΟΣ Β'.

C Εἰς τὴν εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων εἴσοδον τῆς παναχράντου Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας.

I. Quemadmodum si sacram mensam tunc solum adeundam quis arbitraretur, cum ea omnia, quæ tam sublimi mysterio consentanea sunt, accurate servare sibi videretur, nunquam, ut opinor, ad cœnam divinam accederet: (quomodo enim homo, qui neque si unam tantum diem vixerit [21], uti sacra oracula loquuntur, sine macula esse creditur, mundissimum illud terrenisque omnibus sublimius condigne attingere unquam videantur?) ita quisquis sermonem sibi præstituat efferre, qui purissima (43) illa et Dei Verbi Genitrice condignus sit, nihil enimvero a mutis piscibus distare videbitur. D

Α'. Καθάπερ τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ εἰ τότε μόνον δεῖν τις ᾠετο προσιέναι, ἡνίκα ἄν πρὸς ἐκεῖνο τὸ ὕψος ἑαυτὸν ἀκριβῶς συνορᾷ τὰ δέοντα σώζειν, οὐδέποτ' ἂν ἔγγιον, οἶμαι, τοῦ θείου γένοιτο δείπνου· ποῦ γὰρ ἄνθρωπος, ὅς, οὐδ' εἰ μίαν βεβιωκὼς ἡμέραν εἴη, ὡς τὰ θεῖά φησι λόγια, ῥύπου μένειν ἔξω πεπίστευται, προσομιλεῖν ἄν τοτε πρὸς ἀξίαν φανείη τῷ παναχράντῳ ἐκείνῳ καὶ περιπεζίου παντὸς ἀνωτέρῳ; οὕτως ὁ τὴν ἀξίαν ἀποδοῦναι φωνὴν τῇ παναμώμῳ ζητῶν καὶ μητρὶ τοῦ Θεοῦ Λόγου τῶν ἀλάλων ἰχθύων οὐδὲν ἄρα διοίσει· ἀλλ' ὥσπερ τῷ γαληνῷ τοῦ Σωτῆρος τεθαῤῥηκότες, τῆς ἀποῤῥήτου

[20] Luc. I, 28. [21] Job XIV, 4, sec. LXX.

Ant. Ballerini notæ.

incorruptibiliorem angelis eam esse existimandam, quæ angelorum incorruptibilitatis atque firmitatis auctrix exstiterit. Non ergo Isidorus suam sententiam ita coarctat, ut in aliquo angelis cessisse Mariam significet. Interim cum ex dictis plane absurdum sit, angelis puritatis summum adeptis posse eum puriorem prædicari, qui ne eam quidem summitatem attigerit, quæ in *immunitate actuali* a peccato constitit; cumque Deipara Virgo non unius quidem aut alterius, sed omnium Patrum consensu tanquam cunctis virtutibus puri*tate antece*llens celebretur; eo ipse universam Ecclesiæ traditionem omnimodæ Virginis immunitati a quovis peccato suffragantem habemus.

(42) Palam est, auctorem significare voluisse, Deum nunquam cum Maria non fuisse: quod expressum putat in illo Evangeli, *Dominus tecum*. At hæc quoque sententia, ut alias vidimus, necessario postulat, ne ipsum vitæ initium in Maria alienum a Deo existimetur. Adeo se ubique sponte prodit hæc Patrum mentibus alte infixa Doctrina!

(43) Vide morem in Ecclesia receptum, ut Maria antonemastice τῆς παναμώμου, *omni macula carentis*, nomine indigitaretur.

γευόμεθα διαίτης ἐκείνης, καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα, ἵν' ὅτι ῥύπος εἰδότες ἡμεῖς τῇ κοινωνίᾳ καθαγνισθῶμεν, τὸν ἴσον δὴ τρόπον κἀπὶ τῆς μακαρίας λογιστέον Παρθένου· καὶ διὰ τοῦτο ταύτῃ προσλαλητέον εἰς δύναμιν, ὡς ἂν δι' ὧν αὐτὴν προσυμνοῦμεν, ὧν εἴργασται παραδόξων μεμνημένοι πραγμάτων, ἁγιασμὸν καὶ κηλῖδος ἀποφερώμεθα ἔκπλυσιν.

A Verum sicut affabili Salvatoris benignitate confisi, inenarrabilem illum cibum degustamus, idque ea maxime de causa, ut a maculis, quarum conscii nobis sumus, per communionem emundemur; eumdem in modum et de beata Virgine existimandum est; ac propterea sermo pro viribus instituendus de ipsa est, ut cum mirabilia, quæ gessit, commemoraverimus, per hæc eadem, propter quæ laudes ejus celebramus, ipsi sanctificationem et maculârum ablutionem consequamur.

Β'. Ἔστι μὲν οὖν οὐδ' ἂν ἓν τῶν κατ' αὐτὴν, οὐδὲν, ὃ μὴ μόρφωσιν ἐντίθησιν ἁγιαστικὴν, ᾧ λόγος ταῦτα λογίζεσθαι, οὐδενὸς δ' ἧττον καὶ ἡ εἰς τὰ τῶν ἁγίων Ἅγια εἴσοδος· ὃ τῷ νῦν παραστὰν, ἐκ τούτου γ' εὐθὺς, ὃ καλεῖται χαρίζεται, ᾧ προὔργου περιελίττειν ἔνδον αὐτό· περὶ οὗ καὶ νῦν ἡμῖν εἰπεῖν εἴη κεκινημένοις καὶ νοῦ, ἅμα καὶ γλῶτταν ἁγιασθῆναι, καί τι κατάλληλον φθέγξασθαι τῇ τούτου προσωνυμίᾳ, ἀλλὰ μὴ τῷ ὕψει παντάπασιν ἀπᾷδον τῆς παναχράντου, εἰ καὶ τοῦ πρὸς ἀξίαν, ὃ πάντως ἔσται, ἀποδεῖν συμβαίη τῷ λόγῳ.

B II. Cæterum cum eorum, quæ ad ipsam spectant, nihil omnino sit, quod, si mente diligenter volvatur, formam sanctificatricem contemplanti non ingerat (44) : tum vero nihilominus id ipsum præstat et ingressus ejus in Sancta sanctorum. Hoc siquidem mysterium animo obversans, continuo id, quod nomine præsefert, largitur iis omnibus, qui illud idem penitius introspiciendi fuerint studiosi. De quo cum impræsentiarum quoque dicere aggrediamur, utinam nobis contingat, ut mente simul sanctificemur et lingua, et aliquid. quod ejusdem mysterii nomenclaturæ respondeat, aut saltem quod ab immaculatissimæ illius (45) celsitudine nimis non abhorreat, effari possimus ; quamvis, quod certissime fiet, ab eo quod dignitas rei postulat, futurum sit, ut sermo longissime abscedat !

Γ'. Ἅγια τοίνυν Ἁγίων πρὶν μὲν ὁ νεὼς δικαίως ἐκεῖνος ὁμνεῖτο, ὅς καὶ κιβωτὸν ἔφερε καὶ πλάκας, καὶ τὰ σεμνὰ πάντα ἐκεῖνα Μωσέως τρόπαια καὶ μαρτύρια, ἐν ᾧ καὶ τοῖς προσιοῦσιν ἡ κάθαρσις, καὶ τῶν πάλαι θαυμαρτουγιῶν παραδόξων ἔκθεσίς τε καὶ διασάφησις ἐτελεῖτο· καὶ ἦν οὐδὲν ἀληθῶς ἕτερον, ὧν γῆς περιεῖχε κύκλος, τοῦ θείου μᾶλλον ἐκείνου τεμένους ἁγιαστικὴν ἕξιν ἢ κλῆσιν αὐχοῦν. C

III. *Sancti* itaque *sanctorum* nomine prius quidem merito sacrarium illud celebrabatur, quod et arcam et (legis) tabulas, et omnia illa veneranda Moysis tropæa ac testimonia (46) continebat: in quo et emundatio parabatur accedentibus, ac veluti ob oculos ponebantur et, prope dixerim, enarrabantur admiranda illa prodigia, quæ olim perpetrata fuerant. Et profecto, ex omnibus quæ terræ ambitu continebantur, nil aliud reperire erat quod præ divino illo sacrario sanctificandi vi, aut *sancti* appellatione gloriari posset.

Ὥσπερ δὲ λυχνιαῖον μὲν φῶς, σφόδρα φωτεινὸν καὶ χρηστὸν, ἕως ἂν τὸ λειτουργικὸν ὁμοῦ καὶ ἄρκον τῆς ἡμέρας καλύπτεται σκεῦος, τοῦ δὲ μεγάλου προκύψαντος φωστῆρος περιττή τε ἡ φωτοποιὸς ἐκείνη δαπάνη καὶ μικροῦ λόγου πάντως ἀξία τῷ ὑπερπλήρει τῆς ἡλιανῆς ἀκτῖνος· οὕτως Ἅγια ἁγίων ὁ χῶρος, ὃς τοῦτ' ἤκουεν, ἐκεῖνος νῦν ἐκρύβη τε καὶ χρῆσιν οὐδενὶ παρέχων ἀπέσβη, ὅτιπερ Ἅγια ἁγίων ἕτερος ἐκείνου μακρῷ παναγέστερος οἶκος ἀνηγέρθη τε καὶ ἀπήστραψεν, ἡ πάναγνος, φημὶ, καὶ φωτοειδεστάτη Θεοῦ νύμφη.

Verum quemadmodum lumen lucernæ valde fulgidum quidem atque utile existimatur, quousque vas illud delitescit, quod diem præstat simul et inchoat ; magno autem luminari exoriente, jam propter radii solaris exuberantiam supervacanea prorsus nec digna, cujus vel minima habeatur ratio, est lampadis impensa : ita Sancta sanctorum, locus scilicet qui hoc nomine appellabatur, nunc et ab oculis sublatus est ac deletus, utpote nullum cuipiam commodum amplius conferens, postquam alia domus, quæ vere *Sancta sanctorum* dicenda, priori illa longe sanctior excitata est et refulsit, purissima scilicet ac lucidissima Dei sponsa.

Δ'. Ἀλλὰ δὴ καὶ τὰ ποώην Ἅγια ἁγίων, ἐγὼ

IV. Quinimo priora illa *Sancta sanctorum* hanc

Ant. Ballerini notæ.

(44) Et hæc propositio postulat ut Virgo ab originali labe immunis prædicetur. Quomodo enim Mariæ conceptionem recogitanti animo sanctum quidpiam obversaretur, si in peccato concepta fingitur ?

(45) En tibi rursus Mariam antonomastice τῆς παναχράντου, *immaculatissimæ*, appellatione indicatam. Hinc evincitur, commune id inter fideles fuisse.

(46) Testimonia scilicet, quæ in mentem revocabant, ac veluti oculis objiciebant miracula olim a Deo patrata, cujusmodi erant *vasculum mannæ*, *tabulæ legis*, *virga Aaron*, *ipsa arca*, in qua hæc continebantur. Qua de re Exod. XVI, 32 : *Implegomor ex eo* (*manna*), *et custodiatur in futuras retro generationes : ut noverint panem, quo alui vos in solitudine, quando educti estis de terra Ægypti.* Et Deut. XXXI, 26 : *Tollite, librum istum et ponite eum in latere arcæ fœderis Domini Dei vestri, ut sit ibi contra te in testimonium.* Et Num. XVII, 10 : *Refer virgam Aaron in tabernaculum testimonii, ut servetur ibi in signum rebellium filiorum Israel.*

appellationem, ut ego quidem arbitror, ideo receperunt, quod sedem posterioribus hisce Sanctis sanctorum præbitura erant, quæ sin minus tempore at certe ratione sanctitatis et dignitatis illis, quantum nec mente assequi licet, antecellunt : non secus nempe ac si quis solis nomine non incongrue globum vocet propter lucem solarem futuram, vel si domus quæpiam propter regem, qui in ea habitaturus est, etiam prius quam id contingat, *regia* appelletur. Et quemadmodum luminis, quod-arte comparatur, exigua quædam cum magno illo et inexhausto lumine similitudo effecit, ut huic quoque eadem tribueretur (luminis) denominatio, atque ipsum hoc nomine ideo vocavimus, quia prius illud cognovimus ; eadem prorsus ratione ut vetera illa *Sancta sanctorum* sic appellarentur, nova hæc præstiterunt *Sancta sanctorum*, ista, inquam, puella, quæ nunc nostræ sanctificationis est auctrix.

A νομίζω, διὰ τοῦτ' ἔσχε τὴν πρόσρησιν ταύτην, ὅτι τὰ δεύτερα δὴ ταῦτα Ἅγια ἁγίων, ἃ καὶ εἰ τοῦτο (47) τῷ χρόνῳ, ἀλλ' εἰς ἁγιότητος καὶ λόγον ἀξίας, οὐδ' ἔστι λογίσασθαι τὸ πρεσβεῖον, εἰσοικίσασθαι ἔμελλεν· ὥσπερ ἄν εἴ τις τὸν δίσκον διὰ τὸ μέλλον φῶς ἥλιον οὐκ ἀπεικότως προσεῖπεν, ἢ βασίλεια διὰ τὸν οἰκουργήσοντα βασιλέα, καὶ πρὶν τοῦτο γενέσθαι· καὶ καθάπερ, οἶμαι, τῷ τεχνητῷ τούτῳ φωτὶ ἡ μικρὰ πρὸς τὸ μέγα καὶ ἀδάπανον ὁμοιότης, της, τοῦθ' ὃ νῦν προσαγορεύεσθαι δέδωκε, κἀκεῖνο πρότερον ἐγνωκότες, εἰς τοιαύτην καὶ τοῦτο κεκλήκαμεν ἐπωνυμίαν· τὸν ἴσον ἆρα τρόπον τὰ νέα Ἅγια ἁγίων, ἡ νῦν ἡμᾶς ἁγιάσασα λέγω κόρη, τὰ πάλαι Ἅγια ἁγίων οὕτω φωνεῖσθαι πεποίηκε.

V. Et sane recentiora hæc Sancta sanctorum nova quadam ratione veteribus illis sunt antiquiora. Neque enim illa sortita fuissent, ut hoc nomine vocarentur, nisi is, qui a longe res futuras prospiciebat, ob oculos posteriora hæc habuisset, propter quæ illis quoque et exstrui, et sanctificandi vi pollere, et quæ inde orta est appellatio contigit, non secus ac si urbs quædam a conditore suo nomen reportet. Idcirco enim, sicut dictum est, et exstructa illa fuerunt, et appellata sunt *Sancta sanctorum*, quod ad eam excipiendam, quæ jure merito hoc nomine essent exornanda (48), prædestinata fuerant.

B Ε'. Καὶ ἦν δήπουθεν τὰ πρόσφατα Ἅγια ἁγίων καινόν τινα τρόπον τῶν πρεσβυτέρων ἀρχαιότερα· ἐπεὶ οὐδέποτ' ἂν τοῦτ' εἶχον κληθῆναι ἐκεῖνα, εἰ μὴ τοῖς τὰ πόῤῥω βλέπουσιν ὀφθαλμοῖς τὰ ὕστερα ταῦτα προὐτέθη πρὸ ὀφθαλμῶν, δι' ἃ καὶ τὸ φανῆναι καὶ ἁγιάζειν ἐκείνοις, καὶ ἡ ἐντεῦθεν προσηγορία, καθάπερ πόλις τὴν ἐπωνυμίαν ἀπὸ τοῦ κτίσαντος εἰληφυῖα· διὰ τοῦτο γὰρ, ἥπερ εἴρηται, καὶ κατεσκεύαστο καὶ ἦκουσεν Ἅγια ἁγίων ἐκεῖνα, ὅτι διαναπαύσειν προώριστο τὸν τοῦτ' ἀξίως ἀκούσοντα.

VI. Sed insuper, quemadmodum Deus, antequam hominem conderet, propter hominem fecit cœlum et terram, et quotquot sunt res visibiles : ad eumdem modum oportebat, ut propter novam hanc creaturam (49), propter hunc hominem angelis præcellentem (sc. Mariam) domicilium quoddam prioribus nobilius conderetur. Exstruitur itaque, et appellationem illam, a sanctitate nempe ductam, quam nulla res alia ex iis, quæ factæ prius fuerant, adepta erat, propterea quod nulla inter ædes (50), quæ conditæ olim fuerant, sanctificationis officinam (51) in se recipere meruerat, hanc, inquam, appellationem propter hominem hunc sanctissimum, propter vas illud prorsus immaculatum, urnam purissimam, ditissimum ac mundissimum cimelium, undequaque innocentissimam (52) Dei Verbi matrem, sacrum illud templum sortitum est.

C Ϛ'. Ἄλλως τε δὲ καθάπερ οὐρανὸν καὶ γῆν καὶ ὅσα τῶν ὁρωμένων, πρὶν ἄνθρωπον εἶναι, διὰ τὸν ἄνθρωπον πεποίηκεν ὁ Θεός· τὸν αὐτὸν ἔδει τρόπον καὶ διὰ τὸ καινὸν δημιούργημα τοῦτο, τὸν ὑπὲρ νέας ἄνθρωπον, κρεῖττόν τι τῶν προτέρων οἰκητήριον δημιουργηθῆναι· Γίνεται τοίνυν· καὶ ἧς οὐδέν τι τῶν προγεγονότων τετύχηκε προσηγορίας, τὴν ἐξ ἁγιωσύνης λέγω, ἐπεὶ οὐδεὶς ἱκανῶς εἶχε τῶν πάλαι ἐργαστήριον ἁγιωσύνης κεκληρωκέναι, ταύτης ὁ ἱερὸς ἐκεῖνος τυγχάνει σηκὸς διὰ τὸν ἁγιώτατον ἄνθρωπον, τὸ πανάχραντον σκεῦος, τὸ παναμώμητον ἄγγος, τὸ μέγα καὶ ἀκηλίδωτον κειμήλιον, τὴν πανυπέραγνον τοῦ Θεοῦ Λόγου μητέρα.

Ant. Ballerini notæ.

(47) Ita codex : emendationem qua locus iste indigere videtur, sapientiorum judicio permittere malui. Suspicio subire posset, excidisse particulam μὴ.

(48) Quanto magis hæc, et alia ejusmodi per orationis decursum, Deiparæ sanctitatem exaltant, adeo ut nihil sanctius in creatis excogitari posse suadeant ; eo longius suspicionem labis, qua nihil est sanctitati infensius, ab eadem Deipara sanctissima removere debent.

(49) Quod Virgo Deipara appelletur *nova creatura*, pluries id apud Patres occurrit. Orationis autem consequentia hic plane postulat, ut *conditio creaturæ* non aliter de Maria, ac paulo ante *de primo homine*, accipiatur. De prima ergo Mariæ creatione intelligenda hæc sunt. A prima igitur sui creatione Maria prædicatur uti opus plane eximium, atque angelicis ipsis spiritibus præcellens.

(50) Illud nempe οὐδεὶς retuli ad sequens σηκός.

(51) Notum est, Mariam sæpe a Patribus appellari ἐργαστήριον (*officinam*), propterea quod in sinu ejusdem purissimo Deus incarnationis mysterium, unde omnis sanctificatio est et salus, operatus est.

(52) Vide studium plane singulare celebrandi *Deiparæ puritatem ;* vide brevissima verborum periodo Deiparam prædicatam uti πανάχραντον, παναμώμητον, ἀκηλίδωτον, πανυπέραγνον. Et facilis qui-

Ζ'. Ὁ πάλαι μὲν γὰρ ἄνθρωπος, ὅτι, προφητικῶς εἰπεῖν, παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς, διὰ τοῦτο καὶ κοινὴν τοῖς ἀλόγοις ἔλαχεν οἴκησιν· εἶχον γὰρ ὅ τε ἄνθρωπος καὶ τὰ ἄλογα κοινὸν οἰκίας ἔδαφος τὴν γῆν· καὶ ἦν οὐδέν τι τῶν οἰκημάτων, ὅπερ ἀκάγκῃ μόνῳ μὲν προσῆκεν ἀνθρώπῳ, τὰ δὲ λοιπὰ τῶν ζώων ἀπεῖργεν εἰς κοινωνίαν· εἰ γὰρ καὶ εἰς ἀνθρώπους ᾐπιδιδόντας ἤδη νοῦς εἰσῄει, νέμειν τι καὶ Θεῷ τῶν κοινων ὑψηλότερον ἐνδιαιτημάτων, ἀλλὰ διὰ τὸν μέγιστον τοῦτὸν νεὼν Θεὸς τὰ τοιαῦτα προμελετᾷν παρεσκεύαζε· τοῦτο γὰρ Θεοῦ νόμος, ἀπὸ τῶν ἐλαχίστων τοῖς ὑψηλοῖς ἐντυγχάνειν ἀνθρώπους οἰκονομεῖν· καὶ τούτου σαφὴς ἀπόδειξις ὁ παλαιὸς νόμος οἷος ἦν πάλαι, καὶ οἷα τὰ καινὰ τοῦ Σωτῆρος παραγγέλματα· ἐπεὶ δὲ οὐχ ὁ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἥττων γεγένηται ἄνθρωπος, ἀλλ' ὅ γε καὶ βασιλικῷ τῷ πήχει τοὺς ἀὐλους ἐξαίρων, ἀκολούθως ἄρα καὶ ὁ θεῖος ἐκεῖνος οἶκος, τῶν ἐπὶ γῆς ἁπάντων ὑπέρτερος, καὶ μὴ κατὰ τοὺς λοιποὺς ἀνεφγμένος τῷ βουλομένῳ παντὶ, ἀλλὰ προσήκων ὄντως τῷ οἰκήσοντι προδεδόμηται· ὃς, ἵνα τοῦτο δείξῃ, μόνον δικαίως ὡς ἑαυτοῦ δεσπότην, τὴν θεόνυμφον λέγω βασιλίδα, ἐν τοῖς ἐνδοτάτοις ὑπεδέξατο, τοὶς δὲ λοιποῖς ἔμενεν ἄβατος.

A VII. Et re sane vera, quoniam vetus homo, ut cum Propheta loquar, *comparatus est jumentis insipientibus et similis factus est illis* [23] ; propterea habitationem quoque communem cum brutis accepit. Communem enim ad habitandum locum et homo et bruta terram habuerunt, neque ullum domicilium fuit, quod necessario solis hominibus servaretur, ac reliqua animantia a cohabitatione excluderet. Etsi enim hominibus jam multiplicatis in mentem venerat, merito locum aliquem communibus domiciliis nobiliorem Deo tribuendum esse; at hæc in consiliis divinis prorsus tanquam præludia quædam et adumbrationes templi hujus omnium maximi parabantur. Hanc enim Deus servat legem, ut homines a minimis ad sublimia B ducantur; cujus œconomiæ luculentum argumentum prostat consideranti, cujusmodi olim vetus lex fuerit, cujusmodi autem sint nova Salvatoris præcepta. Quoniam vero natus est homo, non ille quidem qui *paulo minor esset ab angelis* [23], sed qui incorporeas substantias longissime superabat ; congruenter domus illa divina, omnibus, quæ super terram essent, nobilior, in antecessum exstructa est, neque, ut aliæ domus solent, cuique ingredi volenti patuit, sed ei, qui habitaturus in ipsa erat, singulariter est reservata. Quod quidem ut ipsa ostenderet, eum solum, tanquam sui dominum, reginam scilicet Deo desponsatam, in penetralia sua recipit, reliquis vero inaccessa permansit.

Η'. Ὥσπερ γὰρ οὐ κατὰ τοὺς λοιποὺς τῶν ἀνθρώπων ὁ ὑπερφυέστατος οὗτος καὶ θεουργικώτατος ἄνθρωπος τὴν δίαιταν ἔσχεν (ἄγγελος γὰρ ἦν οὐρανόθεν λειτουργῶν τῇ Παρθένῳ τὴν ἀπόῤῥητον ἐκείνην τροφήν)· οὕτω καὶ παρὰ τοὺς λοιποὺς ἀγγελικὴν εἶπεν ἄν τις ἑστίαν, ἢ οὐρανίαν, ἢ θείαν ἄλλην καὶ ὑψηλὴν, καὶ γῆς αὐτῆς οὐχ ἁπτομένην, εἴγε ἐνῆν, ὁ σώζων ἠνάγκαζε λόγος ἀπολαβεῖν· ὡς γὰρ ἔγωγε καὶ τοῦτο νομίζω, οὐκ ἄν χοϊκῶν ἐδέησε τῇ Παρθένῳ τοκέων, ἢ γῆς, ὡς ἐδάφει ταύτῃ χρήσασθαι καὶ περιπάτῳ, ἢ ὀτουοῦν, ὧν χοῦς ποικίλως διαμορφοῖ τὲ καὶ χρώννυσιν. ἀλλ' ἄνωθεν ἄν, εἴπερ εἰδέναι ἔδει, τὴν ταύτης ἐγνώκειμεν γέννησίν τε καὶ οἴκησιν, κατ' ἀγγέλους δημιουργηθείσης, ἢ δήπουθεν ὑπὲρ τούτους,

C VIII. Et sane quemadmodum homo iste supra naturæ modum excellentissimus et factura plane divina (53), non communi hominum more victum recipiebat (nam angelus e cœlo ineffabile illud alimentum Virgini ministrabat) ; sic sana ratio exigebat, ut aliam præter consuetudinem reliquorum hominum, sublimemque, angelicam quispiam dixerit, et cœlestem et divinam ac terræ, siquidem fieri posset, minime attiguam, sedem sortiretur, Nam, ut mea in hoc quoque habet opinio, haud opus habuisset Virgo terrenis parentibus, aut terra quam pedibus calcaret ambulando, aut quavis alia e rebus, quæ e terra formantur et adornantur : sed siquidem inquirendum de hoc esset, facile nobis

[23] Psal. XLVIII, 13 et 21. [24] Psal. VIII, 7.

Ant Bellerini notæ

dem dabo, perperam eum agere, qui ex quolibet D epitheto puritatem denotante, cujusmodi plura Græci habent, privilegium Immaculatæ Conceptionis evincere contendat ; qua de re in Commentario. At 1° studium tot ejusmodi epitheta accumulandi hoc saltem ostendit, de Virginis puritate Patres altissime sensisse ; 2° Si unica quispiam voce puritatem efferre vellet, quæ originalem quoque labem excludat, nunquid significantius aliud ac τῆς, πανυπεράγνου vocabulum adhiberet ? Jam enim ὑπέραγνον cum dicis puritatem innuis quæ adeo superemineat, ut ei addi quidquam posse minime videatur. Adhibitam ergo vocem πανυπέραγνον fatebimur, quo puritas et intensive et extensive summa innueretur.

(53) Deiparæ magnalia dupliciter auctor commendans, eam vocat ὑπερφυέστατον καὶ θεουργικώτατον ἄνθρωπον. Atqui 1° si Deipara naturæ ordinem prætergreditur, neque qualicunque modo, sed immenso, ut ita dicam, intervallo ita prætergreditur, ut merito dicatur ἄνθρωπος ὑπερφυέστατος ; non ergo recte illi agunt, qui ad communem conditionem spectantia in Mariam, non secus ac in reliquos, transferunt ; ac proinde Patrum vestigiis institisse patet Ecclesiam, cum Deiparæ Conceptionem immaculatam religioso cultu concelebrans, facto ipso edocet, Scripturarum oracula, quæ de universi hmani generis lapsu legimus, non necessario ad Mariam spectare.

2° Si opus divinum est Deipara, neque opus qualecunque, sed quod maxime dignum divinis manibus censeatur, ac proinde merito θεουργικώτατος appelletur ; excellentissimis ergo prærogativis in ipsa sui formatione ditata est. Alienum igitur est, ut Deo invisa, ac peccati fœditate turpis exorta cogitetur.

appareret, et cœlestem ejus originem et cœlum propriam ejusdem esse sedem,utpote quæ angelica conditione (54),imo supra angelicam conditionem creata sit.Nisi quod ejusmodi opus erat œconomia, quæ simul salutaris foret, et nullum vanis deliramentis locum relinqueret. Etenim etiam Salvator humanam naturam propter me assumere voluit ; haud par autem fuisset ejusmodi formam in cœlis induere. Præterea, adversus eos qui prave dogmatizaturi erant illum non reipsa factum fuisse hominem,invictum exhibebat argumentum,illam nempe Virginem, quæ eum genuit. Manifeste enim ipsa terrena apparebat, quippe e terrenis parentibus et ex eo limo exorta,qui vel hanc innocentissimam terrenum fœtum esse evidentissime proclamabat. E quo quidem limo haudquaquam evolavit ; sed non secus ac cæteri ejusdem naturæ homines, hisce, ut ita dicam, compedibus ad hæc infima constricta tenebatur.

A εἴ γε μὴ τρόπος οὗτος ἐπραγματεύετο σωτήριός τε ὁμοῦ καὶ κενῶν ἅληπτος ληρημάτων, ὅτι καὶ ἄνθρωπος ὁ Σωτὴρ εἵλετο δι' ἐμὲ γενέσθαι, ἄνω δὲ οὐκ ἐνῆν τὴν τοιαύτην ἀναλαβέσθαι μορφήν· καὶ ὅτι τοῖς, μὴ ὅτι τοῦτ' ἐγεγόνει, κακῶς δογματίσασιν, οὐκ ἀσθενῆ τὴν Παρθένον πεποίηκεν ἔλεγχον, ἣ τοῦτον ἔτεκε. Σαφὴς δ' αὕτη πηλὸς, ὡς ἐκ γηΐνων φῦσα, καὶ τοῦ χοὸς, οἰκεῖον εἶναι καὶ τὴν Πάναγνον κύημα, τρανότατα διακωδωνοῦντος, οὗπερ ἥκιστα πέπτη (55), ἀλλὰ κατὰ τοὺς ὁμοφυεῖς ταῖς ἐκεῖθεν, ὡς εἰπεῖνς, εἶκε πέδαις τοῖς κάτω προσγειτονοῦσα.

IX. Quoniam itaque hisce de causis non expediebat,ut Virgo sublimiorem longe a terris obtineret sedem,qua si quispiam angelorum,certe beata illa dignissima erat (56); saltem ut ædes vel ipsis regalibus nobiliores, nimirum *Sancta sanctorum*, seorsim a terrenis et cognatis incoleret,Deus æquissimum judicavit. Atque intra sacrarium illud divinum, utpote soli illi innocentissimæ conveniens, propter quam et *Sancti sanctorum* appellationem, et virtutem huic nomini congruam, uti ostensum jam est, acceperat, mansisset ea utique, ut ego quidem arbitror,ad alterum usque ac finalem ejusdem in cœlos ingressum. Verum, ut et viam nobis ostenderet, *quam*, juxta divini Pauli vocem, *initiavit in introitu Sanctorum* in nomine Jesu[14] ; tum etiam ut reliquam quoque terram atque aerem præmundaret, quæ Dominus paulo post utique per ipsam perfectius sanctificaturus erat : hæc enim, quemadmodum diximus, divina est œconomia, ut a simplicioribus gradus fiat ad perfectiora ; tum denique ut obsignatus hic liber (57) traderetur Josepho illi venerando ac librum legendi gnaro,qui in sacris penetralibus morari non poterat,et mysticum tamen illud et ineffabile volumen interpretari debuit ; hisce de causis et e templo illo ipsa egressa est, et semet Conditoris incomprehensibilis templo (o rem plane admirandam !) præstitit. Quamobrem non modo appellatio *Sancti sanctorum*, sed et si quæ alia veneratione dignior occurreret

B Θ'· Ἐπεὶ τοίνυν οὐκ ἦν διὰ ταῦτα τῆς ὑπὲρ γῆν τυχεῖν κληρουχίας, ἥς, εἴπερ τις τῶν ἀγγέλων, ἡ μακαρία δικαιοτάτη, ἀπό γε τῶν περιγείων καὶ συγγενῶν τὰ τῶν ἀνακτόρων οἰκεῖν ὑψηλότερα τὴν Παρθένον, τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων φημὶ, ὁ Θεὸς ἐδίκαίωσεν· ἔμεινε δ' ἄν, οἶμαι, μέχρι τῆς ἄλλης καὶ τελευταίας αὐτῆς πρὸς οὐρανοὺς εἰσόδου τοῦ ἱεροῦ ἔνδον τεμένους, ἅτε δὴ μόνῃ τῇ Πανάγνῳ πρέποντος ἐκείνου, δι' ἣν καὶ κλῆσιν εἴληχεν ἐκείνην καὶ τὴν φερώνυμον ἐνέργειαν, ἥπερ ὁ λόγος ἔδειξεν. Ἀλλ' ἵνα καὶ ὁδὸν ἡμῖν ὑποδείξῃ, ἣν ἐνεκαίνισεν εἰς τὴν εἴσοδον τῶν Ἁγίων ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ. Παύλου τοῦτο τοῦ θείου φωνὴ, ἔτι δὲ καὶ γῆν ἄλλην καὶ ἀέρα ἀροκαθαγνίσῃ, ἃ δήπουθεν μετὰ μικρὸν ὁ Δεσπότης δι' αὐτῆς ἔμελλε τελεώτερον ἁγιάσειν, οὕτος δὲ, καθά C μοι εἴρηται, θεῖος νόμος, ἀπὸ τῶν ἁπλουστέρων χωρεῖν ἐπὶ τὰ τελεώτερα, καὶ ἵν' Ἰωσὴφ, τῷ σεμνῷ ἐκείνῳ καὶ εἰς πεῖραν ἥκοντι γραμμάτων, τὸ ἐφραγισμένον δὴ τοῦτο ἐγχειρισθῆναι βιβλίον, ὃς, οὔτ' ἦν κανὸς τοῖς ἀδύτοις ἐνδιατρίβειν, καὶ εἶχεν ἄλλως τὸ μυστικὸν ἐξηγεῖσθαι καὶ ἀπόῤῥητον ἐκεῖνο βιβλίον· διὰ ταῦτα καὶ τοῦ νεὼ μὲν ἐξῆλθεν ἐκείνου, ναὸν δ' ἑαυτὴν, ὦ ξένον θαῦμα ! τοῦ ἀχωρήτου Δημιουργοῦ κατεσκεύασεν· οὐ χάριν οὐχ Ἁγία ἁγίων μόνον, ἀλλὰ καὶ εἴ τι τούτων αἰδοῦς ἀξιώτερον, τῶν εὐλόγων ἂν εἴη τό ἀνέκφραστον τοῦτο καλεῖν Θεοῦ κατοικητήριον.

Quamobrem non modo appellatio *Sancti sanctorum*, sed et si quæ alia veneratione dignior occurreret

[14] Hebr. x, 19, 20.

Ant Bellerini notæ.

(54) Jam alias auctor disputaverat (Orat. in Nativ. Dei., § 8, sup. pag. 222), Virginem Deiparam non e terra, sed e cœlo oriundam fateri oportere. Nunc vero disertius affirmat, eamdem non alia, atque angelos, conditione fuisse creatam (κατ' ἀγγέλους δημιουργηθείσης). Porro res ipsa et contextus aperte clamant,id de Deiparæ anima intelligendum esse. Ergo ad animam Mariæ pertinet, quod de angelis traditur, divina scilicet gratia et charitate exornatos divinis e manibus prodiisse. Discrimen vero, quod veluti sua dicta corrigens auctor subjicit (ἥ δήπουθεν ὑπὲρ τούτους), quin huic sententiæ repugnet,imo eam confirmat.Si enim Maria non modo par,sed potior angelis est creata ; plura ergo præ angelis ipsis gratiæ munera in ipsa sua *origine a divina bonitate* recepit.

(55) Ita codex, ut videtur, pro ἔπτη.

(56)Non semel jam advertimus,innocentiam,quæ trimulæ infanti tribuitur, singularem haberi non D posse,nisi adjicias prærogativam aliis infantibus non communem, absentiam scilicet illius labis, de qua in Jobi libro secundum lectionem LXX (cap. xiv, v. 4) legitur : *Nemo mundus a sorde, nec infans, cujus est unius diei vita super terram.* Quod ergo congrua Deiparæ adhuc infanti sedes, propter singularissimam ejusdem innocentiam, cœlum potius quam terra dicatur,id innocentiam denotat, quæ ab originis quoqne vitio intacta permanserit.

(57) Virgini scilicet ac S. Josepho, ejus sponso, auctor applicat cum aliis Patribus,quod apud Isaiam legitur (cap. xxix, 11) : *Erit vobis visio omnium sicut verba libri signati, quem cum dederint scienti litteras, dicent : Lege istum ; et respondebit : Non possum, signatus est enim.*

merito inter nomina censeretur, quæ aptiora ad ineffabile hoc Dei domicilium designandum videri debent.

Γ'. Δοκῶ δέ μοι καὶ τοῦτο, ὡς οὐ τῆς ἴσης ἂν ἐνεφορεῖτο θεοπτίας ὁ ἅπαξ τὰ ἅδυτα εἰσιὼν ἱεράρχης ἐκεῖνα, τῆς τε παμβασιλίδος τοῖς οἰκείοις παρούσης βασιλείοις, καὶ ὅτε μὴ τοῦτ' ἐγίγνετο· ἀλλὰ πολλῷ κρείττονος δι' ἐκεῖνο μετειλήφει θεωρίας ἡ τῆς Δεσποίνης ἀπούσης· Ἐπεὶ γὰρ πάντων ἀνθρώπων καὶ ἱεραρχῶν ἐξ ἀνάγκης πλησιεστέρα Θεῷ, οὐδ' ὅσον εἰπεῖν ἔνεστιν, ἡ Ἁρθένος, ἀναλόγως καὶ πάντων ἐπέκεινα θεαμάτων ἄν ὑψηλῶν ἐτύγχανεν εὐμοιροῦσα· ὃς δ' ἐκείνῃ συνῆν, τηλικούτων ἀπολαβούσῃ, βελτίων ἂν ἦν ἑαυτοῦ πάντως, καθάπερ φώτων ὑπὲρ βασιλέως προκειμένων φωτεινότερον οἱ παρόντες ὁρῶσιν. A

prorsus se ipso aptior evadere debuit, non secus ac quot præsentes adsunt, clarius vident.

X. Illud insuper persuasum habeo, summum sacerdotem, qui semel per annum in sacra illa penetralia pedem inferebat, haud pari mensura divinis visionibus consuevisse frui, quando sua illa regia præsens versabatur omnium Regina, ac quando inde ipsa aberat; sed longe uberius domina præsente quam eadem absente, cœlestibus revelationibus ditatum fuisse. Cum enim Virgo præ omnibus plane hominibus, ac proinde præ summis quoque sacerdotibus, quantum neque verbis eloqui fas est, propius ad Deum accederet; præ omnibus consequenter etiam sublimibus visionibus fruebatur (58). Porro quisquis ejusmodi visionibus fruenti præsens aderat, quando luminoria pro rege accenduntur, quot-

IA'. Ἀλλ' ὑμνητέον μικρὸν ἄνωθεν τὰ περὶ αὐτήν, ἵν' ἀπὸ τῆς θείας αὐτῆς ἐν βίῳ προόδου εἰς τὴν εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων εἴσοδον ἀκολούθως ὁ λόγος τὴν Πάναγνον φέρῃ.

XI. Verum pretium operæ fuerit ea, quæ ad ipsam (Deiparam) spectant, paulo altius repetere; adeo ut, initium ducens a primo innocentissimæ illius in hanc vitam ingressu divino, sermo ex ordine eam ad introitum in Sancta sanctorum deducat. B

Γεννᾶται τοίνυν τὸ θεαυγέστατον τοῦτο κάλλος, τὸ θεοπτικώτατον ἔσοπτρον, τὸ θεοιδέστατον κάτοπτρον, ἡ θεολαμπὴς αἴγλη, ἡ θεοτερπὴς λαμπηδών, ἡ θεοπρεπὴς ἀγλαΐα, ἡ θεόνυμφος καὶ θεόπαις Μαρία, ἐκ στείρας μὲν καὶ ἀγόνου γαστρὸς, πολυτόκου δὲ ψυχῆς καρπῶν θεαρέστων, καὶ μάλα γονίμου γεννημάτων ἐνθέων, καὶ οἷς ἐντρυφᾷ Θεὸς τικτομένοις.

Generatur itaque pulchritudo hæc divinissime splendens (59), expressissima Dei imago speculum Dei speciem ad vivum referens, splendor divinitus emicans, jubar Deo gratissimum, venustas Deum condecens, Dei sponsa, et Dei filia Maria; ex matre sterili quidem utero et infœcunda, verum quoad animam fructuum Deo placentium fœcundissima, et germinum divinorum, quorum partu deliciatur Deus, feracissima.

IB'. Ἔδει γὰρ ἡγήσασθαι τοῦτο κἀνταῦθα, ὡς ἂν ἀπὸ μικροῦ θαύματος, τὴν παιδοτόκον φήμι στεῖραν, τὸ μέγα καὶ παραδοξότατον, ὁ τῆς Παρθένου καινοτομηθείη τόκος, ἵνα καὶ παῖς κατὰ μητρὸς οὕτω λαμπρᾶς, οὕτω θαυματουργοῦ, φέρῃ τὰ ξνικητήρια· Ἄννα γὰρ, ἡ μετὰ βραχὺ καλλίπαιδος μήτηρ ἐκείνη, καὶ Ἰωακεὶμ ὁ θαυμάσιος, τὸ θεόλεκτον καὶ δικαιότατον ζεῦγος, τἄλλα μὲν πάντων εἰς εὐδαιμονίαν C

XII. Etiam hic porro, eam servari decebat œconomiam, ut e minori miraculo, sterilis videlicet parientis, magnum illud atque sensum omnem transcendens gènerantis Virginis novum prodigium initiaretur, quo nempe matrem quoque tam insignem, tamque claram miraculis filia superaret. Illa siquidem Anna, quæ deinde speciosæ hujus puellæ mater evasit, et admirandus Joachimus,

Ant. Ballerini notæ.

(58) Levioris momenti videri potuerunt, quæ auctor habet de sancta Virgine, crebris visionibus cœlestibus, divinisque revelationibus perfruente. At non levis profecto momenti est doctrina, cui illa quodammodo superstruuntur, quamque a sanctis Ecclesiæ Patribus seu præstitutam seu præsumptam reperire est, ubi de quapiam prærogativa Virgini vindicanda agitur. Quænam vero ea est doctrina? Nimirum nullum cœleste donum, nullum gratiæ munus tam præclarum tamque eximium excogitari posse, quod eminentissima quadam ratione Mariæ collatum existimari non debeat. Quæ quidem doctrina quam late pateat, quibusve argumentis ex ipsis fidei nostræ principiis per Patres firmetur, commentarii potius quam notulæ fuerit disserere. Illud interim perpendere ne prætereas, quantopere ii et decipiantur et decipiant, qui cum de sanctæ Virginis privilegiis ac speciatim de ejusdem ab originali vitio immunitate sermo est, argumenta theologis usitata, et a decentia seu convenientia, ut aiunt, ducta, parvi adeo pendere videntur, ut tantum non ad quisquilias rejiciant. Suam ipsorum scilicet inscitiam luculenter produnt, cum subtilitatibus scholasticis illud argumenti genus accensent, quod apud sanctos Ecclesiæ Patres receptissimum fuisse ignorant, aut dissimulant. Quod si ejusdem argumenti vim ac robur vix aut ne vix quidem revera ipsi sentiunt, nihil sane æquus rerum æstimator ambiget, id non rei ipsi Patribus minus perspectæ deputandum esse, sed verius hebeti istorum menti, qui, quid sibi *Dei Genitrix* velit, quidve tremenda hæc dignitas merito postulet, ne remotissime quidem suspicando pares se exstitisse palam faciunt. D

(59) Inspice, qualis a suis ipsius primordiis Maria oculis nostris exhibeatur. An vero animæ ex primitiva labe deformi consonum fuerit, ut divina appelletur pulchritudo? an Adæ terreni imaginem gerenti congruit, ut expressissima Dei dicatur imago? an tenebris peccati obvolutæ, ut splendor habeatur divinitus emicans? an Deo invisæ, ut jubar Deo gratissimum et Dei filia nominetur?

par divinitus electum ac justissimum, etsi quoad A cætera omnes felicitate vincerent, quoad liberos tamen gignendos quibusvis egenis infeliciores notabantur. Hinc vero quotidianus ex justorum illorum oculis lacrymarum imber defluebat,hinc assiduæ erumpebant purissimæ preces, hinc illa quoque, qualis a Deo nunquam despicitur, sed in odorem suavitatis admittitur, promissio, quocunque alio pacto firmior, prolem, si quæ nasceretur, se donanti donum reddituros.

ἐκράτουν· πρὸς δέ γε παιδοποιΐαν πενήτων ἠλέγχοντο δυστυχέστεροι· ἔνθεν τοι καὶ ῥεύματα μὲν ἀπέῤῥει δακρύων ὁσημέραι τῶν δικαίων ὀφθαλμῶν ἐκείνων, συχνὴ δ' ἀνεπέμπετο δέησις θολώσεως ἄμικτος, καὶ οἵαν οὔτε Θεὸς παρορᾷ, καὶ ὡς ὁσμὴν εὐωδίας ὁρᾷ ἐπαγγελία συμβολαίου παντὸς πιστοτέρα, τὸ τεχθησόμενον ἀντιδώσειν τῷ δεδωκότι.

XIII. O vere justas preces, quæ velocitate sua omnem pennarum volatum superantes penetrant cœlos, ad Deum confidenter accedunt, et ab ipso, quæ postulant, cum gaudio reportant! O corda illa puritatis plena, quæ propterea Deum vident, et inde felicem ardentium votorum exitum inveniunt! B O pura labia propter Deum mota, ac veluti ad hoc condita, ut præfinitum mysterium ad eorum petitionem impleretur! O animas sine macula, quas Deus acceptissimas habuit, adeo ut in eorum cognatione censeri voluerit!

ΙΓ'. Ἀλλ' ὦ δικαίας εὐχῆς, πτερὸν ἅπαν ἐλεγχούσης τῷ τάχει, ὑπὲρ οὐρανοὺς ἀνιούσης, Θεῷ προσιούσης θαῤῥούντως. καὶ παρ' αὐτοῦ προσδεχομένης ἡδέως! Ὦ καρδιῶν ἐκείνων, μεστῶν καθαρότητος, καὶ διὰ τοῦτο Θεὸν ὀπτριζομένων κἀκεῖθεν ἀντιδεχομένων τὴν τῶν θερμῶν ἐξαλμάτων περαίωσιν! Ὦ χειλέων ἁγνῶν, διὰ Θεὸν κινουμένων, καὶ ὡσπερεὶ διὰ τοῦτο πεποιημένων, ἵνα τὸ προωρισμένον μυστήριον τούτων αἰτουμένων ἐκβῇ! Ὦ ψυχῶν ἀμώμων, ἃς ὑπερηγάσθη Θεὸς, καὶ τελέσειν εἰς τὴν τούτων ἠγάπησε συγγένειαν!

Splendidissime voti compotes fiunt, ac gignunt fructum, mirabilissimum illum sane, qui pulchritudo et decor totius orbis terrarum (60), et mysticum alimentum melle supra quam intelligi possit dulcius, spectaculum præ quavis arbore umbrosa recreans, atque omnem suaveolentissimorum florum gratiam exsuperans, apparuit.

Τυγχάνουσι μάλα περιφανῶς τῆς αἰτήσεως, καὶ τίκτουσι καρπὸν, τοῦτον δὴ τὸν καινότερον, ὃς τῆς οἰκουμένης ἅπάσης καλλονὴ καὶ σεμνότης, καὶ τροφὴ μυστικὴ, μέλιτος ὑπὲρ νοῦν γλυκυτέρα, καὶ κατασκίου δένδρου παντὸς ψυχαγωγικώτερον θέαμα, καὶ ἀνθέων πᾶσαν εὐωδεστάτων κάτω τεθεὶς πέφηνε χάριν.

Et sane decebat, ut illi qui tanta animi nobilitate præstabant, qui ad tantam justitiæ celsitudinem provecti fuerant, qui tanto studio Dei obsequium C omnibus, quæ sub cœlo sunt, prætulerant, qui mentem divino lumine adeo illastratam gerebant, non aliam profecto quam istam sortirentur prolem; et rursus (decebat) ut beata illa, cujus laudes, cum ipsi pares afferre non possit, oratio prætermittit, non alios, quam istos, parentes sortiretur. Oportebat insuper, ut ad congressum illum, unde Virginis conceptio processit, non aliud quidpiam, quam congressus cum Deo, impelleret atque adduceret; ut, quemadmodum consentaneum erat, purissima illa (61) sola etiam propheticam illud [25]

Ἔδει γὰρ μήτ' ἐκείνους, οὕτως εὐγενεῖς τὴν ψυχὴν γεγονότας οὕτως εἰς ἄκρον δικαιοσύνης ἐληλακότας, οὕτω παντὸς τῶν ὑπ' οὐρανὸν Θεὸν προτιθέντας, οὕτω θεολαμπεῖς τὸν νοῦν, ἄλλης ἢ ταύτης χρηματίσαι πατέρας, μήτε τὴν μακαρίαν, ἧς τὸ σεμνὸν οὐκ ἔχων ὅσον εἰπεῖν ὁ λόγος ἐᾷ, ἑτέρων παῖδα παρὰ τούτους γεγονέναι· ἔτι δὲ μήτε τῆς ὁμιλίας ἐκείνης ἢ τῇ Παρθένῳ συλλήψεως αἴτιον, ἄλλο τι ἢ Θεοῦ ὁμιλίαν πρωταίτιον εἶναι καὶ προηγούμενον, ἵν', ὡς οἷόν τε ἦν, ἡ πάναγνος ἔχοι μόνη καὶ τὸ προφητικὸν ἐκεῖνο διαφυγεῖν, καὶ, Οὐκ ἐν ἀνομίαις συνελήφθην, οὐκ ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησέ με μόνην ἡ μήτηρ μου, περὶ ἑαυτῆς φάσκειν, ἐκείνῳ καὶ τούτου συμπε-

[25] Psal. L.

Ant. Ballerini notæ.

(60) Conf. quæ de hac sententia diximus in Præfatione ad fragmentum orationis Georgii Nicomediensis, sup. pag. 149.

(61) Auctorem habemus diserte profitentem sanctæ Virginis immunitatem ab originali peccato, Duo hic animadvertam. 1° Auctor nequaquam, ut sæpe alias tum in hac tum in aliis homiliis solet, hæc se ex opinione sua affirmare ait; sed nihil hæsitans tanquam de sententia omnibus explorata ea de re disserit; 2° Certum esse debet, auctorem, cum innocentiam, puritatem, ac sanctitatem Deiparæ aliis verborum formulis celebraturus esset, eas locutiones vigilanter selegisse, quas aptiores duxit ad puritatem,innocentiam, ac sanctitatem ab originali quoque vitio intactam significandam: cumque ambigendum non sit,eamdem fidelibus,ad quos Isidorus verba faciebat, de sanctæ Virginis *puritate* sententiam inhæsisse,rursus dubitare non *licet, quin eodem sensu locutiones illæ* a Christiana D plebe acceptæ fuerint, et communiter ab omnibus ad eamdem hanc puritatem ab originali quoque vitio immunem efferendam usurparentur.Cum hæc manifestissima per se sint, æque indubium illudque gravissimum inde profluit consectarium. Easdem enim, quas ab Isidoro adhibitas cernimus, verborum formulas, easdem figuras, easdemque imagines ad Virginis beatissimæ singularem puritatem celebrandam usurpatas reperimus non modo a reliquis universim Patribus, sed in ecclesiasticis quoque ac liturgicis libris Ecclesiarum omnium Græcæ, Syriacæ, Copticæ, Armenicæ. Quis porro non videt, quid sponte hinc consequatur? Æque enim a veri specie duo hæc prorsus abhorrent, nempe, aut Patres reliquos aliter quidem de Virginis conceptione sensisse, exquisitissimas tamen formulas ad ejusdem quoque Conceptionis puritatem significandam idoneas usurpasse, aut (siquidem quispiam contendere velit, eas formulas non eo spe-

ριειλημμένου τῷ καταλόγῳ, ὧν μοι μεγαλείων ἐποίησεν ὁ δυνατός. Τοῦτο δ' ἐξ ὧν ἔπραξαν, ἔδειξαν οἱ γεννήτορες, ἀφ' οἵας ἐκ Θεοῦ καταβεβηκότες ὁμιλίας, πρὸς τὴν τῆς παιδοποιίας αἰτίαν ὁμιλίαν συνῆλθον. Ἄριστα τοίνυν καὶ τοῦτ' εὖ ἔχον τῷ κύκλῳ τῶν περὶ αὐτῆς παραδόξων συνέδραμεν.

A evitaret, ac de se ipsa affirmare posset: *In iniquitatibus concepta non fui;* et rursus, *Solam non concepit in peccatis me mater mea;* quoniam hoc quoque conprehensum est in numero magnalium illorum quæ *fecit mihi magna* (inquit) *qui potens est*[26]. Quod quidem ostenderunt genitores ipsi per ea, quæ præstiterunt; quippe qui ad congressum, qui origo est prolis suscipiendæ, e congressu cum Deo devenerunt. Merito igitur hoc quoque faustissimum eventum inter admiranda, quæ spectant ad ipsam, comnumerandum venit.

ΙΔ'. Ἐπει δ' εἰς φῶς ἡ λαμπρὰ πεφανέρωται Θεόπαις, ἡ μᾶλλον ἢ φῶς ἅπαν διαυγεστέρα, ἧς χωρὶς οὔτε φῶς, οὔτ' οὐρανὸς, οὔθ' ἡ ποίησις πᾶσα τῶν δυναμένων ψυχὴν ἀληθῶς λαμπρῦναι καὶ οἰκειῶσαι Θεῷ, ἐπεὶ τοίνυν ἡ τηλικαύτη γεγέννηται, καὶ τὰ ὑπεσχημένα τοῖς τοκεῦσιν ἡ μνήμη περᾶναι μηνύει· οἱ δ' εἰς ἔργον ἄν, οἶμαι, ἔχώρουν, ἅμα τῷ γεννηθῆναι τῷ νεῷ τὴν παῖδα προσάγοντες, εἴγε μὴ τὸν καιρὸν προαρπάζειν τῶν οὐκ εἰκότων ἐδόκει, καθὰ καὶ ὁ Σωτὴρ ὕστερον πάντα κατὰ καιρὸν, καὶ θαύματα, καὶ τὸ θεῖον ἐπεδείξατο λουτρὸν, ᾧ πάντως ἔδει τελεῖσθαι ἀκόλουθα καὶ ἐπὶ τῆς ἐκείνου μητρὸς καὶ πρὶν τοῦτο φανῆναι· σφόδρα γὰρ ἄν τι τερατουργεῖν ἐδόκουν, βρέφος, πρὶν ἀποστῆναι τίτθης, ἢ λόγου καὶ ἀκοῆς εἰληφέναι πεῖραν, εἰς τὰ ἄδυτα ἐπιχειροῦντες εἰσενεγκεῖν ἐκεῖνα· ἤ, ὥς τις ἔφη τῶν πρὸ ἡμῶν, ἡ τριετία διετηρεῖτο, τὴν ἐν τοῖς ἀδύτοις εἴσοδον παρασχεῖν τῇ Παρθένῳ, ἵνα τὸ μέλλον προγράψῃ, ὅτι μόνη τὸν ἄδυτον καὶ ἀπερίληπτον ἕνα Θεὸν τῆς ἁγίας Τριάδος καινότατα τέξεται, καὶ ὑπὲρ ἅπαντας ἁγίους τῆς ὅλης φρικτῆς Τριάδος μονὴ φανεῖται καὶ σεβασμιώτατον οἰκητήριον. Οὐδὲ γὰρ ἦν οἷκοι μένειν τῶν ἀναγκαίων, ὅτι θηλῆς ἡ πάναγνος ἐδεῖτο· ὡς γὰρ καὶ τριετὴς, ἐνδιαιτωμένη τῷ θείῳ περιβόλῳ ἐκείνῳ, τῆς παρ' ἀνθρώπων οὐ μετεῖχε τραπέζης, μυστικῷ δὲ λόγῳ οὐρανίας ἡ ἐπουράνιος μετελάμβανε τροφῆς· οὕτως, εἰ καὶ γάλακτος ἔτι δεομένη, τὰ ἄδατα οἰκεῖν εἰσήκτεο) Isidorum, qui diverse ab aliis Sentiret, diversas quoque formulas nullas adhibuisse. Communis ergo omnium consonantia in Virginis puritate atque innocentia per easdem phrases, figuras, imaginesve efferendi ac celebrandi, communem omnium de eadem puritate atque innocentia sententiam luculenter patefacit.

XIV. Postquam igitur in lucem Dei filia (62) prodiit splendida, imo ipsa luce splendidior, sine qua neque lux, neque cœlum, neque omnes simul creaturæ vim habent seu lumen animæ affundendi, aut ipsam Deo conciliandi, postquam, inquam, talis puella nata est, de promissione implenda præsens memoria parentes monet. Ipsi autem, ut arbitror, in opus rem deduxissent, filiam, simul atque nata est, ad templum deferentes, nisi prorsus incongruum visum fuisset tempus prævertere; quemadmodum deinceps etiam Salvator omnia opportuno tempore et miracula edidit, et lavacrum divinum exhibuit; cujus exemplis etiam priusquam possent conspici, congruum erat, ut ea quoque assimilarentur, quæ in matre complebantur. Et re quidem vera portentosum quiddam visum fuisset, quod in sacra illa penetralia inferre vellent infantem puellulam, antequam ablactaretur, et aliquem seu loquendi seu audiendi usum adepta esset. Vel certe, ut quidam e majoribus dixit, triennium ad parandum Virgini in sacra adyta ingressum interponebatur, ut præsignaretur, eam solam unum e sancta Trinitate, inaccessum et incomprehensibilem Deum, ineffabili modo parituram esse, et insuper ipsam solam præ omnibus sanctis augustissimum totius tremendæ Triadis domicilium esse. Et sane ut domi maneret nequaquam necesse ideo fuit, quod purissima (63) illa

[26] Luc. 1, 49.

Ant. Ballerini notæ.

(62) In notis ad Chartam Ugonis de Summo (sup. pag. 23. not. 2) jam innuimus, titulum *Dei filiæ*, quo antonomastice Deipara apud Patres exornari solet, etiam ad prærogativam immaculatæ Conceptionis spectare. In idem facere potest, quod auctor noster velut consequenter ad ea, quæ de purissima Virginis conceptione dixerat, mox eam hoc nomine absolute indigitat. Ssd adverte ulterius, quomodo eadem doctrina heic proponatur. Nam Dei filia dicitur *prodiisse splendida*. Quid porro est ortus splendidus, nisi splendor ipsum ortum concomitans? Ac rursus quid isthic est splendor, nisi splendor divinæ gratiæ, qua Mariæ in *peccato* (uti mox auctor dixerat) *non conceptæ* anima refulgebat? Id vero juverit meminisse: sæpe enim alias ejusmodi sententia in veterum scriptis occurrit.

(63) Lectorem, ut puto, non effugit, quam sæpe ad beatissimam Mariam indigitandam absoluta τῆς πανάγνου voce, quæ juxta Hesychium valet κατὰ πᾶν ἁγνόν, auctor utatur. De hac autem re illud singulare nobis occurrit, quod Franciscus Combefisius in vertendis veterum scriptorum de sancta Virgine homiliis, in voces ἁγνή, vel πάναγνος de Deipara dictas cum incidit, eas *casta* aut *castissima*, vertere constanter maluerit Nam esto, quod diffitetur nemo, ἁγνός non solum ampliori significatione pro *puro* generatim et *impollato* accipi, sed etiam strictiori pro *casto* speciatim usurpari. At perviderit vel cæcus, castimoniam non ejusmodi esse virtutem, e qua par sit singularis laudis argumenta petere, sicubi de infanti puella laudanda agatur. Cui enim infanti hæc laus, si tamen laus in infantibus haberi potest, non competit? Eas ergo voces ad *castitatem* speciatim contrahere in illis Patrum scriptis, ubi Mariæ vel conceptæ, vel nascentis, vel trimulæ infantis ad templum adductæ encomia texuntur, nisi aperte constet, ea ad consequentia Virginis gesta referri, plane ridiculum videri debet. Verum undenam hæstrophæ repetendæ sint, nemini obscurum est. Quod nempe hominem permovit, ut in præfatiuncula ad orationes *Georgii*

maternis uberibus indigeret. Nam sicut cum triennis in sacro illo ambitu versabatur, haud humana alebatur mensa, sed arcana quadam ratione cœlestem cibum, quippe quæ supercœlestis esset, accipiebat ; ita siquidem ad inhabitanda sacra adyta adducta fuisset, cum adhuc lacte indigebat, modo quodam supernaturali atque ineffabili haud dissimili miraculo enutrita fuisset.

A γετο, κατὰ τὸ ἴσον ἐκεῖνο θαῦμα, ὑπερφυεῖ τινι ἂν ἐστηρίζετο καὶ ἀῤῥήτῳ τρόπῳ.

XV. Vel ergo ita factum est propter illas causas, quas dixi, vel etiam quia æquum erat, ut parentes quoque saltem ad breve tempus infantili venustate filiæ, quæ paulo post Deo dedicanda erat, nec ultra charissimis genitoribus conspicienda, fruerentur ; e qua cum maximum haurire solatium liceret, præ hoc tamen mœrorem privationis elegerunt, licet ipsam ceu præmium laborum illorum ac multarum lacrymarum recepissent ; pro quibus, ut mihi quidem videtur, nempe pro tantis illis laboribus dignam hanc Deus vicem reddendam judicavit, ut ad triennium tam eximiæ filiæ gratiis jucundarentur.

IΕ'. Ἀλλ' ἡ χάριν ὧν εἴρηταί μοι, τοῦτ' ἐγεγόνει, ἢ ὅτι καὶ πρὸς βραχὺ βρεφικῆς ἦν εἰκὸς τοῖς τοκεῦσι κἂν ἀπολαῦσαι χάριτος παρὰ τῆς παιδὸς, ἢ μετ' ὀλίγον ἐκποίητος μὲν ἔμελλεν ἔσεσθαι Θεῷ, τοῖς δὲ φιλτάτοις τούτοις ἀόρατος πατράσιν· ὑπὲρ ἧς, ἐνὸν τρυφᾷν, εἵλοντο κακοπαθεῖσθαι, καὶ τῶν καμάτων ἐκείνων καὶ πολυῤῥύτων δακρύων ταύτην ἔλαβον ἔπαθλον· ὧν, ἔμοιγε δοκεῖ, τῶν τοσούτων ἐκείνων, λέγω, πόνων, ταύτην Θεὸς ἀξίαν διέγνω τὴν ἀμοιβὴν, τὴν ἄχρι τριετίας ἀπόλαυσιν τῶν τῆς λαμποτάτης χαρίτων παιδός.

Quantum enim voluptatis afferre parentibus alii filii utut speciosissimi valent per multorum annorum convictum, tantumdem triennii spatio innocentissima illa præbere potuit, imo dixerim voluptatem eo uberiorem atque excellentiorem, quo eminentius cuicunque proli ipsa præcellebat. Principum enim retributiones magnificæ sane sunt, et largientium magnificentiæ respondentes. Cum autem justi illi essent ac justi vocarentur, haud consentaneum fuisset, ut normam cognomento significatam prætergrederentur. Quapropter, cum justam temporis mensuram assecuti fuissent (æquum autem spatium triennium erat, recte de promissione implenda curaverunt.

Ὅσην γὰρ ἔχουσι τῶν παίδων ἄλλοι καὶ κάλλιστοι ἡδονὴν τοῖς πατράσιν ἐνθεῖναι ἀπό γε τῆς συνοίκου πολυετίας, ταύτην εἶχεν ἡ πάναγνος καταθεῖναι τῇ τριετίᾳ· φαίην δ' ἂν καὶ δαψιλεστέραν καὶ μείζω ὅσῳ καὶ γεννητῶν ὑπέρκειται πάντων· αἱ γὰρ παρὰ τῶν μεγίστων ἀντιδόσεις φιλότιμοι καὶ τῷ μεγέθει τῶν χορηγούντων κατάλληλοι· δικαίους δὲ ὄντας ἐκείνους καὶ καλουμένους οὐκ ἦν ἂν τῶν ἀκολούθων τὴν στάθμην ὑπερβῆναι τῆς ἐπωνυμίας· διὰ ταῦτα τὸ τοῦ ἔτους δίκαιον μέτρον ἀπειληφότες, τοῦτο δὲ ἦν ἡ τριετία, μὴ διαπεσεῖν εὖ πεποιήκασι καὶ τὴν ἐπαγγελίαν.

XVI. Quoniam vero fama reginæ ac Dei filiæ paulo post per fines universæ terræ pervagatura erat, Jerusalem ante alias omnes regiones coronam laudationis texere, et sacrum Virgini hymnum canere, ac decenter modulari properat ; idque jure optimo. Nam et *Jesum meum*, inquit [37], *tulerunt in Jerusalem ut sisterent eum Domino ;* cujus utique characteres mater in semetipsa præferebat,

Ιζ'. Ἐπεὶ δὲ μετὰ μικρὸν τῶν τῆς οἰκουμένης ἐπιβήσεσθαι περάτων ὁ τῆς βασιλίδος καὶ θεόπαιδος ἔμελλε κρότος, φθάνει τὰ Ἱεροσόλυμα πάσης γῆς ἄλλης προπλέξαντες τὴν εὐφημίαν, καὶ τὸν ἱερὸν ὕμνον ἐπᾴσαντες τῇ Παρθένῳ, καὶ σεμνῶς τερετίσαντες· καὶ τοῦτο εἰκότως· ὅτι καὶ τὸν ἐμὸν Ἰησοῦν ἀνήγαγον, φησὶν, εἰς Ἱεροσόλυμα παραστῆναι Κυρίῳ, οὗ τοὺς χαρακτῆρας ἡ μήτηρ ἐν ἑαυτῇ προέφαινε.

Quotquot ergo e nobilioribus urbem illam incolebant, et viri, et mulieres, et puellæ virgines, illi quidem intuitu patris, istæ in gratiam genitricis, reliquæ vero propter laudatissimam puellam, in unum convenientes ad templum ascenderunt, cum

Καὶ γοῦν ὅσοι τῶν ἐκκρίτων τὴν πόλιν οἰκοῦντες ἐκείνην ἐτυγχανον, ἀνδρῶν τε καὶ δυναικῶν καὶ νεανίδων παρθένων, τὸ μὲν τὸν πατέρα, τὸ δὲ διὰ τὴν μητέρα, τὸ λοιπὸν δὲ διὰ τὴν πανύμνητον, τὴν εἰς τὸ ἱερὸν ἧκεσαν συνελθόντες, μετὰ λαμπάδων ἐνταῦθα

[37] Luc. II, 22.

Ant. Ballerini notæ.

Nicomediensis in Conceptionem Deiparæ (*Bibl. Conc.* vol. VI. pag. 82) sollicite lectorem admoneret, veteres in celebrando Conceptionis festo nihil ad conceptionem ipsam respexisse, id ipsum ad invisum *puritatis* vocabulum, sicubi fieri posset, expungendum impulit. Eadem plane causa invisam homini effecit *immaculatæ* vocabulum ; atque idcirco cum Græcæ voces ἄμωμος aut πανάμωμος de Maria usurpatæ occurrerent, non *immaculata*, aut *plane immaculata*, quæ cujusvis reatus absentiam generatim indicant, sed vocabula legit *irreprehensibilis* aut *plane irreprehensibilis*, quæ scilicet ad absentiam reatus per actus proprios inducti significandam aptius adhibentur. At rursus quænam, quæso, laus foret Mariæ aut nascentis aut adhuc infantis, quod nullo per actus suos reatu se polluerit ? Hæccine tam præclara Mariæ erant encomia, quæ sanctorum Patrum sapientiæ ope istarum e Græco versionum tribuerentur ? Adeo scilicet ineptire vel magni viri solent, ubi potius quam veritati, privatis præjudiciis studiisque deservire animum inducunt !

τὴν πάναγνον ἄγοντες, καὶ μέλος ὑπὲρ ταύτης ἐπὶ γλώττης καὶ μετ' εὐφροσύνης ᾄσματα φέροντες, τὰ εἰκότα τῇ θεονύμφῳ πάντως διαπραττόμενοι. Περὶ ὧν, μοὶ δοκῶ, διὰ τοῦτο καὶ τὸν μακαρισμὸν προειρῆσθαι ἐκεῖνον. Μακάριος ὁ λαὸς, ὁ γινώσκων ἀλαλαγμόν· καὶ τοῖς προοιμίοις δὴ τούτοις τὸ μέλλον διασημαίνοντες, ὅτι καὶ πάντα κρύψει πυρσὸν τὸ τῆς ἐμψύχου ταύτης λαμπάδος φῶς ἀπαστράψον, καὶ ᾀσμάτων αὖτη πλήσει ψυχὰς ταύτην ὑμνούσας καὶ τὰ σωτήρια μελῳδούσας.

Οἶμαι δὲ, καὶ ὁ νοητὸς ἅπας τότε διάκοσμος τοῖς λαμπαδοφόροις ἂν ἐκείνοις καὶ συνῇδε καὶ συνεφώτιζε, καὶ συνεβάδιζε τοῖς προπομποῖς, ὅσον τῆς προαγομένης δεικνύντες τὸ σέβας τοῖς τῷ σαρκίῳ τούτῳ, οἱονεί τινι νέφει, τὴν αἴγλην τῆς παμβασιλίδος ὁρᾷν διαφραττομένοις, εἰ μὴ καὶ ἀγγέλους ἀγνοεῖν τὸ μυστήριον τοῦτο προώριστο δι' οἰκονομίαν, ἣ με διέσωσε, καὶ τῆς αἰσχρουργοῦ καὶ τυραννικῆς ἁφῆρπασε χειρός.

tunc incompertum eam servasse providentiam, quæ me salvum fecit, atque a fœdifica ac tyrannica (diaboli) potestate eripuit.

ΙΖ'. Ἐν τῷ ναῷ τοίνυν, ἧπερ εἴρηται,, φέρουσι τὸ ἱερώτατον ἔμψυχον σκεῦος ἐκεῖνο, τὸ θεοποίητον ἄγγος τῶν θεουργικῶν λαμπηδόνων, τὸ πολυτίμητον καὶ θεῖον ἀνάθημα, οὗ πᾶσα ἡ ποίησις ἥττων ὁμοῦ πρὸς λόγον ἀξίας. Ὁ δ' ἀρχιερεὺς ἀπό γε τῶν ὁρωμένων τότε, ὅτι πλέον ἐκεῖνα ἢ ἐδείκνυτο τὰ εἰωθότα, καὶ θείας ἔνδον αὐτὸν συναισθήσεως, ἐγὼ νομίζω, περιλαμψάσης, ὑψηλότερον τῶν φθασάντων, ἔτι δὲ καὶ τῶν ἐσομένων, τὴν ἐπέλευσιν αἰσθόμενος τῆς θεονύμφου, οὐδὲν ἦν, ὅ τοῦ ἱεροῦ μὴ τῇ Παρθένῳ ἀνέῳξε, καὶ οἰκεῖν αὐτὴν οἰκειότερον ἑαυτοῦ, εἴ τι καὶ ἄβατον, διεψηφίζετο· Ἐκ δὲ τούτου δῆλον ὡς καὶ χαρᾶς ἂν ἦν ἔμπλεως πάντως, προορῶν ὥσπερ τὴν περιελευσομένην τὰ σὺμπαντα χαρὰν διὰ τῆς ἐπιδημησάσης ἄρτι τῷ νεῷ κόρης.

XVII. Eo igitur, quo diximus, modo sacratissimum illud animatum vasculum, deificorum splendorum receptaculum a Deo constructum, urnam a Deo confectam (63), honore dignissimum ac divinum donarium, cujus dignitati enarrandæ omnis pariter creatura impar invenitur, ad templum adducunt. Cum autem summus sacerdos tum ex iis, quæ tunc cernebantur, utpote quæ vel ipsa novitate majus quidpiam innuebant, tum etiam divina intus luce, ut puto, mentem ipsius splendidius quam antea vel postea collustrante, animadvertisset jam advenisse Dei sponsam; nulla templi pars fuit, quam Virgini perviam non faceret, et locum, si quis erat in quem inferre pedem aliis fas non esset, hunc illi potius quam sibi ad inhabitandum designabat. E quibus palam sane ostenditur, quam ingenti ipse lætitia præterea perfunderetur, quasi præsentiens videlicet, quantum gaudii universis pararetur per eam puellam, quæ modo ad commorandum in templo advenerat.

ΙΗ'. Καὶ τοῦτ' ἂν προσεφώνει τῇ πανάγνῳ, ὃ καὶ ἡ ἄδολος πληθὺς ἔπειτα πρὸς τὸν Κτίστην· Εὐλόγημένη ἡ ἐρχομένη βασιλὶς ἐν ὀνόματι Κυρίου· Εἰρήνη ἐν οὐρανῷ καὶ δόξα ἐν ὑψίστοις. Ἀλλὰ καὶ τὴν χαροποιὸν δὴ ταύτην ἂν προσεῖπε φωνὴν, ἣν ὁ βλέπων Σοφονίας προεφθέγξατο· Χαῖρε σφόδρα, θύγατερ Σιὼν, δι' ἧς ὁ Κτίστης καὶ νῦν μὲν χαίρει, σὲ τὸν λαμπρότατον οἶκον περικαλλῶς ὁρῶν ὑψούμενον ἤδη καὶ συναρμολογούμενον πρὸς οἴκησιν ἑαυτοῦ· χαρήσεται δ' ἐναργέστατον, ὅτε τοῦθ', ὅτι χαίρει τῇ σῇ συνοικήσει, δεικνύων, τὴν χαράν σοι δι' ἀγγέλου μηνύσει, δι' ἣν καὶ νόες ἀγαλλιά-

XVIII. Insuper crediderim, ad puellam purissimam id illum inclamasse, quod deinceps etiam innocens (puerorum) turba ad Creatorem: *Benedicta quæ venit regina in nomine Domini* [29]: *Pax in cœlo et gloria in altissimis* [30]. Quin et illam sane lætissimam (ut puto) vocem addidit, qua olim usus est propheta Sophonias: *Lætare valde, filia Sion* (65), de qua Creator et nunc quidem gaudet, te jam cernens splendidissimam sibi domum felicissime assurgere, et ad inhabitandum apte concinnari; gaudebit vero vehementius, quando ad id palam faciendum, gratissimum scilicet sibi esse in te in-

[28] Psal. LXXXVIII, 15. [29] Jean, XII, 13. [30] Luc. II, 14.

Ant. Ballerini notæ.

(64) Ecce frequentissimum illud apud Patres encomium, quo Deipara uti a Deo ædificata singulariter celebratur, quodque ad ejusdem originem spectare alias jam animadvertimus. Conf. orat. Johan. Eubœensis. § 23, sup. pag. 103, 104.

(65) Soph. III, 13. Sic versio LXX edita ab Aldo: Χαῖρε σφόδρα, θύγατερ Σιών. Vulgatus noster: *Lauda filia Sion.*

habitare, gaudium tibi per angelum denuntiabit : propter quod et angeli lætabuntur, et homines exsultabunt, et universæ creaturæ hilaritatem explicabunt.

Ulterius quæ postea ad Salvatorem Deum ulnis suis receptum affatus est Simeon, hæc sane et hierarcha Deiparam excipiens opportunissime dixit : *Nunc viderunt oculi mei salutare, quod paratum est ante faciem omnium populorum, lumen ad revelationem gentium, et gloriam plebis tuæ Israel* [31]. Quibus et illud adjecit, quod divinus Isaia propter Dominum dixerat (66) : Nunc, o puella, per te *videbit omnis caro salutare Dei.* Ingredere igitur confidenter in templum sanctum tuum ; vere enim tuum potius quam alterius cujuslibet est hoc domicilium, *et obliviscere domum patris tui, quia concupiscet rex pulchritudinem tuam* [32].

Et nunc ego quidem omnes hujus templi portas tibi soli aperio, et ut libere intus sacra penetralia pedem inferas, quo libeat, permitto. Tu vero uni conditori tuo cordis tui portas reserabis, efficiesque, ut libere morari intra te possit, in qua sola inhabitare statuit, et quam ex omnibus filiabus Sion sibi delegit.

Quod si et novum modo ei omnino præter morem accidit, ut reseratæ omnes tibi pateant templi januæ ; at nunc pariter majus aliquid de te Deus in cœlis disponit, et cœlestes tibi portas attolli jubet, ut ad illum ipsum inaccessibilem, nemine tibi obsistente, accedere properes, pulchritudine tua efficias (67), ut in terris sese conspiciendum ipse exhibeat, et luce sua universum orbem præ luce solari illuminet. Ecce domum Domini, intra quam semel tantum in anno summo sacerdoti pedem inferre per legem licet, tibi trado, ut juxta Psaltis vocem *in ea inhabites in longitudinem dierum* [33]. Tu vero non multo post intus temetipsam magnum Pontificem Christum habebis, ipsumque ad multum temporis gestabis. Abi igitur, o filia, in Sancta sanctorum, quæ sanctorum omnium sanctissimum es exceptura, et sanctitatem omnibus largitura. Accede, Reginae hanc sane splendidam ac regiam sedem tu accipe, uuæ Regem universorum

A σονται καὶ ἄνθρωποι σκιρτήσουσι, καὶ πᾶσα λαμπρυνθήσεται κτίσις.

Ἔτι δὲ καὶ οἷον ὁ θεοδόχος Συμεὼν ὕστερον πρὸς τὸν Σωτῆρα. τοιοῦτον κἀνταῦθα καὶ ὁ τὴν Θεοτόκον ὑποδεχόμενος ἱεράρχης κατὰ καιρὸν εἴρηκεν ἄν· Νῦν εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριον, ὃ ἡτοίμασται κατὰ πρόσωπον κἀντων τῶν λαῶν, φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, καὶ δόξαν λαοῦ Ἰσραήλ· σύν τούτῳ τε καὶ τὸ παρὰ τοῦ θείου Ἡσαΐου διά τὸν Δεσπότην· νῦν ὄψεται, κόρη, πᾶσα σὰρξ διὰ σοῦ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ· εἰτελθε οὖν θαῤῥούντως εἰς ναὸν ἅγιόν σου, τοῦτο δὴ τὸ σὸν ὑπὲρ πάντας ἀληθῶς καταγώγιον, καὶ ἐπιλάθου τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου, ὅτι ὁ βασιλεὺς τοῦ σοῦ κάλλους B ἐπιθυμήσει.

Καὶ νῦν ἐγὼ μὲν τὰς τοῦ νεὼ τοῦδε μόνῃ σοι πύλας ἀνοίγνυμι πάσας, καὶ μετ' ἐλευθερίας τῶν ἀδύτων ἔνδον χωρεῖν, ὅποι βούλει, παραχωρῶ· σὺ δὲ μόνῳ τῷ πλάστῃ τὰς πύλας τῆς σῆς ἀναπετάσεις καρδίας, καὶ ἔνδον ἐλευθερίως ἐνοικεῖν σοι παρασκευάσεις, ἐν ᾗ κατοικεῖν ἠρετίσατο μόνῃ, καὶ ἣν ἐκ τῶν θυγατέρων Σιὼν ἐξελέξεατο.

Νῦν, εἰ καὶ ξένον καὶ παρὰ τὸ εἰωθὸς, ὅτι κλειδὸς ἐλευθέρα τοῦ ἱεροῦ πᾶσα καθίσταται πύλη, ἀλλά τι μεῖζον ὑπὲρ σοῦ καὶ νῦν ἄνω Θεὸς διατίθεται, καὶ τὰς οὐρανίους αἴρειν σπι προστάττει πύλας, ἵνα πρὸς τὸν μόνον αὐτὸν ἄβατον, μηδενός σοι προσιστα μένοτ, φθάσῃς, καὶ κάτω πείσῃς διὰ τὴν σὴν ἀγλαΐαν C τοῦτον φανῆναι, καὶ ὑπὲρ ἥλιον λαμπρῦναι τὴν γῆν, τῦν μὲν κατοικεῖν σε ἐν οἴκῳ Κυτρίου εἰς μακρότητα ἡμερῶν, ψαλμικῶς εἰπεῖν, ἐνδίδωμι, ἔνθα τοῦ ἐνιαυτοῦ ἅπαξ εἰσιέναι τὸν ἀρχιερέα νομίζεται· σὺ δὲ μετ' ὀλίγον τὸν μέγαν ἀρχιερέα Χριστὸν ἔνδον ἕξεις σαυτῆς, καὶ τοῦτον βαστάσεις παραπολύ. Ἴθι τοίνυν, ὦ θύγατερ, εἰς τὰ των ἁγίων Ἅγια, ἡ τῶν ἁγίων ἁπάντων ἁγιώτατον ὑποδεξομένη, καὶ τὸ πᾶν ἁγιάσουσα· πρόσιθι, βασιλὶς, τὰ λαμπρὰ δὴ ταῦτα καὶ τὰ βασίλεια δεχομένη, ἡ τὸν τοῦ παντὸς βασιλέα βασιλικὰς τοῖς ἐν γῇ παρασχεῖν χάριτας ἀναπείσουσα.

[31] Luc. II, 30-33. [32] Psal. XLIV, 11, 12. [33] Psal. XXII, 6.

Ant. Ballerini notæ.

(66) Isa. XI, 5, sec. LXX : Καὶ ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ. Vulgatus juxta Hebraicum textum legit : *Et videbit omnis caro pariter, quod os Domini locutum est.* Lucas tamen (III, 6) Græcæ versioni suffragatur.

(67) Frequens apud Patres occurrit sententia, sanctæ Virginis pulchritudinem effecisse, ut ad ipsam in terras Dei Verbum descenderet. Sic, ut nonnulla eorum loca innuam, auctor homiliæ *in Annunt. Deiparæ* inter Opera Chrysostomi (tom. XI, pag. 840, edit. Paris., 1728) : *Supra omnem creaturam ornata es, super cœlos decorata, plus quam sol fulges. supra angelos exaltata es, non assumpta es in cœlos, sed in terris manens cœlestem Dominum ac Regem omnium ad te attraxisti* (ἀλλ' ἐπὶ τῆς γῆς ἱσταμένη τὸν οὐράνιον Δεσπότην καὶ *βασιλέα* τῶν ἁπάντων ἐπεσπάσω πρὸς ἑαυτήν). D Andreas Cretensis (*in Nativ. Deip.* apud Combefis. auct. vol. I, col. 1324-1325) : *Cujus animæ quidem venustans usque adeo in immensum provecta est, ut Christus ipse, immensa illa pulchritudo, ejus desiderio exarserit, secundamque ex ipsa nativitatem elegerit* (Ἧς τὸ μὲν τῆς κυχῆς κάλλος ἀπειράκις ἀπείρως εἰς τοσοῦτον ἐξήρηται, ὅπως καὶ Χριστὸν αὐτὸν τὸ ἀμήχανον κάλλος εἰς ἐπιθυμίαν του ταύτης κάλλους ἐλθεῖν...). Id centies et in Menæis Græcorum legitur. Sic ad diem 29 Febr. Ode ζ' : *Cum te utpote pulchrum, utpote venustam, o cujusvis labis penitus exspers, dilexisset Jesus pulchritudinis donator, ex te secundum carnem natus est, et propter immensam pietatem suam me ad deitatem evehit* ὡς καλὴν, ὡς ὡραίαν ποθήσας σε ὁ παλλοποιὸς Ἰησοῦς, παναμώμητε, ἐκ σοῦ σαρκὶ γεγέννηται, καὶ θεοῖ με δι' οἰκτον ἀμέτρητον).

ad regias gratias terrestribus large impertiendas permovebis.

Ιθ'. Τούτοις οὖν ἡ Θεόπαις λόγοις ὁποσχοῦσα τὴν ἀκοὴν, καὶ ὡσανεὶ πειθομένην ἑαυτὴν παρασχοῦσα, τῶν εὐγενῶν νεανίδων ἐκείνων, αἳ ταύτην λαμπαδουχοῦσαι περίϊσταντο, ἡρέμα διαστᾶσα, καὶ ὅλη χαρίεσσα σεμνῷ φανεῖσα καὶ σχήματι καὶ φρονήματι, πρόσεισιν ἁσμένως τῷ ἱεράρχῃ, περιχαρῶς προσλαλοῦσα, καὶ κινήμασιν, οἷς εἶχε, καὶ ψελλίσμασι τῇ τούτου ψήφῳ συνᾴδειν ὑποδεικνῦσα· καὶ ἀντὶ τῶν πατέρων καὶ τῆς κατ' οἶκον θεραπείας ἄλλης τὴν εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων οἴκησιν αἱρεῖσθαι προθύμως ἐμφαίνουσα· καὶ, Εἰσελεύσομαι, εἶπεν ἄν τὸ τοῦ θείου Δαβὶδ, πρὸς τὸ θυσιαστήριον τοῦ Θεοῦ, πρὸς τὸν Θεὸν τὸν εὐφραίνοντα τὴν νεότητά μου· ὅτι σὺ ἡ ἐλπίς μου ἀπὸ μαστῶν τῆς μητρός μου· ἐπὶ σὲ ἐπερρίφην ἐκ μήτρας, ἀπὸ γαστρὸς μητρός μου, Θεός μου εἶ σύ.

A XIX. His itaque dictis aurem porrigens Dei filia ac velut obsequentem se exhibens, e nobilibus illis puellis, quæ lampades tenentes eam circumstabant, lente digrediens, et tota gratiosa gravem præferens et habitum et sensum, cum gaudio adit pontificem, hilaris eum alloquitur, et nutibus verbisque, prouti poterat, infantilibus, assentiri se illius sententiæ declarat, seque parentibus ac domesticis reliquis commodis præferre moram in Sanctis sanctorum prompte significat, et utique illud divini Davidis usurpans, *Introibo*, inquit, *ad altare Dei, ad Deum qui lætificat juventutem meam* [34], *quoniam tu es spes mea ab uberibus matris meæ ; in te projecta sum ex utero, de ventre matris meæ Deus meus es tu* [35].

Κ'. Διὰ τοῦτο καὶ εἴσεισιν εἰς τὰ ἄδυτα μόνη τοῦ ἱεροῦ καταλιποῦσα γεννήτορας καὶ πατρῴας ἑστίας συνήθειαν, ἧς οὐδ' εἰς φρονοῦσαν ἡλικίαν τελοῦντες ὑπεριδεῖν ἔχουσι, τρία οὖσα καὶ ταῦτα ἡ πάναγνος ἔτη, ἐν ᾧ τῆς ἡλικίας δηλαδὴ ταύτης οὐκ ἂν ἱκανὸς εἰπεῖν εἴη τοῦ θαύματος τὴν ὑπερβολὴν, εἴ τις λογίσαιτο, οἵων ἅτε δὴ βρέφος δεομένη, οἷα ἠλλάξατο.

B XX. Ingreditur proinde sola in templi adyta, ac parentes et paternæ domus consuetudinem, e qua ægre avelli se sinunt vel qui jam matura sint ætate, adhuc trimula innocentissima relinquit, cujus sane ætatis ratio si habeatur, vix effari quispiam poterit miraculi magnitudinem, qui nempe perpenderit, quibus rebus utpote infans indigeret, et quodnam vitæ genus nihilominus sibi assumpserit.

Ἐκεῖσε γοῦν, εὐαγγελικῶς εἰπεῖν, ηὔξανε καὶ τὸ παιδίον τοῦτο, καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι, πληρούμενον σοφίας, καὶ χάρις Θεοῦ ἦν ἐπ' αὐτῷ· ἦ, ἵνα καὶ τοῦτο προσθείην, προέκοπτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ καὶ χάριτι παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις· περὶ οὗ μόνου πφοσφυῶς ἔχειν εἴπέ τις ἄν, ἣν εἴρηκε φωνὴν ὁ Σωτὴρ ὕστερον· Ἄφετε τὰ παιδία ἔρχεσθαι πρός με, καὶ μὴ κωλύετε αὐτά· τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

Illic igitur, ut verbis utar evangelicis, hæc quoque puella *crescebat, et confortabatur spiritu, et implebatur sapientia, et gratia Dei erat in illa* [36]. Seu, ut ista quoque adjiciam, *proficiebat sapientia et ætate et gratia apud Deum et homines* [37]. Ac in ipsam solam apte quadrare quispiam dixerit voces, C quas deinceps Salvator protulit : *Sinite parvulos venire ad me, et ne prohibueritis eos : talium est enim regnum cœlorum* [38].

ΚΑ'. Ἔδει δὲ ἄρα καὶ τὸ τῆς εἰσόδου τοῦτο καινὸν ἐπὶ τῇ Παρθένῳ γενέσθαι, ἵνα ἀκόλουθον εἴη τῇ τε παραδόξῳ ταύτης εἰς βίον προόδῳ καὶ τοῖς ἔτι παραδοξότερον ἐσομένοις αὐτῇ, ὡς ἄν ἀπ' ἀρχῆς θαυμαστὰ μὲν ᾖ τὰ κατ' αὐτὴν ἄχρι καὶ πέρατος, τὰ δ' ἐπιόντα τῶν πρὸ αὐτῶν ὑψηλότερα·

XXI. Porro etiam insolens iste Virginis in templum ingressus prorsus conveniens erat, ut responderet cum admirabili ejusdem in vitam ingressui, tum iis, quæ adhuc admirabiliora futura de ipsa erant ; adeo ut ab initio ad finem usque omnia in ea miranda essent (68), posteriora autem prioribus usque sublimiora forent.

Καὶ γὰρ γεγέννηται μὲν καινότερον ἢ κατὰ τοὺς λοιποὺς τῶν ἀνθρώπων· τούτου δὲ θαυμαστότερον καὶ μὴ κατὰ τὰς ἄλλας παρθένους, ὅτι περ τριετὴς

Et sane singulari prorsus ratione ac præter reliquorum hominum consuetudinem ipsa progenita fuit. Illud vero majori admiratione dignum, et a

[34] Psal. xlii, 4. [35] Psal. xxi, 10, 11. [36] Luc. ii, 40. [37] Ibid. 52. [38] Marc. x, 14.

Ant. Ballerini notæ.

(68) Si a Francisco Combefisio scisciteris, quid demum mirum *in primordiis* Mariæ Patres suspexerint ac venerati fuerint, prompte reponit (in Præf. ad Orat Georgii Nic. in Concept. Deip. *Biblioth. Concion.* vol. vi, pag. 82, *non aliud antiqua religione colendum eos suscepisse, quam quod concepta oraculo, divinoque miraculo ex sterilibus suscepta Deipara fuerit.* Atqui superius (§ 13) vidimus. Isidorum, inter mira quæ ad initia Mariæ pertinent, illud potissimum recensuisse, quod sola de se enuntiare potuerit : *In peccatis non concepit me mater mea ;* et id ad ea magnalia pertinere, de quibus Virgo occinit (Luc. i, 49) : *Fecit mihi magna qui potens est.*

D

Sed et aliud hic occurrit animadversione dignum. Plures scilicet invenies ita mente comparatos, ut sanctæ Virginis immunitatem ab hereditario Adæ peccato habeant ceu prodigium omnium maximum, quod in matris suæ gratiam divina virtus ac largitas perpetraverit. E converso habes heic Isidorum, qui portenta ad originem Deiparæ spectantia longe inferiora iis proclamat, quæ deinceps subsecuta sunt. Duo concludi hinc possunt : 1° immunitatem Deiparæ a primævo illo reatu ex sanctorum Patrum mente adeo rerum naturis consentaneam esse, ut vix aut certe minus præ reliquis ejus prærogativis hæc mira videri debeat : 2° hinc forte peti rationem posse, cur Patres alia præ isto Virginis prodigia fusius celebrare consueverint.

cæterarum virginum usu alienissimum,quod adhuc trimula ad inhabitandum in templo concesserit. Ingressus vero in ipsa quoque sacrarii inaccessa penetralia,quodnam aliud, quæso, portentum non vicerit ? Prorsus reliqua omnia, his tamen solum exceptis, quæ deinceps peracta in ipsa sunt, quibus cum inveniatur inferius, primas eisdem cedere haud veretur.

A ἐπεδήμησε τῷ νεῷ. Τί δὲ καὶ εἰς τὰ ἄδυτα εἴσοδος ποῖον οὐ κάτω τίθησι θαῦμα ; Πάντα μὲν πάντως τἄλλα, μόνων δὲ δίχα τῶν παρ' ἑαυτῆς ἐφεξῆς, ὧν ἡττώμενον οὐκ αἰδεῖται τὴν ἧτταν.

XXII. Verumtamen neutiquam a vero, mea quidem opinione, ille abluderet, qui hoc et fundamentum et radicem sublimiorum,quæ deinde consecuta sunt, appellaret. Nihil enim, sive in iis quæ ad ipsam spectant, sive in reliquis omnibus majus reperire est, quam quod Deus ex ipsa formam nostram assumpserit At vero ut id ad idonea evaderet, inde innocentissima adepta est.

ΚΒ'. Ἀλλ' ἔμοιγε δοκεῖ, τοῦτο καὶ θεμέλιον καὶ ῥίζαν τῶν ἰσχάτων καὶ ὑψηκῶν οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι καλέσας· οὐδὲν μὲν γὰρ ὑψηλότερον, ἤ τι τῶν κατ' αὐτὴν, ἤ τι τῶν ἁπάντων ἕτερον, ἤ Θεὸν καθ' ἡμᾶς ἐξ αὐτῆς μορφωθῆναι· πρὸς δὲ τοῦτο ἐκεῖθεν ἡ πάναγνος ἔσχε τὴν ἐπιτηδειότητα.

B

Cum enim sacratissimæ illi in templi recessibus degenti, nihil ex humanis in oculos incurreret, ad quod semet forte effingeret, sed Deum solum jugiter menti obversantem haberet, Deum solum alloqueretur, *et meditatio cordis ejus*, ut cum David propheta loquar [89], *in conspectu Dei semper* esset, ac sola cibo divinitus parato aleretur ; proinde ad Dei similitudinem excellentius quibuscunque aliis, et hominibus scilicet et angelis,formam induta est, illi quippe soli cum ipsa jugiter conversanti, et, quantum dici potest,ab ipsa cognito,semet,quoad fieri posset, plane similem efficiens.

Ἐν γὰρ τοῖς ἀδάτοις ἡ πάνσεμνος διατρίβουσα, ἐπεὶ οὐκ ἦν τι τῶν ἀνθρωπείων ἰδεῖν, ᾧ ἄν ἑαυτὴν ὁμοιώσειεν, ἀεὶ δὲ Θεὸν ἦν μόνον φανταζομένη. Θεῷ μόνῳ προσλαλοῦσα, καὶ ἡ μελέτη τῆς καρδίας αὐτῆς, κατὰ τὸν προφήτην φάναι Δαβὶδ, ἐνώπιον Θεοῦ διαπαντὸς, θεόθεν μόνη τυγχάνουσα τροφῆς, καὶ πρὸς ὁμοίωσιν Θεοῦ ὑπὲρ ἅπαντας, ἀνθρώπους φημὶ καὶ ἀγγέλους, ἔφθασε μορφωθεῖσα, τούτῳ δὴ μόνῳ τῷ συχνὰ προσομιλουμένῳ, καὶ οἷον εἰπεῖν γνωριζομένῳ, ἑαυτὴν, ὡς οἷόν τε ἦν, ἐμφερῆ ποιησαμένη σαφῶς.

Hinc vero et Creator, cum opus hoc suum (89) cerneret tam sublimi divinaque pulchritudine nitescere,haud indignum duxit, ut vel formam facturæ C suæ ipse indueret, sciens æquitatis esse, imo magis proprie dixerim, benignitatis, ut illi, quæ quidem, quantum creaturæ licuit, eo ascendit ut maximam cum eo similitudinem gereret,hanc gratiam invicem rependeret, ut et ipse descenderet, et eamdem cum ea formam,et quæcunque alia ad vitam spectant, communia cum ipsa haberet. Et exinde propter Virginis cum Deo similitudinem, Deus quoque ex ipsa factus est nobis similis.

Διὸ καὶ ὁ Ἡλάστης εἰς τοσοῦτον ὑψηλοῦ τε καὶ θείου κάλλους ἐωρακὼς τὸ οἰκεῖον λαμπρυνθὲν ποίημα, οὐδὲν ἀνάξιον ᾠήθη καὶ αὐτὸς τὴν τοῦ πλάσματος περιθέσθαι μορφὴν, δίκαιον μᾶλλον ἤ, ἵν' οἰκειότερον εἴπω, φιλάνθρωπον ἐγνωκὼς, ἵν' ὅπερ, ὅσον ἐξῆν, ἀνῆλθεν, ὡς κατ' αὐτὸν γενέσθαι, τούτῳ χαρίσηται τὸ κατελθεῖν, τῆς τε εἰκόνος αὐτῷ κεκοινωνηκέναι καὶ τῆς ἄλλης διαίτης· ἔνθεν καὶ γέγονε διὰ τὴν τῆς Παρθένου πρὸς Θεὸν ὁμοίωσιν Θεὸς ἡμῖν ἐξ αὐτῆς ὅμοιος.

XXIII. Quod si purissimæ illi tantum innocentiæ suppetebat, ut ubicunque demum versaretur, locum ipsum in Sancta sanctorum converteret (70), et vix aut ne vix quidem secessu aut quovis alio, quod locus præbeat, præsidio indigeret : nequaquam tamen concedere quispiam poterit, nihil prorsus mansionem illam,inaccessam et ab humana D consuetudine remotam, ad divinam ascensionem Virgini profuisse, quando ipse quoque Salvator, in terris cum versaretur, recessu et monte, ubi Patrem ac Deum oraret et alloqueretur,delectatus cernitur.

ΚΓ'. Εἰ γὰρ καὶ τοσοῦτον τῇ πανάγνῳ περιῆν εἰς ἁγνείαν, ὥστε ὅπη περ ἄν παρῆν, Ἅγια εἶναι τὸν τόπον ἁγίων εὐθὺς, καὶ βραχία ἡ οὐδὲν ἀναχωρήσεως ἡ τῆς ἐκ τόπου δεῖσθαι συνεργείας ἑτέρας, ἀλλ' οὐκ ἄν ἔχοι τις καὶ ἀπό τῆς ἀδάτου καὶ τῶν ἀνθρωπείων ἐρήμου διατριβῆς ἐκείνης μὴ πρὸς θείαν ὕψωσιν δοῦναι συνεργεῖν τῇ Παρθένῳ, ἕως οὗ καὶ τῇ γῇ παρὼν ὁ Σωτὴρ ἀναχωρήσει δείκνυται χαίρων καὶ ὄρει, τῆς πρὸς τὸν Πατέρα καὶ Θεὸν εὐχῆς Χάριν καὶ ὁμιλίας.

Re ipsa igitur sacra illa penetralia Beatæ contulerunt,ut domum suam administraret sapienter, et

Ἐκεῖνα τοίνυν ὄντως τὰ ἄδατα τῇ μακαρίᾳ παρέσχον φρονίμως οἰκονομῆσαι καὶ ταῖς θεραπαινίσι,

[89] Psal. XVIII, 15.

Ant. Ballerini notæ.

(69) Jam sæpe alias innuimus, Mariam ideo singulari quadam laude uti *Dei opus* celebrari consuevisse, quod singulari prærogativa in ipsa sua conditione fuerit exornata.

(70) His consona ea sunt, quæ in S. Germani homilia ejusdem argumenti legimus (§ 10, sup. pag. 311), cum sacerdos puellulam alloquens ait : *Non enim te altare sanctificat, imo vero a te uberrime sanctificatur*. Vides autem hæc ad *puritatem et innocentiam* puellulæ spectare, quæ singularissima ideo fuit, quia, ut inquiebat § 13, Isidorus ipse, *non in iniquitatibus concepta ipsa fuerat*.

τὰς σεβασμίους λέγω ταύτης αἰσθήσεις, ἐν καιρῷ, κατὰ τὸν θεῖον Λουκᾶν, δοῦναι τὸ σιτομέτριον. Τὸ δὲ σιτομέτριον, ὡς ὁ ἐμὸς λόγος, ἡ εὐκαίρως ἑκάστῃ τῶν κινήσεων διανεμηθεῖσα μελέτη ἂν εἴη καὶ τήρησις· ὅ δὴ καὶ ὡς σοφῶς οὕτω καὶ θαυμασίως ἡ Πάναγνος οἰκονομήσασα, ἐφ' ἅπασι τοῖς ὑπηργμένοις Θεῷ δέσποινα δέδεικται. Πρὸς τοῦτο γὰρ ἐκεῖνα βάλλειν τοῦ Σωτῆρος δοκῶ μοι τὰ ῥήματα· Τίς ἄρα ἐστὶν ὁ πιστὸς οἰκονόμος καὶ φρόνιμος, ὃν καταστήσει ὁ Κύριος ἐπὶ τῆς θεραπείας αὐτοῦ, τοῦ δοῦναι ἐν καιρῷ τὸ σιτομέτριον; Μακάριος ὁ δοῦλος ἐκεῖνος, ὃν ἐλθὼν ὁ Κύριος αὐτοῦ εὑρήσει ποιοῦντα οὕτως. Ἀληθῶς λέγω ὑμῖν ὅτι ἐπὶ πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ καταστήσει αὐτόν

A suis ancillis, venerandis, inquam, sensibus suis, prouti divinus habet Lucas [40], *daret tritici mensuram in tempore*. Tritici porro mensura, ut opinor, consideratio fuerit ac custodia ad singulos motus opportune adhibita. Quam sane administrationem cum innocentissima illa tum prudenter, tum etiam excellentissime gessisset, Domina constituta est super omnia quæ Deo subsunt. Huc enim spectare mihi videntur illa Salvatoris verba : *Quis, putas, est fidelis dispensator et prudens, quem constituet Dominus super familiam suam, ut det in tempore tritici mensuram ? Beatus ille servus, quem cum venerit Dominus ejus, invenerit sic facientem. Vere dico vobis, quoniam supra omnia, quæ possidet, constituet illum* [41].

Περὶ ταύτης, ἔμοιγε δοκεῖ, καὶ ὁ θεῖος ἐκεῖνο προεῖπε Δαβίδ· Σὺ, Κύριε, καταμόνας ἐπ' ἐλπίδι κατῴκισάς με· ἐκείνη γὰρ ἡ μόνωσις τῇ Παρθένῳ γέγονε πρόξενος τῆς ἀληθινῆς ἐλπίδος τυχεῖν, κἀκεῖ τοῦτο προφητικῶς ἂν εἶπεν ἡ Πάναγνος, ὡς ἐμαυτὸν πείθω· Ἤκουσεν ἐκ ναοῦ ἁγίου αὐτοῦ φωνῆς μου· καὶ ἡ κραυγή μου ἐνώπιον αὐτοῦ εἰσελεύσεται εἰς τὰ ὦτα αὐτοῦ.

B De ipsa præterea et illud puto Davidem prædixisse : *Tu, Domine, singulariter in spe constituisti me* (71). Illa enim solitudo Virgini contulit, ut veræ spei effectum consequeretur ; adeo ut ibi purissima (prout mihi persuadeo) propheticum illud usurpare potuerit : *Exaudivit de templo sancto suo vocem meam ; et clamor mens in conspectu ejus introibit in aures ejus* (72).

ΚΔ'. Ἔγωγε δὲ καὶ τὴν μυστικὴν ἐκείνην καὶ κρυφιωδεστάτην ἐν τοῖς ἱεροῖς οἴκησιν τῆς Παρθένου καὶ πρὸς τὴν εἰκόνα ταύτην οἶομαι φέρειν τοῦ υἱοῦ καὶ Σωτῆρος αὐτῆς. Καθάπερ γὰρ ὁ Δεσπότης, ὅτι μὲν ἄνθρωπος παρ' αὐτῆς, κοινωνῶν ἦν καὶ ὁρώμενος τοῖς ἀνθρώποις, ἀθέατος δ' ὡς Θεὸς, καὶ συναυλίας ἄμοιρος ἀνθρωπείας· οὕτως ἡ τῶν μεγαλείων τυχοῦσα τοῦ δυνατοῦ ὁρωμένη τε ἐτύγχανε καὶ ἀόρατος· καὶ ὡς μὲν ἀνθρώπων καὶ καθ' ἡμᾶς, ἑωράθη τε τοῖς πολλοῖς μέχρι τριετίαν, καὶ μετὰ τὴν τοῦ ἱεροῦ ἔξοδον ἄχρι τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀνόδου· ὡς δὲ τὴν ἀρετὴν ὑπὲρ ἡμᾶς, καὶ τὸ καινὸν τῆς ψυχῆς κάλλος, καὶ, οἷον εἰπεῖν, Θεὸς ἐπίγειος, ἀθέατος οὐκ ἐπ' ὀλίγον κατέστη, τὸ ἄβατον οἰκοῦσα καὶ θεῖον ἔδαφος· ὡς ἄν, ὅ προϋπέγραψεν ἐν ἑαυτῇ ὁρατὴ φανεῖσα καὶ ἀόρατος, ἥπερ ἦφην, τοῦτο τοῦ φανέντος παρ' αὐτῆς ἀορᾶτου τε καὶ ὁρατοῦ Θεοῦ εἰκὼν ἐναργὴς προτεθείν.

XXIV. Illud insuper plane existimo, mysticam illam secretissimamque Virginis in templi penetralibus mansionem pertinere ad imaginem, quam gerebat, filii ac Salvatoris sui. Quemadmodum enim Dominus, quatenus homo ex ipsa genitus, cum hominibus consuetudinem habebat, ac se videndum præbebat, quatenus autem Deus, invisibilis et humani contubernii exsors manebat ; ita et illa, C quæ *magnalia potentis* [42] nacta est, videbatur simul et invisibilis erat. Nimirum, quatenus ex hominibus orta est, et nobis similis fuit, visa quoque est a multis usque ad triennium, et deinde post egressum e templo usque ad suam ascensionem in cœlos ; quatenus vero virtute superhumana et nova animi pulchritudine præcellebat, atque, si ita loqui fas est, divinitas erat terrestris (73), ideo haud breve tempus invisibilis latebat, inaccessum ac divinum illud domicilium incolens : adeo ut quod in semetipsa in antecessum expressit, visibilis et invisibilis, ut dixi, apparens, hoc Dei ex ipsa geniti visibilis et invisibilis apparentis, vivida fuerit imago.

[40] Luc. XII, 42. [41] Ibid. 43. [42] Luc. I, 49.

Ant. Ballerini notæ.

(71) Psal. IV, 10. Quod Vulgatus vertit *singulariter*, LXX legunt καταμόνας (*seorsim*), idque Isidorus, uti patet, transfert ad solitudinem Virginis ; attamen juxta vim contextus Hebraici vox לבדד (*solitarie* seu *solus*) referenda potius videtur ad Deum, qui solus in spe constituit.

(72) Psal. XVII, 7, sec. LXX. Nam ubi Vulgatus habet *introivit*, Græca versio legit εἰσελεύσεται.

(73) Finge, auctorem nihil sermoni inseruisse, quod puritatem Deiparæ in sua ipsius origine expresse vindicaret. Nonne ad hanc opinionem auditoribus ingerendam satis ea erant, quæ hoc loco de Virginis pulchritudine brevissime tangit ? Nedum enim pulchram, sed *pulchritudinem* ipsa Mariam appellat, et quidem *pulchritudinem novam*, et talem cujus gratia divinitati exæquanda quodammodo D videatur. Quæ quidem fideles dum audirent, numquid locus reliquus erat suspicandi, hanc quoque *pulchritudinem* turpissima peccati macula non secus ac cæteros homines, fœdatam exstitisse ? Atqui hæc virgineæ pulchritudinis encomia passim apud Patres et in libris ecclesiasticis recurrunt. Ergo, etiamsi doctrinam de sancta Virginis origine explicite traditam reperire non esset, germina tamen, e quibus sponte efflorescceret, passim in deposito traditionis prostarent. Cæterum, cum eamdem illam doctrinam auctor diserte profiteatur, inde nobis certissimum suppetit argumentum, hasce atque alias plures laudes, quibus Mariæ et puritas, et sanctitas, et innocentia, et venustas commendatur, ab ea sententia proficisci.

XXV. Verum et quod pervia Virgini sacra adyta patuerint, et quod angelus e cœlo descendens ad parandum cibum illum mirabilem astiterit, hoc mihi prænotasse videtur, cœlos deinde aperiendos esse, ac Spiritum sanctum corporali specie, divinum lavacrum in Jordane Domino suscipiente, descensurum. Quemadmodum enim uni Virgini, non vero cuipiam alteri ex universis mortalibus, reserata fuerunt penetralia sacra ; sic uni quoque Salvatori cœlum semet apertum tunc exhibuit.

Κε'. Ἀλλὰ καὶ τὸ τῇ Παρθένῳ τὰ ἄδατα ἀνθεφχῆναι, καὶ ἄγγελον οὐρανόθεν κατιόντα συνεῖναι, τοῦ δείπνου χάριν ἐκείνου τοῦ παραδόξου, ἐκεῖνό μοι προγράφειν ὑπαγορεύει, τὸ τὸν οὐρανὸν ἀνεφχθῆναι, καὶ καταβῆναι σωματικῷ εἴδει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καταδεχομένου τὸ θεῖον ἐν Ἰορδάνῃ λουτρὸν τοῦ Δεσπότου· οὔτε γὰρ, ὡς τῇ Παρθένῳ, ἑτέρῳ τῷ τῶν ἁπάντων ἀνέῳγε τὰ ἄδατα, καὶ ὑπὲρ μόνου τοῦ Σωτῆρος γυμνὸν οὐρανὸς τότε προῴθηκεν ἑαυτόν.

Quod vero ab uno summo sacerdote, semel per annum in Sancta sanctorum introeunte, innocentissima conspiceretur ; id rursus haud parum confert, ut expressiorem præferat cum Deo similitudinem. Nam sicut ad Dei aspectum, quantum fas est mortalibus, admitti, electis tantummodo contingit hominibus, neque vero id semper, sed quando a turbarum multiplici ac tenebricosa confusione semet proripientes, sibique unice, quantum liceat, vacantes in divinis ac cœlestibus, quo utique non ascendunt turbæ, conversari probe didicerint ; pari modo, ut etiam in hoc ostenderetur Virginis cum Deo similitudo, propter quam (o tremendum mysterium !) et Deum gestavit, ipsa quoque semel in anno fiebat visibilis et a solo summo sacerdote videbatur.

Τὸ δέ γε μόνῳ τῷ ἱεράρχῃ, ἅπαξ εἰσιόντι τὰ ἅδυτα, ὁρᾶσθαι τὴν πάναγνον οὐκ ὀλίγον, αὐτῇ καὶ τοῦτο πρὸς θείαν ὁμοίωσιν εἰκονίζεσθαι δίδωσιν· ὥσπερ γὰρ ἀνθρώπων μόνον τῶν ἱερῶν Θεὸν ὁρᾶν, ὡς ἐφικτὸν ἀνθρώποις, οὐκ ἀεὶ δὲ καὶ τοῦτο, ἀλλ' ὅταν τῆς κάτω χωρίζόμενοι πολυειδοῦς καὶ σκιώδους πληθύος, καὶ μόνοις, ὡς οἷόν τέ ἐστιν, ἑαυτοῖς συνόντες, εὖ ἔχωσι τοῖς θείοις ἐνδιατρίβειν καὶ ὑψηλοῖς, καὶ ἃ μὴ βάσιμα τοῖς πολλοῖς· οὕτως, ἵνα τὸ πρὸς Θεὸν ἐοικὸς κατὰ τοῦτο δειχθῇ τῆς Παρθένου, διὸ καὶ Θεὸν ἤνεγκεν, ὦ φρικτοῦ μυστηρίου ! καὶ ἅπαξ ἦν θεατή, καὶ μόνῳ τῷ ἱεράρχῃ.

XXVI. Verum enimvero neque dum ipsa conspiciendam se præberet, quidquid in ea erat excellentiæ, comprehendere spectator valebat. Quemadmodum enim si cui concessum fuerit, ut in Deum obtutum defigat, non ideo omnia quæcunque in Deo sunt, iste perviderit ; haud aliter, si quis Virginem intueretur, nequaquam hic assequebatur, ut quidquid sublime ipsi inerat, perspectum haberet. Adeo nempe Virgo divinis, ut ita dicam, coloribus semetipsam expressit, adeo, juxta illud Davidis [43], *signatum fuerat super eam lumen vultus Domini*, ut vivam in se Dei speciem manifestissime præferret.

Κζ'. Ἀλλ' οὐδέ γε καὶ ὁρωμένης συνορᾶν εἶχεν ὁ θεατὴς ὅσον τὸ κατ' αὐτὴν μεγαλεῖον. Καθάπερ γὰρ, ᾧτινι θεοπτείας τυχεῖν ἐξεγένετο, οὐ πᾶν ὅσον περὶ Θεὸν ἐνενόησεν, οὕτως οὐκ ἦν ἄν, ὅς, ἐκείνην ἑωρακὼς, τὸ κατ' ἐκείνην εἶχεν ἅπαν ὕψος καταληπτόν· οὕτω γέγραφεν ἑαυτὴν ἡ Παρθένος χρώμασιν, ὡς εἰπεῖν, θείοις· οὕτω κατὰ τὸν Δαβὶδ ἐπ' αὐτὴν ἀληθῶς ἐσημειώθη τὸ φῶς τοῦ προσώπου Κυρίου, ὥστε σαφεῖς ἐν ἑαυτῇ σώζειν θεοειδεῖς ἐμφερείας.

Verumtamen affirmo quidem, menti incomprehensibiles et humanæ linguæ propemodum ineffabiles ac deificas ipsi prærogativas inesse ; absit tamen ut parem unquam eam Deo habueris. Sed purissimam illam Deum utique dixeris propter virtutis ejus eminentiam, si nobis eam comparaveris (74) ; si vero eamdem cum Deo conferas, hoc, quod re ipsa est, Virgo apparuerit, nempe homo.

Λέγω δὲ ἀπερινόητα μὲν καὶ ἀνθρώποις σχεδὸν ἄφραστα θεουργικὰ καὶ ταύτῃ προσεῖναι πλεονεκτήματα, Θεῷ δ' ἐξ ἴσης οὐδέποτε· ἀλλά γε πρὸς μὲν ἡμᾶς Θεὸν ἄν εἴποις τὴν πάναγνον τῇ καθ' ὑπερβολὴν αὐτῆς ἀρετῇ, πρὸς δὲ Θεὸν, τοῦτ' αὐτὸ ὅπερ ἐστὶν ἄνθρωπος ἡ Παρθένος.

XXVII. Attamen sublimior est, ut dixi, universis creaturis ; et facile ac sine errandi metu cernere quispiam poterit, ipsam solam plusquam res creatas simul omnes, hominibus ad Dei gloriam evehendis parem esse. Et sane licet ab initio neque angeli (75), neque cœlum, neque sol aut astrorum

Κζ'. Πλὴν, ὅπερ ἔφην, κτίσεως ἁπάσης ὑπερκειμένη, καὶ μόνην ἔχειν ἴδοι τις ἂν ἀτεχνῶς πρὸς δόξαν ἄγειν ἀνθρώπους Θεοῦ, μεῖζον ἡ πᾶσα ἡ ποίησις δύναται· εἴπερ γὰρ ἄγγελοι, οὐρανός τε καὶ ἥλιος ἢ χορὸς ἀστέρων, καὶ γῆ καὶ θάλασσα, καὶ φυτῶν παντοδαπὴ καὶ παράδοξος ἱστουργία, ταῦτα

[43] Psal. IV, 7.

Ant. Ballerini notæ.

(74) Si ineffabiles adeo ac menti imperviæ celebrantur beatissimæ Virginis prærogativæ ; si comparata ad reliquos homines beatissima Virgo instar numinis habenda dicitur ; præpostere ergo agunt, qui pertinentia ad sanctæ Virginis originem eodem palmo dimetiri præsumunt, quo cum cæteris hominibus utuntur.

(75) Argumentatio auctoris postulat, ut eminentiori *quadam ratione* splendeant in Deipara, quæcunque gratiæ munera angelis collata fuerint. Atqui illud angelis æque ac primis hominibus donum collatum fuit, ut gratiam divinam simul cum natura a Dei gratuita liberalitate acciperent. Ergo hoc donum Deiparæ negare nefas est : imo cum et angelis et protoparentibus longissime Virgo præcelleret, uberius illud idem et nobilius impertitum ipsi fuisse plane existimandum.

δὲ μὴ τὴν πρώτην ὑπέστη, οὐκ ἄν ἔλαττον ἢ νῦν φρονεῖν ἦκον ἄνθρωποι Θεοῦ, τῆς ἀπαραμίλλου μόσης φανείσης Παρθένου.

A corona, neque terra ac mare, plantarumque tam varius ac stupendus ornatus licet, inquam, hæc omnia condita ab initio non fuissent :nihilo tamen minus quam modo homines, hæc sola Virgine incomparabili ostensa, ad intelligenda quæ Dei sunt pervenire potuissent.

Τὰ κρείττω δὲ μάλιστα λαμπρά μὲν καθ' αὐτὰ, καὶ θαύματος οὐ μικρὰν ἀφιέντα φωνήν· πρὸς δὲ γε τὴν βασιλίδα, ἣ νὸν τοῦ παντὸς ἔτεκε βασιλέα, καὶ τὰ λυσιτελέστατα πᾶσι παρέσχεν, οὐδ' ὅσον ὑποβέβηκεν, ἔνεστι συνιδεῖν· ὅς δ' ἐν μείζονος ἔργου καθ' ὑπεροχὴν εἴη δημιουργὸς, οὐκ ἄρ' ἀνάγκη καὶ ἧττω ποίησιν εἰς ἔπαινον τούτῳ προσεῖναι· τῷ γὰρ μεγάλα τεχνουργεῖν δυναμένῳ καὶ τῶν ἐλαχίστων ἅπας ἄν εἶναι ποιητὴν ουγχωρήσειεν. Ἥρκει τοίνυν ἡ πάναγνος, ὡς εἴρηται, μόνη, καὶ μηδενὸς τῶν γενητῶς ὑποστάντος ἑτέρου, τὴν μεγαλουργικὴν τοῦ Θεοῦ κηρύττειν δόξαν, ὥσπερ ἂν εἰ καὶ τὰ λοιπὰ πάντα παρῆσαν.

Præsertim vero quæ nobiliores in creaturis habentur,splendidæ illæ quidem inter reliquas sunt, ac voce non tenui admirandam Creatoris gloriam deprædicant ; attamen si ad Reginam,quæ universorum Regem progenuit atque universis summum bonum adduxit, comparentur, næ illæ vilescunt, quantum nec cogitatione assequi fas est.Porro qui præstantissimi cujusdam operis auctor exstiterit,hic profecto non indiget, ut ex ignobilioribus facturis sibi laudes accedant. Facile enim quisque dabit, eum qui magna potuit efficere,etiam minima præstare posse.Ergo etiamsi nulla alia e creatis rebus B exstitisset, sola purissima, uti dictum est,ad prædicandam diviaæ magnificentiæ gloriam, non secus ac si et reliqua omnia adessent, plenissime sufficeret.

Γέγονε δὲ διὰ τοῦτ', ἂν φαίην. κἀκεῖνα, ἵν' ὅπως εἴη πολλῶν καὶ τηλικούτων καὶ ἐς ὅσον κρειττων οὕτη φανείη· ἔτι δὲ καὶ ἵν' ἔχοι Θεὸς δι' αὐτῆς, οἷς ἂν περιφκνεστέραν χορηγήσειε τὴν παρ' ἑαυτοῦ ἀγαθότητα· ἧς πᾶσα μὲν ἔργον ἡ κτίσις, αὐτῇ δ' εἴ τι σεμνὸν τοῦτ' εἴληφε διὰ τῆς Παρθένου· οὕτω θαῦμα θαυμάτων ἡ πάνσεμνος, καὶ τῶν ὄντων οὐδὲν, Θεοῦ δίχα, μεγαλοπρεπέστερον ταύτης,

Verum hæc idcirco condita dicerem,ut apparere posset,quot et quantis et quam magno intervallo ipsa omnibus hisce excelleret (76) ; vel præterea hac etiam de causa,ut alia quæpiam adessent, in quæ Deus bonitatis suæ effectus splendidiores effundere per eamdem posset. Et hujus quidem bonitatis opus est omnis quæcunque exstat creatura ; verum si quid augusti in ipsa relucet,hoc per Virginem assecuta est : adeo augustissimo illa miraculum est miraculorum, ac nihil eorum quæ exsistunt, excepto Deo, est ipsa magnificentius ?

ΚΒ'. Ὅθεν εἰ κἀκεῖνο θαύματος οὐ μικροῦ, ὃ νῦν C ἡμᾶς θαυμάσαι κεκίνηκε, λέγω δὲ τὴν κατ' ἐκεῖνο τῆς ἡλικίας ἐν τοῖς ἀδύτοις παράδοξον εἴσοδον τῆς πανάγνου, ἐμοὶ δὲ οὐ τοσοῦτον τοῦτο δοκεῖ θαυμαστὸν, ὅσον εἴ μηδὲ τὴν ἀρχὴν τοῦτ' ἐγεγόνει· οὐ γὰρ, τὰ μέγιστα ἐνδεικνυμένου τοῦ δυνατοῦ, θαυμάζειν χρή· ἀλλὰ τούναντίον, εἰ καινὰ πράττειν ἐξὸν τῷ ἰσχυρῷ, ὁ δὲ τὴν αὐτὴν τοῖς πολλοῖς βαδίζειν αἱρεῖται.

XXVIII. Proinde etsi haud leviter stupendum illud sit,quod nunc in admirationem nos rapuit, innocentissimæ scilicet tenella adeo ætate in sacra adyta ingressus ; mihi tamen non adeo stupendum hoc videtur, ac si ne id quidem factum fuisset. Neque enim est cur miremur,quod maxima ostendat opera qui potens est ; illud potius admiratione dignum, quod communem cæteris viam terere is malit, cujus virtuti paratissimum est stupenda peragere.

Ἐπεὶ δὲ οὐδ' ἄν, εἴ τι καὶ φαῖμεν ἄνθρωποι περὶ αὐτῆς, τὸν εἰκότα ἄν ποτε πλέξαιμεν κρότον, ἐπὶ δὲ τῶν μεγίστων ἡ σιγὴ θαύματος ἐνίοτε μήνυμα γίνεται καὶ νῦν, τὰ τῆς ὑμνουμένης ὅτι θαύματος πέρα, σιγὴν ἡμᾶς αἱρετέον. Κἴη δὲ ἡμῖν καὶ φθέγγεσθαι περὶ αὐτῆς, καὶ σιγᾷν ὅτ' ἄμεινον τῇ τῆς D πανυμνήτου δὴ ταύτης χάριτι, ἣν ὡς ἄγκυραν ἔχομεν τῆς ψυχῆς, κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον εἰπεῖν, ἀσφαλῆ τε καὶ βεβαίαν, καὶ εἰσερχομένην εἰς τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος, ὅπου πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν εἰσῆλθεν Ἰησοῦς, ᾧ τὸ τε κράτος καὶ ἡ προσκύνησις οὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ

Cæterum cum quidquid demum de ipsa dicere homines valeamus,nunquam parem meritis coronam laudum texere possimus, in rebus vero maximis quandoque silentium indicium sit admirationis ; propterea cum etiam in præsenti prærogativæ illius,quæ collaudanda est, qualibet admiratione sint majores, præstat ut eas silentio veneremur. Utinam vero nobis contingat, ut et loquamur de ipsa, et taceamus,prouti tempus exigit, idque pergratiam ejusdem omni laude dignissimæ, *quam* ut cum beato Paulo loquar, *sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, et incedentem usque ad*

Ant. Ballerini notæ.

(76) Si Deus alia condidit, ut ex comparatione elucesceret,quanto Deipara cæteris omnibus undequaque excelleret ; ignobilem ergo sortiri non potuit originem,quam nobilem adeo et splendidam tum angeli tum primi homines sortiti sunt.

iuteriora velaminis, ubi præcursor pro nobis introivit Jesu[44], cui et imperium et adoratio cum Patre et Spiritu sancto per infinita sæcula sæculorum. Amen.

ἀγίῳ Πνεύματι εἰς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων Ἀμήν.

SERMO III.

In Annnntiationem gloriosæ et gratia plenæ Dominæ nostræ Deiparæ et semper Virginis Mariæ.

ΛΟΓΟΣ Γ'.

Εἰς τὸν Εὐαγγελισμὸν τῆς πανυπερενδόξου καὶ κεχαριτωμένης Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ Ἀειπαρθένου Μαρίας.

I. *Lætentur cœli et exsultet terra*[45]; plaudant angeli et lætitia gestiant homines, et universæ hodierna die hilarescant creaturæ ; quandoquidem Creator omnium nunc gaudio hanc rerum universitatem, gaudens ipse, replet. Nunc ipse venit, ut quæ inimica ipsi erant, denuo sibi reconciliet : nunc tristitiam e peccato enatam solvit; nunc lætitiam, velut novum quemdam aerem, omnibus effundit : nunc præ solari radio universis terræ finibus jucundissima luce splendet. Nunc, juxta divinitus insonantem Isaiæ vocem, *induit nos vestimento salutis, et indumento lætitiæ circumdedit nos*[46]. Nunc Jeremias, lamentabilos illas olim ciens voces, palinodiam recipit,et opportune, Dei velut personam agens,illud denuntiat ; *Propitius ero iniquitatibus hominum, et peccata eorum non memorabor amplius*[47]. Nunc cœli venustas ac lucida astrorum corona splendoris hodierni jucunditate vincuntur. Nunc opportunum tempus est illud clamandi; *Gloaia in altissimis Deo et in terra pax, hominibus bona* (*Dei*) *voluntas* (77).

Α'. Εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοὶ καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ· κροτείτωσαν ἄγγελοι· καὶ σκιρτάτωσαν ἄνθρωποι, καὶ πᾶσα ἡ κτίσις φαιδρυνέσθω σήμερον, ὅτι ὁ πάντων Κτιστης νῦν χαρᾶς ἐμπίπλησι χαίρων τὸ πᾶν. Νῦν εἰς διαλλαγὰς Χωρεῖ τῶν ἀπηχθημένων· νῦν λύει τὴν ἐξ ἁμαρτίας κατήφειαν· νῦν, ὡς ἄλλον ἀέρα, πᾶσιν εὐφροσύνην ἐξέχεε· νῦν ὑπὲρ ἥλιον λάμπει τοῖς πέρασι θυμηδίαν· Νῦν ἱμάτιον ἐνέδυσε σωτηρίου καὶ χιτῶνα εὐφροσύνης περιέβαλεν ἡμᾶς, παρὰ τὴν θεόκροτον Ἡσαΐου φωνήν. Νῦν ὁ θρηνόφθογγος Ἱερεμίας, παλινῳδίαν πλάκων, ὡς ἐκ Θεοῦ κατὰ καιρὸν ἐρεῖ· Ἵλεως ἔσομαι ταῖς ἀδικίαις τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν οὐ μὴ μνησθῶ ἔτι. Νῦν οὐρανοῦ κάλλος καὶ φωτοειδὴς ἀστέρων κύκλος, ἥττων νῖς τέρψιν τῆς προκειμένης λαμπρότητος. Νῦν εὔκαιρον εἰπεῖν τὸ, Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία.

Nam qui cœlum,terramque, et solem prius effecit, cæteraque magnificentiæ suæ opera splendere jussit, nunc,id quod ab initio creatum non fuit, vel creatum non perduravit, gaudium, ut ita dicam, condit Et quemadmodum,*Fiat lux*, dixit[48], *et facta est lux*, et eodem plane modo cæteras res, varias quidem sed mire inter se connexas,e nihilo eduxit; sic nunc per angelum, *Ave*,dixit illi gratia plenæ.

Ὁ γὰρ οὐρανὸν καὶ γῆν καὶ ἥλιον πρὶν ὑποστήσας, καὶ τὰ λαμπρὰ τῆς ἄκλης μεγαλουργίας, νῦν, ὡς εἰπεῖν, ὃ τὴν ἀρχὴν οὐκ ὑπέστη· ἢ κτισθὲν οὐ διέμεινε, τὴν χαρὰν ὑφίστησι. Καὶ καθάπερ, Γενηθήτω φῶς, εἶπε, καὶ ἐγένετο, καὶ νὴν ποικίλην ἅλυσιν πᾶσαν τῶν γενητῶν τοῦτον πασήγαγε τὸν τρόπον· οὕτω νῦν, Χαῖρε, φησὶ δι' ἀγγέλου τῇ κεχαριτωμένῃ.

II. Hoe videlicet *Ave* quodammodo nunc ipse creat,et ut omnes undequaque pervadat creaturas mandat, potestatemque omnibus qui animum advertant facit, ut ipsarum venustatem aureumque in ipsis pulcherrime intextum ornatum, qui gaudii affectus est illis conveniens, percipere sensu queant. Nam qui jugi aliquo malo affligitur et tristitia occupatur, non ita comparatus est, ut naturæ pulchritudinem et mirabilitatem investigando persentire possit ; adeo ut,nisi hoc *Ave* nunc prodiisset, deficeret sane et illaudatum jaceret quidquid magnificentiæ in opere creationis elucet. Quoniam vero non ferebat Domini benignitas, ut quoad nobiliorem hanc partem, quoad gaudium videlicet,creaturas suas male habere permitteret ; idcirco nunc et gaudium condit, quod rebus jam

Β'. Τοῦτο τὴ τὸ Χαῖρε νῦν ὡσανεὶ πλαστουργῶν, καὶ περιλαβεῖν πέμπων ἅπασαν κτίσιν, ἧς τὴν χάριν καὶ τὴν καλλίπλοκον ἐν αὐτῇ χρυσουργίαν ἡ τοῦ χαίρειν αἴσθησις αἰσθάνεσθαι τοῖς προσέχουσι χορηγεῖ. Ἐπείπερ τὸ πάσχον ἀεὶ λύπῃ συνὸν φύσεως κάλλος καὶ θαῦμα οὐ πέφυκεν ἐρευνᾷν· ὥστε καὶ εἰ μὴ τὸ χαίρειν τοῦτο νῦν ἐγεγόνει,ῥέον ἂν ἀκήρυκτον διετέλει τὸ φαιδρὸν ἅπαν τῆς δημιουργίας. Ἐπεὶ δ' οὐκ ἦν οὕτω τοῦ ἀγαθοῦ Δεσπότου τὴν κρείττω μοῖραν, λέγω δὲ τὴν χαρὰν, περιιδεῖν δυστυχοῦσαν τὴν κτίσιν, διὰ τοῦτο καὶ δημιουργεῖ νῦν τὸ χαίρειν, ὃ πάλαι μὲν ἐφίλει τοῖς οὖσι προσθεῖναι, τὸ δ' ἱκανὸν οὐχ εὕρισκε σκεῦος, ὃ καὶ φυλάξαι τὸ δοθὲν καὶ μεταδοῦναι δυνατῶς ἔξει, Νῦν γὰρ τῷ ὑπερφυεῖ τούτῳ φανέντι καὶ εὐρυχωροτάτῳ δοχείῳ ἡ πολυύμνητος δὲ τοῦτο πάντως Παρθένος, μηνύει μὲν τὸ

[44] Hebr. VI, 19, 20. [45] Psal. XCV, 11. [46] Isa. LXI, 10. [47] Jerem. XXVI, 34, sec LXX cap. XXXVIII, 34 [48] Gen. I, 3.

Ant. Ballerini notæ.

(77) Luc. II. 14.Notum est, in hoc Lucæ versiculo tantisper a Græco textu differre vulgatam versionem.Conferri possunt, quæ de eodem versiculo erudite pro more suo scripsit Franc. Xaverius Patritius (*De evangeliis*, lib. III, dissert. 24, § 12, edit. Friburg. 1853.)

χαῖρε, οἱονεὶ τῇ προσρήσει ταύτῃ δεικνὺς, ὅτιπερ τὸ φιλούμενον εὗρε· καθὰ καὶ ἡμεῖς τοῖς φίλοις οὕτω προταγορεύομεν ἐντυχόντες. A exsistentibus sane lubens adjungere antea voluisset; sed vas idoneum non inveniebat, quod et datum custodire, et in alios illud posset tranfundere. Et sane cum apparueit nunc supernaturale hoc et amplissimum receptaculum (78), quæ omnino est Virgo illa omni laude dignissima, huic utique gaudium istud annuntiat, velut hac salutatione ostendere velit, se demum invenisse quod diu cupiebat; quippe nos quoque amicos, si forte obviam occurrent, hoc modo solemus compellare.

Γ'. Ὁ δὲ λογος οὗτος οἷόν τινα φύσιν ἄλλην τοῖς προϋποστᾶσι, καὶ τὸ χαίρειν προσέπλασεν ὑποστήσας. Διὰ τοῦτο σήμερον χαίρει μὲν ὁ Κτίστης, τὸ χαίρειν παράγων. Πῶς γὰρ οὔ; ὁπότε καὶ ὁ μυρον συνθεὶς μυρίζει διὰ τὸ πλάττειν. Χαίρει δὲ καὶ ἡ ποίησις πᾶσα, τὸ εὐωδέστατον δὴ τοῦτο μύρον, φημὶ δὲ τὴν χαρὰν, ἐπ' αὐτὴν ὑποδεχομένη χεόμενον. Οὐδὲν ἄρα τῶν ὄντων χαρᾶς ἄμοιρον σήμερον. A III. Hæc porro vox, eum gaudium creat, tum quandam aliam veluti naturam exstantibus rebus addidit. Quocirca Creator, dum gaudium hodierna die producit, gaudet et ipse. Quidni enim? quandoquidem etiam qui unguenta conficit, ex ipsa effectione unguenti odore perfunditur. Sed universæ simul creaturæ lætitia gestiunt, fragrantissimum hoc unguentum, gaudium scilicet, in seipsas effusum excipientes. Quamobrem nihil ex omnibus quæ exstant, hodierna die gaudii expers cernitur.

Ἀλλ' ἵνα τοῦτο σαφέστερον γένηται, καὶ διὰ πολλοὺς μὲν ἄλλους, οὐκ ἄκαιρον δὲ καὶ δι' ὃν εἴρηται λόγον, δῆλον μὲν ὅτι χαίρει Θεός, Χαίρουσι δὲ καὶ ἄγγελοι, τῆς δημιουργηθείσης πεφηνότες διάκονοι χαρᾶς. Ἀλλὰ καὶ ἄνθρωποι χαίρουσιν· ἐπείπερ οὐχ ἡλιακοῦ δίσκου, οὐ καμάρας οὐρανίου, οὐκ B ἀγγελικῆς φύσεως, οὐκ ἄλλου τοῦ τῶν ἁπάντων πρὸς ὑποδοχὴν τῆς καινῆς ταύτης χαρᾶς ἐδέησε τῷ Θεῷ, ἀλλὰ τοῦ παρθενικοῦ δὴ μόνου καὶ πανάγνου, καὶ ὁμοφυοῦς τούτοις οἴκου. Οὐκ ἀπεικὸς δὲ καὶ τὴν λοιπὴν χαίρειν ὕλην, τὸν ἑαυτῆς δεσπότην, τὸν ἄνθρωπον λέγω, διὰ γὰρ τοῦτον ἐκείνη, τὸ βαρὺ τῆς ὀφρύος, ὡς εἰπεῖν, αἰσθομένη περιδυόμενον. Τὰ γὰρ ὄρη καὶ οἱ βουνοὶ, φησὶν ὁ θαυμάσιος Ἡσαΐας, ἐξαλοῦνται, προσδεχόμενοι ἡμᾶς ἐν χαρᾷ· καὶ πάντα τὰ ξύλα τοῦ ἀγροῦ ἐπικροτήσει τοῖς κλάδοις. Ἄλλως τε καὶ εἰ πᾶσα ἡ κτίσις συστενάζει, ᾗ φησιν ὁ μακάριος Παῦλος, καὶ συγχαίρειν ἀνάγκη χαίρουσιν. Ἐπεὶ καὶ φθορᾶς μετέσχε διὰ τὸν ἄνθρωπον· καὶ ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς, κατὰ τὸν Θεῖον καὶ τοῦτο Παῦλον, C ἡμῶν, δι' οὓς νῦν τῇ κτίσει τὸ πάσχειν, κομισαμένων τὰ ὑψηλά. Λοιπὸν ἆρα μεστὰ σήμερον ἀλη- Atque, ut id manifestius eluceat, exploratum sane est, gaudere Deum cum multas alias ob causas, tum etiam non absurde propter illam, quam diximus. Gaudent porro et angeli, qui creati gaudii exstiterunt ministri. Sed gaudent et homines; quippe Deus ad novum hoc gaudium excipiendum non orbem solarem, non cœli convexa, non angelicam naturam, aut aliam quampiam e cæteris rebus omnibus, sed virginem tantummodo purissimumque (79), et eamdem cum hominibus naturam habens, habitaculum quæsivit. Non est autem abs re ut et reliquæ materiales creaturæ gaudeant, dum suum ipsarum dominum, hominem scilicet (nam propter hunc creatæ illæ fuerunt), gravem supercilii mœrorem deposuisse quodammodo sentiunt. *Montes* enim *et colles*, inquit admirabilis ille Isaias, *exsilient exspectantes nos in gaudio, et omnia ligna agri applaudent ramis* (80). Præsertim vero quod si *creatura omnis*, quemadmodum inquit beatus Paulus, *ingemiscit*[49], necesse est profecto, ut etiam gaudentibus congaudeat; et quandoquidem corruptioni subjecta fuit propter hominem, sic etiam *a corruptionis servitute liberabitur*,

[49] Rom. VIII, 22.

Ant. Ballerini notæ.

(78) Disertius hanc doctrinam auctor evolverat §§ V, VI homiliæ, qua faustissimum Deiparæ diem natalem celebrat (sup. part. I, pag. 214 219), et hæc summa ejus est, nullum ex Adæ filiis, quippe qui omnes paterna labe corrupti fuerant, inveniri potuisse, qui Deo ad salvandum humanum genus descendere percupienti dignum præbere hospitium posset, donec Maria innocentissima affulsit, quæ, utpote labis illius expers, merito et hoc in loco ceu *vas naturæ communes leges ordinemque excedens*, celebratur.

(79) Vide quomodo summa puritas, quam in Deipara suspicimus, a virginitate distinguatur; et simul adverte, quomodo ad puritatem a virginitate distinctam significandam auctor utatur voce πανάγνου; exinde confirmatur id, quod alias (in not. ad § XIV ejusdem Isidori homiliæ *in Præsent. Deiparæ*, part. I, pag. 447) adnotavimus, quam longe ab exhibenda sincera SS. Patrum sententia discesserit Combefisius, qui voces illas ἁγνὴ, πάναγνος ὑπέραγνος de Deipara usurpatas, studiosissime ad *castitatem* significandam numquam non pertrahit. Cujusmodi porro intelligenda sit puritas Virginis, quam Isidorus hoc loco celebrat, non æquivoce demonstrat comparatio ibidem instituta cum sole, cum cœlis, cum angelicis creaturis: nihil enim his aptius occurrit ad summam, quæ excogitari queat, ab omni nævo puritatem indicandam. Itaque si hisce, utcunque purissimis, purior tamen perspicacissimis Dei oculis visa est Virgo beatissima, remotio ergo ab omni labecula præ sole, præ cœlis, præ angelis, præ creaturis quibusvis Maria fuit. Exinde vero gloria illa humanæ stirpis, quod Mariam congenerem habuerit; qua de re vide quæ in Præfatione ad Georgi Nicomediensis fragmentum diximus (sup. part I, pag. 149).

(80) *Isa.* LV, 12 sec. LXX; nam Vulgatus: *Montes et colles cantabunt coram vobis laudem, et omnia ligna regionis plaudent manu.*

quod pariter affirmat divinus ille Paulus [50], cum nos, quorum causa nunc omnis creatura patitur, cœlestia adepti fuerimus. Omnia itaque hodierna die gaudio exundant, omnia exsultationis plena sunt, hilaritate fulgentia, omni splendore ac venustate rutilantia.

A Θῶς εἶναι πάντα χαρᾶς, ἀγαλλιάσεως πλήρη, φαιδρότητι διαλάμποντα, ἀγλαΐᾳ παντοδαπῇ καὶ χάριτι στίλβοντα.

IV. Quod vero in communi omnium, quotquot exstant, lætitia, ille nequitiæ artifex ne prope quidem accedere ad hanc jucunditatem audeat, nihil est mirandum. Cum enim sponte sua tenebris illis sese ipse immerserit, sane volens pravitatem non effugit, nec claritatem quæsivit, sed perstitit illis ipsis sese oblectans miseriis, in quas utique prolapsus est. Quicunque porro mente prædili sunt, haud consonum rationi fuerit, ut vel inviti ea adipiscantur, quæ voluntatis arbitrio sunt subjecta; quæ enim quisquis rejicit, nequaquam par est, ut eorum particeps ipse evadat. Non erat igitur e re, ad lætitiæ convivium apostatam illum advocare, qui nec gaudio inde affectus ipse fuisset, nec astitisset lubens. Perinde enim prope fuisset, ac si quis suem cœno gaudentem jucunditati florum immitteret; quo sane neque gratum ipsi aliquid faceret, a suis illum deliciis vi abstrahens, et pratorum venustati inferret injuriam. Propterea a communi omnium gaudio mansit exclusus, quippe qui etiamsi fuisset vocatus, affuisset invitus, et probro futurus esset; sed *in judicium magni dici vinculis æternis sub caligine* [51] reservatus est, inquit, apostolus Judas, et in *ignem ipsi paratum*, sicut in Evangeliis legimus [52]. Etenim si quis emendantur, vel nimis conterriti vel suavi vocatione attracti, utcunque id sive alterutro tantum, vel utroque modo contingat, eorum Deus nunquam curam non gerit; si quis autem inde non resipiscat (81), in perniciem judicium vertitur; et hoc quidem utrumque Ninivitæ ac Sodomitæ testantur.

B Δ'. Εἰ δὲ, πάντων μὲν τῶν ὄντων χαρᾶς ἀπολαβόντων, οὐδ' ἐγγὺς γίνεται τῆς ὥρας ὁ τῆς κακίας δημιουργὸς, θαυμαστὸν οὐδέν. Ἑκὼν γὰρ οὗτος τὸ σκότος παθὼν, ἑκὼν, οὐ διέφυγε τὴν μοχθηρίαν· οὐδὲ τὴν λαμπρότητα ἐπεζήτησεν, ἀλλ' ἔμεινεν ἐντρυφῶν, ἥπερ ἐμπέπτωκεν ἀθλιότητι. Ἃ δὲ τῶν ἐκόντων ἐν τοῖς νοῦν ἔχουσιν, εὑρεῖν ἄκοντα, λόγον οὐκ ἂν εἴη σῶζον· ἃ γάρ τις ἀπωθεῖται, λαβεῖν οὐκ ἔνι. Καλεῖν ἄρα πρὸς εὐωχίαν, ἢ μήτε χαίρων ὁ ἀποστάτης, μήτε γνώμην διδοὺς ἦν, πόρρω τῶν ἀκολούθων. Ἐγίνετο γὰρ ἂν παραπλήσιον, ὥσπερ εἴ τις χοῖρον, βορβόρῳ χαίροντα, ἐπ' ἀνθέων ἄγοι τερπνότητα, μήτ' ἐκεῖνον εὐφραίνων, τῶν φίλων ἀφέλκων, καὶ τῶν λειμώνων ὑβρίζων τὴν χάριν. Διὰ τοῦτο ἔξω μὲν τῆς παγκοσμίου χαρᾶς, ὡς οὔτε θέλων, καὶ προσυβρίσων, εἴγ' ἐκέκλητο, τετήρηται· εἰς δὲ κρίσιν μεγάλης ἡμέρας δεσμοῖς ἀϊδίοις ὑπὸ ζόφον, Ἰούδας φησὶν ὁ ἀπόστολος, καὶ τὸ ἡτοιμασμένον πῦρ, ὡς ἐν Εὐαγγελίοις ἀκούομεν. Ὧν γὰρ ἀπειλουμένων ἢ καλουμένων ἡ διόρθωσις τίκτεται, καὶ τοῦτο, καθόσον ἑκάτερον ἐγχωρεῖ, ἢ καὶ ἄμφω, τούτων ἀεὶ τῷ Θεῷ μέλει· οἷος δὲ μὴ τὸ σωφρονεῖν ἐκεῖθεν, ὄλεθρος ἡ ἐπίκρισις. καὶ τούτων ἑκατέρου Νινευῖται μάρτυρες καὶ Σοδομῖται.

V. Sed præsertim nullo prorsus modo decebat, ut exstantium omnium choro adjungeretur ille, qui cum ab eo, qui sua natura beatitudo est ac plena lux, recesserit, et caligo ipse effectus est, et datam sibi naturaliter intelligendi vim, in id, quod est nihilum, insumit, quemadmodum divinus quoque ille Maximus alicubi dixit; perinde scilicet ac lucidum non est, quidquid eo caret, a quo lumen accipiat, nec vivens est, quisquis a vitæ principio sejungitur. Quam etiam ob causam, ut arbitror, Deus *cuncta valde bona* appellavit [53] post illam apostatæ ruinam, propterea scilicet quod a bonorum cœtu auctor ille malorum avulsus esset, ac propemodum mortuus, seu potius corruptus atque adeo inter reliqua omnia, quæ exstarent, minime recensitus (82).

C Ε'. Ἄλλως τε καὶ οὐδ' ἂν εἰκότως τῷ χορῷ συνδεθείη τῶν ὄντων, τοῦ μακαρίου καὶ παμφαοῦς ὄντος ἀποστὰς, ζόφος τε γεγονὼς, καὶ περὶ τὸ μὴ ὂν τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ κατὰ φύσιν νοερὰν δαπανῶν δύναμιν, ὡς που καὶ Μάξιμος ὁ θεσπέσιος εἴρηκε· καθάπερ οὐ φωτεινὸν, ὃ τοῦ φωτίζοντος ἔρημον, οὐδὲ ζῶν ὁ μὴ τῷ τῆς ζωῆς αἰτίῳ συνών. Δι' ὃν, οἶμαι, λόγον καὶ μετὰ τὸν κρημνὸν ἐκεῖνον τοῦ ἀποστάτου κατὰ μεθ' ὑπερβολῆς ὁ Θεὸς πάντα προσεῖπεν, ἅτε τοῦ κύκλου τῶν καλῶν ἐκραγέντος τοῦ ἀρχεκάκου, καὶ οἱονεὶ τεθνηκότος, ἢ μᾶλλον διαφθαρέντος, καὶ διὰ τοῦτο πᾶσι μὴ περιγραφομένου τοῖς οὖσιν.

[50] Rom. VIII, 21. [51] Jud. 6. [52] Matth. XXV, 41. [53] Gen. I, 31.

Ant. Ballerini notæ.

(81) Ex his patet, Isidorum ab iis non dissentire, qui putant, etiam diabolo, dum adhuc viator esset, per divinam elementiam, quam pervicax contempsit, aliquem resipiscendi locum relictum fuisse (vid. Suarez, *De angelis*, lib. VIII, cap. 1): et huc spectat, quod auctor paulo ante præmiserat inquiens: *Perstitit illis se miseriis oblectans, in quas prolapsus fuerat.* Quod ergo addit Isidorus, diabolum ad communem lætitiam vocatum non fuisse (quæ quidem potius quam ad tempus dominicæ incarnationis, *referenda* generatim sunt ad ordinem æconomiæ, quam cum suis creaturis Deus servarit), id non de negata aliqua vocatione ad pœnitentiam accipiendum est, sed de exclusione a participando gaudio quod reconciliationem sequitur.

D

(82) Hæc scilicet eo sensu accipienda sunt, quem S. Thomas (*De mal.* q. 16, art. 5, ad 1) sic effert: *Bona naturalia in angelis malis sunt integra quantum attinet ad naturæ ordinem; sunt tamen corrupta, vel depravata, seu imminuta per comparationem ad capacitatem gratiæ vel gloriæ.*

ς'. Ἐξ' ὧν δὲ καὶ ἀνωτέρω πρόεφημεν, ὅτι τῆς ἀπανταχοῦ διαδοθείσης χαρᾶς μόνος ὁ δόλιος ἄγευστος, τῶν τε ἤδη ῥηθησομένων, τοῦτ' ἄν τις αἴτιον ἴδοι σκοπεῖν, καὶ ὅπως τὸν ἄνθρωπον Θεὸς μὲν ἔσωσεν ἐκπεσόντα, τὸν δὲ τύραννον οὐκ ἀνώρθωσεν. Ἀδὰμ μὲν γὰρ καὶ ἡ βοηθὸς οὔτε παρ' ἑαυτῶν ἐκαινοτόμησαν τὸ δεινὸν, καὶ κλαπέντες οὔτ' ἄλλοις φθονερὸν ἐπαφῆκαν βέλος· καὶ ἐκρύβησαν, ὅπερ ὀδυρομένων ἦν τὴν ἀπάτην καὶ τὴν συμφοράν. Ἠσχύνοντο γὰρ διὰ τὴν γύμνωσιν, ὡσανεὶ ἑαυτοὺς ἀφανίσαι πειρώμενοι, οἷα ἀνθ' οἵων, αἴσχιστα ὅπως ἀντὶ σεμνῶν εἵλοντο, δακνόμενοι.

A VI. Ex iis porro, quæ et superius diximus, quod nempe solus ille dolosus gaudii ubique diffusi particeps nullatenus fuerit, et ex iis, quæ mox dicenda erunt, causam, cur Deus lapsum quidem hominem restituerit, tyrannum vero a lapsu non erexerit, hanc quisquis perspicere poterit. Siquidem Adam, et quæ illi data fuit *adjutorium* [84], neque ex se ipsis malum sunt moliti, neque, postquam decepti sunt, invidum in alios telum contorserunt; ad hæc, absconderunt sese, quod immo proprium illorum est, qui errorem et calamitatem plorent. Verecundabantur enim propter nuditatem, et propemodum se ipsos e medio tollere adnitebantur, cum acris eos cura morderet, quod hæc pro illis, turpissima scilicet pro honestissimis, sibi elegissent.

Ὁ δὲ κακοῦργος καὶ πρῶτος ἐτόλμησε τὴν κακίαν, πρὸς μηδέν τι τοιοῦτον ἀπιδὼν παράδειγμα, ἀγαθῶν οὐχ ἥκιστα πολλῶν ἀνθελκόντων, ἅπαντα γὰρ ἦν τὴν τοῦ πλαστουργοῦ σώζοντα ψῆφον, καὶ ἄλλοις τοῦ ποτηρίου τῆς μοχθηρίας μετέδωκε. Καὶ οὐχ ἕνα ἢ δύο κρημνίσας, ἢ καὶ ἑκατόν, ἔστη κορεσθεὶς τοῦ φόνου· ἀλλ' εἰ οἷόν τε ἦν, πτῶμα ἐλεεινὸν ἀνθρώπους προθεῖναι πάντας, καὶ Θεοῦ χωρῆσαι, καὶ γεέννῃ παραπέμψαι, οὐκ ἄν εἶναι τὴν κακίαν ὁ ἀλιτήριος ἱκανὴν ἐνόμισε· τρυφὴν δὲ μᾶλλον καὶ ἡδονὴν τὸν πλοῦτον τῆς συμφορᾶς. Καὶ τοῦτ' ἂν ἐπράχθη τῷ γε ἐκείνου μέρει, εἰ μὴ Θεὸς τὴν αὐτοῦ καθ' ἡμῶν ἐπεῖγε μανίαν, τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ἀεὶ πρόνοιαν ἐνδεικνύμενος.

B Ast ille improbus et primus quidem nequitiam est ausus, cum quodpiam ejusmodi facinoris exemplar præ oculis nullum habuisset, quin multa potius bona in contrarium ipsum traherent, quandoquidem conditoris voluntati obsequebantur omnia, et præterea aliis quoque poculum iniquitatis propinavit. Neque vero ejusmodi eum cædes satiavit, ut unum aut duos, aut etiam centum præcipites daret, sed neque si potuisset omnes prorsus homines miseranda ruina involutos ostendere, et Deo privare, et in gehennam prorudere, suæ satis pravitati factum exitiosus ille putasset; quin etiam tantæ miseriæ cumulum suas ille delicias summamque beatitatem duxisset. Et hoc quidem, quantum ex ipso erat, contigisset, nisi Deus, qui suam erga nos providentiam jugiter ostendit, illius contra nos furorem cohibuisset.

Εἶτα οὐκ αἰσχύνεται τοιαῦτα πράττων· οὐδ' ἐλέου διενοήθη ῥήματα, οὐδ' ὅτι τὰ δρώμενα βδελυκτὰ, καὶ μίσους χείρω παντὸς, κρύπτεσθαι μεμελέτηκεν· ἀλλὰ παῤῥησιάζεται, καὶ χαίρει τῇ κακουργίᾳ, καὶ σεμνύνεται τοῖς μηχανήμασι, καὶ ἀναισχύντως τοὺς ἀμέμπτους ἐπιζητεῖ, ὡς καὶ ἡ κατὰ τὸν Ἰὼβ παρίστησιν ἱστορία.

C Insuper vero nihil ipsum talia perpetrantem pudet neque verba, quibus misericordiam peteret, cogitavit unquam, neque latebras, ut ut exsecranda sint ejus facinora et exsecrandis omnibus deteriora aliquando quæsivit; sed libere exsultat, et iniquis ausis lætatur, et suis machinamentis gloriatur, et inculpatos impudenter exagitat, prout etiam historia Jobi palam facit.

Ζ'. Διὰ τοῦτο ἄνθρωπος μὲν, μήτε κακίαν ἐξευρηκὼς, μήτε φανείσης μεταδιδοὺς, ἀλλὰ καὶ παθὼν καὶ ὀδυρόμενος, οἴκτου καὶ ἦν ἄξιος, καὶ τετύχηκε. Πράγματι γὰρ, εἰ καὶ μὴ ῥήμασι, τὸν ἔλεον ἐξεκαλεῖτο. Τὸ κρυβῆναι γὰρ δεικνύντος ἦν μέγα τιθέναι τὸ ἀδίκημα, ὡς μηδὲ φωνὴ θαῤῥεῖν προϊέναι, ἢ ἑαυτὸν παραδεῖξαι. Τῷ δὲ παμπονήρῳ, τὰ κάκιστά τε διανοησαμένῳ, καὶ καθ' ἑαυτοῦ διαπραξαμένῳ, καὶ τῶν ἄλλων, καὶ μηδ' ὁτιοῦν ἐξ ἐκείνου καθυφέντι τῆς μανίας, στέργοντι δὲ τὴν νόσον. καὶ ἰατρὸν παρορῶντι, καὶ τὸν ἔλεον ἀποστρέφομένῳ, πῶς ἂν ἰαθῆναι γένοιτό ποτε, ὅς γε καὶ τὰ τοῖς ἄλλοις φάρμακα οἰκείαν ἤγηται βάσανον; Τί γὰρ, φησὶν, ἐμοὶ καὶ σοὶ, Ἰησοῦ; Ἦλθες πρὸ καιροῦ

D VII. Quamobrem homo quidem, qui neque per se iniquitatem excogitaverat, neque in partem illius, quæ admissa fuerat, alios vocabat (83), sed in malum pertractus fuerat, deque ipso deinde dolebat, hic, inquam, et misericordia dignus erat, et ipsam adeptus est. Sin minus enim verbis, certe factis misericordiam implorabat. Nam quod latebras quæreret, fatentis erat, magnum se scelus perpetrasse, ita ut neque vocem emittere auderet, neque in aliorum conspectum prodire. At vero improbissimo illi, qui pessima quæque et excogitavit, et in sui ipsius juxta ac aliorum pernicieni molitus est, et ne hilum quidem remisit ex suo illo furore, quique et morbum suum habet charissi-

[84] Gen. II. 18.

Ant. Ballerini notæ.

(83) Non ea mente hæc ab Isidoro dicuntur, ut peccati Adamitici propagatio in posteros denegetur; nam catholicum dogma de peccato originali passim et disertissime alibi profitetur, sicut et disertissime ab ejusdem peccati communione Virginem Deiparam excludit (vid. *Hom. in Præsent. Deip.* § 13, part. I, pag. 442-445): sed tantummodo inficiatur, Adamum illud quoque, quod diabolus fecerat, præstitisse, ut alias creaturas seduxerit, atque ad rebellandum adversus Deum excitaverit.

mum, et medicum contemnit, et misericordiam aversatur, quonam pacto medela quæpiam adhibeatur, dum insuper quæ aliis sunt medicamenta sua iste putat esse supplicia? *Quid enim*, inquit [55], *mihi et tibi, Jesu? Venisti ante tempus torquere me;* cum nempe videret expelli morbum, quem ipse (in languidi corpore) continebat. Exinde cum, Salvatore contempto, cogeretur loca exquirere ad inhabitandum florida, vel aliud quidpiam suavitate delectans, iste enimvero porcos, splendidum sane domicilium, præelegit (84). Sic porcinus et cœno plenus ille miserrimus et perpetuo quidem in malis effodiendis totus deliciatur; sursum autem aspicere, et sanitatem advocare, ipsi ne in mentem quidem unquam venit! Quocirca jacet misere ægrotans, decori sibi ducens pravitatem suam, et oblatam medelam superbus refugit (85). **Verum** non ita nos lapsi; accepto enim vulnere ad benignissimum medicum vocem sæpe attollimus, et postquam jam advenisse vidimus, ipsum tanquam servi suscepimus, atquo omnia, quæcunque **Salvator**, proposuit, ea ut in nobis implerentur, enixe deprecati sumus.

A βασανίσαι με, τὴν ὑπ' αὐτοῦ κατασχεθεῖσαν νόσον ἐλαυνομένην ὁρῶν. Εἶτα ἀφεὶς τὸν Σωτῆρα, ἐπιζητεῖν ἐλαυνόμενος τόπους εἰς οἴκησιν εὐανθεῖς, ἤ τι τῶν ἀλλων τερπνῶν, ὁ δὲ λαμπρὰν οἰκίαν αἱρεῖται τοὺς χοίρους. Οὕτω χοιρώδης καὶ βορβόρου μεστὸς ὁ πανάθλιος, καὶ ἀεὶ μὲν τὴν κακίαν ὀρύττων, ἐπεντρυφᾷ, ἀνανεῦσαι δὲ καὶ τὴν ὑγείαν ἀνακαλέσασθαι ἐνενόησεν οὐδεπώποτε. Ὅθεν καὶ κεῖται δυστυχῶς κάμνων, λαλονὴν τὴν πονηρίαν ἡγούμενος, καὶ χαριζομένην ἀποστρέφεται τὴν θεραπείαν ὁ ὑπερήφανος. Ἀλλ' οὐχ οὕτως οἱ πεσόντες ἡμεῖς· δεξάμενοι γὰρ τὴν πληγὴν, τὸν φιλανθρωπότατον ἰατρὸν ἐπεβοώμεθα συχνὰ, καὶ τοῦτον ἐπιστάντα ἰδόντες, δουλικῶς ὑπεδεξάμεθα, καὶ πάντα γενέσθαι εὐξάμεθα, ὅσα τῷ Σωτῆρι διανενόηται.

VIII. Et id quidem manifeste testantur Purissimæ illius verba: *Ecce*, inquit, *ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum* [56]. Cujus sane virtus magnum hoc tropæum, nostram scilicet salutem, erexit. Postquam enim nos cepit voluptas, et beneficum Deum, hei mihi! aufugientes, improbo serpenti nosmet dedimus, perduellis illius effecti servi sumus, ejusque arbitrio subjecti; et nihil fuit cujuscunque mali, ad quod seductor ille dolosus nos plane tyrannide sua non adigeret; unde et libidinis erupit procella, et exundarunt iniquitatis fluctus, et injustitiæ turbo fines terræ concussit. Deus autem e cœlo prospiciebat, quærens si quis secundum cor ejus esset in terra, qui idoneus videretur ad homines ab illo errore et a servitutis vinculis liberandos; et ne unus quidem inveniri poterat, cum omnes utique inutiles jacerent, et serpentis veneno infecti.

B Η'. Καὶ δηλοῖ τοῦτο σαφῶς τῆς Παναχράντου τὰ ῥήματα· Ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου, φησὶ, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου. Ἧς ἡ ἀρετὴ τὸ μέγα τοῦτο τρόπαιον, τὴν ἡμετέραν ἀνήρηται σωτηρίαν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶλεν ἡμᾶς ἡδονὴ, καὶ Θεὸν, οἴμοι τὸν εὐεργέτην, διαφυγόντες τῷ πονηρῷ προσετέθημεν ὄφει, ἐλεεινῶς αἰχμάλωτοι γεγονότες, καὶ ταῖς τοῦ δραπέτου καθυπείνοντες γνώμαις, καὶ οὐδὲν ἦν ὅτου τῶν κακῶν μήτε σύμβουλος ὁ πλάνος καὶ ἡμᾶς ὑπὸ χεῖρα μὴ εἶχεν· ὅθεν χειμὼν μὲν ἀσελγείας ἐρράγη, καὶ κυκεὼν ἀνομίας ἐξεχύθη, καὶ ζάλη τὰ πέρατα διέσεισεν ἀδικίας. Ὁ δὲ ζητῶν διέκυπτεν οὐρανόθεν, εἴ πού τις αὐτῷ κατὰ γνώμην ἐπὶ γῆς εἴη, ὅ ἂν ἱκανὸς ἀπαλλάξαι φανείη τῆς πλάνης ἐκείνης καὶ τῶν δεσμῶν τοὺς ἀνθρώπους· καὶ ἦν εὑρεῖν οὐχ ἕως ἑνὸς, ἁπάντων δήπουθεν προκειμένων ἀχρείων, καὶ τῷ τοῦ ὄφεως κατιωμένων ἰῷ.

C

Ast post multas tandem generationes, postquam illud supra naturam delicium, Purissima, inquam, illa (86) apparuit, cujus *virtus et cœlos*, ut cum pro-

Μετὰ πολλὰς δὲ γενεὰς, ἐπεὶ τὸ ὑπερφυὲς ἄγαλμα ἡ πανάμωμος ἀνεδείχθη, ἧς ἡ ἀρετὴ καὶ οὐρανοὺς, προφητικῶς εἰπεῖν, ἐκάλυψεν, ἀλλὰ καὶ ἡ γῆ πλή-

[55] Matth. VIII, 29. [56] Luc. I, 38.

Ant. Balleriini notæ.

(84) *Marc.* V, 12. *Et deprecabantur eum spiritus dicentes: Mitte nos in porcos, ut in eos introeamus.*

(85) Elucet ex his, Isidorum in ea fuisse sententia, quæ etiam nonnullis e schola theologis placuit, inter peccatum diaboli et ejusdem damnationem aliquod intercessisse tempus, quo gratia adjutus pœnitentiam agere potuisset.

(86) Virgo Deipara, ut patet, hic designatur, quæ antonomastice *prorsus immaculata* (ἡ πανάμωμος) appellatur. Et alias sane audivimus (part. I, p. 441) Isidorum disertis verbis affirmantem, Virginem Mariam *in iniquitatibus non fuisse conceptam*. At enim quamvis tam aperta professio a scriptis ejus abesset, nonne eadem sententia ex hoc loco manifeste emergit? Cum enim dicat, neminem inter homines inveniri potuisse, qui Deo acceptus et ejusdem consiliis idoneus esset, propterea quod serpentis veneno infecti omnes ad unum jacerent; plane conficitur, illo igitur veneno infectam Mariam non fuisse, quæ sola post multas generationes communi exempta vitio coram Deo apparuit. Sed et **illud**, quod perpendatur, plane dignissimum hoc **loco** occurrit: nempe quodnam officium sit, ad **quod** hominem quempiam idoneum requirebat **Deus**: tum vero cur ejusmodi ne unum quidem inter **Adæ** filios reperire esset. Et officium quidem **nullum** aliud proponitur, quam Deo coopsrandi in hominibus a servitute inferni eximendis. Causa vero cur **nemo** ad id aptus censeretur, infectio dicitur e **veneno** serpentis contracta. Atqui nihil exploratum **magis**, nihil magis testatum in universa Ecclesiæ **traditione** occurrit ea doctrina, quæ docet, Mariam ad **cooperandum** Christo in reparando hominum **genere** electam assumptamque fuisse, adeo ut passim **salutetur** tamquam κόσμου ἀνάκλησις, παντὸς κόσμου σωτηρία, λύσις κατάρας, πεσόντων ἐπανόρθωσις, ἀνθρώπων, λύτρον, κόσμου ἀντίλυτρον, ζωῆς **seu** σωτηρίας πρόξενος, μεσῖτις, ἱλαστήριον, **etc.**, videlicet *mundi totius reparatio, salus, solutio maledictionis, lapsorum restitutio, hominum redemptio,*

ρης τῆς ἐκεῖθεν ἐγεγόνει λαμπρότητος, ὡς μικρὰν εἶναι τὴν διαλάμψασαν ἀκτῖνα τῇ τῆς Παναγνου μαρμαρυγῇ, ἐπεὶ ταῦτα οὕτω συνέβη, τερατουργεῖ Θεὸς ἐξαίσια διὰ τῆς Παρθένου· καὶ λύει μὲν τῶν τοῦ τυράννου χειρῶν τοὺς δεσμίους, καὶ δεσπότας ἀντὶ δούλων, οὓς πρὶν ἀνδράποδα, καθιστᾷ· ζάλης δὲ καὶ σκότους ἀπαλλάττει τὸ γένος, καὶ τὴν πάντα νοῦν ὑπερέχουσαν εἰρήνην χαρίζεται, καὶ θεοειδεῖς ἀπεργάζεται τοὺς πολεμίους. Οὕτω λαμπρῶς ἀπήστραψεν ἡ Παρθένος, οὕτω παραδόξως κατηύγασε τοὺς ἀνθρώπους!

A pheta loquar, *operuit* (87), sed et terra splendoribus, qui ab ea emicabant, ita repleta est, ut præ illius plane immaculata fulgore jubar astri, quod orbem collustrat, exiguum appareret (88); postquam, inquam, hæc ita contigerunt, prægrandia Deus portenta per Virginem operatur, et vinctos quidem tyranni manibus eripit, eosdemque pro præcedenti servitute domicos illius constituit, cujus prius mancipia fuerant; a procella ac tenebris liberat universum, genus, et *pacem* elargitur, *quæ exsuperat omnem sensum*[57], ac suos antea hostes divina specie ac similitudine exornat. Tanto nempe splendore Virgo coruscavit, tanta supra mentis captum luce homines perfudit!

Θ'. Οἶμαι δὲ ὅτι καὶ πρὸς μεγίστην οὕτως εἶχεν ἀντικαταστῆναι κακίαν, διὰ τοῦτο μετὰ πολὺν τὸν ῥεύσαντα χρόνον ἡ Πάναγνος τετήρητο, ὡς ἂν τὸ τῆς ἀρετῆς ὑπερβάλλον τῷ πλήθει τῆς κακίας διαδειχθῇ· ὅτι τοσαύτην ἐνίκησεν, οὕτω μὲν πολλῶν γενεῶν, οὕτω δὲ ποικίλην, οὕτω δὲ ἀνοσιωτάτην, ἅτε τοῦ χρόνου τῇ κακίᾳ προσεξευρήματα μεταχορηγοῦντος. Εἰ γὰρ μὴ φῦναι ἔμελλεν αὕτη, πάλαι ἄν, οἶμαι, μετὰ τὸν Ἀδαμιαῖον ἐγγὺς ὅλασθον δυνάμει μὲν ἑτέρᾳ, μικρᾷ δ' ἴσως, τὰ τῆς ἀνθρωπείας ἐπανορθώσεως ἐπραγματεύετο· τῆς θείας ἀγαθότητος, δι' ἣν τὰ πάντα, μὴ εἰσέπειτα μὲν προειδυίας μεγάλα καὶ οἷα τὰ κατὰ τὴν Παρθένον, κατορθοῦν ἔσεσθαι σκεῦος, ἄνθρωπον δὲ τὸ τιμιώτατον κτῖσμα, ὅθεν καὶ Θεῷ τὸ θαυμαστὸν, οὐκ ἂν ἀνασχομένης διαφθαρῆναι. Καὶ εἰ μὴ Θεὸς καὶ γῆς πατῆσαι προεθεσπίσατο δι' αὐτῆς, οὐδ' ἂν εἶχεν ἡ γῆ τόν ὑπὲρ τὰ Σεραφὶμ ἄνθρωπον φέρειν. Εἰ δὲ καινοπρεπῶς ἐμεγαλουργεῖτο Θεῷ καὶ τοῦτο, ἀκλ' οὐκ ἂν κοινὰς τὰς διατριβὰς τοῖς ἀνθρώποις ἐπιπολὺ ποιουμένη παρέμεινεν, ἧς οὐδὲν ἦν κατ' αὐτούς ἡ διάνοια· ἀλλ' ὅσον ὅτι πλάττειν Θεὸς ἐκ τῆς γῆς καὶ ὑπὲρ τοὺς μὴ ἐκεῖθεν ἔχει γεγεννημένους, δεῖξαι φανεῖσα ὑπὲρ τοὺς οὐρανοὺς τάχιστα ἂν ἀπέπτη, ὃν αὐτῇ προσῆκε χῶρον κατειληφυῖα.

XI. Quoniam vero adversus summam malitiam hoc pacto pugnare oportebat, idcirco, mea quidem sententia, post longum temporis decursum purissima illa servata est, ut virtutis ejus eminentia ex ipsa improbitatis magnitudine ostenderetur; quod scilicet, ætatibus usque majora, inter labendum, noviterque inventa iniquitati incrementa superaddentibus, ipsa tam immanem, tam multarum generationum, tamque variam ac multiplicem, atque adeo tam impiissimam nequitiam vinceret. Et sane nisi hæc oritura fuisset, jam olim, ut puto, paulo post Adæ lapsum alia quidem virtute, sed exigua fortasse, humanæ reparationis opus perfectum fuisset; siquidem divina bonitas, propter quam omnia facta sunt, nisi prævidisset, futurum dein instrumentum, quod felici successu magna illa, et qualia dein exhibuit Virgo, præstaret, nunquam passa fuisset, ut homo, nobilissima illa creatura, propter quam et Deum admirabundi celebramus, in tantam corruptionem prolaberetur. Nisi vero Deus ipse per hanc eamdem orbi terræ pedem inferre præstituisset, nunquam sane ejusmodi sortem terra assecuta esset, ut talem hominem (*Virginem*), qui superior est Seraphim, portaret (89). Quod si Deus novo magnificentiæ opere hoc etiam portentum perpetrasset; non diu tamen inter homines, communi eorum consuetudine utens, versata fuisset, quippe cujus sensus nihil cum illis commune habebat; sed posteaquam parumper apparuisset, ut ostenderet, posse Deum e terra quempiam efformare (90), qui illis etiam, qui e

[57] Philip. IV, 7.

Ant. Ballerini notæ.

pretium redemptionis mundi, conciliatrix vitæ seu salutis, medialrix, expiatio. Testatissimum ergo id habemus in Ecclesiæ traditione, quod Virginis Deiparæ immunitatem ab originario vitio uti certam et exploratam præsumit.

(87) *Hab.* III, 3 sec. LXX: alterum autem hemistichium, quod apud LXX sic legitur, καὶ αἰνέσεως αὐτοῦ πλήρης ἡ γῆ, ad sensum auctor allegat.

(88) En itaque qualis Maria orbi illuxit, splendore scilicet amicta, qui solis jubar vinceret, et quidem splendore qui ex summa innocentia ac puritate refulget. Et hanc sane Mariæ conditionem evidentius cognosces, si eam cum totius humani generis conditione conferas, quod propter Adæ prævaricationem tenebris obsitum mox describitur.

(89) Hinc disce, Virginem Deiparam cœlestibus spiritibus præcellentiorem prædicari non ratione tantummodo dignitatis quæ illi ob divinam maternitatem accessit, sed etiam ratione eminentiæ qua ejusdem dotes intrinsecæ quamlibet angelicam nobilitatem transcendebant; adeo ut tam eximium Dei opus in terra hac nostra collocandum nunquam videretur, nisi ad excipiendum Dei Verbum Deus illam prædestinasset. At si ejusmodi opus Deus condidit, quod aliam, ac infimam hanc terram, sedem, cœlum scilicet, ut paulo infra dicitur, pro nobilitate sua postulabat, qui locus esse suspicandi potest, quod deterrimum est in terrenis ipsis vitium hoc eodem inhonestatum e divinis manibus opus illud prodiisse?

(90) Vides, excellentiam qua Virgo Deipara illis quoque præstitit, qui e terra formati non sunt, plane ad ejusdem *formationem*, initium scilicet exsistendi spectare. E quo patet, in sua illam origine non modo puram et sanctam, sed insuper tot tantisque divinis muneribus auctam prædicari, ut ex

terra non sunt, superemineat, cito supra cœlos evolasset, sedem ibi, quæ sibi congrueret, receptura.

Sed quoniam opus erat insuper, ut et plurimam illam pravitatem exstingueret, et Deum excipere ret in terras descendentem, et eum, qui incomprehensibilis est, complecteretur, eidemque homines reconciliaret : propterea et sera tandem diuturni temporis ætas gloriosissimam illam tulit, et terra splendidum id cimelium portavit, in certam insuper spem vocata, se et illud, quod pretiosius esset, per eam ipsam mox accepturam. Cum hac itaque potita esset, neque aliter ostendere posset, qua Virginem reverentia prosequeretur, singularissimum ei locum ad inhabitandum tribuit, nimirum Sancta sanctorum, et ex his quidem eam partem, quæ maxima veneratione digna est. Neque vero fas esse duxit, aliquem ex se ipsa fructum illi ad alimentum præbere, cum constaret, purissimum illum unum esse hominem, de quo etiam prophetæ revelatum est, quod *panem angelorum manducavit*[58]. Hoc ergo munus cœlo commisit per angelos adimplendum, quos et munere annuntiandi eidem mysterii multo magis admirandi paulo post hæc (Lucæ verba) testantur.

A Ἀλλ' ὅτι καὶ πολλὴν εἶχεν ἀποσβέσαι κακίαν, καὶ εἰς γῆν ὑποδέξασθαι Θεὸν κατιόντα, καὶ τὸν ἀχώρητον δὴ τοῦτον χωρῆσαι, καὶ αὐτῷ τοὺς ἀνθρώπους προσοικειῶσαι, διὰ ταῦτα καὶ πολὺς ὕστερον ὁ χρόνος τὴν ὑπερένδοξον ἤνεγκε, καὶ γῇ τὸ λαμπρὸν ἐβάστασεν ἐκεῖνο κειμήλιον, καὶ τὸ μεῖζον δέξασθαι περιμένουσα δι' αὐτῆς. Δεξαμένη δὲ ἄρα, καὶ μὴ ἄλλως τῇ Παρθένῳ τὰ τῆς εὐλαβείας ὅπως ἂν ἔχουσα σώσειε, τὸν ἐξαίρετον αὐτῆς κατοικεῖν ἀποδίδωσι τόπον, τὰ τῶν ἁγίων Ἅγια, καὶ τούτων τὸν σεβασμιώτατον. Καὶ οὐδὲ τὸν παρ' ἑαυτῆς καρπὸν χορηγεῖν ὅσιον ᾠετο πρὸς τροφήν, τοῦτον εἶναι μόνον τὸν ἄνθρωπον ἐγνωκυῖα τὴν Πάναγνον, περὶ οὗ φαγεῖν ἄρτον ἀγγέλων καὶ προφήτης μεμύηται. Οὐρανῷ γοῦν δι' ἀγγέλων τούτου παραχωρεῖ, οἷς ἔδει B μεταμικρὸν εὐαγγέλια παραδοξοτέρου διακονήσειν αὐτῇ μυστηρίου, καθὰ δήπουθεν σφόδρα μαρτυρεῖ περιφανῶς τὰ παρόντα.

X. Inquit enim : *Missus est angelus Gabriel a Deo ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Virginis Maria. Et ingressus angelus ad eam dixit : Ave, gratia plena, Domiuus tecum, benedicta tu in mulieribus*[59].

Ι'. Ἀπεστάλη γάρ, φησὶν, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ πρὸς Παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ ᾧ ὄνομα Ἰωσὴφ, ἐξ οἴκου Δαβὶδ, καὶ τὸ ὄνομα τῆς Παρθένου Μαριάμ· καὶ εἰσελθὼν ὁ ἄγγελος, πρὸς αὐτὴν εἶπε· Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ. εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί.

Genitrici Creatoris, quæ illi supra naturam mysterio administratura erat, præcipuæ e creaturis tanquam reginæ debitum obsequium reddebant. Terra nobilissimum omnium (præbebat) domicilium ; cœli (suppeditabant) alimentum ; angelus alimoniæ promum se sistebat : sed et appellationem hic suam, qualem nunquam antea, pulcherrimam nunc præsefert ; tantorum enim bonorum nuntius nunquam exstiterat.

Τὰ μείζω τῶν μεγαλουργημάτων τῇ τοῦ Κτίστου Μητρὶ τὴν ὀφειλομένην, ὡς βασιλίδι, λειτουργίαν ἀπεδίδου τὸ ὑπερφυὲς διακονησομένη μυστήριον· Γῆ τὴν σεμνοτάτην οἴκησιν, τὴν τροφὴν οὐρανὸς, C ἄγγελος τῆς τροφῆς ἐδείκνυτο ταμίας. Ἀλλὰ καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἑαυτοῦ νῦν, ὡς οὐδέποτε, καλλίστην ἀπέδειξεν· ἀγαθῶν γὰρ τοιούτων ἄγγελος οὐδέποτε ἐγεγόνει.

Verum *a Deo*, inquit[60], *missus est angelus*. Hoc aliquo modo indicat, quantum præsentia antiquis illis sint contraria (91). Non enim sponte sua nunc (ad Virginem) Gabriel, sicut olim dolosus ille ad primam matrem, accessit, neque Dei leges conculcandas proponit ; sed et missus est, et illa obivit, quæ divinæ erant voluntatis. Missus vero est, ut per hoc ministerium se ipso illustrior evaderet. Neque enim, nisi in hunc finem id fieret, illa quæ pria est post Primum (92), inferiori aliquo

Ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, φησὶν, ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος· Τοῦτο τοῖς πρὶν ὡς ἐναντία τὰ παρόντα αἰνίττεται Οὐ γὰρ παρ' ἑαυτοῦ νῦν ὁ Γαβριὴλ, καθάπερ τῇ προμήτορι προσῆλθεν ὁ δόλιος, οὐδὲ Θεοῦ πατεῖν ὑποτίθησιν ὅρους· ἀλλὰ καὶ ἀπεστάλη, καὶ τὰ κατὰ θείαν ἐξεπέρανε γνώμην· Ἀπεστάλη δὲ, ἵνα τῇ διακονίᾳ ταύτῃ λαμπρότερος ἑαυτοῦ γένηται. Οὐδὲ γὰρ μέσου ἂν, εἰ μὴ τοῦτο ἔμελλεν, ἡ πρώτη μετὰ τὸ πρῶτον ἐδεῖτο τοῦ ἐλάττονος, τὴν προσλαλιὰν ἐκείνην ἀκοῦσαι δεῆσαι δεῆσαν. Ἦ γὰρ ἂν ὁ

[58] Psal. LXX, 25. [59] Luc. I, 26-28. [60] ibid. 26.

Ant. Ballerini notæ.

tunc (quæ fuit sapientissimorum theologorum sententia) quamlibet cœlestium quoque Spirituum excellentiam longe prætergrederetur.

(91) Cum Deus in homine reparando œconomiam selegerit, quæ œconomiæ primæ conditionis plane respondeat ; nam ut Chrysostomus inquit (hom. in S. Pascha. II, 2. Opp. tom. III, pag. 752. *per quæ diabolus nos expugnavit, per ea ipsa Christus ipsum superavit ;* ita tamen veteribus præsentia respondent, ut quæcunque ad pristinum lapsum spectant, non modo a præsentibus absint, sed opposite se invicem habeant. Non potest ergo Maria, quæ pro Eva data est, Evæ lapsus utcunque particeps haberi. D

(92) Habes hic communem SS. Patrum doctrinam, post Deum nihil Maria majus, nihil nobilius exsistere. At insuper fac advertas, hæc de sancta Virgine affirmari, antequam ei nuntium ab angelo deferretur. Non ergo ad celsissimam omnium dignitatem divinæ maternitatis id spectat, sed ad insi-

Θεὸς Λόγος δι' ἑαυτοῦ προσηγόρευσεν, ἢ τοῦτον ἤνεγκεν, ἅπαν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος.

A quasi internuntio indigebat, siquidem opus foret ut eam allocutionem audiret. Ipse enim, qui est Deus Verbum, per se profecto allocutus eam fuisset, quæ hunc eumdem, *omnem* scilicet *Divinitatis plenitudinem* [61], portavit.

ΙΑ'. Ἀλλ' εἰ φαιδρυνθῆναι τὸν διακονήσοντα προΰκειτο, τὸν μείζονα τοῦτο παθεῖν ἐχρῆν, φαίη τις ἄν, ἥκιστα δὲ τὸν Γαβριήλ, ὡς ἂν εἰς τοὺς ἥττους καὶ τὸ λαμπρὸν διαβῇ.

XI. Atqui, dixerit fortasse quispiam, si præstitutum erat ut is, qui suum exhiberet ministerium, illustrior evaderet, sane sublimiorem aliquem tali honore affici oportebat, minime vero Gabrielem, quo etiam in minores ejusmodi nobilitas diffunderetur.

Τίς οὖν ὁ λόγος; Ὅτι τοῖς κάτω κοινωνὸν ἵνα ποιήσῃ τὸν ὑπὲρ ἅπαντας ἡ ὑπερύμνητος δοθεῖσα τῷ βίῳ, κλίμακι καθάπερ ἐχρήσατο τῷ παντὶ πρὸς ἀνάβασιν. Γῆν τοίνυν ἐπείπερ πρώτην εἶχεν ἡ μακαρία βαθμίδα, ᾗ προσῆκεν οὐρανὸς φέρειν τὴν πρόοδον, ἤ, εἴ τι ἄλλο καὶ αὐτοῦ ὑψηλότερον, οὐρανὸς γὰρ αὕτη τοῦ οὐρανοῦ, μόνῳ προσήκουσα τῷ Κυρίῳ κλῆρος, ἦν ἄν καὶ τοῦτο τῶν ἀκολούθων, ὅ καὶ ἐξέβη, τῇ πρώτῃ μετὰ τὴν γῆν τῶν ἀσωμάτων ἐντυχεῖν αὐτὴν τάξει.

Quid igitur dicemus? Hoc nempe, benedictissimam illam, quæ ideo in vitam prodit ut eum, qui super omnes est, consortem terrestribus redderet, hac rerum universitate ceu quadam scala ad ascendendum usam esse. Quoniam igitur beata illa, cui progrediendi initium esse cœlum debuisset (93), aut si quid aliud ipso cœlo sublimius sit (nam ipsa fuit cœlum cœli, soli Domino ceu pars illius propria conveniens), terram veluti primum gradum habuerat, idcirco et hoc, quod reipsa contigit, consentaneum erat, ut cum illo spirituum ordine, qui a terra primus est, colloquium haberet.

Ἄλλως τε καὶ ἐπεὶ τὴν γῆν ἡ πολυύμνητος οὐρανὸν ἐποίησε, τοῖς προσεχῶς ὑπὲρ τὴν γῆν ἔδει προσομιλεῖν πρότερον, καὶ μετὰ τοῦτο τοῖς ἀνωτέροις τὴν κοινὴν ὑποδεικνύειν ὁδόν. Προσεχὴς δὲ ἡμῖν ναερὰ τάξις ἡ τοῦ Θείου εἶναι λέγεται Γαβριήλ.

Præsertim vero quod cum (Virgo) omni laude dignissima terram in cœlum commutaverit (94), plane par erat ut primum cum iis versaretur, qui proxime super terram sunt, et deinceps sublimioribus novam viam demonstraret. Propior autem nobis spirituum ordo ille esse fertur, in quo divinus Gabriel censetur.

Εἶτα θαυμαστὸν οὐδὲν, εἰ ταῖς ὑποδεεστέροις ἀγγέλοις τῷ λαμπρῷ μυστηρίῳ πρώτοις διαυγασθῆναι συνέβη· ἐπεὶ καὶ ἄνθρωποι κατατρυφᾷν ἠξιώθησαν, ὧν τοῖς ἀγγέλοις μήτε γεύσεις συγκεχώρητο, καὶ σφοδρὸς ἔρως εἰς ἐκεῖνά γε παρακύπτειν ἐνίησι· καὶ ταῦτα τῶν ἀύλων πολλῷ τῷ μέτρῳ τήν τε ἀξίαν καὶ καθαρότητα διιστάμενοι. Καὶ καθάπερ εἴ τις ὅτιοῦν ἐπιζητοίη λαμπάδι, τὰ παρακείμενα τῶν πόῤῥω δείκνυσι φωτεινότερα· τὸν ἴσον τρόπον τῆς ὁραχμῆς εὑρεθείσης ἐκείνης, ὑπὲρ ἧς ὁ παμφαέστατος λύχνος ἀνήφθη, καὶ ὅσα τοῦ φανέντος πλησίον μᾶλλον ἢ τὰ μακρὰν τοῦ φωτὸς ἦν εἰκὸς ἀπολαύειν. Τῆς δὲ βασιλικωτάτης ἐκείνης εἰκόνος, τὴν Πάναγνον λέγω, ἥ μέσον ἀπήστραπτε τῶν βεβορβορωμένων ὁμογενῶν, οὐδὲν ἐς ἔγγιον ἄλλοι ἢ ἄνθρωποι· καὶ ἡ προσεχὴς αὐτοῖς ἀσώματος τοῦ Γαβριὴλ εἴρηται στρατιά. Διὰ ταῦτ' οὖν εἰκὸς καὶ

Deinde nil mirum esse debet, quod inferioribus angelis splendido hoc mysterio collustrari primis contigerit; quandoquidem et homines digni habiti sunt ut iis affatim fruerentur, de quibus ne parumper quidem degustare angelis concessum fuit, licet sane vehemens hos desiderium ad ea vel leviter attingenda impellat, et utut magno intervallo ab incorporeis substantiis homines tum dignitate tum puritate distent. Et quemadmodum si quis accensa lampade quippiam perquirat, majori luce, quæ prope sunt perfunduntur, quam quæ sunt procul posita; eumdem in modum cum drachma illa inventa est, propter quam accensa est lucerna illa undequaque fulgentissima, consentaneum erat, ut quotquot propius lumen illud erant, abundantiori, quam quæ longe jacebant, luce fruerentur. Denique ad nobilissimam illam speciem, purissimam Vir-

[61] Coloss. II, 9.

Ant. Ballerini notæ.

tam Virgini excellentiam. Atqui cum notione operis, quod intrinseca sibi nobilitate perfectissimum omnium, uno Deo excepto, excellentissimumque haberi debeat, plane nescit amico fœdere sociari tanta vilitas, quin et tanta turpitudo, atque abominatio, quanta in peccati labe, et in Dei inimicitia residet.

vias suas debuisse hominem peccato inquinatum, et quidem eo peccato, propter quod nedum a cœlo, unde et angeli propter peccatum deturbati fuerant, sed e terrestri quoque paradiso ejectus homo fuerat?

(93) Hæc quoque manifeste evincunt, quam explorata fuerit doctrina de sanctitate qua in ipso exsistendi initio Virgo beata fuit exornata. Quid enim absurdius affirmaretur, quam a cœlo inchoare

(94) In cœlum terra conversa est, cum hæc in se Deum incarnatum per Mariam excepit. Ad quod novum veluti cœlum angelos accurrisse, et ex Paulo discimus inquiente (*Hebr.* I, 6): *Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes angeli ejus.*

ginem dico, quæ inter cognatos suos cœno obrutos coruscavit (95), nihil aliud accedit propius, quam homines ; his vero proximus esse dicitur incorporeus Gabrielis ordo. Has igitur ob causas prorsus par erat, præ omnibus intelligentibus substantiis hunc cœlestis exercitus ducem collustrari.

A πρό γε πάντων τῶν νόων τὸν ἀρχιστράτηγον δὴ φαιδρυνθῆναι τοῦτον.

XII. Primus ergo hic illustratur tum ob propinquitatem, tum etiam propter illud gaudium, quod ipse attulit, quippe qui particeps effectus est boni illius, quod adduxit ; non secus ac qui alteri unguentum præbet, una cum eo, qui recipit, virtutem ex unguento emanantem participat.

ΙΒ'. Φαιδρύνεται τοίνυν οὗτος πρῶτος τῇ τε ἐγγύτητι καὶ πρός γε τούτῳ, δι' ἣν ἐκόμιζε χαράν, ἅτε τοῦ κομιζομένου καὶ αὐτὸς μετειληφὼς, καθάπερ ὁ μύρου μεταδιδοὺς τῆς ἐκεῖθεν ἀρετῆς κοινωνεῖ τῷ δεχομένῳ.

Inquit igitur : *Ave gratia plena, Dominus tecum*[62]. Non poterat Gabriel magnitudinem gaudii ferre ; ac veluti festinans magnum illud gaudii pondus a se ipso in eum, qui ferre illud posset, deponere, purissimæ illius nomen oblitus est, et veluti compellandæ illius immemor, statim illud *Ave* porrigit, quod gerebat. Tu igitur, inquit, es *gratia plena, tu in mulieribus benedicta*, et idcirco gaude. Tecum enim universorum est Dominus, nec quippiam aptius, quo te alloquar, occurrit, quam *Ave*. Siquidem quem cœlum et terra capere, quamvis eis liceret etiam latius se protendere, non possent, ejus tu domum auream (o novum portentum !) temetipsam effecisti. Te igitur, tanquam omnium reginam, veneror, et, sicuti jussus sum, *Ave* tibi annuntio.

Χαῖρε οὖν, κεχαριτωμένη, φησὶν, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ. Οὐκ εἶχε φέρειν ὁ Γαβριὴλ τὸ τῆς χαρᾶς μέγεθος· καὶ ὡσανεὶ σπεύδων τὸ μέγα ἐκεῖνο τῆς χαρᾶς χρῆμα ἀφ' ἑαυτοῦ ἐπιθεῖναι τῷ δυναμένῳ, B τοῦ ὀνόματος ἐπελάθετο τῆς Πανάγνου· καὶ χαῖρε δίδωσιν εὐθὺς, ὅπερ ἦν φέρων, τῆς προσηγορίας ὥσπερ ἀμνημονήσας. Σὺ οὖν εἶ κεχαριτωμένη, φησὶ, σὺ ἐν γυναιξὶν εὐλογημένη, καὶ διὰ τοῦτο χαῖρε. Μετὰ σοῦ γὰρ ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης, καὶ οὐδὲν οἰκειότερον ἢ χαῖρε σοὶ προσλαλεῖν οἶδα. Ὃν γὰρ οὐρανὸς καὶ γῆ, καὶ εἰ πολλαπλάσιον ἑαυτῶν εἶχον διαταθῆναι, χωρεῖν οὐ δεδύνηνται, οἶκον ἐκείνου, ὦ θαύματος παραδόξου ! σεαυτὴν ἐχρυσούργησας. Καὶ ὡς ἁπάντων τοίνυν βασιλίδι προσκυνῶ, καὶ ὡς προσετάγην, Καῖρέ σοι προσφωνῶ.

Gaude, nam propterea et ipse nunc gaudio gestio, non solum propter eam in nuntis nodo jucunditatem, quam quisque lætissima nuntians experitur, sed etiam quia me ipso plane melior evado, ampliorique lumine collustror ad sublimiora contemplanda. hæc porro tua profecto sunt, quibus nihil mirabilius ac sublimius est nihil. Quod si quis, quando suavia pertractet, gaudet, etiamsi in ipsum solum redundet gaudium ; cum tu dulcedine perfruaris, quæ cogitationem omnem exsuperat, tecum vero gaudeant et omnes simul creaturæ, et Creator Deus, quid demum de te dicere quispiam possit?

Καίροις, ὅτι διὰ τοῦτο νῦν χαίρω καὶ αὐτὸς οὐ τῷ τερπνῷ μόνῳ τῆς ἀγγελίας, ὃ πρᾶσιν ἔπεται διαγγέλλουσιν ἥδιστα, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐμαυτοῦ βελτίων ἀπάρτι, καὶ νοεῖν ὑψηλότερα διαυγέστερος γίνομαι· C ταῦτα δὲ τὰ σὰ, ὧν οὔτε παραδοξότερον οὔθ' ὑπέρτερον οὐδέν. Εἰ δὲ τοῖς ἡδέσιν εἴ τις προσομιλοίη, χαίρει, κἂν εἰς αὐτὸν ἡ τέρψις ἐλίττηται μόνον, ὅταν γλυκασμοῦ μὲν ὑπὲρ ἔννοιαν ἀπολαύῃς, σὺν σοὶ δὲ καὶ κτίσις ἅπασα, καὶ ὁ Πλάστης χαίρῃ Θεὸς, τί ἄν τις περὶ σοῦ φαίη ;

XIII. *Ave* igitur, *gratia plena*, et gaudio, omne gaudium excedente, fruere, o *benenicta*. Salutationem, qua te compellem, his nobiliorem nullam habeo. Et scio equidem, quod propter, eum, quem juxta felix meum nuntium utero geres, beata prædicaberis, et magnificis laudibus in omne tempus a multis celebraris, quemadmodum mira prorsus de te a prophetis cum admiratione prædicta fuerunt. Sed D neque e veteribus quispiam eam, quæ tibi obvenit, faustam acclamationem reservavit, neque præsentium aut futurorum aliquis tibi pro meritis plausus dabit, imo neque si ad hoc præstandum omnes simul convenire contingeret, quotquot vel sunt vel fuerunt vel erunt, te tamen dignus necti hymnus posset.

ΙΓ'. Καῖρε τοίνυν, κεχαριτωμένη, καὶ χαρᾶς ὑπὲρ ἅπαν τερπνὸν ἀπόλαυε, εὐλογημένη. Τούτων σοι τῶν προσφωνημάτων οὐκ ἔχω προσαγαγεῖν τιμιώτερον. Καὶ οἶδα μὲν ὅτι καὶ μακαρία ἀκούσῃ, δι' ὧν κατὰ τα ἐμὰ βαστάσεις εὐαγγέλια, καὶ μεγαλοπρεπῶς μέχρι παντὸς ὑμνηθήσῃ παρὰ πολλοῖς, καθὰ δήπουθεν σὺν θαύματι περὶ σοῦ τὰ παράδοξα προκεκήρυκται τοῖς προφήταις. Ἀλλ' οὔτε τις τῶν πάλαι τὴν γιγνομένην διέσωσεν εὐφημίαν, οὔτε τῶν παρόντων ἢ ἐσομένων, ὡς προσῆκέ σοι, φθάσει τὸν κρότον· ἔτι, καὶ οὐδ' εἰ πᾶσι, τοῖς τε οὖσι, πρό τε οὖσι, τοῖς τ' ἐσομένοις, ὑπὲρ τούτου συνελθεῖν ἐγεγόνει, τὸν εἰκότα ἂν ὕμνον ἐξεγένετο πλέξαι.

Gaude igitur propter hæc omnia, o scientiæ profunditas ac sapientiæ altitudo, et opulentia gaudii,

Καῖρε λοιπὸν διὰ ταῦτα, ὦ βάθος γνώσεως, καὶ σοφίας ὕψος, καὶ χαρᾶς πλοῦτος, καὶ χαρίτων θά-

[62] Luc. I, 28.

Ant. Ballerini notæ.

(95) Imaginem habes luculentissimam, cujusmodi fuerit conditio Virginis ad reliquorum hominum conditionem : inter omnes scilicet cœno sordentes sola mundissima refulsit.

λασσα, καὶ θαυμάτων μέγεθος, καὶ πέλαγος καλλονῆς, καὶ μυστηρίων θησαυρός ! Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ. Τίς οὐκ ἂν ἐκπλαγείη τὸ καινὸν τῆς σῆς μεγαλειότητος ; Ποῖος νοῦν τοῖς παραδόξοις τούτοις ἀξίως ἐμφιλοχωρήσει θεάμασι ; Ποία διάνοια πρὸς ὕψος ἀμιλληθήσεται τῶν νῦν ὑπὲρ πᾶσαν πτῆσιν αἰθερίως διαθεόντων ; Τίς λογισμὸς, τοῖς ἀπορρήτοις τούτοις ἐμπετασθεὶς, τῷ ἱκανῷ τῆς μυήσεως καταβὰς, σεμνυθήσεται : Ποία γλῶσσα, φωνῶν ἄνθη, χρυσαυγῆ τὸν ρθόγγον, καὶ πολυτερπῆ τὴν λέξιν, προσήκουσαν ἀπανθισαμένη τοῖς παροῦσιν ἱστουργίαν ἐξυφανεῖ ;

Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ, οὐ καθάπερ μόνον ἐν τοῖς λοιποῖς κτίσμασι συνοχεὺς ὢν, οὐδ' ὥσπερ Μωϋσεῖ, καὶ Ἠλίᾳ. καὶ τοῖς ἄλλοις συνῆν ἁγίοις, μεγαλουργῶν οἰκήσει μετὰ σοῦ θαύματα· οὐδὲ νῦν μὲν οἶκόν σε προσευρηκὼς ἑαυτῷ λαμπρυνεῖ, τὴν δ' οἰκονομίαν ἔπειτα τετελεκὼς, οὐκ ἐσαεὶ φωτιεῖ μετὰ σοῦ τὰ σύμπαντα ὀφθουχῶν· ἀλλὰ μετὰ σοῦ ὁ Κύριος ξένον δῆτα τρόπον, οὗ μήτε ὀφθαλμὸς ἤσθετο, καὶ οἷῳ θύραν οὐκ ἀνέῳγεν ὦτα, ἀλλὰ καὶ ἀναβάσεως κρείττω ἀνθρωπείας καρδίας. Μετὰ σοῦ γὰρ, διὰ τὴν ἐξαστράπτουσα ὥραν τῆς θείας σου ψυχῆς, τὰς τῆς ἀῤῥήτου θεϊκῆς φύσεως τοῖς ἀνθρώποις ἀκτῖνας ἐπιλάμψει· διὰ τὸ φαιδρότατον κάλλος τῆς τῆς ἀρετῆς, τὴν σὴν, ἣν ἠγάπησε, μορσὴν φανεῖται περιβαλλόμενος· καὶ τοῖς σοῖς ἀχράντοις αἵμασιν ἐνωθεὶς, ὦ μυστηρίου ξένου ! ὃ οὐκ ἦν, ἐκ σοῦ διὰ δὲ γενήσεται, τὴν σήν τε ὅλην φέρων εἰκόνα, τοῦ τε Θεὸς εἶναι μὴ ἐπιστάμενος. Κάντεῦθεν θεϊκῶς τε καὶ μεγαλοπρεπῶς ἀντιφιλοτιμούμενος, ὅπερ ἐστὶν ὁ Δημιουργὸς φύσει, τοῦτό σοι χάριτι καινοπρεπῶς ἀντιχαριεῖται, καὶ εἰς αἰῶνας μετὰ σοῦ, δι' ὧν σοι κεκοινώνηκεν, ἐν τοῖς τοῦ ἀοράτου Πατρὸς μενεῖ κόλποις ἀναπαυόμενος.

Σὺ καὶ γάλα παραδόξως βλύσεις, ἐπεὶ καὶ πάντα θαυμάτων γέμει τὰ σὰ, ἡ εἰς ἀνθρώπους πρόοδος, ἡ τοῦ τόπου διατριβὴ, ἡ εἰ τήνδε τὴν ἡλικίαν αὔξησις μὴ κατ' ἀνθρώπους χορηγηθεῖσά σοι, ὁ νῦν ἀπόῤῥητος ἀσπασμὸς, ὁ μετὰ τοῦτον ἐψόμενος καινὸς τόκος· καὶ τῷ γάλακτι ποτιεῖς, ὃς ἅπαν εὐδοκίας ἐμπίπλησι ζῶον, ἐλευθερίαν χειρὶ συγγωρῶν· σαὶ χεῖρες οἴσουσιν, οὗ καὶ σὲ χεῖρες διέπλασαν, ὁρατόν τε κόσμον ὑπέστησε καὶ ἀόρατον, ἐννόημα μόνον· ἀλλ' εἰ μετὰ σοῦ ὁ Κύριος, τί δεῖ πολλὰ λέγειν ; Παράδοξα πάντῶς, καί διανοίας ὑψηλότερα πάσης καὶ ἥλιος ὄψεται, καὶ κροτήσει τὰ πέρατα διὰ σέ. Χαῖρε τοίνυν, κεχαριτωμένη, χαῖρε,

A et gratiarum mare, et miraculorum magnitudo, et venustatis pelagus et mysteriorum thesaurus, *Dominus tecum*. Quis non obstupescat magnificentiæ tuæ novitatem (96)? Quænam mens par esse queat ut contemplandis portentosis hisce spectaculis immoretur ? Quis intellectus poterit ad celsitudinem eorum sese erigere, quæ supra omnem cœlestium volatum excurrunt ? Quæ cogitatio, cum ad ineffabilia hæc assurrexerit, descendens gloriari possit, satis se iis mysteriis instructam esse ? Quæ lingua flores colligens vocum, auroque nitentem sermonem, suavissimamque dictionem, condignum hoc argumento opus contexat ?

Dominus tecum, non medo ut in reliquis creaturis omnia continens ac regens, neque solum sicut cum B Moyse erat et cum Elia, cumque aliis sanctis viris, sic tecum habitabit mirabilia operans ; neque postquam te, aptam sibi domum inventam, ad tempus illustraverit, perfecta dein œconomia a creaturis omnibus tecum illuminandis cessabit ; sed *Dominus tecum* nova prorsus ratione, quam neque oculus vidit, neque auris audivit, quæque humani cordis ascensione sublimior exsistit. Tecum enim, propter effulgentem divinæ animæ tuæ speciem ineffabilis divinæ naturæ radios hominibus effundet ; propter splendidissimam virtutis tuæ pulchritudinem, tua forma, quam adamavit, circumdatus apparebit ; et cum immaculato tuo sanguine semet conjungens, (o inauditum mysterium !) quod non erat, ex te propter te, et totam C tuam gerens imaginem, ac propemodum se Deum esse oblitus, flet. Et exinde divina prorsus splendidaque ratione tecum munificentia certans, quod ipse Creator est natura, hoc tibi ex gratia novo quodam modo vicissim elargietur, et propter ea, quæ tecum habet communia, in sinu invisibilis Patris quiescens in sæcula tecum manebit.

Lac quoque tu mirabiliter effundes, quandoquidem tua omnia miraculis plena sunt, tum ingressus in hominum vitam, tum sedes conversationis tuæ, tum ad hanc ætatem provectio non humano tibi more comparata, tum ineffabilis hæc salutatio, et qui postea subsequetur partus ; et lacte potabis eum, qui liberali manu tribuens, *implet omne animal benedictione*[63] ; manus tuæ illum portabunt, cujus manus te quoque plasmaverunt, quique solo D mentis suæ nutu visibilem pariter atque invisibilem mundum e nihilo eduxit. Verum, si Dominus tecum, quid plura opus est fari ? Plane mirabilia et quovis intellectu sublimiora sol videbit, et propter

[63] Psal. CXLIV, 16.

Ant. Ballerini notæ.

(96) Nihil sane frequentius apud veteres scriptores recurrit, quam ut Deipara, ceu *novum* opus, *nova* magnificentia, *novum portentum* celebretur. At vero quid in re *nova* quærimus quod deterrimum est Adamiticæ vetustatis ? Quid urgeat quispiam communem humanæ naturæ ordinem, communesque Adamiticæ stirpis leges, quando constat, *novum* idcirco prædicari opus, quod a communi ordine consuetisque legibus discedit ?

te plausus attollent fines terræ. *Ave* igitur, *gratia plena*, ave, *benedicta*, quæ naturam omnem Deo inferiorem exsuperas (97).

XIV. *Quæ cum vidisset*, inquit [64], *turbata est in sermone ejus, et cogitabat qualis esset ista salutatio.* Perspexit sublimissimus purissimæ illius intellectus quid differat inter Deum et homines; tum vero, quantum ex benignitate sua sese Deus demitteret, ac mysterii sublimitatem obstupescens considerabat. Præ gaudio autem exsultavit religiose non vero formidavit, neque commota, neque præter modum animo conturbata est. Erat enim prorsus perspicacissima, adeo ut, quis adventasset, facillime nosse posset Et sane illud, *cum vidisset, turbata est*, hunc mihi sensum exhibet, quasi diceret: Cum pervidisset, ac mente divinitus collustrata perspexisset, cujusmodi sit Dei magnitudo, et quanta hominum abjectio, corde gaudens exsultabat, Deumque cernens tantopere sese demittentem, ad divina hæc portenta obstupescebat plaudebatque. Quocirca etiam cogitabat qualis esset salutatio, quam magna, et quamlibet humanæ mentis vim excedens. Nam *commoveri*, quod idem valet ac *perturbari*, in sacris litteris etiam *gaudendi* significationem habet, sicut cum dicitur [65]: *Commoveatur mare et plenitudo ejus; gaudebunt campi et omnia quæ in eis sunt.* Et hoc igitur loco per illud *turbata est*, simul ostenditur et exsultatio, et ferventissimus admirandæ illius animæ impetus tum propter stuporem, tum propter plausum ad illa Dei portenta, una tamen cum eo, qui maxime congruebat, reverenti metu (98). Etsi enim illa undequaque sancta incomparabili puritate fulgeret, et nihil in se haberet, quod vel Deus ipse conspiciens pro merito vehementer non adamaret; ast homo erat, qui nempe ad Deum se habet, uti advertiatem mendacium, quemadmodum etiam propheta in mentis excessu pronuntiavit (99). Merito igitur ea de causa rem plane inauditam arbitrabatur, quod venter, angustos habens fines, illum qui immensus est et infinitus, contineret, et citra omne miraculum esse putabat, quod factor cum factura sua novam illam communionem iniret. Et quidem cum corpus consideraret, quod ex hisce infimis est, et e luto compactum, atque e parente

A εὐλογημένη, τῆς μετὰ Θεὸν φέρουσα κατὰ πάσης τὰ νικητήρια φύσεως.

ΙΔ'. Ἡ δὲ ἰδοῦσα, φησὶ διεταράχθη ἐπὶ τῷ λόγῳ αὐτοῦ, καὶ διελογίζετο ποταπὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος. Ἀπεῖδεν ὁ τῆς Πανάγνου νοῦς ὑψηλότατος Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων τὸ διάφορον· εἶτα πρὸς τὴν τοιαύτην συγκατάβασιν, ὅση, καὶ τὸ μυστήριον ἐξεπλάγη κατανοοῦσα. Καὶ ὑφ' ἡδονῆς ἐσκίρτησεν εὐλαβῶς, ἀλλ' οὐκ ἐδειλίασεν οὐδὲ διεσείσθη καὶ τὴν ψυχὴν ἀνώγαλος γέγονε. Ἦν γὰρ ἦν διαβατικωτάτη, ὥσθ' ὅστις ὁ προσελθών, θάττον ἔχειν εἰδέναι. Τὸ γὰρ ἰδοῦσα διεταράχθη, τοῦτό μοι νοεῖν δίδωσιν, οἷονεὶ ἀποβλέψασα καὶ λογισμῷ θεόφρονι συνδιασκεψαμένη τί μὲν Θεοῦ μέγεθος, τι δὲ ἀνθρώπων οὐθένεια, ἐπάλλετο χαίρουσα τὴν καρδίαν· πρὸς τὰ θεῖά τε ἐξεθαμβεῖτο καὶ ἐκρότει θαυμάσια, τηλικαύτην Θεοῦ συγκατάβασιν ἀκούουσα. Διὰ ταῦτα καὶ ποταπὸς ἄν εἴη, ὡς μέγας ὁ ἀσπασμὸς, καὶ κάτω τιθεὶς ἀνθρώπειον διελογίζετο νοῦν. Ἔστι γὰρ παρὰ τῇ Θείᾳ Γραφῇ τὸ σαλεύεσθαι, ὅ ταὐτὸν δύναται τῷ ταράσσεσθαι, καὶ χαρᾶς ἔννοιαν ὑποφαῖνον, ὡς τὸ, Σαλεύθήτω ἡ θάλασσα καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς· χαρήσεται τὰ πεδία καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς. Κἀνταῦθα τοίνυν ἀπό γε τοῦ διεταράχθη καὶ ἡ ἀγαλλίασις, καὶ τὸ τῆς θαυμασίας ἐκείνης ψυχῆς θερμότατον ἔμφαίνεται ἅλμα πρὸς ἔκπληξίν τε καὶ κρότον τῶν τοῦ Θεοῦ τερατείων μετὰ γε εὐπρεπεστάτου τοῦ φόβου. Εἰ γὰρ ἀπαράμιλλος τὴν ἁγνείαν ἡ Πάνσεμνος, καὶ ἑαυτῇ μηδὲν εἶχεν ᾧ ἔγ συνὸρᾳ μὴ καὶ ἱκανῶς ἔχειν πρὸς Θεοῦ σφόδρα φιλεῖσθαι· ἀλλ' ἄνθρωπος ἦν, ὃς ἔχει πρὸς Θεὸν ὡς πρὸς ἀλήθειαν ψεῦδος. καθά που καὶ προφητικὴ διορίζεται ἔκστασις. Δι' ἐκεῖνο τοίνυν καινότατον ἐπιεικῶς ᾠετο, τὸν ὑπεράπειρον γαστέρα, βραχὺ πέρας ἔχουσαν, ἐνεγκεῖν καὶ θαύματος πέρα διενοεῖτο, τὴν καινὴν σὺν τῷ τεχνήματι κοινωνίαν τοῦ Πλάστου. Ἕως μὲν οὖν πρὸς· τὸ σῶμα, ὅτι τῶν κάτω, καὶ τοῦ πηλοῦ, καὶ τοῦ παραδάντος ἐσκόπει γέννημα ἐκείνου πατρὸς, φοβερὸν ἐνόμιζε τὴν ὑψηλὴν ἀγγελίαν ἐκείνην, καὶ ἦν ὅλη θάμβους μεστὴ, ὅπως ἐκ πηλοῦ, καὶ οἷον ἡ πτῶσις κατέξε σκεῦος, ἄρα τοιοῦτον, τὸν ἀχώρητον ἔνδον χωρήσει· καὶ ἦν πάντως τὸ διαλογίζεσθαι ἀπό γε τῆς ἐννοίας ἐκείνης· Ὅτε δὲ πρὸς τὴν ἑαυτῆς ψυχὴν, ὅπως

[64] Luc. I, 29. [65] Psal. XCV, 11.

Ant. Ballerini notæ.

(97) Hæc cum superiori congruunt sententia (sup. § 10), qua Virgo Deipara *prima post Primum* celebratur. Aptissimæ vero eadem cum salutatione sociantur, qua ab angelo celebrata est *gratia plena*. Quanquam enim difficile non sit, naturalibus quoque donis sanctæ Virginis animam mirum in modum excelluisse; at divinis maxime charismatibus tribuendum plane est quod præ creatis omnibus propius ad Deum accesserit. Hinc porro dignoscere licet, cujusmodi ex mente doctorum fuerit *gratiæ plenitudo* quæ de Virgine prædicatur. Talis enim intelligenda cum sit, qua creaturarum omnium excellentissimam quamque gratiam Mariæ gratia

D vicerit: ejusmodi ergo gratiam angelica salutatio enuntiat, qua Mariæ sanctitas tribuatur non modo originalis, ne deterioris, quam cœlestes spiritus, conditionis fuerit, sed in ipsa origine sanctitate qualibet angelica eminentior.

(98) Hæc subtilius forte quam verius disputata videbuntur; at elucet in iis, tam sublimiter Patres de Dei Matre sensisse, ut quod nobilissimum omnium videretur, id de illa tenendum ac prædicandum usque censerent.

(99) Videtur auctor præ oculis habuisse illud psalmi CXV, 11: *Ego dixi in excessu meo: Omnis homo mendax.*

ἀσπιλον, ὅπως ὑπέραγνον ἔσωσεν, ὅπως ἅπαν ἤλεγξε πτερὸν ταῖς ὑψηλαῖς ἀναβάσεσι τῆς καρδίας εἰς ὕψος ἀναπτᾶσα οὐράνιον, τὴν ἔκπληξιν ὑποχωρεῖν ἐδίδου, καὶ ἑαυτὴν ἀταράχως ὑπετίθει τῷ μηνύματι· καὶ, Ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου, ἐδόα· γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου.

A illo prævaricatore ductum, horrendum aliquid præcelsam illam annuntiationem censebat, ac tota stupore percellebatur, quomodo vas luteum, atque adeo insuper lapsu confractum (1), illum scilicet tremendum atque incomprehensibilem intra se comprehensurum esset; et ex hac prorsus comsideratione erat, quod (de salutatione illa) cogitaret. At cum ad suam ipsius animam oculos convertebat, quomodo scilicet eam immaculatam, quomodo puram præ omni puritate servabat, quomodo, cordis ascensionibus ad cœlestem evecta sublimitatem, cujusvis volatus omnes longe prætergrederetur, tunc demum vehementem illum horrorem demittebat, ac sedato animo se iis, quæ denuntiabantur, subjiciebat; et, *Ecce*, inquit, *ancilla Domini; fiat mihi secundum verbum tuum* [65].

ΙΕ'. Οἶμαι δὲ ὡς εἶχεν ἂν καὶ ἐκ τῆς ἡμετέρας συνθέσεως ἡ ὑπεραμωμος βραχεῖαν ὑπανοίγειν θύραν τῷ ὑπερφυεῖ ἀσπασμῷ. Καθάπερ γὰρ ἡμῖν μὲν ὑπὲρ λόγον ὁ τῆς ψυχῆς καὶ σώματος σύνδεσμος, πᾶσι δὲ ὅμως λογισμοῖς τὴν τοιαύτην ἀνομολογοῦμεν συνάφειαν· οὕτως ἂν καὶ περὶ τῆς μείζονος ἐνενόει συλλογίζεσθαι κοινωνίας, οὐ μικρὰν ἐκ τῆς ἐκεῖθεν συμφυΐας καὶ περὶ τοῦ καινοῦ τοῦδε μυστηρίου νεῦσιν ποριζομένη. Ἐμοὶ γὰρ δοκεῖν, καὶ οὐχ ὡς τὸ ποικίλον ἵνα μόνον διαδειχθῇ τῆς τοῦ Δημιουργοῦ σοφίας ἀφάτου, τὴν διττὴν ἄνθρωπος εἴληφε σύνθεσιν, ἀλλὰ καὶ τοῦ μυστηρίου τούτου ἕνεκα μικρὰν ἑαυτῷ πίστιν ὅπως παρ' ἑαυτοῦ συνεισφέρῃ. Καὶ εἴγε μὴ καὶ διὰ τοῦτον τὸν λόγον, ὡς ὁ ἐμὸς λόγος, ἄνωθεν ἡ ἀνθρωπεία διεπλάττετο πραγματεία, οὐκ ἂν ὁ χοῦς ἐδέησε τῷ Θεῷ, ὡς ἂν ἐκ τούτου τὸ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους φέροιμεν· ἀλλ' ἦμεν ἂν τοῖς ἀύλοις προσθήκη, μικρά τις ἴσως ἑτέρα τάξις, καὶ τῆς γῆς δίχα.

XV. Ego vero sic sentio, ex humana quoque nostra coagmentatione habuisse illam præ omnibus immaculatam, quo ad salutationis illius rationem B intelligendam aliquem sibi aditum aperiret. Quemadmodum enim animæ cum corpore conjunctio nostræ quidem mentis captum excedit, verumtamen conjunctionem hujusmodi omnibus animi sensibus confitemur; sic et de præstantiori hac conjunctione ratiocinandum rata, haud mediocre ex humano hoc composito auxilium ad huic quoque mysterio assentiendum sibi comparabat. Ut enim mihi videtur, non ideo tantum homo ex duplici substantia compositus est, ut ex varietate operis appareret ineffabilis ac *multiformis sapientia* [67]. Conditoris; verum etiam propter hoc mysterium, ut scilicet sibi ipsi fidem aliquam ex se ipse (homo) faceret. Et siquidem, ut mea se habet opinio, non in istum quoque finem humanum hoc compositum fuisset C plasmatum, haud opus Deo fuisset pulvere, ut ratione hujus paulo minores essemus ab angelis; sed immaterialibus spiritibus, alius quidam fortasse humilis, terræ tamen expers ordo, additi fuissemus.

Ἔτι δὲ καὶ εἰ μηδὲν προεισενεγκόντας (τί γὰρ οὐκ ὄντες εἰσενεγκεῖν εἴχομεν)· τὰ ὑπεράγαθα σπλάγχνα, διὰ τοῦτ' αὐτὸ μόνον καὶ παρήγαγε καὶ φιλότιμον παρέθηκε τράπεζαν, τὴν ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν μέσῳ ποικιλίαν τε καὶ δαψιλειαν, τίνων οὐκ ἂν ἀπολαῦσαι γένοιτο δωρεῶν, φίλα τῷ ποιητῇ διαπραξαμένοις; Καὶ τὸ διειδέστατον οὖν ἐκεῖνο σκεῦος, ἡ ὑπερένδοξος, ἐπεὶ μηδὲν εἶχεν ἐννοεῖν, ὃ μὴ φιλοτίμως εἰς ἀγνείαν προσήγαγε τῷ Λεσπότῃ, οὐδ' ἂν εἶχε πάνυ διαπορεῖν, τῶν ὑπὲρ νοῦν ἑαυτὴν ἀκούουσα λειτουργόν.

Præterea si vel quando nihil nos præstiteramus (quid enim præstare potuissemus qui nondum eramus?) ex immensæ bonitatis suæ visceribus nos hac sola de causa (2) e nihilo eduxit, et munificam nobis veluti mensam, omnimoda bonorum cœlestium et terrestrium et eorum, quæ intermedia sunt, varietate et opulentia refertam apposuit, quibusnam, quæso, donis frui nobis non daretur, si quæ conditori accepta sunt, perficeremus? Et illud igitur vas nitentissimum, Virgo, inquam, super omnes gloriosa, quandoquidem nec mente quidem quidpiam volvere posset, quod summo cum puritatis studio non offerret Domino, nihil sane habebat, cur, audiens semet ad ministrandum ineffabilibus mysteriis electam, tantopere hærens ambigeret.

Ις'. Πλὴν διὰ τὸν λόγον ἐκεῖνον, ὅτι μηδ' ὅσον

XVI. Verumtamen cum habita ratione immensi

[65] Luc. I, 38. [67] Ephes. III, 10.

Ant. Ballerini notæ.

(1) Vide, quam apte Virginis Deiparæ conditionem auctor describat. Fatetur enim, illam Adæ exstitisse filiam, atque adeo e parente prævaricatore exortam, ut aviti lapsus effecta non penitus effugerit. At quo ista pacto cum eis concilientur, quæ idem alias tradit (vid. § 13, hom. in Præsent. Deip. part. I, pag 444, 445), potuisse nempe de se Virginem proclamare: *In iniquitatibus concepta non fui, et solam non concepit in peccatis me mater mea?* Prævaricatoris Adæ nempe filiam cognoscis in corD pore, quod non vas modo luteum apparet, sed insuper *lapsu confractum*, quippe quod præternaturalibus donis pristinæ plasmationis propriis careat; at oculos ad animam si convertas, nullum paternæ infaustæ hæreditatis vestigium occurrit, quin eam non solum immaculatam, sed puritate puriorem cernis.

(2) Ex sententia igitur auctoris mysterium incarnationis scopus fuit, quem sibi in condendo homine Deus præstituit.

illius, quo Deus ab hominibus distat, intervalli nulla sane humanæ mentis vi pro dignitate dimetiendi, Virgo quæ utique homo erat, id quod in mysterio horrendum est, consideraret, et rursus angelicam audit vocem : *Ne timeas, Maria ; invenisti enim gratiam apud Deum* [68]. Nunc demum in memoriam Gabrieli redit nomen Virginis. Deposuerat enim quod gestabat gaudii pondus ; ac veluti eo deposito facilius halitum duceret, liberius eam alloquitur ; et *Ne timeas*, inquit, *Maria*, suo illam scilicet nunc nomine compellans.

Tremendum sane mysterium, et admirationis plenum ! Nec in naturis creatis reperire est, qui de illo, uti par est, judicium ferre queat. Tu vero sola, inquit, o *Maria, ne timeas*. Porro reverentiam illam Virginis stupore plenam,et mistum obsequio plausum,ac venerationi conjunctam exsultationem, nunc Gabriel *timorem* vocat, quemadmodum et David dixit : *Exsultate ei cum tremore* [69]. Ne te, inquit, percellat immensa rei granditas, neque putes te ad tantæ magnificentiæ opus imparem omnino esse ; neque, mysterii cernens celsitudinem, stupore ac metu vincaris ; neque propterea quod homo sis, formidandam tibi quoque vel impossibilem esse ducas hanc salutationem. Et valde quidem consentanea sunt, quæ animo volvis, et præcelsa mente tua nequaquam indigna. Nedum enim Deum homo ferre valeat,suaque ipsius carne illum circumvestire, qui est *amictus lumine sicut vestimento* [70], sed ne modicum quidem prope accedere ad illum potest, cui *adstant millia millium* angelorum, *et decies millies centena millia ministrant* [71], et e conspectu virtutis ejus horrent omnia et contremiscunt. Tu vero, quomodo eloquar nescio, non homo es, non angelus, sed alia quædam natura sublimior, et ejusmodi, cui post divinam naturam nihil vel quoad aliquam similitudinem comparari queat (3). Propterea tibi uni, o Maria, nuntii mei celsitudo formidanda non est. Neque omnimoda virtutis tuæ puritas tam divino impar est nuntio : neque admirandus animæ tuæ splendor iis, quæ nuntiantur, admittendis minus congruit : neque pulchritudinem tuam sese indi-

A λογίσασθαι Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους τὸ μέσον, ἦν δὲ ἄνθρωπος, πρὸς τὸ φοβερὸν ἐπείπερ ἐώρα τοῦ μυστηρίου, ἀγγελικῆς ἀκούει γλώττης καὶ αὖθις· Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ. Νῦν τῆς ἐπωνυμίας εἰς μνήμην ὁ Γαβριὴλ ἔρχεται. Ἀπέθετο γὰρ ὃν ἀνεῖχε φόρτον τῆς χαρᾶς, καὶ ὥσπερ κούφως μετὰ τὴν κατάθεσιν διαπνεύσας, ἐλευθερίως προσομιλεῖ· καὶ, Μὴ φοβοῦ, φησί, Μαριὰμ, αὐτὸ δὴ τὸ ὄνομα νῦν προσειπών.

Φοβερὸν μὲν οὖν τὸ μυστήριον πάντως, καὶ θαύματος πλῆρες· καὶ οὐκ ἔστιν ἐν κτιστῇ φύσει, ὅς ἂν, ὡς προσῆκε, λογίσαιτο περὶ αὐτοῦ. Σὺ δὲ, φησὶ, μόνη. Μαριὰμ, μὴ φοβοῦ. Τὸ πρὸς ἔκπληξιν
B εὐλαβὲς, τόν τε σεμνοπρεπῆ τῆς Παρθένου κρότον, καὶ τὴν μετ' αἰδοῦς ἀγαλλίασιν, φόβον ὁ Γαβριὴλ ἐνταῦθα καλεῖ, ὡς καὶ Δαβὶδ, Ἀγαλλιᾶσθε, εἶπεν, αὐτῷ ἐν τρόμῳ. Μὴ οὖν ξενίζου, φησὶ, τὴν ὑπερβολήν· μηδὲ νόμιζε πρὸς τηλικαύτην ἀδυνάτως ἔχειν μεγαλειότητα· μηδὲ, τῆς τελετῆς ἀφορῶσα τὸ μέγεθος, ἧττων ἐκπλήξεως γίνου καὶ φόβου· μηδ' ὅτι ἄνθρωπος, διὰ τοῦτό σοι καὶ φοβερὸν ἢ ἀδύνατον οὗ τὸν ἀσπασμόν. Ἤνυ μὲν οὖν τὰ εἰκότα λογίζῃ, καὶ τῆς σῆς ὑψηλῆς ἄξια διανοίας. Ἄνθρωπος μέν γὰρ μὴ ὅτι γε Θεὸν ἐνεγκεῖν, καὶ ὡς χιτῶνα τὴν ἑαυτοῦ σάρκα περιβαλεῖν τὸν ἀναβαλλόμενον τὸ φῶς ὡς ἱμάτιον, ἀλλ' οὐδὲ καταμικρὸν ἐγγίσαι δύναται, ᾧ παρίστανται χίλιαι χιλιάδες ἀγγέλων, καὶ μύριαι μυριάδες λειτουργοῦσι, καὶ ἀπὸ προσώπου τῆς δυνάμεως αὐτοῦ πάντα φρίσσει καὶ τρέμει.
C Σὺ δὲ, οὐκ οἶδα πῶς ἂν εἴπω, οὐκ ἄνθρωπος, οὐκ ἄγγελος, ἀλλὰ τις ὑψηλὴ φύσις ἑτέρα, καὶ οἵα μηδὲ πρὸς παράδειγμα μετὰ τὴν θείαν παραβάλλεσθαι φύσιν. Διὰ τοῦτό σοι μόνῃ, Μαριὰμ, οὐ φοβερὸν τὸ τῆς ἐμῆς ἀγγελίας ὕψος, Οὐχὶ τὸ πάναγνον τῆς σῆς ἀρετῆς πρὸς τηλικοῦτον ἀνεπιτήδειον μήνυμα· οὐχὶ τὸ λαμπρὸν τῆς ξένης σου ψυχῆς τὴν ὑποδοχὴν ἀπωθεῖται τῶν εὐαγγελίων· οὐ τὸ σὸν κάλλος ἀνάξιον ὁ δήμιουργὸς ἑαυτοῦ θεσπίζει· οὐ τὸ φαιδρὸν τῆς σῆς ἀγλαΐας παρίδραμεν ὁ παντεπόπτης· οὐ τὸ διάλαμπρον τῆς σῆς καθαρότητος ἀπροσπέλαστον ὁ Ἱλάστης ἑαυτῷ ψηφίζεται. Μὴ φοβοῦ λοιπὸν, Ma-

[68] Luc. I, 30. [69] Psal. II, 11. [70] Psal. CIII, 2. [71] Dan. VII, 10.

Ant. Ballerini notæ.

(3) In Orientalis Ecclesiæ sacris officiis non raro occurrit (qua de re in Commentario), ut Deipara vel *Angeli*, vel *Cherubini*, vel *Seraphini terrestris* nomine designetur. Quod quidem, ut manifestum est, non eo spectat, ut beatissimæ Dei Genitrici humanæ naturæ veritas denegetur, cum e converso SS. Patres ad tuendam adversus phantasiastarum deliria dominicæ incarnationis veritatem subinde Virginis quoque matris veram naturam humanam propugnandam sibi assumant ; sed ut remotis a verissima humana illius natura iis omnibus, quæ in dedecus cedant, ejusmodi illi asseratur nobilitas, cujus gratia angelus vel cherubim, potius quam homo, videri queat. Atqui eamdem ob causam merito auctor negat vel angelis Mariam comparandam esse. Si enim (quod ex sententia omnium Patrum idem auctor affirmat), Virgo pro nobilitatis
D suæ eminentia *quædam natura sublimior* dicenda est, *cui post divinam naturam nihil vel quoad exiguam aliquam similitudinem comparari possit ;* eodem plane jure, quo hominibus, etiam angelis accensendam esse negabitur, ut locum soli sibi proprium creaturis omnibus superior, uni autem Deo inferior, servet. Cum vero ejusmodi homo adeo ab humanæ naturæ vilitate longe discedat, ut et nobilissimæ cœlestes Virtutes ad eamdem comparatæ vilescere dicendæ sint, quisnam serio et illud disputandum censeat, an vitio illo, quod abjectam naturam nostram tantopere abjectiorem vilioremque effecit, gloriosissima Virgo exstiterit deturpata ? Præsertim vero quod si quid expresse de Virginis excellentia mox auctor commemorat, in *puritatis* laudes effundatur, quam horrendo incarnati Dei mysterio parem affirmare non dubitat.

ριάμ· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ. Δικαστὴσ ὁ Θεὸς γίνεται τῶν σῶν· καὶ ἐπεὶ οὐκ εἶχεν ἀντίχαριν ἀξίαν εὑρεῖν ἑτέραν τῶν τροπαίων τῆς σῆς λαμπηδόνος, ἑαυτὸν ὁ Δεσπότης ἔπαθλόν σοι παρέχει· Οὐ γὰρ παρατρέχει τοὺς ἀθλητὰς ὁ ἀθλοθέτης· οὐδὲ γέρας τῶν καμάτων ἐλάττω δίδωσιν· οὐδὲ στεφάνους πλέκει τῶν ἄθλων ἀποδέοντας. Σοῦ δὲ μήτε ἐνεστῶτα, μήτε μέλλοντα, μήτε ὕψωμα, μήτε βάθος, μήτε κόσμος ἅπας, μήτε τις ἑτέρα κτίσις, ἐπείπερ οὐκ ἦν ἀντίρροπος, ἧς μόνης ἀξία εἶ, ταύτης δὴ καὶ τυγχάνεις τῆς ἀμοιβῆς. Ἡ δὲ ἐστιν, ὦ τῆς ἀῤῥήτου σου δόξης, Πάναγνε! ὅτι Ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Οὗτος ἔσται μέγας, καὶ Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται· καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. Αὕτη τῶν φαεινοτάτων ἀντίνων τῆς σῆς ψυχῆς ἡ ἀντίδοσις· αὕτη σοι τῆς ὑπερουρανίου καὶ θεοπρεποῦς ἀναβάσεως ἡ ἀντίχαρις· τοῦτό σοι προεικόνιζεν ἡ ἐν τοῖς ἁβάτοις διατριβὴ, ὅτι τῷ μόνῳ προσεντυχεῖν ἀβάτῳ καὶ ξενοτερπῆ καθάπερ λειμῶνα τὴν σὴν ἔμελλες παρασκευάσειν γαστέρα πρὸς οἴκησιν, καὶ βατὸν μὲν οὐρανὸν τοῖς κάτω καινοτομήσειν. οἷς δὲ μὴ κλῆρος ὁ χοῦς, καινὸν περίπατον ὑποστρώσειν τὴν γῆν. Τοῦτό σοι καὶ ἡ οὐράνιος ὑπέγραφε τροφὴ, ἵν' ἐξ ὑψηλοτέρας διαίτης παραθεῖναι δεῖπνον εὐπορήσῃς τῷ Ὑπερτάτῳ.

A gnam creator censet: neque venustatis tuæ fulgorem is præterit, qui omnia conspicit: neque minus dignum, quam ut ipse ambiat, puritatis tuæ nitorem judicat. *Ne timeas* ergo, *o Maria, invenisti enim gratiam apud Deum.* De rebus tuis judicium ferre jam Dei fit; et quandoquidem aliam quæ tropæis splendoris tui apte responderet, remunerationem invenire nullam potuit, se ipsum Dominus tibi præmium præbet. Neque enim qui præmia constituit certaminis, negligere certantes potest; neque præmia ille diribet, quæ laboribus sint minora; neque coronas nectit, quæ certaminis rationem haud exæquent. Quis vero neque præsentia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, neque mundus totus, neque alia creatura merces est tuis meritis respondens, hanc, quæ B sola digna te est, remunerationem sortiris. Est autem (o ineffabilem tuam, purissima Virgo, gloriam) illa vox: *Ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus· et Filius Altissimi vocabitur, et dabit ei Dominus Deus sedem David patris ejus, et regnabit in domo Jacob in æternum, et regni ejus non erit finis* [72]. Hæc splendidissimis animæ tuæ radiis retributio redditur; hæc tibi gratia pro ascensu cœlos supergrediente, Deumque sibi demerente rependitur. Id tibi præsignabat tua illa in sacris penetralibus commoratio (4), fore scilicet, ut ad eum, qui solus est inaccessus, accederes, atque illi ad inhabitandam, ceu pratum insolitam iedolens suavitatem, sinum tuum adornares, et novo portento terrestribus quidem cœlum accessu facile redderes, iis vero, quorum sors nullatenus terrenus est pulvis, novum ambulacrum terram substerneres. Id tibi et cœlestis illa adumbravit alimonia, ut e sublimioribus dapibus copiosam Altissimo cœnam posses apponere.

ΙΖ'. Εἶπε δὲ Μαριὰμ πρὸς τὸν ἄγγελον· Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; Σύλληψιν μηνύεις, υἱὸν εὐαγγελίζῃ, Γαβριήλ· ταῦτα δὲ τρόπος οἶδεν οἰκονομεῖν ἕτερος, οὗ πάντως ἄγευστος ἐγώ. Πῶς οὖν ἔσται μοι τὸ σὸν εὐαγγέλιον; Εἰ γὰρ καὶ μέγα τὸ τεχθησόμενον καὶ παράδοξον διαγγέλλεις, ἀλλ' ἀκολουθίᾳ φυσικῇ τινι μικρᾷ καὶ ἀνθρωπικῇ, τῶν θαυμάτων ἔγνωμεν ὅσαπερ ἐν γῇ εἰς δεῦρο τερατουργηθέντα, κεκαινοτόμηται. Οὕτω καὶ Μωϋσῆς, θάλατταν τέμνων, ἐδεήθη ῥάβδου· καὶ Ἠλίας ἐλαίου καὶ βραχέος ἀλεύρου, τὴν Σαρεφθίαν ἐπιπολὺ διατρέφων· καὶ τῷ Τωβὴτ Ῥαφαὴλ δι' ἰχθύος διέθηκε τὴν ἀνάβλεψιν· διὰ τοῦ αὐτοῦ καὶ δαίμονα ἀπήλασε. Καὶ οὐ λέγω ῥάβδον, ἢ ἰχθὺν, ἤ τι τῶν λοιπῶν ἐκεῖνα διενεργεῖν τὰ λαμπρά. ἀλλ' ὅτι Θεὸς παραδοξοποιῶν διετέλει, χρωμένων τοῖς εἰωθόσι τῶν ἀνθρώπων. Ὡς ἔσται μὲν οὖν τι καὶ ἐπ' ἐμοὶ, Θεοῦ βουλομένου, τῶν ἀπορρήτων, διαπιστεῖν οὐκ ἔχω· σύλληψις δὲ καὶ υἱὸς, οἷς δὴ ποθεν κέχρησαι, ἀνθρώπεια ῥήματα καὶ κοινωνίαν

C XVII. *Dixit autem Maria ad angelum: Quomodo erit mihi istud, quoniam virum non cognosco* [73]? Conceptus mentionem facis, o Gabriel, ac filium mihi annuntias; verum hæc aliam, uti patet, vitæ rationem, aliamque subsequi solent dispensationem, cujus ego plane sum nescia. Quomodo igitur continget id mihi, quod denuntias? Etsi enim et magnum et admirabile prædicis fore, quod nascetur; at quoquot hucusque in terra mirabiliter patrata novimus miracula, naturali quadam, simpliciori, humanaque œconomia, effecta illa fuerunt. Sic et Moyses, ut mare divideret, virga opus habuit; et Elias oleo, modicaque indiguit farina, ut Sarephthiam aleret; Raphael quoque ope illius piscis visum Tobiæ restituit, ac virtute ipsius dæmonem D expulit. Quod quidem non ideo dixerim, quasi ad virgam, vel piscem, vel ad aliud quispiam his simile, vis referenda sit portenta illa splendida operandi; sed quia Deus prodigia operabatur, dum tamen homines consuetis adminiculis uterentur.

[72] Luc. I, 31-33. [73] ibid. 34.

Ant. Ballerini notæ.

(4) Hæc et quæ dein sequuntur, ad ea spectant, uti patet, quæ in SS. Patrum hemiliis de mysterio Virginis in templum adductæ, et Deo a parentibus oblatæ communiter legimus.

eam oculis manifeste unquam subjecisset, profecto incassum vox divina excidere visa esset. Hujus igitur Virginis gratia (8) homo audivit, ad præcelsam illam similitudinem se perventurum. Iste igitur est thesaurus, quem in vasis fictilibus, pellibus inquam primigenius, habemus.

A ὁ θησαυρὸς, ὃν ἐν ὀστρακίνοις ἔχομεν σκεύεσι, τοῖς ἀρχεγόνοις, φημὶ, δέρμασιν.

XXII. Sed insuper et ab initio ejusdem gratia plasmatus est homo, et extensi sunt cœli, et producta est terra cum iis omnibus, quæcunque sunt propter hominem condita. Cum enim Deus, quandoquidem lapsurum Adam non ignorabat, nunquam eum creaturus fuisset, nisi simul ejusdem reparationem præordinasset; hæc autem medela ab illa prorsus immaculata penderet (9); plane perspicuum est, etiam hominem propter ipsam creatum esse, imo et quidquid propter eum, ante ipsum, et post ipsum, factum fuit.

ΚΒ'. Ἔτι δὲ καὶ διὰ ταύτην **ἄνθρωπος ἄνωθεν** πέπλασται, καὶ οὐρανὸς ἥπλωται, καὶ γῆ, **καὶ πάντα** ὅσα ὑπέστη διὰ τὸν ἄνθρωπον. Εἰ γὰρ ὅτι **πεσεῖται** μὲν Ἀδὰμ, οὐκ ἠγνόει Θεὸς, τοῦ δὲ **προορισθῆναι** τὴν ἐπαρνόρθωσιν οὔπω ἄν παρήγαγεν, ἡ πάναγνος δὲ τῆς ἰατρείας ὑπόθεσις· εὔδηλον ὅτι κἀκεῖνος δι' αὐτὴν, καὶ εἴ τι δι' αὐτὸν πρὸ **αὐτοῦ καὶ** μετ' αὐτόν.

Præsertim vero cum oporteret ut hominem a miseria non alius quam homo ejusdem naturæ liberaret, et is quidem propter virtutis eminentiam idoneus, qui Deo cooperanti (nam gravior lapsus fuerat, quam ut homo sibi soli relictus liberationis beneficium præbere posset) associaretur; opus profecto fuit ut novus (10) ac prope ad Deum accedens homo conderetur, qui nempe adhibere medicinam posset.

B Ἄλλως τε καὶ ἐπεὶ τὸν ἄνθρωπον λῦσαι τῆς δυσπραγίας ὁμοφυὴς ἄνθρωπος ἔδει, καὶ οἷος ἂν ἱκανὸς εἴη διὰ τὸ τῆς ἀρετῆς ὑπερβάλλον καὶ συμμάχῳ χρήσασθαι Θεῷ· μεῖζον γὰρ ἦν τὸ πταῖσμα, ἢ ὥστε ἄνθρωπον μόνον δυνηθῆναι τὴν ἐλευθερίαν εὐεργετῆσαι· καινὸν ἄρα ἐχρῆν ἄνθρωπον διαπλασθῆναι, καὶ πολὺ πρὸς Θεὸν ῥᾳδύνοντα, ὃς ἂν εἶχε τὸ **φάρμακον** ἐπιθεῖναι.

Hic vero plane fuit stupendissimus ille homo, Virgo hæc, inquam, omni laude dignissima, quam sane tot tantisque præstandis parem fore sollicita Deus ipse cura prædixit (11), eamque fecit hominem ad similitudinem suam, qui instar Dei, simul cum Deo operans, magnam hanc creaturam, hominem inquam, salvare posset. Atque adeo ex his etiam inferre licet, futurum fuisse nunquam, ut ab initio divina bonitas semet effunderet, aut ut creatura illa enarraret gloriam Dei, nisi prius oculis opificis fulgor e plenitudine gratiarum Virginis emicans illuxisset. Neque enim Deus id creasset, quod ad sui perfectionem, quantum fieri posset, pertingere non valuisset. Cum porro nemo alius aut hominem erexerit, aut incorporeos spiritus splendidiores effecerit, aut aliam quamlibet e creaturis ad nobiliorem conditionem perduxerit,

Καὶ ἦν πάντως ὁ καινότατος ἄνθρωπος, ἡ πολυύμνητος ἥδε, ὑπὲρ ἧς, ὅτι τοσαῦτα δυνήσεσθαι ἔμελλε, καὶ Θεῷ προειπεῖν ἐμέλησε, καὶ πεποιηκέναι κατὰ τὴν ἑαυτοῦ ὁμοίωσιν ἄνθρωπον, ὃς οἷα Θεὸς συμπράττων Θεῷ, τὸ μέγα ἂν δυνηθείη **πλάσμα** σῶσαι, τὸν ἄνθρωπον. Ὥστε ἔξεστι καὶ ταῦτα C συνάγειν, ὡς οὐκ ἂν ἐξαρχῆς τὸ θεῖον **ἀγαθὸν** ἐχύθη, οὐδέ τι τῶν δημιουργημάτων Θεοῦ διηγεῖτο δόξαν, εἰ μὴ τῶν χαρίτων αὐτῆς ἡ πλησθὺς ἐν τῇ δημιουργικῇ προδιέλαμψεν ἐννοίᾳ. Οὔτε γὰρ ἂν ὁ Θεὸς τοῦτο ὑπέστησεν, ὃ μὴ εἶχε καθόσον οἷόν τε ἑαυτοῦ τὴν βελτίωσιν ῥᾶσαι. Ἑτέρου δὲ μήτε καὶ ἄνθρωπον ἐπανορθωκότος, καὶ ἀσωμάτους λαμπροτέρους ἐργασαμένου, καὶ ὅ τι τῶν λοιπῶν εἰς γε τὸ φαιδρότερον διαθεμένου, πλὴν τῆς ὑμνουμένης ὑπερφυοῦς καὶ θείας ψυχῆς, σαφὲς πάντως ὅτι καὶ δημιουργὸς ὁ Θεὸς δι' αὐτῆς πεφανέρωται, καὶ ὅσα

Ant. Ballerini notæ.

(8) Vide, quam luculenter alia nobis ratione proponatur eadem doctrina de omnimoda Virginis ab omni peccati nævo immunitate. Hujus, inquit auctor, Virginis gratia Deus illud pronuntiavit: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*. Cur nam vero? Quia, inquit, neque Adam, neque alius quispiam eorum, qui ab illo duxerunt originem, hac unica Virgine excepta, excellentiæ illius mensuram perfecte implevit. Et Adam quidem mensuram perfecte non implevit, quia similitudinem acceptam, ut inquit Cyprianus (*De bono patientiæ* pag. 248. edit. Paris, 1726.) *peccato perdidit*; cum Adamo vero eam perdiderunt, quotquot illius reatus participes exstiterunt. Sola ergo Deipara illius perfectionis summam adepta est, quia et sola paterni expers vitii fuit, et *naturalem illam*, ut cum magno Leone dicam (sermo 11. *De jejun. decimi mensis* I, cap. I), *nostri generis dignitatem* sic integram custodivit, ut semper in ea *quasi in quodam speculo divinæ benignitatis forma resplenderet*

(9) Deus, inquit auctor, hominem **quamvis** lapsurum creavit, quia lapsus hujus **remedium** vidit in Virgine illa *prorsus immaculata*. At **vero** D etsi lapso homini auctor non opponeret **Virginem** *prorsus immaculatam*, nonne satis per se **res loquitur**, eam, quæ lapsus medela est, ipso in **lapsu** censeri non posse? Hæc vero eo diligentius perpendenda censeo, quia cum passim in scriptis SS. Patrum juxta atque in sacris Ecclesiæ officiis ejusmodi sententiæ recurrant, palam apertum est, **hanc** doctrinam ratione utique aliquatenus implicita, at vulgatissimam semper in Ecclesia fuisse.

(10) Vide, non veterem hominem in Adam lapsum, sed *novum* condendum fuisse, qui **Deo** cooperaretur ad lapsum humanum genus **salvandum**. Iteratam ergo professionem habes **originis** Mariæ ab omni vetustatis vitio alienæ.

(11) Agnosce et in hisce verbis communem Patrum sententiam, Virginis Deiparæ magnalia divino Spiritu revelante in sacris Litteris fuisse præsignata.

τῆς ἀγαθότητος ἡμῖν ἐκείνου διαζωγραφοῦσι τὸ πέλαγος.

A prætерquam anima illa quæ et naturali ordine eminentior et divina merito celebratur (12) ; manifestissime constat, ipsi deberi, quod et Deus apparuerit creator, et omnia exsistentiam receperint, quotquot bonitatis ejus pelagus expressissima imagine exhibent.

ΚΓ'. Καὶ οὐ τοῦ δημιουργοῦ Λόγου μόνου μήτηρ, διότι τοῦτον ἔτεκεν, ἀλλὰ καὶ τῆς δημιουργικῆς ἀγαθότητος ὡσανεὶ μήτηρ ἐκείνου, ὡς ὑπόθεσις καὶ αἰτία τοῦ τὴν ἀγαθουργὸν φανῆναι δύναμιν. Καὶ εἰ τολμηρὸν, συμπλάστης ἂν εἴη Θεῷ καὶ πρὸ τῆς εἰς γῆν ἡ μακαρία προόδου, καὶ συμπαραγωγεὺς τῶν εἰς τοῦτο κάλλους ὁρωμένων τε καὶ ἀοράτων κτισμάτων, ὡς ἄρα καὶ φανεῖσα, συμποικιλτὴς καὶ συγκαλλοποιὸς τοῦ προσυνεξυφανθέντος παγκοσμίου γεγένηται πέπλου. Καὶ οὐ τὰ παρόντα μόνον ἔσχε τὴν γένεσιν δι' αὐτὴν, ἀλλὰ καὶ B δσα τῶν μενόντων εἰσέπειτα λαμπρά, κἀκεῖνα ταύτης κατόρθωμα. Ἐπεὶ κἀκεῖνα δι' ἡμᾶς, ἡμεῖς δὲ, ὡς δέδεικται, δι' αὐτήν· μᾶλλον δὲ τῶν ἐσομένων ἡμῖν τὸ τερπνότατον τοῦ νῦν αὐτῇ μηνυθέντος εὐαγγελίου τὸ πέρας. Οὗ τί ἂν γένοιτο φανερώτερον, ὅτι καὶ τὰ μέλλοντα χρηστὰ δι' αὐτὴν ;

XXIII. Neque vero Verbi creatoris ideo tantum mater est, quod eumdem pepererit ; sed quasi mater est insuper creatricis bonitatis ejusdem Verbi, quippe quæ conditio et causa exstiterit, cur virtus ejus bonorum effectrix fuerit manifestata. Et, si quid audacius eloqui fas est, simul cum Deo concreatricem vel ante suum in orbem terrarum adventum, et creaturum rerum tum visibilium tum invisibilium ad hanc pulchritudinem cum ipso Deo perductricem beatam illam dixerim, quemadmodum utique et post adventum suum hanc rerum universitatem, ceu peplum jam antea contextum, una cum Deo nova ornamentorum varietate novaque auxit venustate. Imo vero non ea tantummodo, quæ nunc exstant, in gratiam ipsius habuerunt ut essent, verum et quæcunque in posterum splendida futura sunt, in beneficiis ejus sunt recensenda. Nam ista quoque propter nos, nos vero, ut jam ostensum est, propter ipsam sumus : seu melius dixerim futurorum omnium summa jucunditas jam prostat nobis in exitu illius nuntii, quod ad ipsam nunc perlatim est. Quid enim hoc manifestius, quam quod universa, quæ futura sunt bona, propter ipsam futura sunt ?

ΚΔ'. Τοῦτο τὸ μήνυμα καὶ τέκνα ἡμᾶς Θεοῦ καὶ ἀκούειν καὶ εἶναι παρεσκεύασεν. Ὅσοι γὰρ ἔλαβον, φησὶν, αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν C τέκνα Θεοῦ γενέσθαι, τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Καὶ καθέπερ οὐκ ἐκ θελήματος σαρκὸς, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς ὁ ἀσπασμὸς ἐπῆλθε τῇ κεχαριτωμένῃ, οὕτω καὶ ἡμῖν δι' αὐτῆς ἡ ἀνάπλασις σαρκικῆς ἄμικτος θεουργεῖται ῥίζης ἁπάσης. Καὶ καθάπερ τὸν ἡμέτερον προγονικὸν Χιτῶνα, οὗ καὶ αὐτὴ μετέσχεν, ὅλον Θεῷ καθιέρωσε, τὸν ἴσον τρόπον, ὃν ὁ καθ' ἡμᾶς ἐκύκλωσε κόλπος Θεὸν, τοῖς ὁμοφυέσιν ἔσπευσε μεταδοῦναι, ὅτι τοῦτον ἔλαβεν ἐν ἑαυτῇ. Καὶ ἦν μὲν οὐδαμῶς ἀκόλουθον, διότι δέρμα κοινὸν ἔσχομεν, διὰ τοῦτο καὶ ὧν ἐπλούτησε θεουργικῶν λαμπηδόνων ἐπίσης αὐτῇ κοινωνεῖν, ἢ ὀλίγου δεῖν πρὸς αὐτή. Ἀλλ' ὥσπερ τῶν ὑψηλῶν οὐδὲν ἦν, ὁ τὴν ἐπιθυμίαν ἐκείνης ἐνέπλησεν, ἕως ἂν καὶ Θεὸν αὐτὸν καταπίῃ, καὶ D τοῦτο Δαβὶδ περὶ αὐτῆς ἐναργέστατα προεκρότησε, Χορτασθήσομαι ἐν τῷ ὀφθῆναί μοι, φάσκων, τὴν δόξαν σου, ἐνταῦθα μόνην εὑροῦσα στάσιν τῆς δίψης τῶν ἀγαθῶν· οὕτως οὐδὲν τῷ πελάγει τῆς πρὸς τὸ γένος ἀγάπης τῆς πανάγνου προσίσταται, μὴ τῶν ἴσων ἐθέλειν αὐτῇ μεταδοῦναι καὶ ἡμῖν λαμροτήτων.

XXIV. Hoc nuntium effecit, ut *filii* quoque *Dei et nominemur et simus* [87]. *Quotquot enim*, inquit, *receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus* [88]. Et sicuti *non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri* ad hanc *gratia plenam* [89] delata est salutatio ; sic et nostra per ipsam regeneratio, nulla omnino ei admista carnali radice, divinitus efficitur. Et quemadmodum a primo parente acceptum indumentum nostrum, quod ipsa quoque nobiscum habuit commune, totum Deo consecravit ; pari ratione Deum, quem sinus humanus amplexus fuerat, quoniam in semetipsa eum receperat, naturæ suæ consortibus participare studuit. Et consequens profecto nullatenus erat, ut quia vellus cum ipsa commune gerebamus, idcirco splendoris quoque deifici, quo locupletata ea est, æque ac ipsa participes essemus, aut modicum quid ab ipsa distaremus. Verum sicuti nihil vel inter sublimia quæque fuit, quod desiderium illius explere posset, donec Deum ipsum ebibit, idque de ipsa David evidentissime olim plaudens prædixerat, inquiens : *Satabor, cum apparuerit gloria tua* [90], et ibi solum bonorum siti lenimentum invenit ; sic illud amoris pelagus, quo purissima illa humanum genus prosequitur, nuspiam sistitur, quominus eosdem splendores et sibi et nobis communes ese velit.

[87] Joan. III, 1. [88] Joan. I, 12. [89] ibid. 13. [90] Psal. XVI, 15.

Ant. Ballerini notæ.

(12) Ecce tibi, beatissimæ Deiparæ *animam communi naturæ ordine eminentiorem* ac prope dixerim *divinam* Creator condit, ut collapsum hominem ipsa erigat. Patiturne rei natura, ut ejusmodi anima in ejusdem lapsus miserrimo statu condi existimetur ?

XXV. Verum ut ipsa, propemodum instar Creatoris atque Domini boni, Creatori ac Filio suo similis appareat, maxima quæque bona effuse cum aliis communicat. Quinimo quo ostendat propter nos in hanc vitam se editam esse, ut nobis a Deo sejunctis manum porrigat, nosque Deo conjungat (13), benigno animo per Filium suum nos in partem vocat unionis cum illo ; ut quod ipsi fuit Deus per admirandam illam conceptionem (ipsum enim quodammodo absorptum ac sibi coagmentatum portavit),hoc ipsum et nos cum Deo experiamur per sumptionem carnis,quam unigenitus ejus Filius ex ipsa assumpsit. Etenim *Qui manducat*, inquit, *meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in eo* [91]. Et, *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis* [92]. Hanc porro suavissimam, vitæque largitricem cœnam iste vere supercœlestis homo (nempe Virgo) in sinu suo tanquam in fertili terra excoluit, atque id, quod in cœnam nostram cederet, apparavit. Atque adeo cum ejusdem Filius et ad hanc mensam nos attrahit, et de carnibus suis copiose nos pascit, nosque cernens eas degustantes lætatur, hæc quoque accepta referenda sunt Matri ; quoniam et ipsa tanquam fructus hominum ideo efflorait, ut carnium ipsius Deus fieret particeps, et matris suæ cognatos ex iisdem alteret. Neque enim, nisi hoc futurum esset, in vas istud super omnem materiam splendidissimum conformatum unquam fuisset pulvereum simulacrum (14); neque postquam in terram advenit quandoquidem tam expressam ad Deum similitudinem præ se ferabat, aliud quidpiam quam quod discupiebat Deus, exoptare potuisset.

Cum porro ligni degustatio id exstitisset, quod hominem a Deo, proh dolor ! abalienaverat, Virgo autem suam ipsius carnem ad reconciliationem divinam idoneum iis, qui ex ea vicissim degustassent, pharmacum (15) fore perspiceret (quod sane pharmacum ægrotanti præ amore suo cupiebat gratuito præbere) ; id ipsum vero et Deus gratum haberet,se ipsum scilicet, quoad fieri posset,lapso homini alimentum apponere ; non posset autem homo remediis illis, per quæ in viam rediret, juvari, dum sejuncti invicem manebant, sed utrumque uniri oporteret,ut etiam propter naturæ cognationem medela apprime proficua utentibus fieret ; hæc omnia cum minime illam præ universis

ΚΕ'. Ἀλλ' ἵν' ὡς περὶ μικροῦ καὶ Δημιουργὸς καὶ Δεσπότης ἀγαθὸς, κατὰ τὸν Πλάστην καὶ Υἱὸν αὐτῆς, ἀναδειχθείη, πάντων ἀφθόνως μεταδίδωσι τῶν μεγίστων. Μᾶλλον δὲ ἵνα δείξῃ ὅτι δι' ἡμᾶς εἰς τὸν βίον ἦκεν, ὡς ἂν ἡμῖν χεῖρα ὀρέξασα συμπλέξῃ Θεῷ ἐκεῖθεν διαστᾶσι, προθύμως διὰ τοῦ ἰδίου τόκου κοινωνοὺς καλεῖ τῆς πρὸς τοῦτον ἑνώσεως, ἵν' ὅπερ αὐτῇ γέγονε Θεὸς διὰ τῆς ξένης ἐκείνης συλλήψεως, ἤνεγκε γὰρ αὐτὸν ὡσανεὶ καταπιοῦσα καὶ αὐτῷ συμφυεῖσα, τοῦτο καὶ ἡμεῖς πάθοιμεν πρὸς Θεὸν διὰ τῆς τῶν σαρκῶν μεταλήψεως, ὧν ὁ Μονογενὴς αὐτῆς παρ' αὐτῆς προσελάβετο. Ὁ τρώγων μου γὰρ, φησὶ, τὴν σάρκα καὶ πίνων μου τὸ αἷμα ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ· καὶ Ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς. Τὸν δὲ ἥδιστον καὶ ζωοπάροχον τοῦτον δεῖπνον ὁ ὑπερουράνιος ὄντως ἐγεώργησεν ἄνθρωπος οὗτος, καὶ τοῦθ' ὅ τι δεῖπνος ἡμῖν γενέσθαι παρεσκεύασεν. Ὥσθ' ὅταν ὁ ταύτης Υἱὸς καὶ πρὸς τήνδε ἡμᾶς ἕλκῃ τὴν τράπεζαν, καὶ τῶν ἑαυτοῦ μήτε φείδηται σαρκῶν, καὶ χαίρῃ γενομένους ὁρῶν, καὶ τῇ Μητρὶ ταῦτα δοτέον, ὅτι καρπὸς ἀνθρώπων ἐξηνθουργήθη καὶ αὐτὴ, ἵνα τῶν μὲν αὐτῆς κοινωνήσῃ Θεὸς σαρκῶν, θρέψῃ δὲ ταύταις τὸ συγγενὲς τῆς μητρός. Οὔτε γὰρ, εἰ μὴ τοῦτο ἔμελλε, τὸ ὑπὲρ πᾶσαν ὕλην περιφανέστατον τοῦτε σκεῦος χοϊκὸς ἂν διεικόνισεν ἀνδριὰς, οὔτε τὸν χοῦν ὑπελθοῦσα, ἐπεὶ μέγα τὸ ἐοικὸς εἶχε πρὸς Θεὸν, ἄλλου του ἂν ἦν ἐφιεμένη, ἢ ὃ καὶ Θεὸς ἐπόθει.

Καὶ ἐπεὶ ξύλου μὲν ἦν γεῦσις, ἣ Θεοῦ τὸν ἄνθρωπον, φεῦ ! ἠλλοτρίωσεν, ἐώρα δὲ τὴν ἑαυτῆς σάρκα φάρμακον ἱκανὸν ἀντιγευσαμένῳ πρὸς θεῖον οἰκείωσιν, ὃ καὶ παρασχεῖν τῷ νοσοῦντι προῖκα ἠγάπα, τὸ δ' αὐτὸ καὶ Θεὸς ἐφίλει, τροφήν, εἰ οἷόν τε, ἑαυτὸν παραθεῖναι τῷ πεπτωκότι, ἀλλ' ἑκατέρῳ μὲν ἀμηχῶς οὐκ ἦν ἄνθρωπον χρήσασθαι τῶν δυνατῶν, ὥστε ἐπανελθεῖν, ἔδει δὲ συνελθεῖν ἀμφότερα, ὡς ἂν καὶ διὰ τὸ συγγενὲς εὔχρηστον ᾖ τῷ χρωμένῳ τὸ φάρμακον, καὶ τοῦτο πάντως οὐκ ἀγνοοῦσα ἡ ὑπεράμωμος, Θεοῦ ἂν ἐδεῖτο κεράσαι τὴν ἰατρείαν. Δεομένην δὲ παριδεῖν οὐ Θεοῦ, ὅτι τε τυχεῖν ἦν ἀξία, τούτου τε ἦρα Θεός. Διὰ τοῦτο τὸ παράδοξον ᾠκονομήθη μυστήριον· καὶ σαρκῶν Θεοῦ

[91] Joan. VI, 56. [92] ibid. 55.

Ant. Ballerini notæ.

(13) Si Maria ideo edita est in lucem, ut lapso humano generi manum porrigat ; ergo inter lapsos ipsa non est: secus enim una cum reliquis manum illam porrectam, qua erigeretur,et ipsa exspectasset. Deinde sejunctos homines ipsa in partem vocat conjunctionis cum Deo. Nunquam ergo cum reliquis disjuncta ipsa fuit a Deo Quomodo enim cognatos suos ad Deum vocasset, si et ipsa erat a Deo aliena,nec vocari nisi cum aliis potuisset ?

(14) Hæc, uti patet,ad Mariæ plasmationem referuntur ; ergo ab ipsa sui conditione Virgo Deipara vas fuit nitentissimum, atque in terras adveniens non terreni Adæ imaginem, sed expressam Dei similitudinem, ut mox auctor subdit,præ se ferebat.

(15) Non minus luculentum huic habes testimonium Virginis immunitatis a communi omnium corruptione Nam quonam pacto sancta Virginis caro pharmacum haberi ac dici posset adversus vitium, quo propter esum ligni inficiebantur homines, si eodem plane morbo ejusdem caro corrupta foret ?

κοινωνοῦμεν ἄνθρωποι, ἃς ἡ πάναγνος ἐξιστούργησε, καὶ τὸν Σωτῆρα ἐνέδυσεν.

A immaculatam præterirent, Deum precibus exorabat, ut hanc medicinam misceret. Dei porro non erat rogantem despicere, tum quia digna erat quæ votis non frustraretur, tum quia id ipsum Deus ardenter exoptabat. Idcirco admirandum illud peractum est mysterium; et participamus homines illas Dei carnes, quas purissima illa contexuit, et quibus induit Salvatorem.

ΚΖ'. Οἶμαι δὲ, καὶ δυοῖν τούτοιν ἕνεκα ἀνθρώπων ἤκουσε παῖς ἡ τὸν ὑπερώνυμον κυήσασα, ἵνα τε Θεῷ κοινωνήσῃ καὶ τῆς ἐπὶ γῆς δόξης, δόξα γὰρ τῷ Δεσπότῃ καὶ ἄπερ ἡμῖν ταπεινὰ, καὶ λοιπὸν ὅπως τοῖς ἀνθρώποις γένηται δῆλον, μέχρι τίνος ὁ πηλὸς ἀναπτῆναι δύναται. Οὔτε γὰρ Θεῷ, καὶ τῆς ὑπεράγνου δίχα, ἄπορον ἦν ἡ τοῦ γένους βοήθεια, καὶ οὐδέ τις εἶλκεν ἀνάγκη μὴ ἂν ἄλλως ἔχειν τὴν πάναγνον δαψιλῶς ἐμφορηθῆναι τῶν θείων, μὴ τυχοῦσαν τῶν κάτω. Ἦν γὰρ καὶ τοῦτο Θεῷ ῥᾴδιον, ἄνωθεν μετρῆσαι τῇ Παρθένῳ τὴν τέρψιν, εἰ B καὶ μὴ γῆς ἐκείνη γε ἐδεήθη, ἣν ἡ παρ' ἑαυτῆς λαμπηδὼν τοῖς ἀὐλοις συνῆπτεν. Εἰ δὲ καὶ μὴ γνώριμος ἀνθρώποις, οἷων ἦν ἀξία ἡ μακαρία, ἐνθάδε καθίσιατο, οὐδὲ παρὰ τοῦτο τῆς προσηκούσης ἂν ἀπετύγχανε δόξης ἐν οὐρανῷ. Ἀλλ' ἵνα τοίνυν ὅτι Θεὸς ἐν ὑψηλοῖς, καὶ τοῖς γηΐνοις δοξάζεται, τοῦτο κἀκείνη γένηται ἐκείνῳ καταπολὺ ἐοικυῖα, καὶ μηδενὸς ἂν ἀμοιροῦσα πρὸς δόξαν τυγχάνῃ, οὗ καὶ Θεὸς, καὶ ὅπως ἄνθρωποι μὴ τοσοῦτον, ὁ παρ' ἑαυτῶν, ὥστιν ὕψος ἡγνοηκότες, διὰ ταῦτα καὶ γῆν ἐπάτησεν ἡ ὑπερένδοξος, καὶ τῷ ἐξ αὐτῆς ἐλύτρῳ περιεβλήθη.

XXVI. Porro etiam duplici hac de causa, ut quidem arbitror, filia hominum ea vocata est quæ illum qui est super omne nomen peperit, videlicet tum ut communem cum Deo haberet eam gloriam quæ huic a terrenis tribuitur, nam nostra quoque minima in gloriam Dei cedunt; tum etiam ut hominibus manifestum fieret, quousque evolare cœnum nostrum queat. Neque enim arduum Deo fuisset, etiam absente illa præ omni puritate pura, humano generi opem porrigere, ac nulla pariter cogebat necessitas, ut non aliter purissima illa divinis muneribus copiose cumularetur, quam si eorum quæ ad terram pertinent particeps exstitisset. Et hoc enim Deo facile erat, Virgini, quam suus splendor jam cœlestibus associabat, congruam e supernis jucunditatem impertiri, nisi et terra ipsa indiguisset. Etsi porro incompertum hominibus permansisset, quibus illic honoribus beata illa digna haberetur, non idcirco tamen consentanea sibi gloria in cœlis fraudata fuisset. Verum enimvero ut, quemadmodum Deus in supernis et in terrestribus glorificatur, id ipsum Virgini utpote Deo simillimæ contingeret, neve expers hæc foret alicujus gloriæ, qua Deus honoratur, tum etiam ut hominibus tam præcelsum hoc suum ipsorum decus non penitus lateret, propterea gloriosissima illa etiam terram hanc calcavit, et terreno indumento est circumvestita.

ΚΖ'. Καὶ διὰ τοῦτο, Μεγαλεῖα, φησὶν, ἐποίησέ C μοι ὁ δυνατός. Ταῦτα δὲ ἐναργῶς εἶχε, καὶ οὐκ ἐδεῖτο ποιηθῆναι τὸ γεγονός· ἀλλ' ἐφανέρωσε, σαφῆ πᾶσι κατέστησε, δηλοῖ τὸ ἐποίησε. Καὶ δι' αἰτίαν ἴσως τοιαύτην ὁ Γαβριὴλ, κατὰ τὴν τῆς γλώττης διακονίαν, Χαῖρε, ἐφώνησε, κεχαριτωμένη, καὶ εὐλογημένη, ἵν' ἡμᾶς, τε διδάξῃ οἷαις δεῖ χρῆσθαι φωναῖς πρὸς αὐτὴν, καὶ οἷον, αὐτῇ τὸ μεγαλεῖον, ἀνάγραπτον τῇ ἐξαγγελίᾳ ταύτῃ προθείη. Ἠδύνατο γὰρ καὶ ταῖς ἀγλώττοις τοῦ νοῦ λαλιαῖς τὴν λειτουργίαν οἰκονομήσειν ἐκείνην, καὶ τῷ αὐτῷ χρωμένης ὀργάνῳ τῶν λαμπρῶν τῆς Παρθένου διακούσειν ῥημάτων. Καὶ εἴγε μὴ τρόπος ἦν ἕτερος, οὗτος δὲ, ἵνα, τὸ ταπεινὸν ὁ Δεσπότης ἀναβαλλόμενος, μὴ σφόδρα ὑψηλῶς καὶ μὴ καταλλήλως διασαλπίσῃ τῷ πράγματι, καὶ ἄλλως, ὅτι καὶ ἡμᾶς D ἔδει μυεῖσθαι τὰ τὸν ὑπερήφανον πλήττοντα, ὑπὲρ ὧν ἡ οἰκονομία καὶ τοιαύτη.

XXVII. Et idcirco, *fecit*, inquit, *mihi magna qui potens est*[93]. Hæc porro magnalia absque dubio illa jam possidebat, nec opus sane erat ut fieret quod factum fuerat; at vocis illius, *fecit*, sensus est, *manifestavit*, et *omnibus perspicua effecit*. Atque eadem fortasse de causa Gabriel minister o linguæ usus exclamavit, *Ave, gratia plena, et benedicta*, ut scilicet nos doceret quibus eam vocibus compellare oporteat, utque suo huic nuntio veluti inscriptum proponeret, quanta Virgini inesset excellentia. Poterat enim spiritali sine vocibus locutione ministerium illud obire, et virginis, instrumento vocis utentis, eximia verba percipere. Quanquam non alius quispiam sed hic modus decebat, ne Dominus, dum nostram humilitatem induebat, ratione nimis sublimi, et secus ac res per se exigeret, factum veluti tuba annuntiare videretur; præsertim vero quod et nos, pro quibus hoc mysterium peragebatur, doceri oportebat quibusnam armis vulneretur superbus.

ΚΗ'. Πᾶσα ἂν καὶ ἡ ἀγγελικὴ διακόσμησις, οἶμαι, οὐρανός τε καὶ ἥλιος, καὶ γῆ καὶ θάλασσα, καὶ πᾶσα τότε ἡ κτίσις, ἕκαστα μετὰ γλώττης ἀναπλασθέντα, τὸ Χαῖρε τῇ Παρθένῳ συνεξεβόων τῷ Γαβριὴλ· καὶ καθάπερ ἐπὶ χοροῦ, τὸ μελῴδημα διαδεχόμενα τοῦ πρωτοστάτου, τὰ αὐτὰ ἂν πολλάκις

XXVIII. Omnes itaque, ut arbitror, angelici ordines, cœlumque et sol, et terra, et mare, et quævis alia creatura, quasi singulæ rursus conditæ lingua sua instructæ, una omnes cum Gabriele, *Ave*, Virgini acclamabant; ac veluti choro facto, melodiam e chorago excipientes, idem sæpius in

[93] Luc. I, 49.

gyrum repetebant et simul cum chori principe accinebant. Tanta scilicet purissimæ illius magnificentia erat, et hoc pacto a creaturis universis Virginem salutari oportebat. Quod si non lingua, propter eam quam diximus rationem, at certe factis gaudium suum cuncta manifestaverunt, eum ad splendidiorem conditionem sese provecta persenserunt; atque ita creaturarum universitas clarius etiam quam per linguæ ministerium laudatissimæ illius magnalia celebravit. Quod enim neque creaturæ quæque terrestres, neque aliæ, si quæ exstabant creaturæ, poterant, tam prope scilicet ad Deum accedere, ut hæc quidem semet Deo sedem supponeret, illa vero stratum, et alia cibum, alia potum, et alium alia usum præberet, et alia linguam divinis motibus resonantem audiret, homo vero et sermones et communem vitæ rationem cum Deo haberet, et sic omnia nova hac sanctificatione nobilitarentur; hæc omnia facillime et absque ullo labore per purissimam illam consequi potuerunt. Quanquam enim neque alio translata fuerint, neque a consueto earum statu distractæ, neque aut locum alium aut aliam se habendi rationem sortitæ sint, sed omnes in sua sede permanserint; illa tamen omni laude dignissima Virgo novo quodam modo effecit, ut Creator cum iis conjungeretur.

A καὶ ἀνείλιττον καὶ ἀνύμνουν, καὶ συνεφθέγγοντο τῷ χοράρχῳ. Τοσοῦτον γὰρ τὸ τῆς πανάγνου μεγαλεῖον, καῖ οὕτω πᾶσα ἡ κτίσις προσειπεῖν ὤφειλε τῇ Παρθένῳ. Ἀλλ' εἰ μὴ γλώττῃ, δι' ὃν εἴρηται λόγον, πράγμασι δὲ ἐδήλωσαν τὴν χαρὰν, δι' ὧν ἥσθοντο πρὸς τὸ φαιδρότερον ἑαυτῶν μεταποιηθέντων· καὶ οὕτως ἡ δημιουργία πᾶσα τὰ μεγαλεῖα τῆς πανυμνήτου γλώσσης τρανότερον διεκήρυξεν. Ὃ γὰρ οὐκ ἂν εἶχε τῶν ἐπὶ γῆς ἕκαστον, οὐδ' ἂν εἴ τι καὶ ἐγεγόνει, ἐγγὺς οὕτω Θεοῦ γενέσθαι, ὥστε ὅ μὲν ἑαυτὸ καθέδραν ὑποθεῖναι Θεῷ, ὅ δὲ κλίντην, καὶ τροφὴν ἄλλο, ποσὶν δὲ ἕτερον ἄλλην τε ἄλλο χρῆσιν καὶ ἄλλο γλώττης ἀκούειν θεῖκὴν διηχούσης ἐνέργειαν, ἄνθρωπος δὲ καὶ λόγων καὶ διαίτης κοινωνῆσαι Θεῷ, καὶ οὕτω πάντα τῷ ξένῳ
B λαμπρυνθῆσαι ἁγιασμῷ, τούτου ῥᾷστα καὶ ὁτουοῦν δίχα πόνου τυχεῖν διὰ τῆς πανάγνου δεδύνηνται. Μήτε γὰρ ἑτέρωσε μεταστάντων, μήτε τῶν εἰωθότων διαζευχθέντων, μήθ' ἑτέρῳ συντυχόντων ἀήθει τόπῳ ἢ τρόπῳ, ἀλλὰ πάντων ἐφ' ἅπασι κατὰ χώραν μενόντων· μετ' αὐτῶν ἡ πολυύμνητος καινόν τινα τρόπον ἐνωθῆναι τὸν Κτίστην πεποίηκε.

XXIA. Hæc porro sunt hodiernæ solemnitatis et donum et fructus. Hodierna hæc salutatio novorum miraculorum effectrix exstitit. Hic faustus Gabrielis nuntius alterum priore splendidiorem solem rebus omnibus fecit illucescere. Hæc compellatio, terrestrem discindens tuniculam, indumento divinitus elaborato homines circumvestivit. Hæc allocutio est veterum ænigmatum explicatio. et novarum novellæ ætatis gratiarum exsistit splendor. Hæc vel ante œconomiæ exitum, Salvatoris scilicet resurrectionem, venerandis illis viris, qui apud inferos sedebant, jucunditatis causa exstitit et lætitiæ. Sicut enim in terra degentes hanc sane omnium jucundissimam annuntiationem præcinuerant, sic haud plane potuit, ut puto, eos vel in inferis suavissimum hoc nuntium latere. Cum vero agnoverunt de nova illa allocutione, atque eam, cum Gabriel voces illas protulit, quodammodo audierunt, par sane erat, ut gauderent et exsultarent, quippe qui proximam conspicerent libertatem. Hoc nuntium denique, ne plura dicam, creaturis omnibus hilaritatem conciliavit.

ΚΘ'. Ταῦτα δὲ τῆς παρούσης δῶρον καὶ γέννημα πανηγύρεως. Ὁ νῦν ἀσπασμὸς τῶν καινῶν γέγονε θαυμάτων δημιουργός. Τὸ τοῦ Γαβριὴλ εὐαγγέλιον ἥλιον ἄλλον, τὸν προτέρου λαμπρότερον, πᾶσιν ἐπιλάμψαι πεποίηκεν. Αὕτη ἡ προσλαλιὰ, τὸν χοϊκὸν διαῤῥήξασα χιτωνίσκον, θεουργικὸν ἔνδυμα
C περιέβαλλε τοὺς ἀνθρώπους. Τοῦτο τὸ πρόσρημα τῶν πρὶν μὲν κήρυγμα αἰνιγμάτων· νέων δὲ νῦν χαρίτων ἀγλάϊσμα. Τοῦτο καὶ πρὸ τοῦ συμπεράσματος, λέγω δὲ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἀνάστασιν, τοῖς κάτω σεμνοῖς ἀνδράσιν ἡδονὴ καὶ χαρίεν κίνημα. Ὡς γὰρ ἐπὶ γῆς οἷα προφῆται τοῦτο δὴ τὸ πάντων χαριέστατον διάγγελμα προηγόρευον, οὕτω δὴ καὶ ἐν ᾅδῃ ἀγνοεῖν, οἶμαι, οὐκ εἶχον τὸ τερπνότατον εὐαγγέλιον. Εἰδότας δὲ, καὶ τῆς καινῆς ὥσπερ ἀκηκοότας προσρήσεως, ὅτε ὁ Γαβριὴλ ἐφώνει, χαίρειν εἰκὸς καὶ σκιρτᾷν, ὅτι τὴν ἐλευθερίαν ἤγγικεν ἐνοπτριζόμένους. Τοῦτο τὸ μήνυμα, ἵνα μὴ πολλὰ λέγω, φαιδρὰν ἀπειργάσατο πᾶσαν τὴν κτίσιν.

XXX. Id vero perspicue testatur, et hæc inter anni tempestates pulcherrima, quæ rebus omnibus præstantissimam status mutationem et veluti vitæ redintegrationem benefice clargitur, quodammodo nempe erubescens, si quibus potest indiciis, illud gaudii nuntium splendide celebrandum non ostendat: ac ne quis eam, ut ita dicam, improbitatis incuset, annuntiare perspicue sua venustate studet, nunc illud redire tempus, quo creaturis omnibus gaudium affulsit.

Et sane nunc nubem, veluti gramiam quamdam, *e radiis suis sol* abradit, splendidioremque emittit

D Α'. Παρυπογράφει δὲ τὸ σαφὲς καὶ ἡ καλλίστη τῶν ὡρῶν ἥδε, δι' ὧν πᾶσι βελτίστην μεταβολὴ καὶ ἀναβίωσιν οἱονεὶ χαρίζεται, ὥσπερ οἰδουμένη, εἴ γε μὴ λαμπρὸν, δι' ὧν ἔχει φαίνειν, τὸ τῆς χαρᾶς ἐκεῖνο μήνυμα ἐπιδείξῃ· καὶ ὡς εἰπεῖν, ἵνα μὴ τις ἀγνωμοσύνης αὐτὴν γράψαιτο, τῇ παρ' ἑαυτῆς καλλονῇ σπεύδει τρανῶς διαγγέλλειν ὡς οὗτός ἐστιν ὁ καιρὸς, καθ' ὃν ἡ παγκόσμιος ἐπίστηχαρά.

Νῦν γὰρ ἥλιος τῆς ὀκτῖνος ὡσπερεὶ λήμην τὸ νεφῶδες ἀποξέει, καὶ διαυγεστέραν ἀφίησι τὴν λαμ-

πηδόνα, καὶ ὑπὲρ γῆν ἄρχεται πλεῖον προσγειτονεῖν, ἅπασι μονονοὺ προσφωνῶν τὴν τοῦ νέου καὶ μεγάλου τοῦδε φωτὸς ἐπιφάνειαν, καὶ ὡς ἄρτι καὶ αὐτὸς τὴν ἀνακαίνισιν δέχεται, καὶ ὑπὸ νῶτα κρύπτειν τῆς γῆς βραχέα βούλεται, τὴν ἀκτῖνα.

Νῦν οὐρανὸς, οἷον ἱμάτιον ἑαυτὸν περιβάλλων καινὸν, σκυθρωπότητα μὲν περιδύεται, διαύγειαν δὲ ἀμφιέννυται, καὶ ὡσανεί τινα κόσμον τῆς οἰκείας ἐσθῆτος τοὺς ἀστέρας προβάλλει, ποικίλου τε καὶ διαλαμπῆ εἰκόνα προθεὶς ἑαυτὸν, οἷς ἔπιπλα ποικίλλειν ἐσπούδασται· καὶ νῦν μᾶλλον ἢ πρὶν Θεοῦ διηγεῖσθαι δόξαν γράφει.

Νῦν γῆ βοτάνας ἀνίησιν εἰς κάλλος ξένον καὶ οἷον ἀμίμητον, τῷ πολυειδεῖ τῶν χροῶν ἐξυφαίνουσα, καὶ τοῖς ζωγραφεῖν αἱρουμένοις ἀνθουργικὰ βάμματα χορηγοῦσα, δ' ὧν τοῖς ζωγραφικοῖς ἔνεστι πλάσμασι διαμιλλᾶσθαι πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Ἱλᾶσι τε φυτοῖς ἀναβιῶναι παρακελεύεται, καὶ τὸ λαμπρὸν ἐξυμνεῖν τῆς πανηγύρεως. Χαίρει δὲ τοῖς παρ' ἑαυτῆς ἄνθεσι στολιζομένη, καὶ ἑαυτὴν στρωμνὴν ὑποτίθησιν ἐπιεικῆ, ἢ πρὶν ἀνήμερος ἦν.

Νῦν θάλασσα, οἷα πρὸ μικροῦ πολεμία, τοῖς κύμασι τὴν γείτονα τύπτουσα γῆν, ἀπειλεῖν τὰ δεινὰ παυσαμένη, γελῶσα, τὰς διαλλαγὰς ἐπιζητεῖ, ὡς ἄρτι πᾶσιν ἐπέδραμε μαρτυροῦσα, ἡ πάντα νοῦν ὑπερέχουσα εἰρήνη. Νῦν ἀὴρ ἥπιον διηχεῖ τὴν ἀφιλάνθρωπον πνοὴν, καὶ μεγαλόκροτον ἐκτιναξάμενος βροντὴν, καὶ οἱονεὶ τιθασσῶς ἐπιπνέων, τῶν οἰκίσκων πάντας καὶ καταδύσεων ἐκκαλεῖται, φίλα προσπνεῖν ὑπισχνούμενος.

Νῦν τετραπόδων μὲν ἀγέλαι σκιρτῶν, καὶ τῇ μητρὶ γῇ προσπαίζειν, καὶ πωλικῶς ἐνάλλεσθαι διανίστανται. Νεοττῶν δὲ γένη τὸ πτερὸν ἄπονον ἐφαπλοῖ πρὸς ἀέρα· καὶ μουσικῶς κιθαρίζειν ἑτοιμάζεται τὰ ποικιλόφωνα, χαίρειν ἐκ τούτου πάντα διασημαίνοντα. Καθάπερ καὶ ἄνθρωποι, δι' ὧν νῦν μὲν τοῦ σώματος ἀποτιθέμεθα τῶν ἐνδυμάτων τὰ πλείω, δι' ὧν δὲ πλεῖν καὶ στρατηγεῖν ἀρχόμεθα, καὶ πρὸς ἀποδημίας ἕεσθαι, καὶ ὅλως χεῖρα καινοῖς ἐπιβάλλειν ἔργοις· ὅτι νῦν τὸ βαρὺ τῆς παλαιότητος, διαγγέλλομεν, ἀπεξέσθη, καὶ ἀνάπλασις διηρτίσθη, καὶ χαρὰ ἐξεχύθη, δι' ἣν ἄλλος ἀλλῳ, καθάπερ κήρυξ τόπους διιὼν, χαίρειν διακελεύεται, καὶ τῆς ἑνώσεως δίδωσι καὶ ἀντιλαμβάνει τὰ συναλλάγματα.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ἵνα τὴν ἐκκενωθεῖσαν ἐκείνην δείξῃ, καὶ τὰ πέρατα διαλαβοῦσαν χαρᾶς εὐωδίαν, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· καὶ οὐδέποτ' ἂν μηνύειν τὰ τῆς χάριτος σύμβολα κατοκνήσαιεν, ἕως ἂν ἡ καινοτάτη καὶ γήρως κρείττων ἀνάπλασις ἐκδέξηται τελευταίαν, ἧς ἡ τρυφὴ τοῦ μυστηρίου τοῦδε καρπός.

A fulgorem, ac propius terram cursum suum incipit instituere, omnibus propemodum elata voce annuntians novi hujus ac magni luminis ortum, et quomodo ipse quoque nunc innovetur, nec radios suos sub terræ dorsum longioribus horis patiatur abscondi.

Nunc cœlum velut novo se indumento amiciens, tetricam deponit faciem, hilaritatemque assumit, et quemdam veluti suæ vestis ornatum stellas profert, sese varietate venustum ac nitidum exhibens in exemplar iis qui supelloctili variegandæ operani navant ; et nunc magis quam antea se Dei gloriam enarrare testatur.

Nunc tellus gramina in miram ac nulli imitandam pulchritudinem profert, multiplici varietate suam B contexens superficiem, atque illis, qui cupiant pingere, ex ipsis floribus colores porrigens, per quos claborata pictorum opera cum ipsa rerum veritate certare queant. Tum ut arbores omnes reviviscant, ac solemnitatis hodiernæ concelebrent splendorem edicit. Lætitiam vero prodit, suis semetipsam floribus exornans, quæque horrore squalebat, sese nunc stratum congruum supponit.

Nunc mare, quod fluctibus adjacentem terram instar hostis paulo ante feriebat, gravia minari cessans, ac ridens, reconciliationem quærit, sic testimonio suo confirmans, jam pacem illam omnibus advenisse, *quæ omnem sensum exsuperat* [94]. Nunc aer, inclementes ventos ac perstrepentem tonitrum ablegans, leniter susurrat, ac mansuete aspirans omnes quodammodo evocat e domunculis atque e latebris, jucunde sese promittens C aspiraturum.

Nunc quadrupedum greges assurgentes exsultant, et matri terræ alludunt ac pullorum more tripudiant. Volucrum vero recens enatarum quotquot sunt genera, alas per aera sine labore expandunt ; et quæ suavitate varii cantus excellunt, jamjam se parant, ut musicos concentus veluti ad citharam modulentur, suumque per hæc gaudium una omnes significent. Nec dissimili ratione nos quoque homines per hanc anni tempestatem hinc quidem plura illa corporis indumenta abjicimus, inde autem et navigare et bella suscipere, et iter aggredi, et universim novis operibus manum admorere incipimus ; quandoquidem nunc vetustatis pondus, uti annuntiamus, sublatum est, et renovatio per- D fecta, et diffusum est gaudium, propter quod alius alium, veluti præco varias peragrans regiones, gaudere jubet, fœderisque atque amicitiæ pignora dat et vicissim accipit.

Et hæc quidem ita se habent, ut palam faciant, suavem illam gaudii fragrantiam effusam jam esse, et ad terræ usque fines sese protendisse ; nec unquam ista collatæ gratiæ symbola a monendi officio pigritabunt, quousque novissima illa et senectutis nescia regeneratio demum advenerit, cujus fruitio est hujusce mysterii fructus.

[94] Philipp. IV, 7.

XXXI. Nos autem, e quibus orta est Virgo illa omni laude dignissima, commune illud omnium delicium, et propter quos fecit illi magna qui potens est, sicuti gaudium recipimus, sic illi, quæ gaudere dedit, vicem reddamus, non modo ea ratione quam a Gabriele edocti sumus, illam compellantes, sed interiora quoque nostra expurgantes, et omne a nobis vitium procul expellentes ; ut purificati cœnam possimus gustare, dapes, inquam, illas novas et purissimas, quas hæc salutatio miro modo apparavit. Sic enim quam maxime gaudet illa super omnes gloriosa, si de mensa illa, de carnibus scilicet unigeniti Filii sui satiatos nos videat. Cum enim hac de causa purissima illa in terram advenerit, et sua ipsius carnea tunica Salvatorem induerit, ut idem Salvator ejusmodi cœna nobis fieret, et per cognatam nobis ejusdem Virginis carnem ad Deum (quod assequi sine Deipara non poteramus propter peccatum) accederemus, gaudet sane, cum nos eadem mensa fruimur, quam ipsa idcirco paravit, et propter quam cuncta illa horrenda mysteria mirabiliter peracta sunt, et per quam ex hominibus in deos ipsius doni virtute transmutamur.

ΛΑ'. Ἡμεῖς δὲ, ἐξ ὧν ἡ πολυύμνητος, τὸ κοινὸν ἐντρύφημα, καὶ ὑπὲρ ὧν ὁ δυνατὸς τὰ μεγαλεῖα διέπλεξε μετ' αὐτῆς, καθάπερ ἐδεξάμεθα τὴν χαρὰν, οὕτως ἀντιδῶμεν τὸ χαίρειν τῇ παρασχούσῃ, οὐ τὴν τοῦ Γαβριὴλ μόνον μύησιν προσφωνοῦντες, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς ἔνδον ἐκκορσοῦντες, καὶ ὑπερόριον πάντα ποιοῦντες κίβδηλον τρόπον, ὡς ἂν τοῦ δείπνου γευώμεθα καθαρῶς, τῆς ξένης καὶ πανάγνου τροφῆς, ἣν ὁ ἀσπασμὸς ἐκαινούργησεν οὗτος. Οὕτω γὰρ ἡ ὑπερένδοξος μάλιστα χαίρει, τῆς τραπέζης ἐκείνης, τῶν τοῦ μονογενοῦς αὐτῆς Υἱοῦ σαρκῶν ἐμφορουμένους ὁρῶσα. Ἐπεὶ γὰρ διὰ τοῦτο καὶ εἰς γῆν ἦλθεν ἡ Πάναγνος, καὶ τὸν σαρκικὸν ἑαυτῆς χιτῶνα τον Σωτῆρα ἐφόρεσεν, ἵν' ἡμῖν ὁ Σωτὴρ τοῦτο γένηται δεῖπνος, καὶ διὰ τῆς συγγενοῦς ἡμῖν αὐτῆς σαρκὸς Θεῷ πλησιάσωμεν, οὗ τυχεῖν δίχα τῆς Θεοτόκου δι' ἁμαρτίαν οὐκ εἴχομεν, χαίρει πάντως ταύτῃ χρωμένων ἡμῶν τῇ τραπέζῃ, ἣν ἡτοίμασε διὰ τοῦτο, καὶ δι' ἣν τὰ φρικτὰ πάντα ἐκεῖνα ἐτελεσιουργήθη μυστήρια, καὶ δι' ἧς ἐξ ἀνθρώπων εἰς θεοὺς τῷ δώρῳ μεταποιούμεθα.

XXXII. Porro si Virgini hæc erat gaudendi ratio, grave profecto haberet illa gratia plena, si contra fieret, si nos videlicet procul a sacra mensa sedeamus, cum tamen fame laboremus ; quod sane abalienatio est a Deo, et vitæ ablatio. *Qui enim*, inquit, *manducat meam carnem et bibit meum sanguinem in me manet et ego in illo* [95]. Et : *Qui manet in me et ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere* [96]. Et : *Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, et arescet, et colligent eum, et in ignem mittent, et ardet* [97]. Qui itaque horum non fit particeps, hic quidem a Deo fit extorris, et, eheu ! porcorum armentarius una cum scelerato dæmone evadit. aut etiam postremo materia gehennæ incendiis apta. Et rursus : *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis ejus sanguinem non habebitis vitam in vobis* [98]. Et merito quidem ; sicut enim qui consueta ad vivendum adminicula negligit, corporalem quoque vitam amittit, pari modo qui istis non pascitur, mortuus est, miserabilis, expers veræ vitæ, et tormenta sibi ipse parat æterna.

ΑΒ'. Εἰ δὲ τὸ χαίρειν ἐκεῖθεν, ἀνιαρὸν ἂν εἴη τοὐναντίον τῇ κεχαριτωμένῃ, ὅταν τῆς ἱερᾶς τραπέζης πορρῴω λιμώττοντας καθίσωμεν ἑαυτούς, ὅπερ ἐστὶ Θεοῦ ἀλλοτρίωσις καὶ ζωῆς ἀναίρεσις. Ὁ γὰρ τρώγων μου, φησὶ, τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει κἀγὼ ἐν αὐτῷ· καὶ, Ὁ μένων ἐν ἐμοὶ κἀγὼ ἐν αὐτῷ, οὗτος φέρει καρπὸν πολὺν, ὅτι χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν· καὶ, Ἐὰν μή τις μείνῃ ἐν ἐμοὶ, ἐβλήθη ἔξω ὡς τὸ πλῆμμα, καὶ ἐξηράνθη, καὶ συνάγουσιν αὐτὰ, καὶ εἰς τὸ πῦρ βάλλουσι, καὶ καίεται. Ὁ δὲ μὴ τούτων ἄρα μεταλαμβάνων Θεοῦ μὲν γίνεται μακρὰν, χοίρων δὲ, φεῦ ! μετὰ τοῦ ἀλάστορος ἀγελάρχης καθίσταται, ἢ τὸ τελευταῖον φεέννης ὕλη. Καὶ πάλιν· Ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς. Εἰκότως· ὥσπερ γὰρ ὁ τῆς συνήθους ἀποστὰς διαίτης καὶ τῆς σαρκικῆς διίσταται ζωῆς, τὸν ἴσον τρόπον ὅ γε μὴ κἀκεῖνα σιτούμενος νεκρὸς, ἐλεεινὸς, ζωῆς ἀμοιρος ἀληθοῦς, καὶ βασάνων ἑαυτῷ πρόξενος αἰωνίων.

XXXIII. Quoniam vero gaudium induxit eadem hæc salutatio quæ et novum partum intulit ; hic vero partus factus est nobis mensa suavissima, et indesinentis vitæ principium ; nos quoque gaudio mentes nostras repleamus, una cum Gabriele illud *Ave* Dei matri acclamantes, atque *Ave*, dicentes, *gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.*

Obsecremus autem purissimam illam, ut et vivificam illam digne participemus alimoniam, quam præsens nobis gaudium attulit, et cujus virtute nobis dabitur in æternum gaudere. Propter hoc

ΑΓ'. Ἐπεὶ δὲ χαρᾶς μὲν πρόξενος ὁ νῦν ἀσπασμὸς, ὅς καὶ τὸν καινὸν προήγαγε τόκον, οὗτος δὲ τράπεζα ἡμῖν ἡδίστη, καὶ ζωῆς ἀληκτου αἰτία κατέστη, χαράς μὲν καὶ ἡμεῖς τὰς ἡμετέρας ἐμπλήσωμεν ψυχάς· Χαῖρε, τῇ μητρὶ τοῦ Θεου, τῷ Γαβριὴλ συμβοηγγόμενοι· Χαῖρε, λέγοντες, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ· εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί.

Δεηθῶμεν δὲ τῆς πανάγνου, ὥστε καὶ τῆς ζωοποιοῦ τυγχάνειν ἀξίως τροφῆς, ἣν ἡ παροῦσα ἀνῆκε χαρὰ, καὶ δι' ἣν ἡμῖν αἰωνίως τὸ χαίρειν. Χαίρει δὲ ἄρα καὶ ἡ ὑπερένδοξος διὰ τοῦτο, καὶ ὁ ταύτης

[95] Joan. VI, 57. [96] Joan. XV, 5. [97] Ibid. 6. [98] Joan. VI, 53.

Υἱός· καὶ εἴη πάντας ἡμᾶς κοινωνοὺς τῆς ἀληήκτου γενέσθαι χαρᾶς, πρεσβείαις τῆς κεχαριτωμένης καὶ Θεοῦ μητρὸς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ Πατρὶ καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ αὐτοῦ Πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A porro et supergloriosa illa gaudet, ejusque filius, et utique contingat, ut nos omnes perennis gaudii compotes efficiamur ; precibus ejusdem gratia plenæ ac matris Dei Salvatoris nostri Jesu Christi, quem decet gloria omnis, honor et adoratio una cum sempiterno ejus Patre, sanctissimoque et bonorum ac vitæ datore ejus Spiritu, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

IN SEQUENTEM SERMONEM EDITORIS PATROLOGIÆ MONITUM.

Quanquam sequens homilia nonnulla præclara testimonia de sanctitate et gloria B. M. V. *contineat ex gr. n° 2, ubi beata Virgo dicitur* μετὰ Θεὸν πρώτη, Post Deum prima, seu altera a Deo : *nihilominus fatendum est eam plerumque humilem et vulgarem sensum referre ; neque ubique consentire doctrinæ quam Isidorus Thessalonicensis alibi verbis luculentis professus est. Imo crederem illam homiliam, qualem R. P. Ballerini exhibuit, a manu Isidori non esse profectam, sed ob imperito scriba consutam fuisse. Profecto a n° 29 incipit nova narratio a præcedente oratione prorsus aliena et alieno calamo exarata. Denuo a n° 52 nova exoritur narratio de symbolo palmæ quæ præcedentibus non cohæret ; et n° 3 beata Virgo dicitur obnoxia fuisse peccato originali, quod quidem Isidorus Thessalonicensis ex industria negat in homilia* II, *quæ est* in Præsentationem Deiparæ, *pag.* 36, *ed. Maracci, ubi asserit beatam Virginem ex mortalibus* solam *esse quæ cum Davide dicere non debeat :* Et in peccatis concepit me mater mea. *Inde infero homiliam illam, prout a R. P. Ballerini edita est, Isidoro Thessalonicensi tribui non posse ; etsi fortasse aliqua ex parte ipsius sit. Placet tamen eam totam excudere, qualem exhibet editio Balleriniana, ut de ipsa unusquisque pro ubitu judicare possit.* J.-B. M.

ΛΟΓΟΣ Δ'.

Εἰς τὴν πάνσεπτον κοίμησιν τῆς παναχράντου Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας.

Α'. Εἰ δὲ οὐρανοῦ κάλλος καὶ αὐγὴν ἡλίου φαιδρὰν οὔτ' ἐσίγησεν ἐωρακὼς, καὶ θαυμάσας οὐχ ἱκανὸν ἀπέδωκε τῇ μεγαλουργίᾳ τὸν κρότον, καὶ διὰ τοῦτο, ἕως ἂν ὀρᾷ, καὶ ἄκων ἐκφέρει τὸ θαῦμα· πῶς ἂν τῇ πολυυμνήτῳ μητρὶ τοῦ Θεοῦ οὐχ ἑκάστοτε πλέκειν δίκαιον εἴη τὸν ὕμνον, εἰ καί τις πολλάκις τοῦ τοιοῦδε χρέους ἐκτινὺς ἔρθασε κέρματα ; Εἰ γὰρ, ὅτι φωτὸς μὲν ἥλιός ἐστι χορηγὸς, οὐ φαῦλον δὲ δυνάμεως ὄργανον ζωογόνου, οὐρανὸς δὲ τῇ τῶν ἀστέρων λαμπρὸς ποικιλίᾳ, καὶ τῷ μεγέθει εἰκοντα πάντα τιθεὶς ἑαυτῷ, διὰ ταῦτα τὸν ἔπαινον ἕλκουσιν· ἡ τὸ ἀληθινὸν καὶ ἀσβεστον φῶς ἀνατέλλει τοῖς πέρασι, ζωῆς τε τῆς ἀλήκτου δίσκος ὀίδεικται φαεινότατος, οὐρανοῦ δὲ καὶ ὥραν ἡττᾶσθαι ποιεῖ καὶ μέγεθος, ὅτι καὶ ἐραστὴν ἔσχε, καὶ παντὶ τὸν ἀχώρητον ἐχώρησε, τίνα ἂν εὐφημίαν οὐκ ἀεὶ καλέσει *a* παρ' ἑαυτῇ ;

SERMO IV.

In summe venerandam dormitionem immaculatissimæ Dominæ nostræ Dei Genitricis et semper virginis Mariæ.

I. Si quisquis pulchritudinem cœli et fulgidum solis jubar contemplatur, etsi, dum stupore percellitur, haud pares magnificentiæ operis laudes persolvat, continere tamen linguam non solet, atque adeo quandiu ea contueatur, miraculum vel invitus extollit ; quomodo non æquum fuerit omni laude dignissimæ Dei Matri indesinenter hymnos nectere, utut jam sæpius hujusmodi debitum aliqua ex particula solvere quispiam studuerit ? Nam si sol, propterea quod lucem suppeditat, ac genitalis virtutis fecundum est instrumentum, cœlum vero, quia vario ac multiplici nitet stellarum decore, ac reliquae mnia magnitudine longe superat, suam idcirco laudem habent ; ad quænam enimvero sui præconia in omne tempus illa non provocabit, quæ ad extremos usque terræ fines veram et exstingui nesciam lucem emittit, ac sol splendidissimus (1) indeficientem vitam tribuens, apparuit, ac cœlos denique tum venustate vincit tum amplitudine (2), postquam et ad amorem sui pellexit, et in se continuit eum qui nullibi contineri potest ?

Β'. Εἰ δὲ τὸ ἐπαινεῖν ἐκεῖνα Θεῷ προσάγει τὸν κήρυκα· Θεοῦ γὰρ δόξαν καὶ οὐρανὸς φιλοσοφεῖ,

II. Quod si laus illis tributa laudatorem ipsum ad Deum erigit ; nam cœli quoque Dei gloriam

Ant. Ballerini notæ.

a Cod. καλέσαι.

(1) Vide sanctæ Virgini tributam eam laudem, quæ proprie soli Christo reservari solet, ut sub splendidissimi solis symbolo designetur.

(2) Cœlos vicisse dicitur Maria non solum amplitudine, quippe quæ sinu suo inclusum gestavit eum, quem (III *Reg.* VIII, 27) *cælum et cæli cælorum capere non possunt*, verum etiam venustate. Id vero haud levis est momenti ; quandoquidem ex omnium sententia ea haberi ac dici solet cœli venustas, quæ nunquam per se non sit nitentissima, et cuivis corruptioni inaccessa.

edocent [1], et hæc gloria collaudantem adducit ad Deum; profecto cum nulla alia re magis quam intemeratissimæ hujus ope conjungi Deo quispiam possit; hac quippe nihil ex omnibus Deo similius(3), nihil vicinius Deo reperire licet; næ minus sapienter ille ageret, qui aliud quidpiam priusquam hanc immaculatissimam et alloquendum,et colendum, et encomiis exornándum arbitraretur. Sicut ergo angeli, quandoquidem expressiorem ac nos cum Deo similitudinem,utpote materiæ expertes(4), gerunt, non intermissa illi laudis cantica modulantur; pari profecto ratione et nos eam, quam alteram a Deo suspicimus (5), et per quam fortunate nobis uberem Dei benignitatem experiri contigit, quoniam communis insuper cum illa nobis est natura, incessantibus, si fieri possit, hymnis extollere ac celebrare debemus.

A αὕτη δὲ ἡ δόξα πρὸς Θεὸν ἀνάγει τὸν ἐπαινέτην· ὅταν οὐκ ἄν τις ἑτέρου μᾶλλον οὐδενὸς ἢ διὰ τῆς παναχράντου Θεῷ συναφθείη, ἧς οὔτε παραπλήσιον, οὔτ' οὐδὲν τῶν ἁπάντων Θεῷ πλησιέστερον, σχολῇ γ' ἂν εὖ φρονῶν καὶ προσλαλεῖν καὶ προσκεῖσθαι, καὶ κοσμεῖν ἐγκωμίοις, ἄλλο πρότερον ἡγήσαιτο τῆς Παναγνου. Καθάπερ τοίνυν ἀνύσταατος ἀγγέλοις δόξα μελῳδεῖται Θεῷ, ὅτι καὶ κρεῖττον ἢ ἡμεῖς διὰ τὸ τοῦ Χοὸς ἄμικτον ἐκείνῳ τὸ ἐμφερὲς σώζουσιν· οὕτω δἠπουθεν τὴν μετὰ Θεὸν πρώτην, δι' ἧς ἡμῖν ἀφθόνως τῆς τοῦ Θεοῦ τυχεῖν ἐξεγένετο φιλανθρωπίας, διότι καὶ ταύτῃ κατάλληλα τὰ ἡμέτερα, ἀσίγητ' ἐξυμνεῖν, εἰ οἷόν τε, καὶ πανηγυρίζειν ὀφείλεται.

Porro cum multa sint et magna,e quibus mutuari quispiam lucem possit, dum ad collaudandam Virginem et mentem et linguam excitat, maximum sane, et laudatorum ipsum ad cœlos ac divina e terrenis erigens,est etiam Virginis ad Deum transitus, ad quem celebrandum solemnis hic conventus agitur. Sicut enim omnia, quæ ad laudatissimam hanc spectant (6), ejus nempe inter homines ortus, admiranda in augusti templi recessibus commoratio, alimentum non e terræ fructibus sed e cœli penore suppeditatum, mirifica divini nuntii Gabrielis salutatio, novus atque ineffabilis partus, lac præter leges naturæ manans, et cætera alia, quæ partim quidem,utpote quæ vel omne excedant miraculum, splendidissime celebrantur,partim vero incelebrat[a] etiam manent, quippe quæ etsi aliorum hominum eximia quæque longe prætergrediantur,præcelsioribus tamen ejusdem magnalibus vincuntur; sicut ergo illa omnia ejusmodi sunt,ut quovis altiora sint sermone,utut ad æthera hic sublimitate sua ac super cœlos discurrere videatur; eodem plane modo et splendida Virginis Dei Genitricis dormitio excellentissimis magnificisque Dei operibus conserta reperitur.

B Πολλῶν δὲ ὄντων καὶ μεγάλων, ὅθεν ἂν τις διαυγασθείη, καὶ νοῦν καὶ γλῶσσαν περὶ αὐτῆς διυπνίζων, κομιδῇ μέγιστον, καὶ ἀπὸ τῶν γηΐνων πρὸς οὐρανόν τε καὶ θεῖα φέρον τὸν ὑμνητήν, καὶ ἡ πρὸς τὸν Θεὸν τῆς Παρθένου μετάστασις, δι' ἣν ἡ παροῦσα πανήγυρις. Καθάπερ γὰρ τὰ κατὰ τὴν πανύμνητον ἅπαντα, ἡ πρόοδος ἡ εἰς ἀνθρώπους, ἡ ἐν τοῖς ἀβάτοις τοῦ σεβασμίου τόπου ξένη διατριβή, ἡ οὐκ ἐξ ὧν φύει Χοῦς, ἀλλ' οὐράνος, Χορηγηθεῖσα τροφή, ὁ τοῦ Θείου Γαβριὴλ ὑπερφυὴς ἀσπασμός, ὁ καινὸς καὶ ἀπόῤῥητος τόκος, ἡ τοῦ γάλακτος παράδοξος βλύσις, καὶ τἄλλα, ὧν τὰ μὲν ᾄδεται περιφανῶς, ἅτε δὴ καὶ θαύματος πέρα, ἔστι δὲ ἃ καὶ ἀκήρυκτα μένει, ὡς ἥττω τῶν παρ' αὐτῆς ὑψηλῶν, εἰ καὶ μείζω τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, ὡς ἐκεῖνα τοίνυν τοιαῦτα, οἷα λόγον ἐλέγξαι πάντα, κἂν εἰς C ἀ'θέρα καὶ ὑπὲρ οὐρανοὺς ῥητορεύῃ· τὸν ἴσον ἄρα τρόπον καὶ ἡ λαμπρὰ κοίμησις τῆς Θεοδόχου κόρης ὑπερφυέσι καὶ σεμναῖς συνδέδεται θεουργίαις.

[1] Psal. XVIII, 1

Ant. Ballerini notæ.

(3) Ut probe assequaris, quid sibi velit hæc Virginis cum Deo similitudo, fac ea relegas, quæ ex ejusdem Isidori *Homilia in Nativitatem Virginis* (§ 18, part. I, pag. 238-239) subjecisse hic juverit: *Quod vero*, inquit, *pertinet ad hanc ab omni peccato immunitatem, nemo magis quam innocentissima illa* (sancta Virgo Maria) *similitudinem cum Christo gessit; oportebat enim, ut plus quam alius quilibet, genito genitrix assimilaretur. Merito igitur eadem illa innocentissima quibuslibet hominibus, quantum nec fari licet, purior prædicatur; ac proinde sola inter homines fuit plane incorrupta.*

(4) Inferre et ex his licet,Græcos per Isidori ætatem nihil detulisse opinioni illi quorumdam veterum,qui a communi sententia de natura angelorum plane materiæ experte discessisse videntur.

(5) Communissimam hic habes expressam SS. Patrum sententiam, Virginem Deiparam in universis creaturis, post Deum, primatum obtinere.

(6) Perpende vim sententiæ, *omnia* nempe quæ ad Virginem gloriosam pertinent, ejusmodi esse, ut quamlibet humanam laudem nobilitate sua vincant. Erit enim fortasse, cui videbimur nimium quid nobis præsumere, si ex eo effato originem *quoque Virginis Deiparæ* nobilissimam fuisse concludamus: quasi hoc perinde sit, ac plus æquo auctorum verba urgere,illasque eisdem sententias affingere, de quibus ne cogitaverint quidem. Atqui mox sequentia ostendunt Isidorum inter admiranda illa etiam primordia sanctæ Virginis diserte enumerasse. Et si ulterius quæras quidnam mirandum in primordiis Virginis Isidoro visum fuerit, ipsum adi in homilia *de Præsentatione Deiparæ*, atque ipso proclamante audies (§ 13, part. I, pag. 434-435), inter magnalia illa, pro quibus gratiarum canticum Virgo beata Deo obtulit, et hoc esse enumerandum, quod affirmare de se ipsa potuerit: *In iniquitatibus concepta non fui..... Solam non concepit in peccatis me mater mea.* Quod ergo spectat ad interpretandas generaliores quasdam SS. Patrum sententias, quæ diserte non exprimunt originem Virginis a peccato immunem, aptissime tamen generalitate sua eamdem prærogativam comprehendunt, non ii reprehendendi sunt, qui nativæ sententiarum vi adhærentes, expresse ea consectaria eliciunt, quæ virtualiter in iis continentur, sed illi citius dicendi sunt peccare, qui obvium sententiarum sensum, nativamque amplitudinem ad lubitum coarctare fas sibi ducunt.

Γ'. Ἀλλ' ἵνα τι μικρὸν ὁ λόγος προθειωρήσῃ, ἡ πάνἀγνος ἐπείπερ εἰς βίον ἦκεν, ἵνα τὸ παράδοξον ἐκεῖνο διαπλέξῃ τερᾶστιον, τό γε τὴν δουλικὴν τῷ Δεσπότῃ περιθεῖναι μορφὴν, καὶ εἰς ἐνωτικωτάτην καὶ ὑπὲρ λόγον εὔνοιαν [*forte* ἔννοιαν] τὸν Πλαστὴν συνάψαι τοῖς πρὶν ἀποκηρύκτοις καὶ πολεμίοις ἀνθρώποις, ἑαυτὴν ἐξεικόνιζε, καὶ σαφῶς διεμόρφου, οἷά τις ἀγαθὸς ζωγράφος, πρὸς τὴν τοῦ Δημιουργοῦ καὶ Υἱοῦ αὐτῆς εἰκόνα ὁρῶσα. Ὥσπερ γὰρ ὁ Κτίστης, τὸν χοϊκὸν ἀναβαλλόμενος παρ' αὐτῆς χιτῶνα, ταπεινὰ καὶ τοῦ χοὸς ἄξια εἰς γῆν ἐνεδείξατο· καὶ τέκτονος γὰρ ἤκουσεν υἱὸς, καὶ λαπρὰν οὔτ' ᾠκείωσεν οἰκίαν, ἀλλὰ καὶ ἀλωπέκων πενέστερος (*b*), ποῦ κλῖναι οὐκ εἶχε τὴν κεφαλὴν, καὶ παῖδα πρὸς ὑπουργίαν οὔτ' ἐπρίατο· αὐτός τε ἦν ἐξυπηρετῶν τῇ μητρὶ, καὶ πάντα ποιῶν, ὧν ὀλιγωρεῖν οὐκ ἐᾷ τὸ φίλτρον φιλοστόργως τοκεῦσιν ὑποτασσόμενον, καὶ ἔτι πένησι πένητα, Ἰτωχὸς γὰρ εἰμι ἐγὼ, καὶ ἐν κόποις ἐκ νεότητός μου· οὕτω καὶ ἡ ἱερὰ Μητροπάρθενος, τῶν ἴσων ἰχνῶν ἐχομένη, ὄγκον τε ἠγάπησεν οὐδένα, μήτε παιδίσκας, μήτε θεραπείαν ἡντιναοῦν δεσποινικῶς ἑαυτῇ παραστήσασα, καὶ βίον εἵλκεν εὐτελῆ διαζῶσα· ἑαυτῇ μὲν οἴκοι μονῇ χρωμένη ἑαυτῆς διακόνῳ· ἦν δὲ ἔξωθεν ἐδεῖτο παραμυθίας, χορηγῷ τῷ πάντ' ἀρίστῳ καὶ ὑπὲρ πάντας μαθητῇ φιληθέντι, Ἰωάννῃ τῷ παρθένῳ, ὅν, καθάπερ τῆς Πανάγνου, καὶ χαρίτων μὲν ἕνεκα ἄλλων, οὐδενὸς δ' ἧττον καὶ τοῦ καλλους τῆς παρτενίας, υἱὸν ὁ πλάστης ἑαυτὸν ἐκαινούργησεν, οὕτω διὰ τὸ ταύτὸν τῆς ἁγνείας υἱὸν ὑπέθεσον τῇ Παρθένῳ.

III. Verum ut enarrando mysterio nonnulla sermo præmittat, quandoquidem purissima illa ideo edita in hanc vitam fuerat, ut stupendum illud prodigium contexeret, videlicet ut Dominum servili forma vestiret, arctissimoque et ineffabili benevolentiæ vinculo Creatorem cum hominibus jam olim proscriptis et etiamnum inimicis devinciret (7); in imaginem intuens Creatoris ac filii sui, velut egregius quidam scultor, ad illud sese exemplar effingere, eamque in se formam exprimere diligenter satagebat. Et sane quemadmodum Creator, terrenam ex ipsa tunicam indutus, humilia terrenæque conditioni consentanea in terris non abnuit; nam et *fabri filius* audiit (8), domumque haud splendidam incoluit;quin etiam,vulpibus pauperior, non habebat ubi reclinaret caput (9); neque servulum sibi ad ministerium comparavit; sed e converso ipse matri ministerium exhibebat, eaque omnia præstabat, quæ negligi non sinit illa pietas, quæ ad obsequendum per ferventissimum amorem parentibus, iisque insuper pauperibus filium pauperem solet impellere: *Pauper enim* inquit [2], *sum ego, et in laboribus a juventute mea:* ita et augusta illa Mater Virgo iisdem insistens vestigiis, neque ullum adamavit fastum,neque ancillas,nec aliquem utcunque famulatum sibi more dominarum ascivit; sed pauperem constanter vitam trahebat, semetipsa sola sibi famula utens domi; in iis vero, quæ extrinsecus ad usum quempiam sibi opus essent, operam adhibens optimi illius ac præ omnibus dilecti discipuli, Joannis, inquam, virginis, quem Virgini filium propter castitatis prærogatibus Creator suffecerat, plane eadem scilicet ratione ac ipse cum ob alias quidem eximias dotes tum nihilominus ob virginitatis nitorem semet purissimæ illius filium novo portento effecerat.

Δ'. Ἔζη τοίνυν, τὸν νοῦν περιφέρουσα, ἡ τῶν οὐρανῶν ὑψηλοτέρα, μᾶλλον δὲ ἧς ἧττω μηδὲ μικρῷ μέτρῳ τὰ Σεραφὶμ, πόρρω φαντασίας καὶ δόξης ἁπάσης κενῆς, λιτῇ καὶ πενιχρᾷ χαίρουσα διαίτῃ. Καθάπερ γὰρ αὐτῇ πρὶν ἂν ἐκεῖνα ἐπιστῇ τὰ μεγαλεῖα τοῦ δυνατοῦ, καὶ Γαβριὴλ τὸ μέγα καὶ ὑψηλὸν κομίσῃ πρόσφθεγμα, οὐδέν τι τῶν γηΐνων ἢ λαμπρὸν ἐδόκει, ἢ πρὸς ἑαυτὸ μεταστῆσαι τὴν μακαρίαν ἴσχυσεν, ἀλλ' ἦν μὲν ἁπάντων ὑπερορῶσα, οὐράνια δὲ αὐτῆς κατεκράτει μόνα. καὶ Θεοῦ θερμότατος ἔρως, ᾧ καὶ ὑπὲρ λόγον ἥνωται· οὕτω καὶ μετὰ τὸ τὸν Θεὸν Λόγον τεκεῖν, καὶ τὸ γένος εἰς οὐράνιον δόξαν ἀνενεγκεῖν, ἐκεῖ τε τὸν αὐτῆς Υἱὸν καὶ Θεὸν ἀνελθεῖν, οὗ μηδαμῶς πώποτε κεχώρισται, τῶν κάτω κρειττων ἐτύγχανε πάντων, καὶ τῶν λυομένων οὐδὲν, ἐφ' οἷς ἄνθρωποι μέγα φρονοῦσι, φίλου τρόπῳ τῇ Παρθένῳ παρέστη.

IV. Sic igitur quæ cœlis ipsis sublimior, seu melius dixerim, quæ longe Seraphim præcellebat, alienum ab omni ostentatione, et quamvis inani gloria servans animum ac simplici tenuique gaudens vitæ ratione, dies suos agebat. Quemadmodum enim antequam *magnalia illa potentis* [3] in eam conferrentur, priusquam scilicet magnum illud ac præcelsum nuntium Gabriel ipsi deferret, nihil in terrenis vel splendidum illi videbatur, vel beatam illam valebat ad se convertere, sed cuncta hæc plane despiciebat, soloque cœlestium rerum affectu, ardentissimoque Dei amore, cui et ineffabiliter conjuncta erat, tenebatur; sic et postquam Deum Verbum genuit, et ad cœlestem gloriam humanum genus evexit, ac filius ejus ac Deus eo reversus est, unde nullatenus aliquando discesserat, infima hæc omnia aspernabatur, et nihil e

(*b*) Cod. πενέστερον.

Ant. Ballerini notæ.

(7) Si Maria Deum inter et humanum genus Deo ipsi inimicum ac damnatum mediatrix intercessit, ut hoc illi reconciliaret, distans igitur ab inimicis et Deo accepta exhibetur, et quidem ad hoc *exorta* dicitur. Atqui damnatio et inimicitia, quæ universum genus hominum involvat, nulla est alia, quam quæ a primævo Adæ lapsu duxit originem. Virgo igitur ab hæreditaria hac miseria distans aperte præsumitur.

(8) *Matth* XIII, 55: *Nonne hic est fabri filius?*

(9) *Luc.* IX, 58: *Vulpes foveas habent... Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet.*

caducis recus, de quibus tantopere superbiunt apparebat.

Maxime vero, ut ego sane arbitror, postquam præcelsissimam illam atque ineffabilem gratiam sortita est, ut scilicet Deum sinu suo gestaret, vehementer ac multo magis quam prius, purissimæ illius vota flagrantissimi amoris igne ad superna et ad Deum ferebantur. Atque, ut tenuisse terrenis imago præsentem rem uberius confirmet, quemadmodum unigeniti filii mater quæpiam haud parem in prolem affectum experitum, sive eum hanc jam oculis suis cernit, sive cum votis eam, antequam consequeretur, expetebat, utut mater audire cupidissime optaret; prorsus enim manifestum est, multo amabiliorem esse sobolem, cum jam in lucem venit et experimento suavis facta est, quam eum nondum nata fuerat; idipsum profectu ac summa cum præcellentia etiam de purissima illa existimandum est. Si enim terrenus hæc amor efficit, quid enimvero de sublimi illa ac divina œconomia dicendum? Ac rursus quemadmodum qui divinum exoptat lavacrum, postquam illud assecutus est est, lucidior sane fuerit, et e suscepto mysterio ad Dei amorem ferventior; pari modo et de his decernere æquum fuerit.

homines, amore ullo vel exiguo dignum Virgini

Μάλιστα δὲ, κατά γε τὸν ἐμὸν λόγον, καὶ μετὰ τὸ παθεῖν τὴν ὑπερφυᾶ (c) καὶ ἄῤῥητον χάριν ἐκείνην, ἤδε, ὅτι Θεὸν ἤνεγκεν, ἐπὶ μέγα ἂν καὶ τοῦ πρότερου μεῖζον ἤρετο πόθου ἡ τῆς πανάγνου πρὸς ὑψηλὰ καὶ τὸν Θεὸν ἐραστικωτάτη φλόξ. Καὶ ἵν' εἰκὼν μικρὰ χοϊκόθεν βεβαιώσῃ τὸν λόγον, καθάπερ τις μονογενοῦς μήτηρ οὐκ ἂν ἴσον σώσειε φίλτρον περὶ τὸν παῖδα, καὶ ὅτε τοῦτον εἶδε, καὶ ὅτ' ἠτεῖτο πρὸ τοῦ τυχεῖν, εἰ καὶ καθ' ὑπερβολὴν ἀκοῦσαι μήτηρ ἐπόθει, πάντη που γὰρ δῆλον ὅτι τὸ φανὲν καὶ εἰς πεῖραν ἦκον ἤδὺ τοῦ μήπω τοῦτο γεγονότος ἐρασμιώτερον· οὕτω δὴ καὶ μεθ' ὑπεροχῆς ὅτι πλείστης καὶ περὶ τῆς Παναγνου λογίζεσθαι χρή. Εἰ γὰρ ταῦτα ὁ πηλὸς ἰσχύει, τί ἂν εἴποις ἐπὶ τῆς ὑψηλῆς ἐκείνης καὶ θείας οἰκονομίας; Ἔτι δὲ, καθάπερ ὁ τὸ θεῖον ποῖον ποθῶν λουτρὸν, μετὰ τὸ τυχεῖν, διαυγέστερος ἂν εἴη καὶ θερμότερος ἐκ τῆς τελετῆς πρὸς ἔρωτα θεῖον· τὸν ἴσον τρόπον καὶ περὶ ἐκείνων ἂν τις ψηφίσαιτο.

V. Quando vero his et illud accessit, ut divinus ille tanque dilectus Filius a veneranda Genitrice longe abesset, quo tandem sensu ejusmodi matrem affectam putas? Nemo prorsus ex hominibus, nemo, inquam, aut enariare verbis, aut excogitare, mente quiverit, quanta post Salvatoris in cœlos ascensionem amoris ejus vis fuerit tum in hunc ipsum, tum in ea quæ Filius ipse diligeret. Quoniam vero ante admirandum partum suum a cœlesti illo principe audire illud meruerat [4], *Invenisti gratiam*, amoris scilicet Deo digni ac virtutis, ceu novi illius partus remunerationem; oportebat de cætero, ut purissima illa, quæ prouti dictum est, ad Dei amorem sublimiorem divinioremque conscenderat, alio quoque eoque splendido deinde munere ditaretur. Id autem factum non fuerat; et ratio in promptu est, quia nempe in hac vita nihil omnino reperire erat præcelsius eo quod jam fuerat assecuta. Itaque cum nihil, quantum fas hic esset, excellentius ratio suppeditaret, supererat omnino, ut cum cœlos conscenderet, clarius quam cogitare liceat, supernis gratiis, suique filii ac Dei splendoribus frueretur. Quandoquidem etiam Salvator novum quemdam potum in paterno regno communem cum discipulis suis se habiturum promisit [5], novi potus nomine, ut arbitror, significans expressiorem inde gustum conjunctionis cum Deo, quo potu, dum fruuntur justi, gaudet Deus, et hoc ipsum, nempe gaudium, ceu potum Deus habet, ac propterea se cum Evangelii præconibus bibiturum profitebatur. Et quoniam

Ε'. Ὅτε δὲ καὶ πρὸς τούτοις τῆς ἱερᾶς ἀπέστη μητρὸς ὁ θεῖος οὕτω καὶ φιλούμενος Παῖς, πῶς ἂν οἴει διακεῖσθαι τὴν τοιαύτην μητέρα; Οὐδ' ἂν εἷς τῶν ἁπάντων, οὐδεὶς ἐξειπεῖν ἢ ἐννοεῖν ἔχοι, οἷον ἐκείνῃ τὸ φίλτρον μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἀνάληψιν πρὸς αὐτόν τε, καὶ ἅπερ αὐτὸς ἐφίλει. Ἀλλ' ἐπεὶ πρὸ τοῦ παραδόξου τόκου, Εὕρες χάριν, ἤκουσε παρὰ τοῦ ἀρχιστρατήγου, τῆς θεοπρεποῦς ἀγάπης δηλαδὴ καὶ ἀρετῆς, τὴν τοῦ καινοῦ τόκου ἀντίδοσιν· ἔδει λοιπὸν καὶ λαμπρᾶς ἔπειτα ἄλλης ἀπολαῦσαι χάριτος τῇ πανάγνῳ, πρὸς θείαν ἀγάπην, ἥπερ (d) εἴρηται, φιλοσόφωτερόν τε καὶ ἐνθεώτερον ἀναβεβηκυίᾳ. Τοῦτο δὲ οὐ γέγονε· τὸ δὲ αἴτιον, ὡς ἥκιστά γε τῶν ἁπάντων οὐδὲν, οὗ τετύχηκεν, εὑρεῖν οἷόν τε ἦν ὑψηλότερον ἐν τῷδε τῷ βίῳ· ὥστε ἐπεὶ λαμπρότερον, ὡς ἐνῆν ἐνταῦθα, λόγος οὐδεὶς συγχωρεῖ, λείπεται ἄρά μετα τὴν εἰς οὐρανοὺς ἐκδημίαν τρανότερον ὑπὲρ ὁ καὶ λογίζεσθαι ἔξεστι, τῶν χαρίτων ἄνω καὶ λαμπηδόνων τοῦ ταύτης Υἱοῦ κατατρυφᾷν καὶ Θεοῦ. Ὅτι καὶ ὁ Σωτὴρ καινῆς τινος ἐν τῇ πατρικῇ βασιλείᾳ κοινωνῆσαι τοῖς μαθηταῖς ἐπηγγείλατο πόσεως, τὴν φανερωτέραν ἐκεῖθεν τῆς πρὸς Θεὸν ἑνώσεως γεῦσιν καινὴν, οἶμαι, πόσιν διασημαίνων, ἧς τῶν δικαίων πινόντων, χαίρει Θεός· καὶ τοῦτ' αὐτὸ, τὴν χαρὰν, πόσιν ἡγεῖται Θεὸς, καὶ διὰ τοῦτο συμπίνειν ἀνωμολογεῖτο τοῖς κήρυξι. Καὶ εἴγε μὴ καρπὸς καὶ οὗτος ἐταμιεύετο, ὅτι καὶ τὸ πρὶν ὑπερβάλλεσθαι πρὸς Θεὸν εἶχε φίλτρον, καὶ ἔτι μετὰ τῆς ἁγίας ἐκείνης σαρκὸς, ἵν' ἀμοιβῶν ἀῤῥήτων ἄνω ἐμφορηθῇ, ἔτι δὲ καὶ ἄλλοις ἐνταῦθα παρασχεῖν ὄνησιν, ἀπείρων ἂν ὁ μονογενὴς αὐτῆς

[4] Luc. I, 30. [5] Marc. XIV, 25; Luc. XXII, 30.

Ant. Ballerini notæ.

(c) Ita cod. constanter pro ὑπερφυῆ.

(d) Cod. ἧπερ.

Υἱὸς συνανελάμβανεν, οἶμαι, καὶ τὴν μητέρα πρὸς ὕψος. A amor in Deum, quo pridem ardebat, etiamnum, dum sancta illa carne detinebatur, ingens sumere incrementum poterat, ut ineffabilibus præmiis cœlestibus abunde ditari deberet, insuper vero aliis quoque heic afferre poterat utilitatem ; jam nisi fructus, isque tantus, reconditus fuisset, Matrem quoque, ut arbitror, unigenitus ejus Filius, cum discederet, in cœlum secum sustulisset.

Ὅτι δὲ, καθὰ προέφημεν, διὰ τὸν περὶ τὰ θεῖα πόθον, εὐτελῆ καὶ ἀφιλότιμον ἂν εἵλκε βίον ἡ Ἁγναγνος, κατενοεῖν ἔξεστι καὶ ὧδε. Ὡς εἰ καὶ μὴ τηλικαύτη γε οἰκοθεν ἐτύγχανεν οὖσα, ὡς ἄρ' ἐδείχθη, τὸ πᾶν ὑπερβᾶσα γένος τῇ τῶν ἀστάτων ὑπεροψίᾳ· ἀλλ' ὅτι τοῦτδν ἔτεκεν, οὗ τὸν τῆς ἰσχύος ἤδει μὲν σαφῶς θησαυρὸν, τὸ λιτὸν δὲ οὐκ ἠγνόει τοῦ βίου, καὶ ὅπως, ἐξὸν διακονηθῆναι, διακονῆσαι εἵλετο, τὴν ἰσχάτην τε ἔχειν τάξιν, τοὺς τῶν πρωτείων ἐφιεμένους ἐδίδαξε, πῶς ἂν ἀπάδοντα τῷ ταπεινῷ διεπράξατο δεσπότῃ ; Διὰ ταῦτα τοίνυν ἀεὶ τὰ τε σεμνὰ καὶ ὧν ὑπέρτερον οὐδὲν, ἐφίλει· καὶ τῶν ῥεόντων ὑπερορᾷν ἤρεῖτο, καὶ ταπεινῶς ἄγαν, ὡς εἴρηται, καὶ ἀόγκως βιοῦν.

Quod autem, sicut præmissimus, propter divinarum rerum desiderium pauperem et ab omni ostentatione alienam purissima illa vitam duceret, vel ex hoc perspicere licet. Quanquam enim suopte ingenio ac sponte hunc animum non gessisset, cujusmodi ostensum palam est ei adfuisse, ut in rerum labilium contemptu cunctos plane antecelleret ; at vero quoniam illum genuerat, cujus hinc quidem immensam potentiam probe noverat, inde vero humilem non ignorabat vitæ rationem, et quo pacto, cum ministris uti ei liceret, ministrare tamen maluit [6], ac præceperat, ut novissimum locum tenerent, qui primi esse vellent [7] ; quomodo vivendi rationem ab humili Domino dissonam tectata unquam fuisset ? His itaque de causis hanc ipsam, honore sane dignam et qua excellentius est nihil, nunquam non dilexit ; et caducarum rerum contemptum, uti dictum est, vitamque valde humilem et tumoris expertem sibi elegit.

ζ'. Οὕτω δὲ εἰς γῆν αἰθεροβατούσῃ τῇ μακαπίᾳ ἄγγελος ὑψηλοτάτην ἄνοδον μηνύει. Περὶ οὗ λόγος, ὡς Γαβριὴλ ἦν ὁ θεῖος, ὃς δὴ καὶ τάδε προσεῖπεν· Ὁ Κτίστης τῶν ἁπάντων, καὶ Θεοῦ Θεὸς Λόγος, καὶ Υἱὸς σὸς, καλεῖ σε, Παρθένε, παρ' ἑαυτῷ· καὶ εἰς τρίτην μετὰ τὴν ἐμὴν, ὦ πανύμνητε, ἀγγελίαν ὁ ὑψηλὸς ὑποδέξεσθαί σε διηυτρέπισται χώρος. Χαρᾶς δὲ πλῆρες καὶ τὸ εὐαγγέλιον τουτὶ, Πάναγνε, καὶ τοῦ πρίν σοι δὸν ἀσπασμὸν ἐκεῖνου μηνύσαντος εἰς τέρψιν ἐνδέον οὐδέν. Καθάπερ γὰρ εὐφροσύνης ἦν ἐκεῖνο τὸ πρόσρημα γέμον, ὅτι μόνη τὸν πλάστην ἐβάστασας εἰς γῆν κατιόντα, οὕτω καὶ νῦν χαῖρε, εὐλογημένη, ὅτι μόνος ὁ πάντων Δεσπότης εἰς οὐρανοὺς σε δέξεται ἀνιοῦσαν. Ἔνθα θυμηδίας ἀφάτου πλησθήσῃ, καὶ θεοπθεποῦς ὁμιλίας ἀπολαύσεις. Θεία δέ σε ὑπερλαμπρυνεῖ ἀΐδιος ἀγλαΐα, καὶ οἷον χιτῶνα λαμπρὸν ζωὴν ἐνδυθήσῃ αἰώνιον, ἄῤῥητόν σοι διδοῦσαν τρυφὴν, τὴν εἰς αἰῶνας ἄπαυστα σὺν τῷ Υἱῷ σου καὶ Θεῷ ἀγαλλίασιν. Χαῖρε λοιπὸν, ἀγνείας ἥλιε διαυγέστατε· Χαῖρε, ἀλάβαστρον εὐωδίας ἀλήκτου πληρέστατον· χαῖρε, ζωοπάροχε κῆπε, τῆς ἀθανασίας φύων καρπούς. Χαῖρε, ὅτι καὶ ἀσωμάτους φαιδρότερον ἐκστίλβεις (e) τοιαῦτά σοι κομίζοντας εὐαγγέλια, οὗ μοι σαφὴς ἡ πεῖρα διδάσκαλος. Τῆς δὲ ἀειῴου καὶ ἀειθαλοῦς, ἧς τεύξῃ, γλυκότη-

VI. Cum porro beata illa cœlestem ejusmodi vitam in terra degeret, de ascensu ejus ad superna angelus illi nuntium defert. Et hunc quidem traditio perhibet divinum fuisse Gabrielem, qui his prorsus verbis eam affatus est : Rerum omnium Creator, Dei Verbum Deus, et filius tuus, te, o Virgo, ad se vocat ; paratusque sublimis est locus, qui te, o laude omni dignissima, tertio ab hac mea legatione die, excipiat. Hoc autem nuntium, o purissima, et ipsum gaudii plenum est, nec minus lætitiæ affert ac prius illud, quod tibi salutationem illam detulit. Sicut enim lætissimum fuit illud alloquium, propterea quod Creatorem in terram descendentem sola portandum suscipiebas, ita et nunc jam gaude, o beuedicta, quoniam rerum omnium Dominus te ad cœlos ascendentem solus excipiet. Ibi ineffabili jucunditate repleberis, divinoque consortio perfrueris. Fulgentissimæ enim lucis te plendor non periturus collustrabit, et quodam quasi fulgido indumento vita circumvestieris æterna, quæ inenarrabiles tibi delicias, et juge in sæcula cum filio tuo ac Deo gaudium tribuat. Ave igitur, sol puritatis nitentissime (10) ; ave, alabastrum odore nunquam deficiente plenissimum ; ave, hortus vitam germinans, et immor-

[6] Matth. xx, 28 ; Luc. xxii, 27. [7] Matth. xx, 26.

Ant. Ballerini notæ.

(e) Henricus Stephanus (*Thesaur.* ad V. στίλβω) vitiatæ lectioni tribuere maluit exempla quædam activæ significationis verbi στίλβω : hic porro Isidori locus contrarium suadere videtur.

(10) Advertimus superius, solis typo, qui proprius est Christi Domini, etiam Virginem Deiparam adumbrari. Hic vero explicatur expressius, quo ista comparatio spectet. Videlicet sicut Christus dicitur *Sol justitiæ*, sic Virgo beatissima appellatur *sol puritatis*, isque *nitentissimus*. At cum Christum dicimus *Solem justitiæ*, hoc significare volumus, justitiam Christi ita perfectam esse, ut nihil perfectius excogitari quat. Ea igitur et de Virgine puritas nitentissima prædicatur, qua nihil purius concipi possit, ac propterea quæ cujusvis nævi suspicionem procul a se rejiciat.

talitatis ferens fructus. Gaude, quoniam et incorporeos cœli cives, qui tibi hoc felix nuntium afferunt, splendidiori luce, prout ipse nunc certa experientia disco, perfundis. Symbolum porro semper viventis semperque virentis, qua potieris, jucunditatis hunc palmæ ramum tibi porrigere jussus sum.

A τος σύμβολον, τουτονί σοι τὸν θαλλον δοῦναι τῶ φοίνικος προστάταγμαι.

VII. Hæc ubi dicta sponsa audivit, ramumque ab incorporeo nuntio accepit, illico novo gaudio redundat, suavitatis rore undique perfunditur, lætitiam spirat, jucunditatis ducit halitum ; ac tota dulcissimæ voluptatis sensu correpta, exsultationem suam omnimodis indiciis exterius promit. Quidni enim id fieret, dum talia per legationem illam ei ob oculos proponebantur, videlicet alia quidem, ac olim, ratione, at non minus nunc quoque admiranda Creatori ac Filio suo arcte adhærere et conjungi rursus, eumque ore illo divino ac filii affectu et vocibus præ omni suavitate dulcissimis se matrem suam alloquentem audire ?

Z'. Τούτων ὡς ἀκήκοεν ἡ θεόνυμφος, καὶ παρὰ τοῦ ἀσωμάτου τὸν κλάδον εἴληφε, χαρᾶς εὐθὺς πληροῦται· γλυκύτητος περιῤῥεῖται ψεκάδι, εὐφροσύνην ἔπνει, θυμηδίας ἀνέπεμπεν ἄσθμα· καὶ ἦν ἡδονῆς ὅλη γέμουσα, καὶ ἀγαλλιάσεως πολλαχόθεν δεικνῦσα τὰ σύμβολα· Πῶς δὲ οὐκ ἔμελλε τοῦτο, τοιαῦτα ζωγραφούσης τῆ ἀγγελίας, τρόπον ἕτερον ἥπερ εἶδεν ὁ πρὶν, παράδοξον δὲ καὶ αὐτὸν, τῷ Δημιουργῳ καὶ αὐτῆς Υἱῷ προσφῦναι, καὶ αὖθις ἑνωθῆναι, καὶ θεοφόγγου καὶ υἱϊκῆς αἴσθεσθαι γλώττης, ὑπὲρ ἅπαν ἡδὺ χαριέστατα πρὸς τὴν μητέρα ῥεούσης.

B

Idcirco et montem Olivarum conscendit, ut ibi et preces effundat, et gratias agat Domino, quod ad se illam jam accersat. Solebat enim in eum se montem recipere, ac, velut huic quoque sensus constaret, cum ipso versari et eum alloqui, ad illumque, in quo meus quoque Jesus luto hoc nostro (o ineffabilem charitatem !) circumtectus, Deo ac Patri preces offerre consueverat, velut ad dilecti Filii sui et Domini amicum accedere.

Διὰ ταῦτα καὶ ἄνεισιν ἐπὶ τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν εὐχήν τε ἀπορώσουσα τῷ Δεσπότῃ, καὶ χάριν τῆς πρὸς αὐτὸν κλήσεως. Εἰώθει γὰρ ἀναφοιτᾶν πρὸς ἐκεῖνο τὸ ὄρος, καὶ ὡς τῶν ἐμψύχων ἑνὶ, καὶ προσομιλεῖν καὶ προσφθέγγεσθαι, καὶ οἷα φίλῳ τοῦ φιλουμένου Παιδὸς καὶ Δεσπότου προσέρχεσθαι, ἐν ᾧ καὶ ὁ ἐμὸς Ἰησοῦς τὰς εὐχὰς τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ προσῆγεν, ὦ φιλανθρωπίας ἀφάτου ! ἔλυτρον ἐκ πηλοῦ φέρων.

VIII. Ascendit igitur, ut modo dictum est, ut et congrua discedendi officia expleret, et precibus Creatorem exoraret. Cernere ergo tunc erat spectaculum mirum visu, et horrendum auditu, ac sola beata illa condignum. Ascendebat enim, prouti dixi, ut preces effunderet ; et quoad ipsa ascendere pergebat, spissæ, quæ ibi erant, plantæ suum servabant modum ; nec enim quidpiam ostendebant, quod sensu pollentium proprium sit, aut quod ad rationalem ordinem pertineat. Ubi autem purissima, ut se inclinaret, et manus movebat, et genua deflectebat humi (o novum pertentum !) plantæ quoque illæ omnes atque arbores, quasi vel mente essent præditæ, instar ancillarum obsequentes simul cum Domina se movebant, pudore veluti suffusæ, nisi summa eam prosequerentur reverentia, et quibus possent signis proclamarent, prorsus par esse, ut propter magnum et excelsum ejus nomen omne genu etiam purissimæ illi flecteretur (11). Illa ergo sylva et semet inclinans, ac veluti postremum adorationis obsequium abituræ sancte persolvens, ultimum illi vale dicere videbatur ; tum flere veluti ac contristari, quod mira illa sanctificatione orbaretur, qua per Virginis præsentiam frui solebat.

C

D

H'. Ἄνεισι τοιγαροῦν, ὡς εἴρηται τελευταῖον, τὰ ἐξιτήρια καὶ προσεροῦσα καὶ προσευξομένη τῷ Πλάστῃ. Ἦν οὖν ἰδεῖν τότε θέαμα ξένον, καὶ φρικτὸν ἀκοῇ, μόνης δὲ ἄξιον τῆς μακαρίας. Ἀνῄει γὰρ, δ μοι εἴρηται, προσευξομένη· καὶ ἕως μὲν ἀνιοῦσα ἐτύγχανε, τὸν οἰκεῖον ἔσωζε νόμον καὶ των ἐκεῖσε φυτῶν ἡ πληθύς· ἐποίει γὰρ οὐδὲν τῶν αἰσθανομένων, οὐδ' ἅ τῷ λογικῷ συγκεκλήρωται διακόσμῳ. Ἡ πάναγνος δὲ ὅτε κλίνειν καὶ χεῖρας ἐκίνει, καὶ γόνατα συνέκαμπτεν εἰς γῆν, ὦ καινὸν θαῦμα ! τὰ φυτὰ τε πάντα ἐκεῖνα καὶ δένδρα, καὶ οἷα νοῦν φέροντα, δοῦλα τῇ Δεσποίνῃ συνδιῃκόνει, ὥσπερ αἰσχυνόμενα, εἰ μή γε ὑπερφυὲς σώσειε σέβας, καὶ δι' ὧν ἐνῆν δεῖξαι, κηρύξειεναὁτι πᾶν γόνυ κάμυψειν καὶ τῇ πανάγνῳ προσῆκε διὰ τὸ μέγα καὶ ὑψηλὸν αὐτῆς ὄνομα. Ἡ λόχμη τοίνυν ἐκείνη, καὶ συγκλίνασα, καὶ ὡσανεὶ τελευταίαν ἐκδημούσῃ αὐτὴν προσκύνησιν ἀφοσιωμένη, προπέμπειν μέν ἐδόκει· πενθεῖν δὲ οἷον καὶ σκυθρωπάζειν, ὡς τῆς ξένης, ἧς ἀπῄλαυεν ἁγιότητος παρά γε τῆς Παρθένου, χωριζομένη.

IX. Cum autem supplicandi finem fecisset, domum se laudatissima illa recipiebat. Ecce porro et ibi quoddam præter morem omnem eventum. Domum etenim tremor invasit ; et quod antea passa hæc nunquam fuerat, tota tunc concutie-

Θ'. Ἀλλ' ἐπεὶ πέρας εἶχε τὰ τῆς εὐχῆς, οἴκαδε ἡ πανύμνητος ἐπανῄει. Κάκεῖ τι γίνεται τῶν οὐκ εἰωθότων. Κλόνος καὶ γὰρ περιέσχε τὴν οἰκίαν· καὶ ὃ πρὶν οὐκ εἶχε παθοῦσα, ἅπασα τότε ἐσείθη. Ἐκὼ νομίζω, στεναγμὸν τοῦτ' ἦν αἰνιττομένης, καὶ ἀντ'

Ant. Ballerini notæ.

(11) Hoc quoque videsis translatum ad Virginem Matrem, quod, Apostolos docente (*Philipp* II, 9). datum est Christo Domino : *Ut in nomine ejus omne genu flectatur.*

ὀδυρμοῦ τὸν κλόνον πενθικῶς προαρύσηε (*f*) ἅτε δὴ τῆς πάντων ἁγιωτέρας καὶ ἀσυγκρίτως καλλίστης διεστα̃λμένης συνοίκου. Οἶμαι δὲ καὶ ὡς, εἴπερ εἰς γῆν πλείονος ἔτι δόξης ἔδει τῇ πανάγνῳ, καὶ οὐρανὸς ἂν, καὶ γῆ, καὶ θάλασσα, καὶ πᾶσα τότε ἡ κτίσις, ἕκαστα θρῆνον ἀναπλεξάμενα, δοντηθῆναι εἶχον, καὶ γοερὸν ἀνοιμῶξαι, τὴν ἐκδημίαν ὀλοφυρόμενα τῆς Παρθένου· καὶ ὁ τελευταῖος ἂν ἐδόκει σεισμὸς, οὗ τὸ φρικῶδες καὶ νεκροὺς ἀκούομεν ἀνκψώσειν, ὥστε καὶ εἰς αἰθέρα νεφελοβατεῖν, ὡς μικρὰ διαφέρων τῆς ἐπ' ἐκείνην τοῦ θρήνου κυκήσεως. Ὅτι δὲ τοῦ μεγιστου καὶ οὗ πρὸς δόξαν περιφανέστερον οὐδὲν, τὸν Θεὸν τεκοῦσα τετύχηκε, λόγου λοιπὸν οὐκ ἦν ἄξιον· τοιοῦτόν τι γῆθεν κατὰ τὴν θείαν ἐκείνην κοιμησιν καινοτομηθῆναι.

batur. Erat id, ut poto, prodentis luctum, et loco gemituum motum illum lugubre ex imo cientis, quod scilicet conturbernalis illa sua, sanctior universis, et citra comparationem omnem pulcherrima (12) jam discessura esset. Et siquidem majori insuper gloria exornari in terris purissimam illam oportuisset, enimvero, ut ego quidem arbitror, et cœlum tunc, et terra, et mare, et creaturæ omnes, lugubre quid singulæ concinentes, commoveri debuissent, et Virginis discessum lamentantes flebili voce ingemiscere ; ac visa esset postrema illa jam adesse commotio, cujus horrorem vel ipsos mortuos novimus erecturum, ut in aera instar nubium discurrant ; parum adeo ista a lugubri illa propter Virginem conturbatio videretur absimilis. At quoniam Virgo, utpote Dei mater effecta, decus omnium maximum, et quo splendidius nihil conferre ad gloriam potest, sortita jam fuerat, nulla postulabat ratio, ut quodpiam ejusmodi novum portentum ob divinam illam dormitionem e terra ederetur.

Γ. Ἐπεὶ δὲ ὁ μὲν οἶκος ἔστη τοῦ κλόνου, ἡ δὲ μετάστασις φωτὸς ἔργον, καὶ τοῦ λαμπροτάτου, ἀνέπτη φῶτα ἡκιστά γε βραχέα, τοσαῦτα δὲ, ὅσα πλήρη τὸν οἶκον φωτὸς καὶ ὁλολαμπῆ πεποίηκε· Τοῦτο δὲ ἦν, ἔμοιγε δοκεῖ, τὴν τηνικαῦτα τῶν ἀγγέλων ἐπιδημίαν ὑποφαιτούσης, ἅτε καταλλήλου τοῦ φωτὸς ὄντος, τοῖς τοῦ Θεοῦ λειτουργοῖς, ὡς πῦρ φλέγον πεποιημένοις· οὐδὲ γὰρ εἶχεν ἕτερον οἰκειότερον, ᾧ ἂν τοὺς νόας γῆθεν ξενίσαιτο· ἄλλως θ' ὅτι καὶ σφόδρα ἦν τὸ φῶς οἰκεῖον αὐτῇ, πάντων οὖσῃ φωνεινοτάτῃ.

X. Postquam ergo domus cessavit a motu, cum transitus ille Virginis ad opera lucis et quidem fulgentissimæ spectaret, statim exiguas ipsa faculas, easque tot accendit, quot ac implendam luce domum, eamque splendidam undique efficiendam satis essent. Per hæc autem, ut mihi quidem videtur, instantem jam angelorum adventum indicabat, cum videlicet Dei administris, quippe qui facti sunt ignis urens [g], lux maxime congruat ; nam nihil habebat, aliud, quo aptius in terris cœlestes spiritus hospitio exciperet ; præsertim vero cum et ipsi Virgini, utpote rerum omnium lucidissimæ, lux esset accommodata.

Εἶτ' ἐκκορήσασα τὸ δωμάτιον, καὶ τὴν ἱερὰν κλίνην, ἐφ' ᾗ τὸ τίμιον διανέπαυε σῶμα, εὖ διαθεῖσα, τἄλλα τε παρασκευάσασα, ὅσα ταφῇ νομίζεται, τὰς φίλας αὐτῇ γείτονας συγκαλεῖται. Αἱ δὲ ἦσαν δύο πενιχραὶ χῆραι τῶν ἐνδεῶν μὲν ὅσα πρὸς βίον, ὡς δὲ τῇ πάντων οἰκείαι βασιλίδι, καὶ τῶν αὐτῆς κληρονόμοι, ὡς ἄρα μετὰ μικρὸν ὁ λόγος δηλώσει, τῶν ἐκ λιπαρῶν καὶ βαθέων οἴκων εὐδαιμονέστεραι. Γνωρίζει τοίνυν ταύταις τὴν ἐκδημίαν· τοῦ ἀγγέλου δηλόῖ τὰ ῥήματα· τὸ τοῦ ἑαυτῆς Υἱοῦ καὶ Σωτῆρος ἀγγέλλει μήνυμα· δείκνυσι καὶ τὸν κλαδον, καὶ λόγοις ἐξιτηρίοις διηπάζετο ταῖς γνωρίμοις· καὶ ἃς εἶχε διττὰς ἐσθῆτας, τῶν χηρῶν ἐνείματο ἑκατέρᾳ· οὐδὲ γὰρ ἦν ὅσα γε εἰς θησαυρὸν ἕτερον τῇ πανάγνῳ ἡ πλοῦτος ὑπερφυῶν ἀρετῶν, καὶ ὅ τι ἀναγκαῖον εἶλκεν ἡ χρεία.

Deinde cum domunculam verrendo perpurgasset, et venerandum illum lectulum, in quo aliquam solebat pretioso corpori suo requiem dare, concinne disposuisset, cum et alia, quæcunque in funeribus rite adhibebantur, apparasset, vicinas sibi amicas convocat. Istæ porro duæ erant inopes viduæ, pauperes quidem quod ad vitæ conditionem attinet, quatenus autem reginæ universorum familiares, et in ejusdem hæreditatem, uti paulo post sermo enarrabit, ascitæ, quibuslibet vel ex opulenta nobilique domo feminis feliciores. Hasce igitur de discessu suo monet ; enarrat verba angeli ; Filii ac Salvatoris sui nuntium aperit ; ramum quoque illis ostendit, et verbis discedenti congruis consuetudine sibi devinctas postremo salutat ; tum binas, quas habebat vestes, utrique viduæ distribuit. Neque enim purissimæ illi aliud quidpiam thesauri erat, quam eminentissimarum virtutum opes, et si quid vitæ usus necessario exigebat.

ΙΑ'. Ἐπεὶ δὲ τούτων τὰ σεμνὰ ἐκεῖνα διήκουσε γύναια, γοερῶς ἀνφμωξαν, πικρῶς ἐκ βάθους ἐστέναξαν, δακρύων ῥύακας ἀπέβλυσαν τῶν ὀφθαλμῶν· καὶ

XI. Ubi vero hæc audierunt honestæ illæ mulieres, in lamentabiles gemitus proruperunt ; amara ex imo ducebant suspiria, lacrymarum profluvia

Psal. CIII, 4.

(*f*) Forte προαρυούσης.

(12) Cernis de Virgine Deipara dicenti vel sponte ac nulla poscente causa excidere laudes incomparabilis sanctitatis et pulchritudinis : adeo scilicet vix de Virgine Maria cogitare licet, quin singularissima, qua fulget, sanctitas ac pulchritudo nitentissima menti obversetur.

ex oculis profundebant, et non ferendo cordis dolore discindebantur. Quo vero, inquiebant, o Domina, abitura es? Ubinam novum tibi domicilium statuere, o Domina, decrevisti? Quamnam congruam tibi sedem parasti? Quodnam pratum jucundissimas præ se ferens florum venustates, honorandam venustatem tuam excipiet? Quis tandem locus corpore tuo fulgentissimo ac nitidissimo dignus fuerit? Quomodo autem discessum tuum terra ac mare et omnis, quæ terram ambit, rorum universitas non lamentetur? Quomodo inquassata maneant elementa, cum nobile hoc, quo maxime et ipsa veluti continentur, elementum dissolvi cernant? At gaudium, ut puto, plane ex transitu tuo sibi pollicentur, perennem scilicet sibi curam etiam post resolutionem tuam exspectant. Neque enim quidpiam, quod ad te spectet, calamitatis unquam causa exstitit, non invexit ærumnam, non tristitiam peperit, non protulit dolorem; et præterita quidem idoneam de futuris fidem faciunt. At si hisce de causis lætari illis licet, nobis vero, eheu dolor! O calamitas! Proh acerba separatio! Heu triste nobis spectaculum! Quis nobis in posterum levamen aliquod porriget? Quæ nobis erit consolatrix? Imo vero quis magister et auctor salutis, animam splendore exornans, cogitationes perpurgans, mentem illuminans, quæ omnia, o Domina, tu nobis eras? Quis nobis flat gradus ascensionis ad Deum, opere justa ac lingua sapientiam edocens? Quomodo sol ant alia quævis e splendentibus cœli molibus aliquid nobis jucunditatis conferat, cum aspectu et consuetudine tua dulcissima orbatæ fuerimus? Te vero, o universi regina, Dei Mater, excipiet et circumdabit inenarrabilis gaudii plenitudo, cujus vividam speciem mens, utut ad quidlibet sibi audacter effingendum nata, nullam potest concipere, ac veluti chorus, voluptatum coronam contexens, nulla defatigatione exsiliens, incessanter choreas circum te ducet, et te suaviter circumambiet. Tuum porro est, o prorsus admiranda regina, et nos acerba hac mœstitia levare, gaudiumque nobis impertiri, neque committere, ut dum omnia in sacro tuo excessu lætitia gestiunt, nos solæ hoc doloris telum infixum geramus.

A οὐκέτ' εἶχον ἀνεκτὴν καρδίαν. Ποῦ δὲ ἀπαίρεις, ἔφασκον, Κυρία; Ποῦ τὴν οἴκησιν εἵλου, Δέσποινα, νεουργῆσαι; Τινα τόπον σεαυτῇ καθήκοντα παρεσκεύασας; Ποῖος λειμὼν, παντερπνα φέρων ἀνθέων κάλλη, τὸ σὸν ὑποδέξεται τίμιον κάλλος; Ποῖος ἄρα τόπος τοῦ χρυσοειδεστάτου καὶ λαμπροτάτου σου σκεύους γένοιτ' ἂν ἱκανός; Πῶς δὲ οὐ γῆ καὶ θάλασσα, καὶ ὁ περίγειος ἅπας κόσμος, τὴν σὴν ἐκδημίαν ὀδύρεται; Πῶς ἄσειστα μένει τὰ στοιχεῖα, τὸ μέγα καὶ οἱονεὶ τούτων συνεκτικώτατον στοιχεῖον λυόμενον ἐπιβλέποντα; Ἀλλ', ὡς ἔοικε, χαρὰν ἐλπίζει τῇ σῇ μεταστάσει, κηδεμονικὴν ἑαυτῶν συνοχὴν καὶ μετὰ τὴν σὴν ἀνάλυσιν περιμένει. Οὐδὲ γὰρ συμφορᾶς γέγονέ τι τῶν σῶν αἴτιον, οὐ λύπην ἐδημιούργησεν οὐ πάθος ἔτεκεν, οὐκ ἄλγος ἔφυσεν. B ἔχει τὰ φθάσαντα πίστιν ἱκανὴν τῶν μελλόντων. Ἀλλ' εἰ κἀκεῖνα χαίρει διὰ ταῦτα ἀλλ' ἡμῖν φεῦ τοῦ πάθους! Ὦ τῆς συμφορᾶς! Βαβαὶ τοῦ πικροῦ χωριαμοῦ! Οὐαὶ ἡμῖν τῆς ὀδυνηρᾶς θέας! Τίς ἡμᾶς ἐφεξῆς παραμυθήσεται; Τίς ἂν ἡμῖν γένοιτο παρήγορος; μᾶλλον δὲ τίς διδάσκαλος καὶ σωτὴρ, ψυχὴν λαμπρύνων, καθαίρων διάνοιαν, νοῦν φωτίζων, ὅσα ἡμῖν ἐτύγχανες, Δέσποινα; Ἀνάβασις θεία, καὶ χειρὶ καὶ γλώττῃ τὸ σοφὸν προαιθεῖσα; Πῶς ἂν ἥλιος, ἤ τι τῶν λαμπρῶν ἕτερον, τερπνόν τι χρῆμα φανείη τῆς σῆς γλυκυτάτης ὄψεως στερηθείσαις καὶ ὁμιλίας; Ἀλλὰ σὲ μὲν, ὦ παντάνασσα Θεοῦ Μῆτερ, χαρᾶς ἐκδέξεται καὶ περιπτύξεται πλῆθος ἀνεκλάλητος, ἣν νοῦς ἀπορεῖ ζωγραφεῖν, ὅγ' ἐλευθέρως πάντα σκιαγραφῶν, καὶ οἷόν τι χορὸς, ἡδονὴν τὸ σύστημα συζεύξας, ἀκάματα διαπηδῶν (g) ἀϊδίως καὶ περιχορευσει, C καὶ γλυκερῶς περιελίξεται. Σὸν δὲ τοῦτο, πανθαύμαστε βασιλὶς, τῆς τε λύπης τὸ πολὺ καὶ ἀφ' ἡμῶν ἀφελεῖν, καὶ χαρὰν ἡμῖν χορηγῆσαι, καὶ μὴ, πάντων χαρὰν καὶ ἐπὶ τῇ σῇ ἱερᾷ δεχομένων ἐξόδῳ, τὸ τῆς ἀνίας βέλος τουτὶ μόναις ἡμῖν πκραδεῖν ἐμπηγνύμενον.

XII. Ad hæc Virgo: Vos quidem, inquit, o dilectæ, dolore afficit migratio mea, idque mihi certo suadet ingens in me amor vester. Et quidem si discessio mea hoc ipsum duntaxat, mutuam nempe sejunctionem, secum ferret, haud mediocriter ipsa quoque dolerem, cum ab iis prorsus D avellerer, quas diligebam, quarum studium mihi charum erat et quarum in melius profectum ipsa meum habebam. At quoniam Dominus, qui nostra omnia tam sublimia ac prorsus mira præstitit, postremum hoc quoque, ut probe scio, superioribus consentaneum efficiet; pro certo habeatis velim, neque me a vobis, o dilectæ, penitus discessuram, et uberem jucunditatis fructum hinc vos

ΙΒ'. Πρὸς ταῦτα, Ὑμῖν μὲν, ἔφησεν ἡ Παρθένος, ὦ φίλαι, ὀδυνηρὸν ἡ ἐμὴ μετάστασις, καὶ τοῦτό μοι ποιεῖ σαφὲς τὸ μέγα περὶ ἐμὲ φίλτρον ὑμέτερον. Εἰ μὲν οὖν τοῦτο αὐτὸ, διάζευξις μόνον ἡ ἀναχώρησις ἦν, ἠλγησα ἄν οὐ μετρίως καὶ αὐτὴ, ὧν περιειχόμην, ὧν τὴν γνώμην ἐφίλουν, ὧν τὴν πρὸς τὸ βέλτιον ἄνοδον ἐμὴν ἐνόμιζον, παντάπασι διισταμένη· ἐπεὶ δὲ ὁ πάντα περὶ ἡμᾶς ὑψηλῶς θαυματοποιήσας Δεσπότης, καὶ τὸ τελευταῖον, ὡς εὖ οἶδα, τοῦτο τοῖς φθάσασι κατάλληλον συμπερανεῖ, ἴστε δὲ βεβαίως ὡς οὔθ' ὑμῶν ἀποστήσομαι, φίλαι, καὶ καρπὸν ἡδονῆς συγκομεεῖσθε λαμπρόν. Τοῦ κόπτεσθαι γοῦν καὶ περιπαθῶς παυσάμεναι θρηνῳδεῖν, κοινῇ τῷ δυνατῷ προσανάγωμεν αἴνεσιν, πολλῶν τε ἄλλων

Ant. Ballerini notæ.

(g) Cod. διαπηδῶντας: num vero syllaba τας mendum sit, an sit articulus vocis, quæ exciderit *incertum videri potest.*

ἕνεκα, καὶ ὧν εἰς ἐμὲ μεγαλείων μεγαλοφωνοτάτου κώδωνος σφοδρότερον διεσάλπισε.

A percepturas esse. A luctu igitur ac mœstis lamentis temperantes, simul omnes Omnipotentem laudibus extollamus, tum ob alia multa, tum ob magnalia in me perpetrata, quæ ipse vocibus præ quovis canoræ tubæ sonitu clarioribus illustravit.

ΙΓ'. Τοιαῦτα τῆς Παναγνου διξιούσης, καὶ ταῖς γνωρίμοις ἡδονὴν ἐνσταζούσης, ἅτε, τῆς γλώττης θεοκινήτως αὐτῆς ὑπηχούσης, ῥεῖν τε ἡδέως διαπλασθείσης, καὶ τοῖς ἀκροωμένοις ; χάριεν ἐμφυτεύειν κίνημα, διηχεῖ μὲν οὐρανὸς ἐξαίφνης, βροντὰς ἐπιβρέμων, καὶ οἱονεί τινι σημάντρῳ τῷ παρ' ἑαυτοῦ πατάγῳ τοὺς τὰ ἐξόδια τῇ μητρὶ τοῦ Θεοῦ κειτουργήσοντας διαναστῆναι κελεύει.

XIII. Dum hos purissima illa sermones haberet, et familiaribus dulce instillaret solamen, quippe cujus lingua divinum quid resonans et ad suavitatem effundendam, et ad ingerendum audientibus jucunditatis sensum nata erat ; insonat repente cœlum, tonitrubus fremens, ac fragore suo, quodam veluti signo dato, ministros, qui Dei matri extrema persolvant, jubet assurgere.

Νεφέλαι δὲ πολλαχόθεν διέθεον, ὄχημα ξένον ἑαυτὰς ὑποκλίνειν σπεύδουσαι τοῖς διακονήσουσι τῇ ταθῇ· Ἐνετείλατο γὰρ νεφέλαις ὑπεράνωθεν, ᾗ φησιν ὁ θεῖος Δαβίδ· καὶ πάλιν· Ἡ δύναμις αὐτοῦ ἐν ταῖς νεφέλαις· τὴν ἐντεθεῖσαν, οἶμαι, προγράφων ἰσχὺν, ἢ τοὺς κήρυκας διεβάστασεν.

Nubes vero e multis partibus accurrentes, novum curruum genus sese funeris curatoribus supponere properabant. *Mandavit* enim *nubibus desuper*, ut ut inquit divinus David [9] ; et rursus [10] : *Virtus ejus in nubibus* ; inditam videlicet, ut puto, vim præsignificans, quæ Evangelii præcones asportavit.

ΙΔ'. Ἔδει γὰρ κινηθῆναι τα ἄνω, καὶ καθάπερ τι καινὸν ὑποδέξεσθαι μέλλοντα χρῆμα, τὰ μὲν ὑπανοίγεφθαι, εὐρύτερα ἑαυτῶν, εἰ οἷόν τε, διαπλαττόμενα, τὰ δ' ὑποχωρεῖν, σώζοντα τὴν αἰδὼ, καὶ τὰ μὲν τῶν ἑπομένων, ἄλλα δὲ τῶν προπεμπόντων τάξιν ἑαυτοῖς διαθεῖναι· καὶ οὕτω θροῦν, ὡς εἰπεῖν, ἄνω διακτυπεῖσθαι.

XIV. Et par erat profecto, ut superna commoverentur, et utpote quiddam prorsus novum in se susceptura, alia quidem se ipsis, si fieri posset, latiora effecta veluti panderentur, alia autem, velut obsequium reverenter exhibentia, loco cederent ; et rursus ut ista postremum subsequentium, alia vero primum præeuntium ordinem sibi sumerent ; atque ita quidam, ut ita dicam, tumultuantium fremitus in supernis personaret.

Θαυμαστὸν δὲ οὐδὲν, εἰ θορύβου πόῤῥω τὰ κάτω τετήρηται καὶ σεισμοῦ· Ὁ οὐρανὸς μὲν γὰρ, οἷα καινὸν κειμήλιον, παράδοξον εἰσδεξόμενος θησαυρὸν, εἰκότως διεθορυβεῖτο, καὶ σχολὴν ἄγειν οὐκ εἶχεν, ὥσπερ ἐρευνῶν ἀναγκαῖῶν ἑαυτὸν, ἄν τὴν ἀξίαν οἴκησιν τῇ Δεσποίνῃ παράσχοιτο· γῆ δὲ, οἶμαι, διὰ τοῦτο ἀκλόνητος ἔμεινεν, ὅτι τε αὕτη τὸν καινὸν ἀνῆκεν ἄνθρωπον, τὴν Παρθένον, καὶ τοῦτον ἐπὶ πολὺ περιόντα ἔφερε· καὶ ἦν ἄρα τῶν ἀκολούθων μηδὲν ἐπὶ τοῖς εἰωθόσιν, εἰ καὶ ἄλλως παράδοξα, διαπράττεσθαι· καὶ ὅτι περ οὐδ' ἐπὶ μακρὸν κατέχειν ἔμελλε τὴν πάναγνον τελευτήσασαν, ἀλλὰ θᾶττον τοῖς ἄνω παραπέμψειν, ἵνα τοῖς ὑψηκοῖς λαμπρῶς ἀνθαμιλληθείη, δεικνῦσα οἷον ὁ ταπεινὸς χῶρος ἀνθρωποπρεπῆ διεμόρφωσεν ἀνδριάντα καὶ τῶν οὐρανίων ὑπέρτερον.

B

Quod vero inferiora hæc a tumultu et commotione abstinuerint, nil mirum videri debet. Nam cœlum utpote novum cimelium ac thesaurum admirandum excepturum, merito sus deque turbabatur, neque degere otiose poterat, quippe cum se partes in omnes vertens requireret, qua ratione condignam reginæ sedem præberet. At vero terra idcirco, ut puto, imperturbata mansit, tum quia novum hunc hominem, Virginem nempe, ipsa protulerat, tum quia hunc ipsum jamdiu penes se viventem retinebat ; et consentaneum utique fuit, ut in rebus sibi consuetis, utut alioquin stupendis, nihil commoveretur ; tum etiam denique quia Virginem demortuam non diu apud se servatura erat, sed brevi ad superos transmissura, ut egregia contentione supernis æmularetur, ac porro ostenderet, qualenam humilis hic locus conditionis utique humanæ at cœlestibus quibusve nobilius simulacrum efformasset.

C

ΙΕ'. Διὰ ταῦτα τοίνυν, ὡς ἔφην, οὐρανὸς ἐσείετο καὶ ἐβρόντα, καὶ ὅλος ἦν περὶ τὴν ὑποδοχὴν ἀσχολούμενος τῆς μακαρίας. Καὶ δὴ τῶν βροντιαίων ἐκείνων ἤχων συῤῥηγνυμένων, καθάπερ τι σάλπιγγες νόμῳ στρατοῦ τὴν παράταξιν διυπνίζουσι, τὸν ἴσον τρόπον οἱ λειτουργοὶ τῆς ὁσίας, ὧν τὰ ὦτα τὸν κρότον ἐγνώρισεν, οἷον εὔζωνοι καταστάντες, καὶ καθάπερ ἵππους τὰς νεφέλας ἀναβάντες, ἤλαυνον, σπεύδοντες ἑαυτοὺς συντάξαι τῇ φίλῃ παρατάξει, λέγω δὲ τῷ στρατῷ τῶν ἀγγέλων. Γίνεται τοίνυν ἡ διὰ νεφελῶν παράδοξος ἐκείνη συνέλευσις. Ἄλλου γὰρ τῶν κηρύκων ἀλλαχοῦ τῆς γῆς

D

XV. Ob eas igitur, quas dixi, causas cœlum magnis agitabatur motibus, ciebatque tonitrua, ac totum sese ad excipiendam beatam illam studiose conferebat. Et utique excitatis illis tonitruum fragoribus, non secus ac per tubarum elangores exercitus in consuetum pugnæ ordinem convocatur, haud aliter ministri sanctæ Virginis, quorum aures magni hujus murmuris indicium agnoverunt, veluti præcincti milites assurgentes, ac nebulas quasi equos conscendentes, accurrebant, amico agmini, angelorum scilicet exercitui, semet adjungere properantes. Ope ergo nubium admirandus ille con-

[9] Psal. LXVII, 23. [10] Psal. LXVII, 35.

ventus fit. Præcones enim Evangelii, cum alii alios terræ fines discurrerent, et incorruptum ac salutare semen in animas infidelium, veluti in quosdam sulcos, spargerent, tunc miro modo una omnes in purissimæ domunculam repente delati convenerunt ; neque ipsi solum, sed et cœlestium sapiens ille enarrator Dionysius Areopagita, sublimisque Hierotheus,et admirandus Timotheus,necnon et celeber ille Jacobus, Sionis Ecclesiæ tunc præsul.Sunt autem qui affirment præterea septuaginta discipulos ibidem adfuisse ; qui sane et ipsi in partem hujus quoque ministerii ideo sunt vocati,ut sicut et alia mysteria ac præcelsa portenta, ita et quæ nunc gerebantur, eorum lingua aliis quoque enarraret.

A περάτων διιόντος, καὶ τὸν ἄσηπτον καὶ σωτήριον σπόρον ταῖς τῶν ἀπίστων, οἷά περ ἄῦλοις, ἐντιθέντος ψυχαῖς, τότε πάντες παραδόξως συνῆλθον, ἀθρόον ἐπιστάντες τῷ τῆς παναγνου δωματιφ, καὶ οὐκ αὐτοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ τῶν οὐρανίων σοφὸς ὑφηγητὴς, Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης, ὅ τε ὑψηλὸς Ἱερόθεος, καὶ ὁ θαυμαστὸς Τιμόθεος, ἔτι δὲ καὶ ὁ τῆς Σιὼν τότε πρόεδρος Ἐκκλησίας, Ἰάκωβος ὁ πάνυ. Εἰσὶ δὲ οἳ φασι καὶ τοὺς ἑβδομήκοντα μαθητὰς συμπαρεῖναι· κοινωνοὶ δὲ οὗτοι καὶ ταυτησὶ τῆς διακονίας ἐκλήθησαν, ὡς ἂν ἄλλα τε μυστήρια καὶ ὑψηλὰ θεάματα, ταῦτα δὴ τὰ παρόντα, ἢ τούτων γλῶττα καὶ ἄλλοις διακονήσῃ.

XVI. Et hi quidem ad intemeratissimam convenerunt e terra ; e cœlis vero justa, ut par erat, persoluturi communi omnium Dominæ, agmina angelorum, justorumque, qui antea decesserant, universus cœtus, multitudo plane innumera, accurrerunt. Et sane quo fieri pacto posset, ut dum Creator ac sapiens Legislator legem, quæ parentes a filiis honorandos præcipit,ipse studiosius, quam quispiam ullus, servabat, ac propterea ad honorandam propriam matrem,sanctissimamque illius animam excipiendam præsens ipse aderat, non simul omnes accurrerent,et servulorum more,quæ ad funus,deductionis pompam,ac sacros exsequiarum ritus pertinent, puri purissimæ non præstarent ? Profecto et terra et mare et sol, et reliqua mundana omnia commota fuissent,nisi,uti dictum est, gloriæ e terrestribus purrissima illa non indigente, præceptum his fuisset, ut quiescerent ; præsertim vero, quod nullatenus consentaneum fuisset, ut ad superna transeunti aliquod ex hisce infimis ministerium opus esse videretur ; sed cœlestes, quod et factum est, descendere par esset,ut qui eam in cœlos suscepturi erant, ipsi eamdem debito famulatus honore prosequerentur. Quod si e terra quoque chorus apostolorum ministerii illius effectus est particeps ; at illis id tanquam cœlestium æmulis contigit ; uni quippe Christo vivebant, et spiritu in cœlestibus versabantur, et a cœlo erat si quis ipsis erat amicus, quanquam terrenum eorum indumentum adhuc in terra volutaretur : ac propterea quisquis sapiat, haud superis cessisse eximios illos homines affirmaverit.

B Ιζ'. Καὶ παρὰ μὲν τῆς γῆς οὗτος ἦσαν ἐπιδεδημηκότες τῇ παναχράντῳ· ἄνωφεν δὲ στρατιαὶ τῶν ἀγγέλων, καὶ τῶν δικαίων ὁ προμεταστὰς σύλλογος ἅπας, πλῆθος καὶ ἀριθμοῦ κρεῖττον συνέδραμον, τῇ τῶν ὅλων Δεσποίνῃ ἀφοσιωσόμενοι τὰ εἰκότα. Πῶς δὲ οὐκ ἔμελλε, τοῦ Κτίστου καὶ σοφοῦ νομοθέτου τὸν τοὺς τεκόντας τιμᾶν κελεύοντα νόμον μᾶλλον ἢ πάντες σώζοντος, καὶ διὰ τοῦτο τιμῆσαι παραγενομένου τὴν οἰκείαν μητέρα, καὶ δέξασθαι παραγενομένου τὴν οἰκείαν μητέρα, καὶ δέξασθαι τὴν ἁγιωτάτην αὐτῆς ψυχήν, μὴ ἂν ἅπαντας συνδραμεῖν, καὶ δουλικῶς τοὺς καθαροὺς τῇ καθαρωτάτῃ διακονῆσαι τὰ τῆς ἐκφορᾶς καὶ προπομπῆς καὶ τελετῆς ἱερᾶς ; Καὶ γῆ δὲ πάντως ἄν, καὶ θάλασσα, καὶ ἥλιος, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν κάτω συγκινηθῆναι εἶχον, εἰ μὴ, καθάπερ εἴρηται, τῆς κάτω δόξης ἐπεὶ οὐκ C ἔδει τῇ παναγνῳ, ἠρεμεῖν προσετάγησαν· ἄλλως τε καὶ τὴν πρὸς τὰ ἄνω μεθισταμένην τῶν ἀκολούθων οὐκ ἦν τῆς ἐκ τῶν κάτω δεῖσθαι διακονίας· ἔδει δὲ τοὺς ὑψηλοὺς κατελθεῖν, ὅ καὶ ἐξέβη, ἵνα ᾖ ἄνω προσλαβέσθαι ἔμελλον, διακονήσωσι κατὰ τὸ εἰκός. Εἰ δὲ καὶ γῆθεν τῆς λειτουργίας ὁ τῶν κηρύκων ἐκοινώνησε κύκλος, ἀλλ' ὡς ἐφάμιλλοι τοῖς ἀύλοις· Χριστῷ γὰρ ἔζων μόνῳ· τὰ ἄνω καὶ ᾤκουν τῷ πνεύματι· κἀκεῖθεν αὐτοῖς εἴ τις ἦν φίλος, εἰ καὶ ὁ χοϊκὸς αὐτῶν Χιτωνίσκος ἔτι τῇ γῇ προσεσύρετο· οὐκ ἄρα διὰ ταῦτα φαίη τις ἂν εὖ φρονῶν τῶν ἄνω λείπεσθαι τοὺς λαμπροὺς ἄνδρας ἐκείνους.

Verumtamen duplex quoque purissimæ illius substantia, anima illa videlicet et corpus, congruenter ministerium tum a cœlestibus tum a terrestribus exigebat. Atque ita reipsa factum est. Et illa quidem terræ luminaria utut ad præstantiorem sublimemque cohortem spectarent, tamen utpote terrenæ etiamnum conditionis ministerinm erga aspectabilem illius summæ venerandæ partem obibant. Divinæ vero ejusdem animæ famulatum exhibuerunt, quotquot erant cœlorum incolæ, terrenamque conditionem prætergredientes. Sed et ex istis nobiliores puto, præstantioresque erga di-

D Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ διττὸν τῆς παναγνου, ψυχὴ γὰρ ἐκείνη καὶ σῶμα, καταλλήλως τὴν λειτουργίαν ἐκ τε τῶν ἄνω καὶ κάτω ἐζήτει. Ὅ δὴ καὶ γέγονε. Καὶ οἱ μὲν φωστῆρες ἐκεῖνοι τῷ φαινομένῳ τῆς παντίμου τὴν διακονίαν ἀποδεδώκασιν, οἳ δήπουθεν ἔτ' ἐκ τῶν κάτω, εἰ καὶ τῆς κρείττονος καὶ ὑψηλῆς ἐτύγχανον μοίρας· τῇ δὲ θείᾳ ἐκείνης ψυχῇ τὴν λειτουργίαν ἐτέλεσεν, ὅσον οὐράνιόν τε καὶ γῆς ὑπέρτερον ἦν. Οἶμαι δὲ, καὶ τούτων οἱ ὑψηλότεροι ἂν καὶ λαμπρότεροι διακονῆσαι προσῆλθον τῇ θείᾳ ἐκείνῃ καὶ παναμώμῳ ψυχῇ. Οὗ χάριν, ἐγώ τε νομίζω, καὶ ὁ θεῖος εἴρηκε Δαβίδ. Τὸ πρόσωπόν σου

λιταγεύουσιν οἱ πλούσιοι τοῦ λαοῦ· τῇ τοῦ πλουσίου φωνῇ τὸ περιὸν ὑπὲρ τοὺς ἄλλους τῆς ἀρετῆς ὑποφαίνων.

A vinam illam et immaculatissimam animam (13) hoc perfungi officio aggressi sunt. Atque, ut mihi videtur, hanc ob causam etiam divinus David inquit: *Vultum tuum deprecabuntur divites plebis* [11], eos scilicet *divitum* nomine designans, qui reliquis virtute antecellerent.

Ἔμοιγε δὲ δοκεῖ ὡς οὐδὲ τῆς κάτω ἂν τῶν ἀποστόλων ἡ πολυύμνητος ἐπιδημίας ἐδεήθη, καὶ οὕτως αἰθερίας, εἴ γε μὴ οὗτος ἦν ὁ σκοπὸς, ἵν' ὅτι καὶ ἀγγελικὴ πρὸς τὴν τοιαύτην λειτουργίαν συνέδραμε διακόσμησις, δῆλον ἡμῖν γένηται. Ἐκ γὰρ τοῦ φανεροῦ τοῦδε καὶ οὕτω παραδόξου μένει καὶ τὸ μὴ ὁρώμενον ἀναμφίβολον· καθάπερ καὶ ὁ Σωτὴρ, Ἀφέωνταί σοι, τῷ παραλύτῳ πρῶτον εἰρηκεν, αἱ ἁμαρτίαι σου· ἐκεῖνο δ' ἔπειτα σαφὲς προτιθεὶς, καὶ Ἆραι, προσέταξε, τὸν κράββατον.

Porro ego quidem sic sentio, nihil opus fuisse, ut quemadmodum ætherei cives, sic et ex terra ad obsequendum Virgini omni honore dignissimæ apostoli convenirent, nisi hoc spectatum fuisset, ut notum nobis fieret, angelicos quoque ordines ad hoc obeundum munus concurrisse. Ex eo enim, quod manifestum est idemque adeo stupendum, firmam fidem indipiscitur et illud, quod in oculos non incurrit; quemadmodum etiam Salvator prius B dixit paaalytico: *Remittuntur tibi peccata tua* [12]; et deinde illud, quod perspicue cernebatur, indicans, præcepit: *Tolle grabatum* [13].

ΙΖ'. Ἐπεὶ δὲ, ὃν εἴρηται τρόπον, οἱ μαθηταὶ τοῦ Δεσπότου καὶ ὁ λοιπὸς ἱερὸς σύλλογος, ὃν φθάσας ὁ λόγος ἐγνώρισεν, ὑπερφυῶς παρέστησαν τῇ πανάγνῳ, τῷ μὲν παραδόξῳ τῆς συνδρομῆς, ὅπη τε ὄντες τῆς γῆς παρ' ἀλλήλων μανθάνοντες, καὶ ὅπως ἀθρόον εἰς ταυτὸν τῇ ἀερίῳ συνῆλθον διαρπαγῇ, σφόδρα τεθαυμάκασι σύν γε τῇ μακαρίᾳ Παρθένῳ. Καὶ τοῦτο δὲ Δαβὶδ ὁ μακάριος προεκρότησεν ἐκθειάζων· Τίς ἐν νεφέλαις ἰσωθήσεται τῷ Κυρίῳ;

XVII. Postquam ergo discipuli Domini, qua diximus ratione, et reliquus, quem in antecessum sermo commemoravit, sacer cœtus, mirum in modum coram Virgine purissima adstiterunt, et alter quidem ab altero audiebat, tum ubinam terrarum versaretur, tum quomodo in aerem rapti miroitinere in eumdem locum extemplo convenissent, vehementer simul cum Virgine beata obstupuerunt. Porro id quoque David valde admirans olim cecinerat inquiens: *Quis in nubibus æquabitur Domino* [14]?

Χάριτας δὲ ὁμολογήσαντες τῷ Σωτῆρι τῆς αἰθερίας ἐκείνης πτήσεως πολλῶν τε ἄλλων ἕνεκα, καὶ ὅτι μὴ ἐκδημήσασαν τὴν πολυύμνητον κατέλαβον, ἀλλὰ καὶ ἰδεῖν ἔτι περιοῦσαν, καὶ ἁγιασθῆναι τῇ διακονίᾳ ἠξιώθησαν ἐκείνῃ, τοιαῦτα προσεφθέγγοντο τῇ Θεοτόκῳ.

Deinde cum gratias Salvatori concordi animo C persolvissent, tum pro illo per æthera volatu, tum pro aliis multis beneficiis, tum etiam quod Virginem prorsus venerandam nondum e terrenis digressam reperissent, sed et videre adhuc superstitem, et ministerio illo sanctificari digni habiti fuissent, hisce Deiparam vocibus allocuti sunt.

ΙΗ'. Τί σοι, Δέσποινα, ἐπάξιον ἂν ἡ πηλίνη προσπλέξειεν ἡμετέρα γλῶττα; Ποῖον αἶνον, ὃν ὁ καθ' ἡμᾶς γεῶργεῖ νοῦς, ταῖς σαῖς ἀναλογοῦντα δώσομεν ἀγλαΐαις; Τίνα κρότον μεγάλα διασαλπίζοντα τοῖς τοῖς μεγαλουργήμασιν ἱκανῶς ἀντηχεῖν συγχωρήσομεν; Ποίας εὑπορήσαντες εὐφημίας ταύτην τῶν σῶν ἀξίαν ἐπιψηφιούμεθα λαμπηδόνων;

XVIII. Quam tibi, o Domina, coronam, quæ condigna te sit, texere lutea lingua nostra queat? Quodnam offerendum tibi encomium humana mens nostra elaboret, quod splendoribus tuis par exsistat? Quem plausum instar tubæ alte resonantem magnificentiis tuis apte respondere censebimus? Quas excogitare laudes poterimus, ut quampiam tuo congruam fulgori decernamus?

Διὰ σὲ, Πάναγνε, οὐρανὸν ὁ Δεσπότης παρήγαγε, γῆν ἐθεμελίωσε, θάλασσαν, ἥλιον, χάριν τε ἄλλην καὶ σεμνότητα καὶ κόσμον ὑπέστησε. Διὰ σὲ καὶ ὅσος ἡμῖν ἐννοεῖται διάκοσμος. Σὺ γὰρ ἡ παρασχοῦσα πᾶσι τὸ βέλτιον· τοῦ δὲ βελτίονος ἕνεκα, καὶ τοῦ εὖ εἶναι τυχεῖν, ἡ κτίσις ἐξυφάνθη τῷ Ποιητῇ· διὰ σὲ, πολυύμνητε, καὶ ἡμεῖς, καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν Θεὸν ἔγνωμεν διὰ σὲ, καὶ πλάνης ἀπηλλάγημεν καὶ σκότου, καὶ τὴν τῶν ἀῤῥήτων ἀγαθῶν περιμένομεν κτῆσιν· καὶ εἰ μὴ τοῦ ζόφου λυθῆναι, καὶ οὕτω τῶν θείων ἐμφορηθῆ-

Propter te, o purissima, Dominus cœlum con- D didit, terram fundavit, mare, solem atque aliam quamlibet venustatem, et decus, et ornatum creavit: propter te est quidquid ordinis menti nostræ obversatur. Tu enim es, quæ universis meliorem statum comparasti: nam creaturæ omnes ut in melius proficerent, et ut felicitatem assequerentur, a Conditore productæ sunt: id vero et nos propter te, o dignissima omni laude, consecuti sumus; neque hoc solum, sed Deum insuper propter te cognovimus, et ab errore ac

[11] Psal. XLIV, 13. [12] Luc. V, 20. [13] ibid. 24, [14] Psal. LXXXVIII, 7.

Ant. Ballerini notæ.

(13) Vide summam illam puritatem tribui *animæ* Virginis, adeo ut nihil dubitandum sit, an ad integritatem virginalem forte hæc referantur

tenebris erepti sumus, et inenarrabilium bonorum possessionem exspectamus ; et neque exoptandum nobis fuisset, ut ab initio crearemur, nisi futurum nobis fuisset, ut per te ab erroris liberaremur caligine, et sic demum divinis muneribus affatim ditaremur (14). Propter te perpetrata sunt mira, et Deus non dedignatus est terram hanc pedibus calcare, et homines in cœlo tabernacula sibi defixerunt. Tu feliciter ad Deum properantibus et fulcimentum es, et lumen, ac velut aura quædam suavis, quæ laborem ascendendi allevat : tu eosdem per devia ambulantes dirigis ad Deum. Tu humanum genus inter et gehennam separatio, tu paradisi largitio exstitisti. Tibi denique referendum est acceptum, quidquid hic haurire solatii licet, et quidquid ineffabilis lætitiæ futura vita nobis præbebit.

A ναι ἡμῖν ἐξεγένετο διὰ σοῦ, μηγὲ τὴν ἀρχὴν (b) ἂν εὐξάμεθα γενέσθαι περὶ ἡμῶν αὐτοῦ. Διὰ σὲ γέγονε τὰ παράδοξα, καὶ Θεὸς πατῆσαι γῆν οὐκ ἀπηξίωσε, καὶ ἐν οὐρανῷ σκηνὰς ἔπηξαν ἄνθρωποι. Σὺ τοῖς εὖ πλέουσι πρὸς Θεὸν ἔρεισμα, φώτισμα, οἷόν τις ἡδεῖα πνοὴ, τὴν ἄνοδον εὐμαρίζουσα· σὺ τοῖς ἀπόροις ἐμπόροις πρὸς Θεὸν κυβερνήτης. Σὺ τῷ γένει γεέννης ἔγένου χωρισμὸς, καὶ παραδείσου δόσις. Διὰ σὲ λοιπὸν, εἴ τι τρυγᾷν ἐνταῦθα πάρεστι τερπνὸν, καὶ ἦν ὁ μέλλων βίος ἄῤῥητον ἡμῖν εὐφροσύνην παρέξει.

XIX. Et utique quamdiu nobis, o Domina, sanctissimam tuam formam intueri, et per eam sanctificari, tuisque perfrui gratiis dabatur, videbamur nobis cum Filio illo tuo ac Salvatore nostro simul versari, et inenarrabilibus illis potiri deliciis. Si enim ille ad cœlos ascendendum sibi esse duxit, idque reipsa effecit, et sejunctio illa humanam ejus vitam nobis veluti adimebat ; at divinus sancti Spiritus adventus, et tua, o purissima præsentia, et nos haud levi perfundebant solatio, et Salvatoris absentis locum supplebant. Maxime vero iis ex nostris, quibus datum non fuerat, ut Domini aspectu frui possent, loco Salvatoris erat lucidissima facies tua, in qua Christi, Filii tui, faciem intuerentur. Atque, ut prorsus dicam, tua omnia consolationem in nos et incomparabile levamentum abunde effundebant.

B Ιθ'. Ἀλλ' ἕως μὲν, ὦ Δέσποινα, τὴν σὴν ἁγιωτάτην μορφὴν καὶ ὁρᾷν εἴχομεν, καὶ παρ' αὐτῆς ἁγιάζεσθαι, τῶν σῶν ἀπολαύοντες χαρίτων, ἐκείνῳ συνεῖναι καὶ κοινωνεῖν ἐνομίζομεν ἀφάτου τρυφῆς, τῷ σῷ Υἱῷ καὶ Σωτῆρι. Εἰ γὰρ οὗτος ἀναληφθῆναι δεῖν ᾠετο, καὶ πεποίηκε, καὶ ὁ χωρισμὸς τὴν καθ' ἡμᾶς εἶλκε ζωὴν ἐκεῖνος, ἀλλ' ἡ θεία τοῦ Παρακλήτου ἐπέλευσις καὶ ἡ σὴ, πάνάγνε, παρουσία, ἡδονήν τε ἡμῖν ἐνέσταξαν οὐ μικρὰν, καὶ τὸ τοῦ Σωτῆρος ἀνεπλήρωσαν ὑστέρημα. Οἷς δὲ μάλιστα τῶν σὺν ἡμῖν τῆς δεσποτικῆς οὐκ ἀπολαῦσαι γέγηνται θείας, ὁ φωτοειδέστατος σὸς χαρακτὴρ ἀντὶ τοῦ Σωτῆρος καὶ ἦν καὶ ἐδόκει καὶ σοῦ σπλαγχνου Χριστοῦ. Καὶ, καθάπαξ εἰπεῖν, παραμυθίας ἔγεμε τὰ σὰ πρὸς ἡμᾶς καὶ ἀπαραμίλλου ῥαστώνης.

C

Quandoquidem vero, Creatore sic volente, postremo nunc nos et alloqueris et ob oculos habes, enimvero vix ferenda præsentia hæc nobis parent, resque in summam cedit calamitatem. Angor enim in nos instar lanceæ jam intorqueri, corque nostrum acerbis doloris telis impeti nobis videtur : quoddam veluti incendium videmur nobis cernere, quod minax jam caput nostrum invadat : animam nostram transverberat jam gladius, haud minus propemodum ac de te, honoratissima, beatus Symeon prænuntiavit [15]. Jam non ejusmodi est ista calamitas, quam ferre possimus : non ea jam est præsentis doloris acerbitas, cui mens occurrere constanter valeat : non sinit jam immensus mœror, ut non animo decidamus, ac nostra palam se pro-

Ἐπεὶ δὲ νῦν ἡμῖν, τοῦ Πλάστου βουλομένου, καὶ τελευταῖα προσφθέγγῃ καὶ προσβλέπεις, ἀφόρητα μικροῦ δοκεῖ τὰ παρόντα, συμφορὰ μεγίστη τὸ πρᾶγμα καθίσταται. Οἷόν τι δόρυ σείεσθαι τὸ πάθος ἡγούμεθα καθ' ἡμῶν, λύπης βέλη πικρὰ χωρεῖν κατὰ τῆς ἡμετέρας καρδίας· ὡς φλόγα ὁρᾷν κατὰ κεφαλῆς ἡμῶν ἀπειλοῦσαν στρατεῦσαι νομίζομεν· ῥομφαία τὴν ἡμετέραν ἤδη διέρχεται ψυχὴν, σχεδὸν οὐχ ἧττον ἧς ὁ μακάριος Συμεὼν ἐμήνυσε, πάντιμε, περὶ σοῦ. Οὐκέτι τῶν ἀνεκτῶν ἡμῖν ἡ τοιαύτη συμφορά· οὐκέτι τῶν παρόντων ἀλγεινῶν ἡ δριμύτης ἄσειστον ἐᾷ τὸν λογισμόν· οὐκέτι τὸ βάρος τῆς ἀνίας μὴ καταπεσεῖν ἡμᾶς συγχωρεῖ, καὶ ἀσθενείας ἔλεγχον παρασχεῖν. Πῶς γὰρ καὶ γλῶτταν σιγῶσαν ὁρᾷν ὀ̓σομεν, ἧς ὁ γλυκὺς καὶ μελιῤῥυτος φθόγγος

D

[15] Luc. II, 35.

Ant. Ballerini notæ.

(b) Cod. τηναρχήν.

(14) Hæc eadem sensa, nimirum quod propter Virginem Deiparam condita hæc rerum universitas fuerit, quod eidem Virgini debeatur quidquid reliquis creaturis inest decoris ac splendoris, quod denique Mariæ acceptum referendum sit, tum quod cætera omnia finem suum assequantur, tum quod humanum genus in præceps olim prolapsum restaurationem ac spem salutis invenerit, hæc omnia, inquam, Isidorus uberius deinceps prosecutus est in homilia, quam habuit *in Deiparæ Natale*, quamque superius (part. I, col. C00) jam dedimus... Porro (quod in notis homiliæ illi subjectis manifestissime ostendimus) ejusmodi est tota hæc œconomia, ut eidem prorsus repugnet. Mariam eadem illo ruina obvolutam fuisse, quæ reliquos Adæ filios perdidit. Id vero et præsenti loco satis elucet. Neque enim contextus ratio patitur, ut Virgo quoque iis tenebris et caligine putetur, circumsepta quarum depulsio per ipsam exspectanda erat. Et confirmant idipsum sequentia, ubi Virgo salutatur ceu murus dividens inter humanum genus ac gehennam. Si enim universo humano generi ob veterem lapsum gehennæ addicto Mariam accenseas, qui posset ipsa idem genus a gehenna separasse ?

Θεὸν τε ἤγαγεν εἰς γῆν, καὶ ἡμῖν ἐτύγχανε παραμυθία μεγίστη τοῖς παρὰ τῶν ἀπίστων δεινοῖς ἐντυγχάνουσι ; Πῶς ὄμματα προσιδεῖν καὶ ἥλιος ἀφεγγῆ καρτερήσει, ὧν ἡ καλονὴ καὶ λαμπρότης τῷ ἀδύτῳ φωτὶ καὶ προσεπλάκη καὶ προσεφύη, καὶ εἰς τὰ τῆς γῆς ἐπέλαμψε πάρατα ; Πῶς οὖν ἡμῖν ἀκινήτους ὄψεται καὶ γῆ χεῖρας, αἳ τὸν Κτίστην ἐβάστασαν, ὃν αὐτὴ χωρῆσαι, κἂν τοσαύτη μυριάκις ἦν, ὡμολόγησεν ἄν ἀσθένειαν.

dat infirmitas. Quo enim pacto ferat animus, ut mutam eam cernamus linguam, cujus vox dulcis et melliflua tum Deum attraxit in terram (15), tum nos dira ab infidelibus tolerantes mire reficiebat ? Quomodo vel sol ipse patiatur luce orbatos eos contueri oculos, quorum venustas ac splendor inaccessibili luci et totus intendit et defixus hæsit, et ad fines usque terræ refulsit? Quomodo nobiscum etiam terra carentes motu eas manus videbit quæ Creatorem portaverunt, quem continere ipsa, etiamsi decies millies tanta esset, adhuc tamen se posse negaret?

Ἀλλ', ὡς ἔοικε, συμφορὰν ἡμῖν καὶ ταύτην ὁ χρόνος ἐτεμιεύετο. Καὶ γὰρ πρώην τὸν Πλάστην ἑλκόμενον, γυμνούμενον, μαστιγούμενον [1], ὦ τῆς σῆς, Δέσποτα, μακροθυμίας ! νεκρὸν ἑωράκαμεν ἐπὶ ξύλου· καὶ νῦν, ὦ πρᾶγμα θαύματος πέρα ! νεκρὰν τὴν ἐκείνου μητέρα καὶ ἰδεῖν, καὶ τῷ τάφῳ καλύψαι πρόκειται. Πῶς ἄρ' οὐ δακρύσομεν ; Πῶς οὐ στενάξομεν ; Πῶς οὐ πενθήσομεν, τὸ γλυκὺ φῶς, τὸ τερπνὸν ἄνθος, τὸ εὐῶδες μύρον, τὸν περικαλλῆ λειμῶνα, τὸ θεοδόχον σκῆνος, τὴν θεοφόρον φιάλην, τὸν ὀφθαλμὸν τοῦ κόσμου, τὸ φωταυγέστατον ἔσοπτρον, τὸ θεῖον κάτοπτρον, τὸ παράδοκον ἄγαλμα, τὴν ἀληθινῆς πᾶσι ζωῆς αἰτίαν, καὶ ἄλλου παντὸς πρόξενον ἀγαθοῦ, πρὸ τῶν ἡμετέρων ὀφθαλμῶν ἐκδημοῦσαν, ἀπαίρουσαν, μεθισταμένην, φεῦ ! ἄπνουν ὁρῶντες ; Πῶς οὐκ ἄλγεινὸν ἡμῖν ὁ σὸς χωρισμὸς ; Πῶς οὐκ ἀνιαρὸν ἠστέρησις ; Πῶς οὐ κικρὸν, πῶς οὐ φρίκης γέμον, νεκρὸν, ἀκίνητον, ἄφωνον τὸ ζωοπάροχον σκεῦος παραδοῦναι τῷ τάφῳ ; Σείσθητι, γῆ, καὶ ἥλιε, μελανδύθητι, καὶ οὐρανοῦ τάξις, ῥάγηθι, καὶ οἵαν ἐπὶ τοῦ Μονογενοῦς αὐτῆς, διὰ τὴν φρικωδεστάτην νέκρωσιν, τὴν ἴσην καὶ νῦν βαρύτητα τῆς ὀφρύος ἐνδείξασθε.

Sed plane hunc quoque mœrorem tempus nobis servabat. Jam enim Creatorem ipsum funibus pertractum, nudatum, flagellis cæsum, (o tuam, Domine, patientiam !) in ligno crucis mortuum pridem vidimus. Nam ergo (o factum stuporem omnem vincens !), mater ejus et mortua hisce oculis aspicienda, et tumulo recondenda manet. Quo itaque pacto a lacrymis temperabimus ? Quomodo suspiriis parcemus ? Quomoda abesse queat fletus, dum dulce istud lumen, venustum florem, fragrans unguentum, pulcherrimum pratum, tentorium Deum continens, phialam Deo plenam, mundi (16) nitentissimum speculum, divinam imaginem (17) simulacrum admirandum, veræ vitæ omnibus auctricem, et cujusvis alterius boni causam præ oculis nostris abire, discedere, hinc migrare, eheu ! spiritus expertem ipsi viderimus ? Quomodo non acerbum nobis fuerit abs te sejungi ? Quomodo non mœstum te privari ? Quomodo non amarum, quomodo non plenum horroris, vas illud vitam præbens, mortuum, motu ac voce carens, sepulturæ tradere ? Tremores jam cieas, o terra, tuque atrum, o sol, velum assume, et consuetum tibi ordinem, o cœlum, abrumpe, et qualem ad terrificam Unigeniti ejus mortem, parem nunc quoque mœstissimum vestrum luctum ostendite.

Ἀλλὰ σὲ μὲν, ὦ Θεοῦ Μῆτερ, ἀῤῥήτων ἀγαθῶν ἐκδέξεται κύκλος· ὑπὲρ νοῦν εὐφροσύνη περιστοιχιεῖ· χαρὰ, ἧς οὔτε νοῦς μέτρον ὠδίνειν, οὔτε γλῶσα προάγειν οἶδε, καὶ προπέμψει, καὶ ἀκολουθοῦσα περιζητήσει, καὶ αἰωνίως ἀνακλινεῖ παρ' ἑαυτῇ· δι' ἣ ἄρα τὴν τῆς χαρᾶς ἔκβασιν, ὡς ἡγούμεθα, οὔτε τόδε τὸ πᾶν ἐκλονήθη, ἀλλ' οἱονεὶ χαίρσι, καὶ καθάπερ μὴ καινοῦ τινος τερατουργουμένου, τὸν ὅρον σώζει τὸν ἴδιον. Τῆς σῆς δ' ἂν εἴη λοιπὸν, θεοχαρίτωτε, καὶ πανηγίας ψυχῆς καὶ δυνάμεως καὶ τὸ λυποῦν ἡμᾶς ἐξιάσασθαι νέφος, καὶ χαρίτων γεῦσαι τῶν σῶν, ἐπείπερ νῦν εὖ πράττει τὰ πάντα καὶ τῇ σῇ μεταστάσει.

Verumtamen te, o Dei Mater, ineffabilium honorum corona excipiet : te circumcinget lætitia omnem mentis captum excedens : te gaudium, cujus mensuram neque animus concipere, neque eloqui lingua potest, et deducet, et te comitans circumambiet, et penes se in sæcula recumbere te jubebit : et lætissimus profecto ejusmodi exitus, ut arbitror, efficit, ut et hæc rerum universitas nullatenus commota fuerit, imo vero quodammodo gaudeat, ac veluti nihil novi ac stupendi agatur, suo se ordine contineat. Quod reliquum est, quandoquidem et ad transitum tuum nunc omnia bene feliciterque habent, sanctissimæ animæ, o Deo cha-

Ant. Ballerini notæ.

[1] Cod. μαστιγόμενον, sed post. man. μαστιγούμενον.

(15) Deum in terram attraxere illæ voces *Luc.* I, 38) : *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.*

(16) Recole quæ de hac sententia diximus in not, ad § VII homiliæ *Theodori Sinaitæ* (sup. pag. 223), ubi palam elucet, *oculum mundi* ideo Virginem appellari, quia cæcitatem per primum Adæ peccatum inductam non incurrit

(17) Quid sibi velit Isidorus, cum Virginem Deiparam appellat *imaginem divinam*, disce ex iis, quæ alibi (hom. *in Deip. Annunt.* § 21, sup. pag. 419) affirmavit, videlicet in *sola* Deipara impletum illud esse, quod Deus hominem plasmaturus dixit (*Gen.* I, 16) : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* ; propterea quod et in sola Deipara imago illa ac similitudo nullum passa est detrimentum, et in sola Deipara imago divina suam assecuta est perfectionem.

rissima, potentiæque tuæ jam fuerit, et tristitiæ, qua nos afficimur, disjecisse nubem, gratiasque tuas gustandas nobis præbere.

Πρόσεστι τῷ φοίνικι καὶ ἰδιότης ἑτέρα, ἡ δὲ, πρόεισι μὲν τῆς γῆς ὁ φοίνιξ, ὡς καὶ τὰ λοιπὰ τῶν δένδρων, αὐξάνει δὲ οὐ κατ' ἐκεῖνα· τοὺς μὲν γὰρ κλάδους ἐπὶ μέγα ἄρει μῆκος, ὡς εἴρηται, τὸ δὲ γε τῆς κορυφῆς πάχος, ὅσον ἂν τῆς γῆς ὑπερκύψας ἔχων φανείη, τοῦτο προσθήκης ἄμοιρον ἡστινοσοῦν μένει διατηρῶν· καὶ τοῦτο δὲ πρὸς τὴν πάναγνον τοῦτον οἶμαι σκιαγραφεῖν λόγον· Ἡ Παρθένος προῆλθε μὲν τῆς ἰδίας μητρὸς, ὥσπερ ἄνθρωπος, καὶ διὰ τοῦτο τὸ ἀρχαῖον πάχος, λέγω δὲ τὴν προγονικὴν ἁμαρτίαν, μεθ' ἧς ἐγεννήθη. ἤντε ἀκουσίως εἵληφε, διαφυγεῖν τε τρόπος ἦν οὐδεὶς, οὐδὲ ὑπερβῆναι· περὶ ἧς καὶ ὁ θεῖος φιλοσοφεῖ Δαβὶδ, Ἐν ἁμαρτίαις, φάσκων, ἐκίσσησέ με ἡ μήτηρ μου. Ταύτην δῆτα καὶ μόνην ἦκεν εἰς βίον φέρουσα, καὶ τῷ γένει δεικνῦσα· παχύτητος δ' ἑτέρας οὑτινοσοῦν δηλαδὴ ῥύπου παντάπασι μεμένηκεν ἀνεπίδεκτος· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν πατρῷον ἐκεῖνον καὶ ὀλέθριον ἑαυτῆς ἀπέῤῥιψε κλῆρον· καθ' ὃ δὴ καὶ ταυτησὶ περιεγένετο τῆς εἰκόνος. Ὁ μὲν γὰρ φοίνιξ οὔτε ὅ κυηθεὶς ἔδειξε περὶ τὴν κορυφὴν, ἀποτίθεται πάχος, οὔτε οὗπερ ἔσχεν ἐξαρχῆς, ἔλαττον πεποίηκεν οὐδεπώποτε. Ἡ δὲ μακαρία, οἷον ὑπὲρ πᾶσάν τε οὖσα εἰκόνα ἀπείρῳ τε τῷ μέτρῳ, καὶ αὐτὸ ὑπερβᾶσα τὸ γένος, ἔσπευσε καὶ τὸ ἀρχέγονον πάχος, φημὶ δὲ τὸν ἐκεῖνον Ἀδαμαῖον ὄλισθον, ἀποβαλεῖν τε καὶ ἀποξέσαι, καὶ τὸν ἀνδριάντα, τὸν ἄνθρωπον λέγω, οἷον ἐχάλκευσεν ὁ Δημιουργὸς, στίλβοντα καὶ λαμπρὸν ἀποφῆναι· καὶ τι δὴ τούτου παραδοξότερον, ὅτι οὐ μικρὰν εἵλετο σχεῖν κάθαρσιν, καὶ οἷα ἂν αὐτῇ μόνῃ γένοιτο ἱκανή· ἀλλὰ τοσούτῳ καθαρότητος βάθει προσομιλῆσαι διηγωνίσατο, ὅτῳ καὶ ἄλλοις ἐκχέαι δεδύνηται, ῥύπον τε ἀποκλῦσαι δι' αὐτοῦ τὸν παχύτατόν τε καὶ μιαρώτατον. B Adest palmæ et alia proprietas ; est autem hæc: producitur quidem palma de terra, quemadmodum et reliquæ arbores ; crescit autem non sicut illæ ; nam ramos quidem ad magnam extollit longitudinem, ut dictum est, summitatis autem tramite crassitiem, quam tunc habet, cum de terra producta apparuerit, hanc conservat cujuscunque additionis expertem ; et hoc autem ad purissimam hanc habet, ut arbitror, rationem imaginis. Nata est quidem Virgo ex propria matre, sicut homo : et ideo antiquam crassitiem, dico autem peccatum originale, cum quo nata fuit, et quod invito acceperat, nullo modo poterat evitare nec transgredi : de qua et divus David philosophavit dicens : *In peccatis concepit me mater mea* [21]. Hoc igitur solum in hanc vitam edita tulit, ostendens humano generi: alterius vero crassitiei, cujuscunque videlicet inquinamenti prorsus incapax mansit. Nec solum hoc, sed illam quoque paternam et perniciosam sortem abjecit a se, sicut etiam hanc imaginem superavit. Nam palma nec illam, quam, cum orta fuerit, monstravit circa summitatem, deponit crassitiem, et illam, quam ab initio habuit, minorem fecit unquam (sc. *nunquam*). Beata autem Virgo quasi supra omnem exsistens imaginem infinito intervallo ipsumque genus superans, properavit ad illam antiquam crassitiem, Adami, inquam, lapsum abjiciendum, statuamque, hominem inquam, quem Opifex fabricavit, splendidam ac nitidam ostendendam ; et quod admirabilius est, quia non parvam voluit habere purgationem, et quæ ipsi soli sufficeret ; sed cum tanta profunditate puritatis conversari conata est, ut aliis quoque effundere potuerit, sordesque expurgare per ipsam crassissimas ac scelestissimas. C

Πρὸς τούτοις δέ καὶ ὁ τοῦ φοίνικος καρπὸς, ὅσα ἐμὲ νομίζειν, τὸν καινὸν ζωγραφεῖ τῆς παρθενίας Υἱόν. Καθάπερ γὰρ ὁ τοῦ δένδρου τούτου καρπός ἐστι μὲν τὴν τε ὥραν λαμπρὸς, καὶ τὴν γεῦσιν ἡδὺς ὑπὲρ τοὺς λοιποὺς, ὅ δὲ ἔνδον καλύπτει, πάνυ πέφυκε (sic) στερρὸν καὶ συντριβῆς σχεδὸν ἀνώτερον. οὕτω δὴ καὶ ὁ ἐμὸς Χριστὸς, ὁ τῆς Παρθένου καρπὸς, τὸν μὲν ὁρώμενον γλυκὺς καὶ ὡραῖος, ὡς ἥκιστά γε τῶν ἁπάντων οὐδεὶς, τὸ δὲ νοούμενον ἰσχυρόῦ παντὸς ἐπικρατέστερος καὶ στερρότερος, καὶ αὐτὴν πλουτῶν τὴν ἀπάθειαν. Ὃ δὴ καὶ ὁ προφήτης Δαβὶδ αἰνιττόμενος, οἶμαι, Δίκαιος ὡς φοίνιξ, εἶπεν, ἀνθήσει, δίκαιον μὲν τὴν Παρθένον ὀνομάζων ἐζόχως, ἄνθος δὲ τὸν ἐξ αὐτῆς, ὃν ἔφην, D Ad hæc autem fructus quoque ipsius palmæ, ut ego arbitror, novum Virginis Filium figurat. Sicut enim hujusce arboris fructus est quidem pulchritudine splendidus, et gustu dulcis plus quam alii: quod autem intus operit, valde solidum est, et quasi infrangibile : sic etiam meus Christus, Virginis fructus, aspectu quidem dulcis et speciosus, ut nemo omnium alius ; intellectu autem omni forte validior ac solidior, est, et ipsam possidens impassibilitatem. Quod jam et David propheta innuens, ut ego puto, *Justus*, dixit, *tanquam palma florebit* [22], justum egregie vocans Virginem : florem autem ex ipsa natum, ut dixi, dulcissimum Jesum, sicut etiam Salomon de ipso Christo. *Ego*, inquit,

[21] Psal. L, 7. [22] Psal. XCII. 13.

flos campi et lilium vallium [23]. Quod si palma, quoad intus, non est impassibilis, non propterea sermo aberrat ; neque enim in creaturis inveniri potest divinæ et impassibili naturæ imago omnino similis.

Adhuc etiam et qui voluerunt a mundo secedere et alta philosophari, Deumque alloqui, quantum homini est possibile, illum locum ad habitandum, ut audimus, elegerunt, qui palmas producit ; quarum fructus quidem non parvo erat ipsis solatio ; rami autem opus erant, quod sacræ illorum sanctorum manus operabantur ; et hoc valde consonum esse arbitror præsenti speculationi, et non sine ratione ; nec casualem, quod aliquis diceret, concederem usquam hujusmodi vitam sanctorum illorum virorum : sic enim intelligere possum de hoc : quoniam purissimæ Virgini, ut diximus, palma assimilatur, hujus vero fructus ineffabili admirabilique illius fructui : propterea manus quidem sanctorum palmæ tractabant ramos ; os vero illius fructum sumebat, ut circa quæ memoriam nunquam dormire desiderabant, Jesum inquam et purissimam Virginem. Ad hæc autem et manuum exercitium mensaque cooperentur ; quoniam et tenere, si quid aliud, Jesum volebant, et si fieri posset, hunc semper manducare atque spirare. Hoc autem ostendebant per ea, quæ faciebant, et proprium scopum manifestum posuerunt. Et de his quidem satis dictum est.

XXXIV. Ipsa vero, o Dei Mater, splendor nostræ naturæ, opus novum ac jucundissimum (26), cœlestis altitudo, gratiarum mare (27), sol conspicuo isto splendidior, arco sacratissimis virtutibus exundans, pigmentarium ex omnibus floribus fragrantissimum, salus mea, per quam et cœlos inhabitamus, et paradisum recuperavimus, et (quid plura enumerem ? incomprehensibilis Dei receptaculum ac Mater, et idcirco visibilium omnium et invisibilium, Deo excepto, Domina, sis nobis hic quidem tum sanctioris usque vitæ gubernatrix, tum veritatis dux, tum propugnatrix adversus insidias, quas inimicus contra nos molitur ; in futuro autem sæculo æternorum bonorum nobis fruitionem præbeas. Quam utinam assequamur omnes, mediatrice Deipara, et gratia Domini nostri Jesu Christi, quem decet gloria omnis, honor et adoratio cum æterno ejus Patre et sanctissimo ac vivificante ejusdem Spiritu, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

[23] Cant. II, 1.

A γλυκύτατον Ἰησοῦν, καθὰ καὶ Σολομὼν περὶ αὐτοῦ δήπουθεν τοῦ Χριστοῦ, Ἐγὼ, φησὶν, ἄνθος τοῦ πεδίου, καὶ κρίνον τῶν κοιλάδων. Εἰ δὲ μὴ τὸ ἔνδον ἀπαθὴς ὁ φοίνιξ, οὐ παρὰ τοῦτό μοι δοκεῖ λόγον διαμαρτάνειν· οὐδὲ γὰρ ἔστιν ἐν τοῖς κτιστοῖς εἰκόνα εὑρεῖν τῆς θείας καὶ ἀπαθοῦς φύσεως ἀπαράλλακτον.

Ἔτι δὲ καὶ οἷς ἐπῆλθεν ἀποβραγῆναι κόσμου, καὶ ὑψηλὰ φιλοσοφῆσαι, καὶ Θεῷ προσεντυχεῖν ὡς ἐφικτὸν ἀνθρώπῳ, ὅτι τπῦτον, ὡς ἀκούομεν, πρὸς οἴκησιν εἵλοντο τὸν τόπον, ὃς τοὺς φοίνικας φύει, ὧν ὁ μὲν καρπὸς οὐ μικρὰ πρὸς τροφὴν αὐτοῖς ἐτύγχανε παραμυθία, τοὺς δὲ κλάδους ἔργον εἶχον αἱ ἱεραὶ τῶν ὁσίων ἐκείνων χεῖρες· κατὰ πολὺ καὶ τοῦτο συνᾴδειν οἶμαι τῇ παρούσῃ θεωρίᾳ· καὶ οὐκ ἔξω λόγου, οὐδὲ αὐτόματον, ὡς ἄν τις φαίη, τὴν B τοιαύτην διατριβὴν τῶν ἁγίων ἐκείνων ἀνδρῶν, συγχωρήσαιμι ἂν ἔγωγε· οὕτω γὰρ ἔχω νοεῖν καὶ περὶ τούτου· ὡς ἐπείπερ τῇ παναγνῳ μὲν, ὡς ἔφημεν, ὁ φοίνιξ ἀναλογεῖ, ὁ δὲ τούτου καρπὸς τῷ ὑπερφυεῖ καὶ παραδόξῳ ἐκείνης καρπῷ· διὰ ταῦτα χεῖρες μὲν τῶν ὁσίων κλάδους μετεχειρίζοντο φοινίκων· στόμα δὲ τὸν ἐκεῖθεν ἐδέχετο καρπὸν, ἵνα περὶ ἃ τὴν μνήμην καθεύδειν οὐδέποτ' ἐπόθουν, λέγω δὲ τὸν Ἰησοῦν καὶ τὴν Πάναγνον, πρὸς ταῦτα καὶ ἡ τῶν χειρῶν ἐργασία καὶ ἡ πράπεζα συνεργοὶ γένοιντο· ἐπὶ καὶ κρατεῖν εἴπερ τι τὸν Ἰησοῦν ἐβούλοντο, καὶ, εἰ οἷόν τε, τοῦτον ἄεὶ σιτεῖσθαι καὶ ἀναπνεῖν. Τοῦτο δὲ δι' ὧν ἐποίουν ὑπέφαινον, καὶ σαφῆ τὸν οἰκεῖον προὔθηκαν σκοπόν. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἅλις.

ΔΔ'. Αὐτὴ δὲ, ὦ Θεοῦ μῆτερ, ἀγλάϊσμα τῆς ἡμετέρας φύσεως, καινοπρεπέστατον δημιούργημα, οὐράνιον ὕψος, χαρίτων θάλασσα, ἥλιε τοῦ φαινομένου λαμπρότερε, ἱερωτάτων ἀρετῶν πλήρης κιβωτὲ, ἀνθέων ἁπάντων εὐωδεστάτη μυροθήκη, ἡ ἐμὴ σωτηρία, δι' ἧς καὶ οὐρανοὺς οἰκοῦμεν, καὶ παράδεισον ἀπειλήφαμεν, τί δεῖ πολλὰ λέγειν ; Θεοῦ τοῦ ἀγωρήτου δοχεῖον καὶ Μήτηρ καὶ διὰ τοῦτο, Θεοῦ πλὴν, ὁρωμένων ἁπάντων καὶ ἀοράτων Δέσποινα, εἶης ἡμῖν ἐνταῦθα μὲν καὶ βίου θεοπρεποῦς κυβερνήτης, καὶ ἀληθείας ὁδηγὸς, καὶ προασπιστὴς τῆς καθ' ἡμῶν τοῦ πολεμίου μελέτης· ἐν δὲ τῷ μέλλοντι τὴν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν χορηγήσαις ἀπόλαυσιν. Ἧς γένοιτο πάντας ἐπιτυχεῖν μεσιτείᾳ τῆς Θεοτόκου καὶ χάριτι τοῦ Κυρίου ἡμῶν C Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ Πατρὶ καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ αὐτοῦ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας αἰώνων. Ἀμήν.

Ant. Ballerini notæ.

(26) Attendenda hic vis est Græcæ locutionis. Ex usu enim Patrum δημιουργὸς, ubi de Deo dicitur, est *Creator*, ac propterea δημιούργημα de opere per *creationem* e nihilo educto usurpatur. Sermo est ergo de Virgine, quatenus e manibus Dei prodiit. Exhibetur autem tanquam opus non modo *novum* sed et *splendidissimum*. E communi ergo ordine recedens ac splendidissima describitur prima Mariæ origo.

(27) Notissimum est, ad significandam rei alicujus amplitudinem tunc adhiberi tropum e *mari* deductum, cum rem qualibet mensura majorem significare volumus. Sic *bonitatis pelagus* dicere solemus, ut immensam Dei bonitatem significemus. Sic ergo gratiæ dona sanctæ Virgini collata quamlibet mensuram excedentia prædicantur.

ANNO DOMINI MCCI.

NICETAS MARONEÆ

THESSALONICENSIS METROPOLITA

—

DE NICETA EJUSQUE DIALOGIS

MONITUM J. HERGENRŒTHER

THEOL. IN WIRCEBURGENSI LITTERARUM UNIVERSITATE PROFESSORIS.

—

I. Nicetas iste, ait doctissimus Le Quien (*Orientis Christiani* tomo II, p. 47), alius omnino non est a Niceta Chartophylace et Maroneæ episcopo, qui ad Thessalonicensem sedem provectus fuit. Latini dogmatis de Spiritus sancti ex Filio quoque processione assertor quidem fuit, insertam vero Symbolo vocem *Filioque* non probabat. Manuele Comneno imperatore dialogos suos cum eo habuit Hugo Etherianus. Multas librorum ejus lacinias passim suis in voluminibus variis exscripsit Allatius. In bibliotheca Mss. Angliæ inter Joannis Seldeni codices classe II, n. 2 habetur *Prologus de peregrinatione et actis S. Joannis Evangelistæ ex ore Nicetæ Thessalonicensis*. In Jure Græco-Romano regestæ jacent interrogationes diversorum episcoporum ad D. Nicetam Chartophylacem, qui archiepiscopus factus est metropolis Thessalonicæ. Hæc de Niceta nostro Lequienius.

II. Porro Nicetas noster, quem patria Mitylenæum fuisse tradunt nonnulli, qui tamen aliis eum cum altero Niceta posteriori ejus in Thessalonicensi sede successore (vide Le Quien l. c. p. 52) confudisse videntur, sæculo Ecclesiæ duodecimo floruit et inter alia sex de processione Spiritus sancti dialogos composuit, et quidem certo ante annum 1201, quo Fabricius (*Biblioth. Gr.* vol. VI, p. 434 ed. vet. ; vol. VII, p. 755 ed. Harles.) eos exaratos putabat. Qui enim fieri poterat, ut Hugo Etherianus libris suis Alexandro III summo pontifici dedicatis Nicetæ verba ad amussim nostris dialogis consona proferret, si dialogi ipsi longe postea exarati fuissent ? Hos autem dialogos laudat Nicephorus Blemmida, qui auctorem vocat virum eximium et præstantem (Orat. I, n. 6 *Græc. orthod.* t. I, p. 6), Joannes vero Beccus, cum in hunc librum incidisset eumque legisset, mox ejurato schismate Romanam fidem partesque amplexus est, ut testatur Pachymeres, qui insuper Nicetam nostrum ævo suo in magno pretio fuisse et in majore ecclesia Chartophylacem narrat ? (*Hist.* l. VI, c. 6, 23 ; l. VII, c. 9.) Postea in scriptis suis ejusdem operis mentionem fecit idem patriarcha, qui or. II *de injusta depositione* n. 5 (*Gr. orth.* II, p. 44) ait : « Nicetas quoque, sua ætate archieratica Thessalonicensis metropoleos tenens gubernacula, colloquium Græci Latinique concinnavit, et potiores partes Latino attribuit, apte quodammodo Græcum adducens ad unionem hilariter suscipiendam. Erant siquidem, erant et vere iique quam plurimi ante nos, qui hanc unionem amplectebantur, sed illi manus apponere non audebant ob ea ipsa, quæ nos, qui manus apposuimus, perpessa sumus. » Hos ipsos dialogos et Constantinum Meliteniotam respexisse crediderim, dum animadvertit (Or. II *De proc. Sp. S.* c. 4 , *Gr. orth.* t. II, p. 912), etiam post schisma plures Græcos Latinorum dogmati in scriptis suis esse suffragatos, alios aperte, alios vero subobscure, semper se tempori pro humana fragilitate accommodantes et sub specie dialogi perspicue veritatem enuntiantes.

III. Hinc nemo morosius contendet, Nicetam nostrum non fuisse Græciæ orthodoxæ theologis sociandum. Quoad dogma ipsum cum Latinis concordat et non incongrue eorumdem rationes exponit ; solum suorum civium metu, quos suaviter allicere conabatur, præjudiciis ea in parte indulget, qua additionem reprobat in Symbolo factam. Infirmiores hic ejus sunt rationes, quam ut refutatione longiori dignæ videantur ; jam eum inde carpebat Bessarion scribens (apud Allat. *De consens.*, l. II, c. 28, n. 5) : Καίτοι ὁ Θεσσαλονίκης οὗτος τῷ Λατίνων προσέκειτο δόγματι· τὸ γὰρ συμπέρασμα ἀληθὲς εἶναι ἐδίδαξεν, ἐμάχετο δὲ, τοῦτο δὴ λεγόμενον, ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς, μὴ δεῖν μηδὲ τἀληθῆ τῷ Συμβόλῳ προσθεῖναι. (« Quanquam Thessalonicensis iste Latinorum dogmati adhæsit, conclusionem enim veram esse docebat, contendebat vero, ut in proverbio est, de asini umbra, asserens neque vera esse Symbolo addenda. ») Quæ

verba repetit Allatius (*Contra Hotting.* p. 466, 467) una cum illis: Πρᾶγμα μεγάλης εὐλαβείας τε καὶ σοφίας, ὅμοιον εἴ τις ἔλεγε μὴ δεῖν παῤῥησιάζεσθαι τὴν ἀλήθειαν. « Rem magnæ profecto devotionis et sapientiæ ! Ac si diceret, non oportere veritatem publice prædicari. » Inficias tamen ire non possumus, hanc disputationem Græcis lectoribus maxime accommodatam reique ipsi utilem admodum fuisse. Opus ipsum merito a Maio vocatur opus spissum, ingenii acumine, verborum copia, non sine venustate redundans, in quo dogmatica hæc controversia summis viribus evolvitur ac ventilatur, quæ œcumenicis demum decretis definita fuit.

IV. Nihil præterea quæ Allatius (*Contra Hotting.* p. 467 seq.) ex dialogo sexto allegaverat eaque quæ ex Nicephoro Blemmida (*Gr. orth.* I, p. 6 seq) dederat, vulgatum exinde est ; de auctore ipso Allatius etiam Diatriba de Nicetis § x (Maii *Nov. bibl. PP.* t. VI, p. II, p. 12 seq.) *De consens. Eccl. Occid. et Orient.* l. II, a. 13, n. 5, p. 705, De Rubeis in Dissert. de Theophylacto, § 19, n. 77 (Opp. Theophylacti ed. Venet. 1754, t. I, p. 46) et Le Quien (Dissert. I in opp. Joan. Damasc. § 43, p. 24, *Panoplia adversus schisma Græcorum*, p. 323 seq.) tractaverunt. Demum Em. Maius Prologum edidit una cum versione Latina (*Nov. Bibl. PP.*, t. VI, p. II, p. 445, 446). Nos hos dialogos vidimus tum Florentiæ in cod. Laurentiano, XXXVII, n. 2, plut. XXXI (vide Bandinii Catal. t. II, p. 114) tum Romæ in cod. Vatic. 1115, ubi f. 58 v. post dialogos prologus a Maio editus reperitur, qui in Laurentiano ante dialogum I positus est. Sed neutrum exemplar integrum describere potuimus aliis operibus intenti et temporis brevitate præpediti ; fragmenta tamen inde plura collegimus ex schedis amici cujusdam Romæ degentis locupletata, quæ, etiamsi ne tertiam quidem prolixi operis partem exhibent, erudito tamen lectori duximus communicanda, qui inde totius operis conspectum accuratiorem habere potest. Possunt et hæc, ni fallor, futuro horum dialogorum editori nonnihil ferre subsidii, licet nos eam illis operam navare haud potuerimus, quæ in votis nobis erat.

V. Concludimus breviter argumentum dialogorum describentes, licet id jam in Nicetæ Prologo sit adumbratum. Tribus itaque prioribus dialogis Græcus suas profert objectiones contra processionem Spiritus sancti etiam ex Filio, quas Latinus solide plerumque et copiose refutat. Quarto deinde imagines a Patribus adhibitæ a Latino explanantur et de præpositionum EX et PER in hac materia æquipollentia tractatur. Quinto Latinus suas rationes uberius exponit et ad Patrum testimonia transit, quæ sexto dialogo plenius referuntur. Conclusio tandem est, Latinos quidem recte censere Spiritum ex Patre Filioque procedere, male tamen Symbolo vocem *Filioque* addidisse.

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΩΤΑΤΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ

ΝΙΚΗΤΑ ΤΟΥ ΜΑΡΩΝΕΙΑΣ

ΛΟΓΟΙ ΔΙΑΦΟΡΟΙ ΠΡΟΣ ΔΙΑΛΟΓΟΝ ΕΣΧΗΜΑΤΙΣΜΕΝΟΙ

ΠΕΡΙ

ΤΗΣ ΕΚΠΟΡΕΥΣΕΩΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ

ΤΑ ΠΡΟΣΩΠΑ· ΓΡΑΙΚΟΣ ΚΑΙ ΛΑΤΙΝΟΣ.

—

BEATISSIMI METROPOLITÆ THESSALONICENSIS

NICETÆ MARONIENSIS

SERMONES VARII IN DIALOGI FORMA CONSCRIPTI

DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI.

PERSONÆ : *GRÆCUS ET LATINUS*

(Fragmenta collecta opera J. HERGENROETHER, in Wirceburgensi Uuiversitate S. Theol. professoris.)

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ (1).

Ὁ μὲν σκοπὸς τοῦ λόγου συζήτησις καὶ συνεξέτασις περὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκπορεύσεως, καὶ λύσις τῆς μέσον ἡμῶν καὶ τῶν Λατίνων ἀμφιβολίας περὶ τοῦ τοιούτου ζητήματος, πρὸς ἀναίρεσιν ἀφορῶσα τῆς ἐκ τούτου γενομένης ἀμφοῖν διαστάσεως. Ὁ δὲ χαρακτὴρ διαλογικὸς, πρέπων τῇ λεπτολογίᾳ τῶν δεομένων ἀκριβεστέρας συσκέψεως ζητημάτων, καὶ μάλιστα τῇ περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν δογμάτων συνεξετάσει ἁρμοδιώτατος, καὶ πρὸς εὕρεσιν τῆς ἀληθείας τοῖς μὴ ἐρίζειν ἐθέλουσι χρησιμώτατος καὶ ἀναγκαιότατος· διὸ καὶ τῶν μεγάλων διδασκάλων τινὲς τῷ τοιούτῳ εἴδει τοῦ λόγου ἐχρήσαντο· Τὰ δὲ τοῦ διαλόγου πρόσωπα, ὁ Λατῖνος καὶ ὁ Γραϊκός· ἑκατέρων δὲ τούτων ὁ λόγος ἰσοπαλής τε καὶ ἰσοδύναμος πλάττεται, τὸ μὲν καὶ διὰ τὴν ὑποκειμένην ὕλην ὡς τῆς ὑποθέσεως μήπω πρότερον ἐξετασθείσης τε καὶ τμηθείσης συνοδικῶς, κἀντεῦθεν ἐχούσης ἰσχὺν οὐ μικρὰν ἐξ ἑκατέρων μερῶν· τὸ δὲ

PROEMIUM.

Libri scopus est disquisitio et disputatio de Spiritus sancti processione, ac solutio ejus, quæ inter nos atque Latinos est, ambiguitatis de hac quæstione, ad exstinguendum quod hinc enatum est utriusque discidium tendens et respiciens. Forma vero dialogi est, utpote subtilitati quæstionum acutiore disceptatione indigentium multo aptissima, atque inveniendæ veritati inter eos, qui minime cavillari volunt, utilissima apprimeque necessaria. Quare et magnorum magistrorum nonnulli hoc sermocinandi genere usi sunt. Dialogi autem personæ sunt Latinus et Græcus. Horum utriusque oratio paris ponderis viriumque confingitur, propter propositam nempe materiam, quia res nondum satis fuerit perpensa neque synodico decreto decisa (*a*) ; atque ob id non leve ex utraque parte robur retineat. Et Latinus quidem more suo non patitur se videri argumentis victum ; sed om-

(1) Nota marg. cod. l. : Τοῦτό ἐστι τὸ προοίμιον τῶν ὄπισθεν διαλεκτικῶν λόγων τοῦ μακαριωτάτου μητροπολίτου Θεσσαλονίκης καὶ γεγννότος χαρτοφύλακος τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας κυροῦ Νικήτα τοῦ Μαρωνείας τῶν περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγιου Πνεύματος, ὧν τὰ πρόσωπα Γραικὸς καὶ Λατῖνος.

(*a*) Nullam tunc de hac controversia editam definitionem fuisse recte statuit Nicetas. Et tamen Græci jam dudum hæreticos dixerant Latinos Spiritum S. ex Patre Filioque procedere docentes. Cf. Joannem Chilam Ephesinum metropolitam sæculi XIII, de separatione, quæ nonnisi ob hæresin evidentem et synodico judicio comprobatam licita fiat. disputantem apud Maium, *Spicileg. Rom.* t. VI, Præfat. p. 17 seq.

nino superior esse vult ; et si quando ei victoria non est facilis, cervicem nihilominus erigit, et cum fastu loquitur, abundatque ambitiosæ orationis ostentatione (*b*), ne forte Græco sapientiæ palmam cedere videatur. Græcus posthinc, ut modestiæ suæ specimen edat, sponte multa concedit, et mitiore mente ac judicio sermonem suum moderatur ; ostendens scilicet, se non contendendi, sed veritatem quærendi studio duci ; gnavosque imitatur palæstritas (athletas), qui se simulando in genua procumbere, jam jamque casuros, adversarios sæpenumero vicerunt, seque constrictos fingendo illos potius irretiverunt ac subverterunt. Sed apprime unusquisque propria exponit argumenta (principia) ; Græcus scilicet ad absurdum compellere nititur Latini orationem ; multaque absurdorum apparentia, absurdum demonstrare conatur illius sententiam, qui vicissim absurditates illas difflare satagit ostenditque, aut nequaquam esse absurda, quæ objiciuntur, aut ea ex dogmate suo non consequi. Deinde ad imaginum exempla uterque transit ; nam et hic consuetus Theologis orationis est modus. Et Latinus quidem ex imaginum analogia quæ ad Spiritus processionem spectant insinuat ; at Græcus imagines istas partim vituperat, partim alias magis congruas contra objicit et retrorsum intorquet. Vicissim Græcum imitatur Latinus, imagines illius respuens et suas potius aptiores demonstrans. Postea dubitantes admodum sermonem instituunt, mutuoque ambigunt, dum difficultates solvere nequeunt ; aiunt tamen et ostendunt, controversiam utrimque consistere non propter aliquam problematis absurditatem, vel quia id sit inverisimile aut impossibile, secus enim nunquam concordassent (*c*), sed propter divinæ rei sublimitatem naturam transcendentem. Postremo testimoniis inter se decertant, atque alia Latinus, alia Græcus, tanquam pugnantia, sibi opponunt, et sanctorum magistrorum contraria dicta causam esse aiunt duarum partium certaminis atque discidii. Exin testimonia inter se conferunt et conciliant ; sicque ipsi pariter ceu unum idemque sentientes in concordiam conspirant, alter (*d*) qaidem edoctus ex sanctis Patribus non oportere in sancto symbolo pronuntiare simul verba *ex Filio ;* alter vero persuasum habens, non esse ipsum heterodoxum dicendum, quum præpositio *Ex* apud Latinos et præpositio *Per* apud nos (Græcos) nullam, ad Filium quod attinet, differentiam habeant (*e*).

A ὅτι καὶ τοῦ ἤθους ἐστὶ τοῦ Λατίνου τὸ μὴ ἀν
τὸν ἧττονα λόγον ἔχειν ὄκνει, ἀλλὰ νικᾷν οἷς
σθαι, καὶ ἐν οἷς οὐκ ἔστιν εὐχερὴς αὐτῷ τι
καὶ ὑψαυχενεῖν ὡσπερεὶ τῷ λόγῳ γαυρούμεν
ὅτι περιττός ἐστι τὰ ἐς λόγους φιλοτιμούμεν
δείκνυσθαι, ἵνα μὴ ἀπολείπεσθαι κατὰ σοφίαν
τοῦ Γραϊκοῦ· τὸ δὲ ὅτι ὁ Γραϊκὸς αὖθις δι
ξιν μετριοφροσύνης ἐκὼν ὑφίεται τὰ πολλὰ
εἰκειστέρᾳ (2) φρονήσει καὶ κρίσει τοὺς λόγοι
νομῶν, καὶ δεικνὺς, ὡς οὐ πρὸς ἔριν αὐτῷ ὁ
ἀλλὰ πρὸς ἀλήθειαν ἡ σπουδή· μιμεῖται δὲ κ
περὶ τὰς παλαίστρας δεινοὺς, οἳ τοὺς ἀντ
προσχήματι τοῦ ὀκλάζειν καὶ μέλλειν ὅσον ἤδ
πεσεῖν πολλάκις ἐνίκησαν, καὶ τὸ συμποι
πλασσόμενοι μᾶλλον ἐκείνους συνεπόδησαν κ
ἔβαλον· πλὴν ἐν πρώτοις μὲν ἑκάτερος ἐκτίθε
B ἰδίας ἀρχάς· καὶ ὁ μὲν Γραϊκὸς εἰς ἄτοπο
πειρᾶται τὸν τοῦ Λατίνου λόγον, καὶ διὰ πολλ
φαινομένων ἀτόπων ἄτοπον αὐτοῦ τὴν δόξ
κνύειν ἐπιχειρεῖ· ὁ δὲ τὰ ἄτοπα λύειν (3) ἐπ
καὶ δείκνυσιν, ὡς ἢ οὐκ ἔστιν ἄτοπα τὰ ἐπαγό
οὐχ ἕπεται τῷ ἑαυτοῦ δόγματι· εἶτα καὶ εἰς τ
παραδειγμάτων εἰκονισμὸν εἰσβάλλουσιν ἑμφα
ἤθης δὲ καὶ οὗτος ὁ τρόπος τοῖς θεολόγοις τοῦ
(4)· καὶ ὁ μὲν ἐξ εἰκόνων καὶ ἀναλογίας
ἐκπορεύσεως τοῦ Πνεύματος ὑποδείκνυσιν·
τῶν εἰκονισμάτων ἕνια μέμφεται καὶ ἀντει
θησιν ἕτερα δῆθεν καταλληλότερα (5)· καὶ
νος αὖθις μιμεῖται τὸν Γραϊκὸν, καὶ τὰ μὲν
ται, τὰ δ' ἑαυτοῦ μᾶλλον προσφυέστερα δεί
Ἐπὶ τούτοις καὶ διαπορητικώτερον ποιοῦνται
C λόγον καὶ ἀνταποροῦσιν ἀλλήλους, λύειν τὰ
μὴ δυνάμενοι καὶ δεικνύντες ὅτι αἱ ἐκατ
ἀπορίαι συμβαίνουσιν, οὐ διὰ τὸ τοῦ προβλ
ἄτοπον ἢ ἄδοξον ἢ ἀδύνατον (οὐδὲ γὰρ ἂν συνέ
ἐκατέρωθεν), ἀλλὰ διὰ τὸ τοῦ θεολογουμένου
φυές· καὶ τελευταῖον, διὰ μαρτυριῶν ἀλ
συμπλέκονται· καὶ τὰς μὲν οὗτος, τὰς δ' οὗτ
μαχομένας ἀντιπαράγοντες, τὴν ἐναντιοφωνίαν
ἁγίων διθασκάλων αἰτίαν τῆς ἀλλήλων παρ
διαμάχης καὶ διαστάσεως. Εἶτα συμβιβάζου
μαρτυρίας· καὶ οὕτω καὶ αὐτοὶ, ὡς τὸ ἓν φρον
λοιπὸν ἀλλήλοις συμπείθοντα· ὁ μὲν μαθ
τῶν ἁγίων Πατέρων δεῖν ἀναγκαίως εἶναι
ἐν τῷ ἁγίῳ συμβόλῳ συνεκφωνεῖν τὸ ἐκ τοῦ
ὁ δὲ πεισθεὶς μηκέτι καλεῖν αὐτὸν ἑτερόφρο
D τῆς ἐξ προθέσεως παρὰ Λατίνοις, καὶ τῆς δι
ἡμῖν ἐχούσης οὐδεμίαν διαφορὰν ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ.

(2) Laur. ἐπιεικείᾳ.
(3) Laur. διαλύειν.
(4) Sic Laur. Maius omittit τοῦ λόγου et vertit simpliciter : *mos.*
(5) Apud Maium : καὶ ἀλληλότερα. Equidem ut supra.

(*b*) Imo hoc ipsum vitio vertit Nicetæ Etherianus noster lib. III, 19 : *Unde tibi, o episcope, imperiose, vocis continuata fiducia* ? etc. — Maius.

(*c*) Equidem mallem : *Secus enim non ab utraque parte accideret vel resultaret* ; nimirum voce συμβαίνω ut paulo ante accepta.

(*d*) Hæc ad Græcum refert Maius, sequens Latinum. Contrarium mihi probatur.

(*e*) Vide capitulum Græce allegatum a *Spicileg. Rom.* t. VI, Præf. p. 28, ρερὶ τῆς ΕΙΑ, ὅτι ἰσοδυναμοῦσιν.

ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

DIALOGUS PRIMUS.

α'. ΓΡ. Φέρε δή, ὦ Λατῖνε, τὸ ἐριστικὸν καὶ φιλόνεικον ὡς τῇ εὑρέσει τῆς ἀληθείας ἐμπόδιον μακρὰν ἑαυτῶν ἀποῤῥίψαντες, τὸ περὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκπορεύσεως ζήτημα, περὶ ὃ καὶ διαφερόμεθα, μετὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος συνδιασκεψώμεθα. Χρεὼν γὰρ, εἴπερ εἶναι βουλόμεθα τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀληθινοὶ λατρευταὶ καὶ προσκυνηταὶ, καὶ ἐν ἅλλοις μὲν ἅπασιν αὐτὸ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπικαλούμενοι ἔχειν ὁδηγὸν εἰς τὴν τῆς ἀληθείας εὕρεσιν καὶ κατάληψιν, μάλιστα δὲ ἐν τοῖς περὶ αὐτοῦ τούτου λόγοις, ὅτι τε πλείων ἐν ταῖς περὶ Θεοῦ ζητήσεσιν ἡ δυσχέρεια· Θεὸς δὲ ἀληθινὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα Πατρὶ καὶ Υἱῷ συμπροσκυνούμενον ὡς ὁμοφυὲς καὶ συνδοξαζόμενον, καὶ ὅτι, τὰ ἑαυτοῦ γινῶσκον αὐτὸ καὶ μόνον μετὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ ἐρευνῶν (6), οἷδεν ἐκκαλύπτειν οἷς καὶ ὅτε καὶ ὅσον χρεών. Τοῦτο δὲ οὐκ ἔσται τοῖς ἐριστικῶς ἀντιλέγειν ἐθέλουσι· πορῤῥω γὰρ τῶν ἐριστικῶν ἀντιλογιῶν ὁ παρὰ (7) τοῦ Πνεύματος φωτισμός.

ΛΑΤ. Ἄγε (8), ὦ Γραϊκὲ, φιλαληθῶς, ταυτὸν δὲ εἰπεῖν, φιλοθέως· ἀληθὴς γὰρ ὁ Θεὸς καὶ Θεὸς ἀλήθεια καὶ ἐκ Θεοῦ πᾶσιν ἡ ἀλήθεια. Ποθῶ γὰρ τὴν περὶ τούτων ζήτησιν καὶ ἐκ πολλοῦ ταύτην ὠδίνω τὴν συνεξέτασιν. Ἐλθοι δὲ ἡμῖν ὁ Παράκλητος, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, καὶ εὐοδώσοι τὸν λόγον τρέπον εἰς εὐθείαν τὰ σκολιὰ (9) ὡς Πνεῦμα εὐθὲς (10) ἐν τοῖς τῶν πιστῶν ἐγκάτοις ἐγκαινιζόμενον καὶ πληροῦν τὰς ἐλλειπτικὰς τῆς γνώσεως φάραγγας, καὶ λείας ἡμῖν ἀπεργαζόμενον τὰς τραχείας ὁδούς (11)·

ΓΡ. Κοινὴ μὲν ἤδη ἀμφοῖν ἡ εὐχὴ καὶ εἷς ὁ σκοπὸς, ἡ ἐπὶ τῇ προκειμένῃ συσκέψει ζήτησις τῆς ἀληθείας καὶ εὕρεσις· λοιπὸν δὲ ἀρκτέον τοῦ ἐγχειρήματος.

ΛΑΤ. Ἀλλὰ πρότερον βραχέα τινὰ περὶ τῶν ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος δογματιζομένων καὶ λεγομένων ἡμῖν ὡς ἐν προθεωρίαις διαληψόμεθα· ἔξει γὰρ ἴσως ταῦτα ῥοπὴν οὐ μικρὰν πρὸς τὴν τοῦ λόγου εὐόδωσιν, καὶ μᾶλλον εἴπερ εἶεν ταυτὶ κοινῇ συνομολογούμενα· τό τε γὰρ συνᾴδον ταῖς κοιναῖς ἡμῶν ὁμολογίαις καὶ τὸ ἀπᾴδον ἐν τοῖς ἑξῆς λόγοις ῥᾷον οὕτως διαγνωσθήσεται. Δεῖ γὰρ ταῖς ἀρχαῖς συμφωνεῖν τὰ λεγόμενα, καὶ ὃ μὲν συμφωνεῖ, τοῦτο

1. GR. Age jam, o Latine, contentionem et litigandi pruritum utpote veritatis inveniendæ impedimenta procul a nobis amoventes, quæstionem de processione Spiritus sancti, circa quam ab invicem dissentimus, auxiliante Spiritu sancto una simul perpendamus. Oportet enim,si volumus esse veri Spiritus sancti adoratores et cultores, tum in omnibus aliis ipsum Spiritum sanctum invocare ipsumque viæ ducem habere ad veritatem inveniendam et intelligendam, tum maxime in sermonibus, qui de illo ipso habentur, quia et major est in quæstionibus, quæ de Deo agunt,difficultas, Deus autem verus et Spiritus sanctus est cum Patre et Filio simul adoratus utpote ejusdem consors naturæ et simul glorificatus ; et quia ipse res suas cognoscens,et quidem solus cum Patre et Filio, et scrutans profunda Dei novit revelare quibus et quando et quantum oportet ; hoc vero non evenit cum iis qui contentionis studio contradicunt : procul enim a contentiosis contradictionibus abest Spiritus illuminatio et illustratio.

LAT. Age, o Græce, amore veritatis, sive quod idem est amore Dei (verax enim Deus, et Deus est veritas et ex Deo veritas omnibus venit). Desidero enim disquisitionem de hac materia et jamdudum vehementi desiderio anhelo hanc disceptationem. Superveniat vero nobis Paracletus, Spiritus veritatis et sermonem bene dirigat, vertens prava in directa ut Spiritus rectus in visceribus fidelium innovatus et complens exaltansque deficientes nostræ cognitionis valles, asperas nobis vias efficiens planas.

GR. Communis jam est utriusque nostrum precatio, et unus idemque scopus, videlicet veritatis inquisitio et inventio circa propositam quæstionem. Jam ergo rem aggrediamur.

LAT. Sed prius pauca quædam exponamus et perpendamus de iis quæ circa sanctam Trinitatem dogmatice efferuntur et prædicantur, veluti præambula disceptationis ; hæc enim fortasse haud exiguum pondus habebunt ad illam bene apteque dirigendam, præsertim si communi hic suffragio a nobis fuerint concessa ; scilicet facilius hoc pacto tum quod cum communibus nostris confessionibus consonat,tum quod ab illis dissonat in sequentibus

(6) I Cor. II, 10.
(7) Laur : περί.
(8) Cod. V : λέγε ; fort. λεγεις.
(9) Isa. XL, 4.
(10) Psal. LI (Vulg. L.) 10.
(11) Isa. l. c.

sermonibus discernetur. Oportet enim principiis concordent quæ dicuntur, et quod concordat, hoc genuinum esse censeatur ; quod vero discordat, id veluti spurium et repugnans rejiciatur.

A γνήσιον εἶναι λογίζεσθαι, ὃ δὲ ἀπάδει, τοῦτο ὡς καὶ μαχόμενον ἀποπέμπεσθαι.

GR. Recte dicis. Id enim optimum ordinem decet et haud pauca confert ad veritatem dignoscendam. Quod enim ex principiis et suppositionibus veris consequitur, id ipsum omnino verum est ; contra quod ipsis adversatur et repugnat, falsum erit : sic itaque faciendum.

ΓΡ. Εὖ λέγεις· τάξεώς τε γὰρ ἀρίστης τουτὶ πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας διάγνωσιν οὐ μικρὰ συλλόμενον. Τὸ γὰρ ἑπόμενον ταῖς ἀληθέσιν ἀρχ καὶ ὑποθέσεσιν πάντως καὶ αὐτὸ ἀληθές ἐστι δὲ μαχόμενον καὶ ἐναντιούμενον τοὐναντίον ψ καὶ δὴ ποιητέον οὕτω.

2. LAT. Dic igitur mihi : aisne esse Trinitati quædam essentialia et naturalia ?

β'. ΛΑΤ. Φράζε μοι τοίνυν· φῂς εἶναί τινα τῇ ' οὐσιώδη καὶ φυσικά ;

GR. Aio, eam enim et essentiam et naturam habere constat, licet supra essentiam et supra naturam sit ejus esse.

ΓΡ. Φημί· καὶ γὰρ καὶ οὐσίαν καὶ φύσιν, κἂ οὐσίαν καὶ φύσιν τὸ εἶναι αὐτῇ.

LAT. Eademne esse statuis essentiam et naturam, an diversa ?

B ΛΑΤ. Ταυτὰ δὲ οὐσίαν καὶ φύσιν, ἢ ἕτερα ;

GR. Eadem omnino. Ita enim docent sancti Patres (*f*).

ΓΡ. Ταυτὰ πάντως· οὕτως γὰρ οἱ ἅγιοι Π διδάσκουσι.

LAT. Quid vero ? Nonne et hypostatica quædam dicis inesse Trinitati et personalia ?

ΛΑΤ. Τί δέ ; οὐχὶ καὶ ὑποστατικά τινα φῂς χειν ἐν τῇ Τριάδι καὶ προσωπικά ;

GR. Et hæc affirmo. Sunt enim in ea hypostases et personæ, licet sancta Trinitas sit sine nomine et super omne nomen. Nam supra omnem rem et cogitationem et denominationem est superdivinæ Divinitatis super omnem exsistentiam exsistentia, sive, ut magis proprie dicam, superexsistentia ; attamen et essentia et natura una et eadem atque indifferens sanctæ Trinitatis divinitas prædicatur, et rursum Pater et Filius et Spiritus sunt hypostases et personæ divinitatis.

ΓΡ. Καὶ ταῦτά φημι· καὶ γὰρ καὶ ὑποσ καὶ πρόσωπα, κἂν ἀνώνυμος καὶ ὑπερώνυμος ἡ Τριάς· ὑπὲρ πᾶν γὰρ καὶ πρᾶγμα καὶ νόημ ὄνομα ἡ τῆς ὑπερθέου θεότητος ὑπὲρ πᾶσαν ξιν ὕπαρξις, ἤ, οἰκειότερον εἰπεῖν, ὑπερύπ ὅμως καὶ οὐσία καὶ φύσις ἡ μία καὶ αὐτὴ καὶ ράλλακτος τῆς ἁγίας Τριάδος θεότης προσαγορε καὶ πάλιν ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα στάσεις καὶ πρόσωπα τῆς θεότητος.

LAT. Eademne esse dicis hæc et illa, an vero diversa ?

C ΛΑΤ. Ταυτὰ δὲ λέγεις εἶναι ταῦτα κἀκεῖ ἕτερα ;

GR. Quænam vero intelligas, edissere.

ΓΡ. Τὰ ποῖα φῂς, φράσον.

LAT. Idemne essentia et hypostasis, an aliud, atque idemne natura et persona, an vero non idem ?

ΛΑΤ. Ταυτὸν ἡ οὐσία καὶ ἡ ὑπόστασις ἢ ἕ καὶ ταυτὸν ἡ φύσις καὶ πρόσωπον, ἢ οὐ ταυτόν ;

GR. Aliud est natura a persona, et aliud essentia ab hypostasi. Sic enim placuit, licet apud nonnullos aliquando essentia sive natura et hypostasis, quæ sunt diversa nomina, pro invicem accipiantur, id est de una eademque re. Idem vero est hypostasis et persona, sicut pariter idem essentia et natura. Consequenter vero his eadem quidem sunt quæ dicuntur essentialia et naturalia. diversa vero ab his hypostatica et personalia, quæ et ipsa inter se eadem sunt. Alia enim sunt essen- D tialia et naturalia, et alia hypostatica et personalia, etsi neque essentialia et naturalia sine hypostaticis et personalibus sunt, neque hæc sine illis. Etenim essentia et natura aliud quidem est, ut dixi, ab hypostasi et persona ; sed neutra est absque altera. Neque enim essentia insubsistens est, neque subsistentia essentiæ expers (*g*).

ΓΡ. Ἕτερον μὲν ἡ φύσις παρὰ τὸ πρόσω καὶ ἕτερον ἡ οὐσία παρὰ τὴν ὑπόστασιν. Οὕτω ἔδοξε, κἂν ποτε παρ' ἐνίοις ἡ οὐσία εἴτουν ἡ καὶ ἡ ὑπόστασις διάφορα ὀνόματα ἀντ' ἀλλήλων λαμβάνωνται, τουτέστιν ἐφ' ἑνὸς καὶ τοῦ πράγματος· ταυτὸν δέ ἐστιν ἡ ὑπόστασις κ πρόσωπον, ὥσπερ αὖθις ἡ οὐσία καὶ φύσις τ Ἑπομένως δὲ τούτοις ταυτὰ μὲν τὰ λεγόμεν σιώδη καὶ φυσικά, ἕτερα δὲ παρὰ ταῦ ὑποστατικὰ καὶ προσωπικά, ὄντα καὶ ταῦτα Ἄλλα γὰρ τὰ οὐσιώδη καὶ φυσικά, καὶ ἄλλ ὑποστατικὰ καὶ προσωπικά, εἰ καὶ μήτε τὰ οὐ καὶ φυσικὰ χωρίς ἐστι τῶν ὑποστατικῶν καὶ ωπικῶν, μήτε ταῦτα ἐκείνων. Καὶ γὰρ ἡ καὶ ἡ φύσις ἕτερον μέν, ὡς ἔφην, παρὰ τὴν στασιν καὶ τὸ πρόσωπον, ἀλλ' οὐδετέρα θα χωρίς· οὔτε γὰρ ἡ οὐσία ἐστὶν ἀνυπόστατος, οὐ ὑπόστασις ἀνούσιος.

(*f*) Vide Eliam Cretensem Comment. in Greg. Naz. or. 11, p. 6, 18. t. II, ed. Bill. et Aristot. *Metaphys.* l. IV, c. 4.

(*g*) Vide Joan. Damascen. c. Jacobitas in *ant.* Canisii, t. II, part. I, p. 32 ed. Basnage.

ΛΑΤ. Εἶτα τίνα ταῦτα ὑπολαμβάνεις, λέγω δὴ τὴν οὐσίαν καὶ τὴν φύσιν, ἢ τὰ οὐσιώδη καὶ φυσικά, καὶ τίνα τὰ ἕτερα, τὴν ὑπόστασιν καὶ τὸ πρόσωπον ἢ τὰ ὑποστατικὰ καὶ προσωπικά :

ΓΡ. Ὃ μὲν ἔστι κοινὸν καὶ ἓν καὶ ταυτὸν Πατρὶ καὶ Τίῳ καὶ Πνεύματι, τοῦτο οὐσίαν καὶ φύσιν, καὶ τὰ προσόντα τούτοις κοινῶς καὶ ἡνωμένως καὶ ταυτῶς, οὐσιώδη καὶ φυσικά· ἕκαστον δὲ τῶν τριῶν, ὑπόστασίν τε καὶ πρόσωπον, καὶ ὅπερ ἐνὶ ἑκάστῳ ἴδιον, τοῦτο ὑποστατικὸν καὶ προσωπικόν.

ΛΑΤ. Εὖ μὲν ἴσως λέγεις ταυτί· πλὴν καὶ ὑποδειγματικῶς σαφήνισον τὰ λεγόμενα.

ΓΡ. Τὴν μὲν ὑπερφυῆ καὶ ὑπερούσιον θεότητα φύσιν εἰώθαμεν λέγειν τῆς ἁγίας Τριάδος, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν καὶ οὐσίαν ἁπλῆν τε καὶ ἀπαράλλακτον· τὴν αὐτὴν καὶ ὡσαύτως ἔχουσαν ἐν τῷ Πατρὶ καὶ ἐν τῷ Υἱῷ καὶ ἐν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. Φυσικὰ δὲ καὶ οὐσιώδη, εἰ καὶ κυρίως τὰ κατ' οὐσίαν προσόντα τισι, πλὴν ἀλλὰ νῦν ἐπὶ τῆς Τριάδος καταχρηστικῶς τά περὶ οὐσίαν κοινως καὶ ταυτῶς καὶ ἀμερῶς θεωρούμενα, ὡς τῶν κατ' οὐσίαν ἐχόντων πάντη τὸ κρύσιον καὶ ἄγνωστον, ἀνώνυμόν τε καὶ ὑπερώνυμον. Τοῦ Θεοῦ γὰρ ἡμῖν καὶ ἡ γνῶσις καὶ ἡ κλῆσις, καὶ πᾶν ὄνομα καὶ πᾶν νόημα οὐκ ἐκ τῶν κατ' αὐτὸν, ἀλλ' ἐκ τῶν περὶ αὐτὸν Φυσικὰ μὲν οὖν καὶ οὐσιώδη φαμὲν ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος τὴν ὑπεράγαθον καὶ πανάγαθον ἀγαθότητα, τὴν ὑπερδύναμον καὶ παντοδύναμον δύναμιν, τὴν ὑπέρσοφον σοφίαν καὶ πάνσοφον, τὸ παντουργὸν, τὸ ποιητικὸν, τὸ δημιουργικὸν, τὸ προνοητικὸν, τὸ συνεκτικὸν πάσης κτίσεως, τὸ ἀΐδιον, τὸ ἄχρονον καὶ ὑπέρχρονον, τὸ αἰώνιον καὶ ὑπεραιώνιον, τὸ κατὰ χρόνον ἄναρχον, τὸ ἄκτιστον, τὸ ἀγένητον (δι' ἑνὸς ν γραφόμενον), τὸ ἀτέλευτον, τὸ ἀκατάληπτον, τὸ ἀπερίληπτον, τὸ ἀπερίγραπτον, τὸ ἀόρατον, τὸ ἄπειρον, τὸ ὑπὲρ πᾶσαν αἴσθησίν τε καὶ νόησιν· πάντα δὴ ἁπλῶς ὅσα κοινὰ καὶ ταύτὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, οὐσιώδη λέγομεν καὶ φυσικὰ, οὐ κυρίως, ὡς κατ' οὐσίαν αὐτοῖς ὑπάρχοντα, ἀλλὰ καταχρηστικῶς ὡς περὶ τὴν οὐσίαν κοινῶς καὶ ταυτῶς καὶ ἀμερῶς θεωρούμενα. Ὑπόστασιν δὲ καὶ πρόσωπον λέγομεν ἕκαστον τῶν τριῶν, τὸν Πατέρα, τὸν Υἱὸν, τὸ Πνεῦμα· ὑποστατικὰ δὲ καὶ προσωπικὰ τὰ περὶ ἕκαστον τούτων ἰδιαζόντως ὑπάρχοντα, τὴν πατρότητα, τὴν υἱότητα. τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἰδιότητα, καθ' ἣν δηλαδὴ τὸ Πνεῦμα ἐκπορευτὸν ὀνομάζεται· τὸ ἀγέννητον (διὰ δύο γραφόμενον ν), τὸ γεννητον ὁμοίως καὶ τὸ ἐκπορευτὸν, τὴν ἀγεννησίαν, τὴν γέννησιν, καὶ τὴν ἐκπόρευσιν· καὶ ταῦτα οὐ μεταπίπτοντα, ἀλλ' ἕκαστον ἑκάστης ὑποστάσεως ἀμετακινήτως καὶ ἀνυπαλλάκτως χαρακτηριστικὸν ἰδίωμά τε καὶ γνώρισμα· τοῦ Πατρὸς τὴν ἀγεννησίαν, ὅτι μὴ ἔκ τινος, καὶ οὔτε τοῦ Υἱοῦ οὔτε τοῦ Πνεύματος· τοῦ Υἱοῦ τὴν γέννησιν, καὶ οὔτε τοῦ Πατρὸς οὔτε τοῦ Πνεύματος· μόνος γὰρ ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννητὸς, διὸ καὶ μονο-

LAT. Deinde quænam hæc esse statuis, videlicet essentiam et naturam, vel essentialia et naturalia, et quænam cætera, hypostasin et personam, vel hypostatica et personalia ?

GR. Quod quidem *commune* est atque unum et idem Patri et Filio et Spiritui, hoc essentiam et naturam, et quæ his adsunt communiter, unite atque eodem modo, essentialia et naturalia ; unumquemque vero trium illorum hypostasin et personam, et quod unicuique *proprium*, id hypostaticum et personale esse statuo (*h*).

LAT. Recte forsitan hæc dicis ; verum explana adhuc et per exempla quæ dixisti.

GR. Deitatem supernaturalem et superessentialem *naturam* sanctæ Trinitatis vocare solemus unam eamdemque, et *essentiam* simplicem et differentiæ expertem, eamdem eodem modo se habentem in Patre et in Filio et in Spiritu sancto. *Naturalia* vero et *essentialia* etsi proprie ea quæ *secundum* essentiam adsunt quibusdam ita vocantur, attamen nunc in Trinitate abusive vocamus quæ *circa* essentiam communi eodemque modo atque indivise considerantur, cum ea, quæ secundum essentiam sunt, omnino recondita et incomprehensa, nomine destituta ac quovis nomine sint sublimiora. De Deo enim nobis omnis et cognitio et appellatio, omne nomen et omne cogitatum non ex iis quæ secundum ipsum, sed ex iis quæ circa ipsum sunt, advenit. Naturalia igitur et essentialia dicimus in soncta Trinitate bonitatem perfectissimam et transcendentem bonum omne, potentiam potentissimam et super potentiam elevatam, sapientiam sapientissimam et eminentem super omnia, vim omnipotentem, creatricem, factricem, procuratricem et conservatricem universæ creaturæ, sempiternitatem a tempore remotam et tempore superiorem, ante ævum et super ævum constitutam, temporalis initii carentiam, increatum, ingenitum, interminabile, incomprehensibile, infinitum, incircumscriptum, invisibile, immensum super omnem sensum et omnem cogitationem transcendens ; ut brevi dicam, omnia omnino quæ communia eademque sunt Patris, et Filii, et Spiritus sancti, essentialia dicimus et naturalia, non proprie tanquam secundum essentiam in ipsis exsistentia, sed abusive tanquam circa essentiam communiter eodemque modo atque indivise considerata. Hypostasin vero et personam nominamus unumquodque horum trium : Patrem, Filium, Spiritum ; hypostatica et personalia autem ea quæ circa unumquemque horum proprie et peculiariter exsistunt, paternitatem, filiationem et Spiritus sancti proprietatem, secundum quam Spiritus procedens appellatur ; ingenitum, genitum et procedens, sive innascibilitatem, generationem et processionem ; eaque non concidentia ac nutantia esse statuimus, sed cujuslibet personæ uumquodque manere

(*h*) Cf. Petav. *De Trinitate* lib. IV, Proœm. n. 2 seq.

immote et sine permutatione ulla characteristicam et discretivam proprietatem, et Patris quidem innascibilitatem, quia a nullo est, eamque neque Filii esse neque Spiritus : Filii generationem, quæ neque Patris est neque Spiritus ; solus enim est ex Patre genitus ; quare et Unigenitus ; Spiritus processionem, quæ neque Patris est neque Filii, solus enim Spiritus sanctus est procedens.

A γενός· τοῦ Πνεύματος τὴν ἐκπόρευσιν, καὶ οὔτε τοῦ Πατρὸς οὔτε τοῦ Υἱοῦ· μόνον γὰρ τὸ Πνεῦμα ἐκπορευτόν.

3. LAT. Quid ergo ? Cum ingenitus sit Pater, quia a nullo est, et hoc ipsius sit proprium, num idcirco nihil erit ex ipso ?

GR. Revera et ingenitus Pater est et non ex ullo; sed ex ipso processit tum Filius, tum Spiritus.

γ'. ΛΑΤ. Τί οὖν; ἐπειδὴ ἀγέννητον, ὅτι μὴ ἔκ τινος, ὁ Πατὴρ καὶ τοῦτο ἴδιον αὐτοῦ, διὰ τοῦτο οὐδὲ ἐξ αὐτοῦ τι ἔσται ;

ΓΡ. Καὶ μὴν καὶ ἀγέννητος ὁ Πατὴρ καὶ οὐκ ἔκ τινος· ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ προελήλυθεν ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα.

LAT. Quid vero ? Cum progressio quædam sit ab ipso, hæccine est ea uniformis et absque ulla differentia ?

ΛΑΤ. Τί δέ ; ἐπεὶ καὶ πρόοδός τίς ἐστιν ἀπ' αὐτοῦ, ἆρα μονότροπος αὕτη καὶ ἀδιάφορος ;

B

GR. Minime. Nam diversus est modus progressionis et diversas personas manifestans. Alius enim est modus progressionis, secundum quem ex ipso est Filius ; et hic generatio appellatur ; et alius modus, secundum quem Spiritus ex eo prodire dicitur ; vocatur vero hic processio. Uterque vero modus secundum substantiam, non quia differentiam substantiæ præbent, apage, sed quia ex substantia Patris tum Filius, verum per generationem, cum Spiritus, verum per processionem, et non ab extra, non ex nihilo, quemadmodum creaturæ. Et Filium quidem Pater dicitur generare, Spiritum autem dicitur producere vel emittere (*i*), vel nescio quomodo aptius et accommodatius dicam. Uterque vero mndus proprium nomen sortitus est, quod Spiritus sanctus posuit ; nobis autem non perspectus atque incomprehensibilis est, et quod alius sit iste, alius ille, ex iis cognoscimus quæ diverso modo de utroque dicuntur. Quis vero et qualis uterque sit et quænam eorum differentia, a Trinitate sola cognoscitur ; nihil enim de his amplius ex divinis oraculis indicatum est. An vero tu non ita dicis ?

ΓΡ. Οὐκ ἔστιν (10)· καὶ γὰρ ὁ τρόπος τῆς προόδου διάφορος καὶ διαφόρων προσώπων ἐκφαντικός. Ἄλλος γὰρ ἐστιν ὁ τρόπος τῆς προόδου, καθ' ὃν ὁ Υἱὸς ἐξ αὐτοῦ, γέννησις προσαγορευόμενος, καὶ ἄλλος ὁ τρόπος, καθ' ὃν τὸ Πνεῦμα ἐξ αὐτοῦ προέρχεσθαι λέγεται· καλεῖται δὲ καὶ οὗτος ἐκπόρευσις. Ἀμφότεροι δὲ κατ' οὐσίαν, οὐχ ὅτι διαφορὰν οὐσίας παρέχουσιν, ἄπαγε, ἀλλ' ὅτι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς καὶ ὁ Υἱὸς, ἀλλὰ γεννητῶς, καὶ τὸ Πνεῦμα, ἀλλ' ἐκπορευτῶς, καὶ οὐκ ἔξωθεν ἐκ τοῦ μὴ οντος καθάπερ τὰ κτίσματα. Καὶ τὸν μὲν Υἱὸν γεννᾷν ὁ Πατὴρ λέγεται, τὸ δὲ Πνεῦμα προβάλλεσθαι ἢ ποιεῖσθαι ἢ οὐκ οἶδ' ὅπως ἐρῶ προσφυέστερον. Ἑκάτερος δὲ τρόπος ἰδίου μὲν τετύχηκεν ὀνόματος, ὃ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔθετο. ἡμῖν δὲ ἀγνωστός τε καὶ ἀκατάληπτος· καὶ ὅτι ὁ μὲν ἕτερος, ὁ δὲ ἕτερος, ἐκ τῶν περὶ ἑκατέρου διαφόρως λεγομένων γινώσκομεν. Τίς δὲ καὶ ὁποῖος ἑκάτερος, καὶ τίς ἡ διαφορὰ, τῇ Τριάδι μόνῃ γινώσκεται· οὐδὲν γὰρ πλέον ἡμῖν περὶ τούτων ἐκ τῶν θείων λογίων ἐκπέφασται. Ἦ οὐχ οὕτως φῂς καὶ αὐτός ;

C

LAT. Ita dico. In his enim tibi consentio idemque censeo. Jam vero intremus in ipsam quæstionem atque controversiam, perpendamusque id, in quo inter nos lis est et in quo ab invicem dividimur. Inquiratur itaque, utrum oporteat dicere Spiritum ex Patre procedere solo, an etiam eum procedere ex Filio.

ΛΑΤ. Φημί, σύμφρων γὰρ ἐπὶ τούτοις εἰμί σοι καὶ ὁμόδοξος. Ἤδη δὲ εἰσβάλλωμεν ἐπὶ τὸ ἀμφιβαλλόμενον καὶ ζητούμενον, καὶ περὶ ὁ μέσον ἡμῶν ἡ διαφορὰ, καὶ δι' ὃ τάχα καὶ διιστάμεθα. Οὐκοῦν ζητεῖσθω, πότερον χρεὼν λέγειν τὸ Ονεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι μόνου, ἢ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ.

GR. Id videlicet ipse Spiritus sanctus per Scripturas divinitus inspiratas revelavit, et sancti Patres atque Ecclesiæ magistri per sanctum Spiritum initiati evangelicæ et apostolicæ doctrinæ dogmata iu suis divinitus inspiratis institutionibus tradiderunt ; neque rectæ et piæ sententiæ ullo modo quid adversatur ; neque ullum exinde consequitur absurdum.

D

ΓΡ. Ὁ δηλαδὴ καὶ αὐτὸ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τῶν θεοπνεύστων Γραφῶν ἐξεκάλυψε καὶ οἱ ἅγιοι Πατέρες καὶ νῆς Ἐκκλησίας διδάσκαλοι διὰ τὸ ἁγίου Πνεύματος μυηθέντες τὰ τῆς εὐαγγελικῆς καὶ ἀποστολικῆς (πίστεως δόγματα), (11) ἐν ταις ἑαυτῶν θεοπνεύστοις διδασκαλίαις παραδεδώκασι· καὶ οὐδὲν (12) τῷ ὀρθῷ λόγῳ καὶ εὐσεβεῖ κατ' οὐδὲν ἠναντίωται, οὔτε μὴν ἔχει τι παρεπόμενον ἄτοπον.

LAT. Dic unum alterumve ex ipsis, ut et ego cognoscam.

ΛΑΤ. Ἀλλ' ἐν γέ τι φράσον. Ἵνα γνῶ καὶ αὐτός.

(10) Oblitteratum in cod. Vat.
(11) Desunt aliqua in Vat. p. 3, b., quæ hic supplenda erant.
(12) Vat. οὐδέ.

(*i*) Vocem προβάλλεσθαι non passivum, sed medium hic esse declarant Nicetæ alia verba, quibus sensu activo eam vocem usurpat.

δ'. ΓΡ. (13) Εἰ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον [τὸ Πνεῦμα] ἐκπορεύεται καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, συγκέχυται τὰ τῶν ἰδιοτήτων, ἢ ὡς ἐξ ἄλλης ὑποστάσεως εἰς ἄλλην μεταχωροῦντα, ἢ ὡς ἄλλην ἐξ ἄλλης μεταλαμβανούσης ἰδιότητα τῆς αὐτῆς ὑποστάσεως· ὅπερ τῆς Σαβελλίου δόξης ἐστὶν οὐ μακράν. Εἰ γὰρ ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς ἓν καὶ ταυτὸν ὑπάρχει κατὰ Σαβέλλιον, ἀκόλουθον πάντως ἐκ τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα ἐκπορευόμενον ἐκπορεύεσθαι καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ· τάχα δ' ἄν καὶ ἐξ ἑαυτοῦ.

ΛΑΤ. Ἀλλ' ἐφ' ἡμῶν οὐκ ἔχει χώραν τὸ τοῦ Σαβελλίου δοξάριον· οὐδὲ γὰρ τὰς ὑποστάσεις συγχέομεν καὶ τὰ πρόσωπα, οὐδὲ τὰς ἰδιότητας μετατίθεμεν, οὐδὲ τὴν αὐτὴν καὶ μίαν ὑπόστασιν εἰς ἄλλην καὶ ἄλλην ἰδιότητα μεταφέρομεν· οὐδὲ ἓν τὰ τρία δοξάζομεν πρόσωπον ἢ τριπρόσωπον μίαν ὑπόστασιν, ἀλλὰ καὶ τὰς ὑποστάσεις τρεῖς εἶναί φαμεν τῆς θεότητος καὶ ἑκάστην ὑπόστασιν ἐν ἀκινήτῳ τηροῦμεν τῇ ἰδιότητι· τοῦ μὲν γὰρ Πατρὸς ἴδιον τὸ ἀγέννητον, τοῦ δὲ Υἱοῦ τὸ γεννητὸν, τοῦ δὲ ἁγίου Πνεύματος τὸ ἐκπορευτὸν εἶναι τιθέμεθα· ἀλλ' ὥσπερ τοῦ Πατρὸς οὐ τὸ ἀγέννητον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ γεννητικὸν καὶ προβλητικὸν ἤτοι προεκτικὸν, εἰ οὕτω χρὴ λέγειν, οὕτω καὶ τοῦ Υἱοῦ οὐ τὸ γεννητὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ προβλητικὸν, καὶ τοῦ Πνεύματος τὸ ἐκπορευτὸν μὲν, οὐχ ἁπλῶς δέ· ἀλλ' ὡς μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς, ὡς δὲ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, τουτέστιν ἀμέσως μὲν ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ἐμμέσως δὲ ἐκ τοῦ Πατρὸς, ὅτι ἐκ τοῦ Πατρὸς μὲν διὰ τοῦ Υἱοῦ, ἐκ τοῦ Υἱοῦ δὲ δι' ἑτέρου οὐδενός. Ἀγέννητος γὰρ ὢν ὁ Πατὴρ γεννᾷ τὸν Υἱὸν, γεννῶν δὲ τὸν Υἱὸν διὰ μέσου τοῦ Υἱοῦ ἅμα καὶ τὸ Πνεῦμα προβάλλεται· καὶ ὁ Υἱὸς γεννητὸς ὢν καὶ τὸ Πνεῦμα προβάλλεται· καὶ τὸ Πνεῦμα πάλιν ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐμμέσως ἐκπορευόμενον, ὡς τῇ ἐκπορεύσει τοῦ Υἱοῦ μεσιτεύονσος ἅμα καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται μηκέτι δι' ἑτέρου τινὸς μεσιτεύοντος· ὥστε ἡμᾶς ἴδιον τίθεσθαι τοῦ μὲν Πατρὸς τὸ ἀγέννητον, τὸ γεννητικὸν καὶ τὸ ἐμμέσως προβλητικόν· τὸ μὲν ἀγέννητον, ὅτι οὐκ ἔκ τινος, τὸ δὲ γεννητικὸν, ὅτι γεννᾷ τὸν Υἱὸν, τὸ δὲ ἐμμέσως προβλητικὸν, ὅτι διὰ μέσου τοῦ Υἱοῦ καὶ τὸ Πνεῦμα προβάλλεται· τοῦ Υἱοῦ δὲ τὸ γεννητὸν καὶ τὸ ἀμέσως προβλητικόν· τὸ μὲν ὅτι ἐκ τοῦ Πατρὸς αὐτὸς γεννητὸς, τὸ δὲ ὅτι ἀμέσως ἐξ ἑαυτοῦ τὸ Πνεῦμα προΐεται, μέσος ὢν αὐτὸς τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Πνεύματος· τοῦ δὲ Πνεύματος τὸ ἐκπορευτὸν ἐμμέσως ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἐκπορευτὸν δὲ ἀμέσως καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ὡς μεταξὺ μὲν τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Πνεύματος θεωρουμένου τοῦ Υἱοῦ, μεταξὺ δὲ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύμανος οὐδενὸς κατά γε τὴν πρόοδον. Καὶ ταῦτα εἶναι ἑκάστου τῶν τριῶν ἰδιώματα ἀμεταθετικῶς καὶ ἀμετακινήτως καὶ ἀνυπαλ-

4. GR. (*j*) Si Spiritus ex Patre procedens etiam ex Filio procedit, confunduntur ea quæ ad proprietates pertinent, quum vel ex alia hypostasi in aliam migrent vel eadem hypostasis aliam ex alia transsumat proprietatem. Quod haud longe abest a Sabellii opinione. Etenim si Pater et Filius unum et idem sunt secundum Sabellium, consequitur omnino, Spiritum ex Patre procedentem etiam ex Filio procedere ; imo mox et ex seipso procedet.

LAT. Verum apud nos locum non habet Sabellii opinamentum. Neque enim hypostases confundimus et personas ; neque proprietates transponimus, neque unam eamdemque hypostasin in aliam et aliam proprietatem transferimus. Neque unam esse existimamus illa tria personam vel unam hypostasin tripersonalem; sed et hypostases tres esse dicimus Deitatis, et unamquamque hypostasin in immota proprietate servamus. Namque Patris proprium ingenitum, Filii vero genitum, et Spiritus sancti procedens esse statuimus (*k*). At quemadmodum Patris non ingenitum dumtaxat, sed et generatio et productio sive emissio, si ita dicendum est, sic et Filii non solum est genitum esse, verum et producere, et Spiritus sancti procedere quidem, sed non simpliciter : verum sic quidem ex Patre, sic vero ex Filio, hoc est immediate quidem ex Filio, mediate vero ex Patre, quia ex Patre quidem per Filium, ex Filio vero per nihil aliud. Ingenitus enim quum sit Pater generat Filium, generans vero Filium per ipsum Filium mediantem simul et Spiritum producit et Filius, qui ipse genitus est, pariter producit Spiritum ; et rursum Spiritus ex Patre mediate, utpote mediante in processione Filio, procedens simul et ex Filio procedit non amplius per aliud quoddam medians. Sic proprium ponimus Patris, quod sit ingenitus, generans et mediate producens ; *ingenitus*, quia ex nullo est, *generans*, quia generat Filium, *mediate producens* quia per medium Filium Spiritum spirat et producit. Filii vero proprium, quod sit genitus et immediate producat : *genitus* quia ex Patre ipse generatus est, *immediate producens*, quia immediate ex se ipso Spiritum emittit medius ipse exsistens inter Patrem et Spiritum. Spiritus vero sancti proprium procedere mediate ex Patre, et procedere immediate ex Filio, quum inter Patrem et Spiritum Filius consideretur, inter Filium vero et Spiritum, quantum ad processionem, nemo. Et hæc dicimus uniuscujusque trium personarum esse proprietates, quæ sine ulla immutatione vel commutatione immotæ et integræ perseverant. Quemadmodum igitur non

(13) Rubro colore ad marginem legitur : Ἐνταῦθα πειρᾶται ὁ Γραϊκὸς διεικνύειν ἄτοπον εἰσάγεσθαι τῇ δόξῃ τῇ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ λεγούσῃ ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα· καὶ φησι σύγχυσιν τῶν ἰδιοτήτων συνάγεσθαι· ὅπερ ἀνασκευάζει ὁ Λατῖνος πάνυ εὐφυῶς.

(*j*) Primum Græci argumentum : Si Spiritus etiam ex Filio procedit, confunduntur personarum proprietates. Quod Photius evolvit, De *Spir. S. mystegogia*, cap. 9, 10.

(*k*) Ita S. Maximus in opusculis theologicis et polemicis t. II, p. 155, ed. Combefisii, at Pseudo-Justinus in Expositione rectæ fidei, n. 3.

quia Pater genitus non est, idcirco ipse generatione vel emissione privatur, sed quoad hæc et illa et ingenitus, sed et genitor est et spirator, genitor quidem immediate ex se ipso, spirator vero mediate per Filium : sic neque Filius quia genitus est, idcirco a spiratione excluditur, neque Spiritus, quia ex Patre procedit, ideo ex Filio non procedit, sed processio ejus immediata quidem ex Filio, mediata vero ex Patre. Custoditur igitur unicuique personæ proprietas immota et inconfusa; sic in unitate Trinitas et indivisa in Trinitate unitas. Unitas enim est et Trinitas Pater et Filius et Spiritus sanctus : unitas quidem propter naturam divinitatis unam eamdemque, quæ indivisa et inalterabilis est; Trinitas vero propter proprietates, quæ immote se habent juxta ea quæ modo diximus. Cum vero singulis personis immotæ custodiantur proprietates, haud dici potest ex seipso procedere Spiritus, quia hoc non est Spiritus proprietas; verum ex Patre per Filium procedens, etiam ex Filio procedit, non autem per alium quempiam; et ubi nunc est Sabellii confusio ? Si enim juxta istum unum diceremus Patrem et Filium vel etiam Spiritum sanctum tanquam unam hypostasin sive personam, tunc Spiritum ex Patre procedentem etiam ex Filio procedere asserentes Sabellio concordes essemus, vel omnino Semi sabelliani, sicut alii quidam Semiariani. Nam tria illa unam hypostasin et unum dicentes ita secundum Sabellium, non magis faceremus Spiritum ex Patre et ex Filio procedentem, quam ex se ipso. verum et Patrem tum generantem, tum generatum atque procedentem, et horum unumquodque non magis ex alio, quam ex seipso ; Filium porro non solum genitum, verum et procedentem, imo etiam et generantem ; rursus Spiritum non solum procedentem, sed et gignentem et genitum. Ejusmodi enim sunt Sabellii nugæ uni eidemque personæ diversa nomina et diversas proprietates tribuentis. Si vero Patrem et Filium solum unam diceremus personam, ex hac vero una persona progredi Spiritum doceremus, tum et sic Semisabelliani essemus ex Patre et Filio illum, qui procedit, procedere asserentes. Nunc vero nos aliam quidem Divinitatis personam statuentes Patrem, aliam vero Filium, ejusdem scilicet naturæ, aliam vero rursus Spiritum, deinde ponentes procedentem ex Patre, procedere quoque ex Filio, aliter dicimus. Qui vero unam personam esse aiunt Patrem et Filium, deinde Spiritum ex Patre et ex Filio procedere affirmant, absurdum consequens habent, non quia simpliciter dicunt *ex Patre et ex Filio*, sed quia ex ambobus tanquam uno, et quia unum utrumque, Patrem videlicet et Filium, ponunt, non secundum vim Dominicæ vocis verum secus ac ille dicit : *Ego et Pater unum sumus.* Non vero, qui ex Patre et ex Filio dicimus Spiritum, non ut ex uno dicimus, verum ut ex duabus personis consubstantialibus consubstantialem procedere

A λάκτως ἔχοντα καὶ ἀμεταβλήτως. Ὥσπερ οὖν οὐχ ὅτι οὐ γεγέννηται ὁ Πατὴρ, διὰ τοῦτο οὐδὲ γεννᾷ οὐδὲ προβάλλεται. ἀλλὰ κἀκεῖνα καὶ ταῦτα καὶ ἀγέννητός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ γεννήτωρ καὶ προβολεὺς τὸ μὲν ἀμέσως ἐξ ἑαυτοῦ, τὸ δὲ ἐμμέσως διὰ τοῦ Υἱοῦ, οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς οὐχ ὅτι γεγέννηται, διὰ τοῦτο οὐχὶ καὶ τὸ Πνεῦμα προβάλλεται. Καὶ τὸ Πνεῦμα οὐχ ὅτι ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, διὰ τοῦτο οὐχὶ καὶ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται· ἀλλ' ἡ ἐκπόρευσις αὐτοῦ ἄμεσος μὲν ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ἔμμεσος δὲ ἐκ τοῦ Πατρός. Φυλάττεται γοῦν ἑκάστῳ προσώπῳ ἡ ἰδιότης ἀκίνητος καὶ ἀσύγχυτος· οὕτως ἡ ἐν μονάδι Τριὰς καὶ ἀδιαίρετος ἡ ἐν Τριάδι μονάς. Μονὰς γάρ ἐστι καὶ Τριὰς ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα· τὸ μὲν κατὰ τὴν φύσιν τῆς θεότητος μίαν καὶ τὴν αὐτὴν
B οὖσαν καὶ ἀδιαίρετον καὶ ἀναλλοίωτον· τὸ δὲ διὰ τὰς ἰδιότητας ἀμετακινήτως ἐχούσας, καθὰ φθάσαντες ἔφημεν. Φυλαττομένων δὲ τῶν ἰδιοτήτων ἑκάστῳ ἀμεταβλήτων, οὐκ ἂν λέγοιτο τὸ Πνεῦμα ἐξ ἑαυτοῦ ἐκπορεύεσθαι, ὅτι μὴ ἰδιότης ἐστὶ τοῦτο τοῦ Πνεύματος· ἐκ τοῦ Πατρὸς δὲ ἐκπορευόμενον διὰ τοῦ Υἱοῦ, καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται, ἀλλ' οὐ δι' ἑτέρου τινός· καὶ ποῦ τοῦ Σαβελλίου ἡ σύγχυσις ; Εἰ μὲν γὰρ ἓν κατ' ἐκεῖνον ἐλέγομεν τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν ἢ καὶ τὸ Πνεῦμα ὡς μίαν ὑπόστασιν ἢ πρόσωπον, τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι φασκοντες, σύμφρονες ἂν ἦμεν τῷ Σαβελλίῳ, ἢ πάντως ἡμισαβέλλιοι, καθάπερ ἄλλοι τινὲς ἡμιάρειοι· τὰ μὲν γὰρ τρία λέγοντες μίαν ὑπόστασιν καὶ ἕν οὕτω κατὰ Σαβέλλιον,
C οὐδὲν μᾶλλον ἐποιοῦμεν τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐν τοῦ Υἱοῦ ἐκπορευόμενον, ἢ ἐξ ἑαυτοῦ· ἀλλὰ καὶ τὸν Πατέρα γεννῶντά τε καὶ γεννώμενον καὶ ἐκπορευόμενον, καὶ ἕκαστον τούτων οὐ μᾶλλον ἐξ ἄλλου ἢ ἐξ ἑαυτοῦ· καὶ τὸν Υἱὸν δὲ οὐ μόνον γεννώμενον, ἀλλὰ καὶ ἐκπορευόμενον, πρὸς δὲ τούτοις καὶ γεννῶντα· καὶ τὸ Πνεῦμα αὖθις οὐκ ἐκπορευόμενον μόνον, ἀλλὰ καὶ γεννῶν καὶ γεννώμενον. Τοιαῦτα γὰρ τὰ Σαβελλίου ληρήματα ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ πρασώπῳ διάφορα τιθέντος ὀνόματα καὶ διαφόρους ἰδιότητας. Τὸν δὲ Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν μόνον φάσκοντες ἓν πρόσωπον, ἐκ τοῦ ἑνὸς δὲ τούτου τὸ Πνεῦμα προέρχεσθαι δογματίζοντες ἦμεν ἂν καὶ οὕτως ἡμισαβέλλιοι ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τνῦ Υἱοῦ τὸ ἐκπορευτὸν ἐκπορεύεσθαι λέγοντες. Νῦν δὲ ἡμεῖς ἄλλην μὲν ὑπόστασιν τῆς θεότητος δοξάζοντες τὸν
D Πατέρα, ἄλλην δὲ τὸν Υἱὸν, τῆς αὐτῆς δηλαδὴ φύσεως, ἄλλην δὲ ὡσαύτως τὸ Πνεῦμα, εἶτα τιθέντες τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον ἐκπορεύεσθαι καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ἑτέρως φαμέν. Οἱ μὲν οὖν ἓν λέγοντες τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν πρόσωπον, εἶτα φάσκοντες τὸ Πνεῦμα ἐκπορευτὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, τὸ ἄτοπον ἑπόμενον ἔχουσιν· οὐχ ὅτι ἁπλῶς φασιν ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ἀλλ' ὅτι ὡς ἑνὸς ἐξ ἀμφοῖν· καὶ ὅτι ἓν ἄμφω τίθενται τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν, οὐ κατὰ δύναμιν τῆς τοῦ Κυρίου φωνῆς, ἀλλ' ἑτέρως ἢ ὡς ἐκεῖνός φησιν· Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἓν ἐσμεν. Ἡμεῖς δὲ καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα λέγοντες οὐχ ὡς ἐξ ἑνὸς

τοῦτό φαμεν, ἀλλ' ὡς ἐκ δύο προσώπων ὁμοφυῶν ὁμοφυὲς προερχόμενόν κατά τινα τρόπον ἄγνωστόν τε καὶ ἄρρητον. Τὸ μὲν οὖν ἐξ ἀμφοῖν λέγειν τὸ Πνεῦμα ὡς ἐξ ἑνός, ἀσεβές· Σαβελλιανὸν γάρ τὸ δὲ ἐξ ἀμφοῖν ἐχόντοιν οὐκ ἐν οὐσίᾳ διαφορότητα οὐδ' ἐν ὀνομάτων διττότητι τὴν διάκρισιν, ἀλλ' ἐν ὑποστατικαῖς ἰδιότησι, τῆς Σαβελλιανῆς ἀσεβείας μακράν· ὥστε, ἐπειδὴ τὸ τοιοῦτον δόγμα ἕτερόν ἐστι τῆς τοῦ Σαβελλίου δόξης, μηδ' ὡς Σαβελλιανὸν ἡγοῦ καὶ ἀπόβλητον. Ἀλλ' ἦ ἄρα ἑτέρως ἔχειν τὸ ἄτοπον ἔλεγχε.

A secundum quemdam incognitum et ineffabilem modum. Spiritum igitur dicere ex utroque velut ex uno impium est, quia Sabellianum ; eum vero dicere ex ambobus non habentibus in essentia differentiam neque in nominum duplicitate discretionem, sed in hypostaticis proprietatibus, longe a Sabelliana impietate abest. Quare cum hoc dogma aliud sit a Sabellii opinione, neque Sabellianum et abjiciendum illud existimes. Verum absurdum illud esse aliunde demonstres.

ε'. ΓΡ. Ἔστω ταῦτα, καὶ μὴ Σαβελλιανὸν ἔστω τὸ λέγειν ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ τοῦ παναγίου Πνεύματος τὴν ἐκπόρευσιν· ἀλλ' ἐκεῖνό γε ἄτοπον (14). Εἰ γὰρ ἐξ ἀμφοῖν, σύνθετος αὐτῷ λοιπὸν τῆς ὑποστάσεως ἡ ἰδιότης, καὶ οὐχ ἁπλῆ καὶ σύνθετος ἡ ὑπόστασις, ὅτι καὶ ἀμέσως καὶ ἐμμέσως ἐκπορεύεται, τὸ μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς, τὸ δὲ ἐκ τοῦ Υἱοῦ· οὕτω δὲ καὶ τοῦ Υἱοῦ ἡ ἰδιότης εὑρίσκεται σύνθετος, ἔχουσα μὴ μόνον τὸ γεννᾶσθαι ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἀλλὰ καὶ τὸ Πνεῦμα ἐξ ἑαυτοῦ ἀμέσως ὡς μέση (15) προβάλλεσθαι.

5. GR. Sint hæc ita, neque Sabellianum sit dicere, ex Patre et Filio sanctissimi Spiritus esse processionem. Attamen illud certe absurdum ostendit, quod non dicam (*l*). Si Spiritus est ex utroque, composita ipsi erit hypostaseos proprietas, et B non simplex, et composita ipsa hypostasis, quia et immediate et mediate procedit, scilicet tum ex Patre, tum ex Filio ; sic autem et Filii proprietas deprehenditur composita, quum non solum habeat quod sit generatus ex Patre, verum etiam quod Spiritum sanctum ex se ipso immediate producat.

ΛΑΤ. Κατὰ τοῦτον τὸν λόγον σύνθεσις ἂν εἴη καὶ περὶ τὸν Πατέρα, καὶ μᾶλλον, ὅτι οὐκ ἀγγέννητος μόνον, ἀλλὰ καὶ γεννήτωρ καὶ προβολεύς. Εἰ δὲ ἐπὶ τοῦ Πατρὸς ταῦτα οὐ παρεισήγαγε σύνθεσιν, οὐδὲ ἐκεῖνα λοιπὸν ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ Πνεύματος. Ἡ τίς ἡ ἀποκλήρωσις, τὸν μὲν Πατέρα μὴ εἶναι σύνθετον ἐκ τοῦ ἀγεννήτου καὶ τοῦ γεννητικοῦ καὶ τοῦ προβλητικοῦ, τὸν δὲ Υἱὸν σύνθετον εἶναι διὰ τὸ γεννητὸν καὶ τὸ προβλητικὸν, καὶ τὸ Πνεῦμα διὰ τὸ διχόθεν καὶ διχῶς ἐκπορευτὸν, ἤτοι ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ἐμμέσως δηλαδὴ καὶ ἀμέσως ; Καίτοι κἂν ἁπλῆν δῶμεν ἑκάστῳ τὴν ἰδιότητα, κατὰ τὸν σὸν λόγον καὶ οὕτως, ὡς λέγεις, διπλόη παρεισαχθήσεται, καὶ σύνθεσις ἕψεται, καὶ ἔσται σύνθετον ἕκαστον. Καὶ γὰρ ἐν τῷ Πατρὶ καὶ ἡ τῆς θεότητος οὐσία ἐστὶ καὶ ἡ τοῦ γεννᾶν ἰδιότης, καὶ ἐν τῷ Υἱῷ μετὰ τῆς οὐσίας καὶ ἡ τοῦ γεννᾶσθαι ἰδιότης ἐστὶν, καὶ ἐν τῷ Πνεύματι μετὰ τῆς αὐτῆς οὐσίας καὶ ἡ ἰδιότης τῆς ἐκπορεύσεως. Ἀλλ' οὐ σύνθεσις ἐκεῖ, ἀλλ' ἁπλότης ὑπὲρ πᾶσαν ἁπλότητα, ὅτι μέρη ταῦτα τῆς θεότητος (ἀμερὴς γὰρ ὑπὲρ πᾶσαν ἀμέρειαν), ἀλλ' ἰδιότητες περὶ τὴν μίαν οὐσίαν καὶ τὰς τῆς μιᾶς οὐσίας ὑποστάσεις θεωρούμεναι καὶ ἑκάστη ἑκάστην ὑπόστασιν χαρακτηρίζουσαι. Οὐκοῦν οὐδὲ ὅταν λέγω τὸ Πνεῦμα ἀμέσως ἔχειν καὶ ἐμμέσως τὴν ἐκπόρευσιν, ἢ τὸν Υἱὸν καὶ γεννᾶσθαι ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τὸ Πνεῦμα προβάλλεσθαι, διπλόην τινὰ παρεισάγω καὶ σύνθεσιν· ὥσπερ γὰρ ἡ ἐκ τοῦ Πατρὸς διάφορος πρόοδος, καθά φατε καὶ ὑμεῖς, διάφορον μὲν δείκνυσι τὴν σχέσιν αὐτοῦ,

C

D

LAT. Secundum hanc rationem in Patre quoque foret compositio, et multo magis, quia non solum ingenitus, verum etiam generans et spirans est. Si vero hæc in Patre nullam inducunt compositionem, neque illa in Filio et in Spiritu compositionem inducent. Aut qualis est ista sortitio et distributio, Patrem quidem non esse compositum ex innascibilitate, generatione et spiratione (activa), Filium vero compositum esse propter passivam generationem et spirationem activam, et Spiritum compositum, quia e duplici causa et duplici modo procedat, sive ex Patre et ex Filio, mediate videlicet et immediate ? Quanquam et si simplicem demus cuique proprietatem secundum tuum sermonem, et sic, ut dicis, duplicitas inducetur et compositio sequetur et erit unumquodque compositum. Etenim in Patre est tum divinitatis essentia tum gignendi proprietas, et in Filio una cum essentia proprietas geniti est, et in Spiritu cum eadem essentia, proprietas processionis. Verum non est compositio ibi, sed simplicitas super omnem simplicitatem, quia nec partes Divinitatis ista sunt, quum ea sit super omnem indivisibilitatem indivisibilis, verum proprietates, quæ circa unam essentiam et hujus unius essentiæ hypostases spectantur et quarumque quamlibet personam distinguit suoque charactere insignit. Igitur neque quando dico Spiritum immediate et mediate habere processionem, vel ex Patre Filium generari et Spiritum producere (*m*), duplicitatem quam-

(14) Nota marg. Ἑτέρου ἀτόπου εἰσαγωγὴ, ὅτι σύνθετον ἔσται τὸ Πνεῦμα ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἐκπορευόμενον, καὶ πρὸς τοῦτο ἀνασκευή.

(15) Ita scriptum. Quod tamen mendum exhibere videtur.

(*l*) Secundum absurdum : Compositus erit Spiritus ex Patre et Filio procedens. Vide Photium, *De Spirit. sancti Mystagogia*, cap. 7 et 45,

(*m*) Προβάλλεσθαι hic non sumi passive usus vocis in sequentibus demonstrat.

dam induco et compositionem. Sicut enim diversa e Patre progressio, secundum quod et vos dicitis, diversam quidem ejus habitudinem constituit, alteram ad Filium ut Patris, alteram ad Spiritum ut spirantis secundum proprium modum, paternam vero hypostasin minime indicat compositam, ita nec Spiritus e Patre et Filio processio compositionem quamdam intelligi sinit sive in Filio sive in Spiritu. Quanquam in Patre generare et producere non idem est neque eodem modo, in Spiritu vero procedere unum et idem, etsi ex altero quidem mediate, sive ex Patre per Filium, ex altero vero immediate, quia ex Filio, non vero per alium quempiam. Non est igitur compositus Filius, quia non solum generatur, sed et Spiritum emittit, neque Spiritus, quia procedit non ex Patre solo, sed et ex Filio ; neque etiam Pater, quia non solum ingenitus, sed et Filii genitor, neque quia non solum genitor, sed et productor Spiritus ; neque etiam secundum communem tum nostram tum vestram sententiam compositus Filius et Spiritus, quia uterque præter substantiam habet personæ proprietatem, Filius quidem filiationem solam, Spiritus vero processionem ex Patre. Si enim composita foret quælibet persona propter suas proprietates, etiam essentia trium personarum composita esset propter eas, quæ circa ipsam sunt, trium communes proprietates, bonitatem dico, sapientiam, potentiam, vim productricem, omnium effectricem et creatricem, providentiam, conservationem, omnium rerum comprehensionem et continentiam, aseitatem, et principii carentiam, immortalitatem et sine ullo fine durationem, immensitatem, æternitatem, extra tempus et supra tempus exsistentiam, et quæcunque alia hujusmodi sive secundum positionem, sive secundum negationem, sive secundum causam, sive secundum eminentiam et excellentiam dicuntur in Deo. Sed non sunt hæc essentia, verum circa essentiam considerantur, etsi et certo quodam modo essentialia et naturalia vocantur, neque partes sunt essentiæ, quum deitas partium omnino sit expers. Sic et in igne variæ insunt potentiæ, levitas, mobilitas sursum tendens, vis illuminativa et vis combustiva, verum propterea ignis non est compositus, sed simplex, in quantum in corporibus naturalibus et elementaribus secundum extremam, ut ita dicam, resonantiam simplicitas esse potest. Attamen hic naturalia et essentialia ista sunt igni, ibi vero illa circa essentiam considerantur, hæc vero circa unamquamque personam singularia ; idcirco multo magis simplicitas tum essentiæ tum cujuslibet personæ nullum patietur detrimentum. Sed neque in omnibus, in quibus varietas quædam et distinctio consideratur, statim et compositio inducitur. Omnis enim essentia habet et virtutem et operationem, licet et simplex sit, neque idcirco compositam di-

A τὴν μὲν πρὸς τὸν Υἱὸν ὡς Πατρὸς, τὴν δὲ πρὸς τὸ Πνεῦμα ὡς προβολέως κατὰ τρόπον ἴδιον, τὴν δὲ Πατρικὴν ὑπόστασιν οὐ σύνθετον ὑποδείκνυσιν, οὕτως οὐδὲ τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ἐκπορεύεσθαι σύνθεσιν δίδωσιν ἐννοεῖν ἢ ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ ἢ ἐπὶ τοῦ Πνεύματος. Καίτοι ἐπὶ τοῦ Πατρὸς τὸ γεννᾷν καὶ τὸ προβάλλεσθαι οὐ ταὐτὸν οὐδ' ὡσαύτως, ἐπὶ δὲ τοῦ Πνεύματος τὸ ἐκπορεύεσθαι ἓν καὶ ταὐτὸν, εἰ καὶ ἐκ τοῦδε μὲν ἐμμέσως, ἤγουν ἐκ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ, ἐκ τοῦδε δὲ ἀμέσως, ὅτι ἐκ τοῦ Υἱοῦ οὐκέτι δι' ἄλλου τινός. Οὐκ οὖν σύνθετος ὁ Υἱὸς, ὅτι μὴ γεννᾶται μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ Πνεῦμα προβάλλεται· οὐδὲ τὸ Πνεῦμα, ὅτι ἐκπορεύεται οὐκ ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ· καὶ γὰρ οὐδὲ ὁ Πατὴρ, ὅτι μὴ μόνον ἀγέννητος, ἀλλὰ καὶ γεννήτωρ Υἱοῦ, οὐδ' ὅτι μὴ

B γεννήτωρ μόνον, ἀλλὰ καὶ προβλήτωρ τοῦ Πνεύματος. Καὶ γὰρ οὐδὲ ἐπὶ τῆς κοινῆς δόξης ἡμῶν τε καὶ ὑμῶν σύνθετος ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα ὅτι μετὰ τῆς οὐσίας ἑκάτερον ἔχει τὸ τῆς ὑποστάσεως ἴδιον, ὁ μὲν τὸ γεννητὸν μόνον, τὸ δὲ τὸ ἐκπορευτὸν ἐκ τοῦ Πατρός. Εἰ γὰρ σύνθετος ἑκάστη ὑπόστασις (16) διὰ τὰς ἑαυτῆς ἰδιότητας, καὶ ἡ οὐσία ἂν εἴη τῶν τριῶν ὑποστάσεων σύνθετος διὰ τὰ περὶ αὐτὴν κοινὰ τῶν τριῶν ἰδιώματα, τὸ ἀγαθὸν φημὶ, τὸ σοφὸν, τὸ δυνατὸν, τὸ ποιητικὸν, τὸ παντουργικὸν, τὸ δημιουργικὸν, τὸ προνοητικὸν, τὸ συνεκτικὸν, τὸ περιεκτικὸν καὶ περιληπτικον πάντων, τὸ ἄκτιστον, τὸ ἄναρχον, τὸ ἀθάνατον, τὸ ἀτελεύτητον, τὸ ἄπειρον, τὸ αἰώνιον, τὸ ἄχρονον, τὸ ὑπέρχρονον, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα εἴτε κατὰ θέσιν εἴτε κατὰ ἀφαίρεσιν, εἴτε κατ' αἰ-

C τίαν, εἴτε καθ' ὑπεροχὴν καὶ ὑπέρβασιν λέγεται ἐπὶ τοῦ Θεοῦ. Ἀλλ' οὐκ οὐσία ταῦτα, ἀλλὰ περὶ τὴν οὐσίαν θεωρούμενα, εἰ καὶ οὐσιώδη πως καλεῖται καὶ φυσικὰ, οὐδὲ μέρη τῆς οὐσίας· ἡ θειότης γὰρ ἀμερής· οὕτω καὶ τῷ πυρὶ πρόσεστι τὸ κοῦφόν τε καὶ ἀνωφερὲς, καὶ τὸ φωτιστικὸν καὶ τὸ καυστικὸν, δυνάμεις διάφοροι, ἀλλ' οὐ σύνθετον διὰ τοῦτο τὸ πῦρ, ἀλλὰ ἁπλοῦν, ὅσον ἐν σώμασι φυσικοῖς τε καὶ στοιχειώδεσι κατὰ τὸ ἔσχατον, ἵν' οὕτως εἴπω ἀπήχημα τῆς ἁπλότητος. Καίτοι ἐνταῦθα οὐσιώδη ταῦτά ἐστι τῷ πυρὶ, ἐκεῖ δὲ τὰ μὲν περὶ τὴν οὐσίαν ἐστὶ θεωρούμενα (17), τὰ δὲ περὶ ἑκάστην ὑπόστασιν ἕκαστα· διὸ πολλῷ πλέον οὐ λυμανεῖται τὸ ἁπλοῦν οὔτε τῆς οὐσίας οὔτε ἑκάστης τῶν ὑποστάσεων. Ἀλλ' οὐδὲ ἐπὶ πάντων ἐν οἷς θεωρεῖται ποικιλίας καὶ διάκρισις, ἤδη καὶ σύνθεσις παρεισάγεται. Ἅπασα γὰρ οὐσία ἔχει καὶ δύναμιν καὶ ἐνέργειαν, κἂν ἁπλῆ τις εἴη, καὶ οὐ διὰ τοῦτο σύνθετον ἐροῦμεν πάντως καὶ τὴν ἁπλῆν. Ἀνάγκη γὰρ ἥ σύνθετον εἶναι καὶ τὴν ἁπλῆν, καὶ οὐδεμία ἔσται ἁπλῆ, ἥ τὴν ἁπλῆν εἶναι χωρὶς ἐνεργείας τε καὶ δυνάμεως, ὅπερ ψεῦδός ἐστιν ἐναργῶς· οὔτε γὰρ ἐνέργεια τῆς δυνάμεως χωρὶς, ἐξ ἧς πρόεισιν, οὔτε δύναμις δίχα τῆς οὐσίας, ἀλλ' οὐδὲ οὐσία χωρὶς τῆς τοῦ ἐνεργεῖν δυνάμεως. Εἰ δὲ ταῦτα ἀδύνατα, καί ἐστι καὶ ἡ ἁπλουστάτη ἁπλῶς οὐσία μετὰ τῆς ἐνούσης δυνά-

(16) Cod. Vat. f. 5, 6, mendose, ὑπόθεσις.
(17) Vide Greg. Naz. orat. 32, p. 519, ed. Bill. (nunc orat. 42).

μεως ἔχουσα καὶ τὴν ἐκ τῆς δυνάμεως προϊοῦσαν ἐνεργείαν. Καὶ διὰ ταῦτα σύνθεσις οὐκ ἔστι περὶ αὐτὴν, ὅτι περὶ τὸ αὐτὸ καὶ ἕν, τὴν οὐσίαν, ἄλλο μὲν ἡ δύναμις, ἄλλο δὲ ἡ ἐνέργεια, καὶ ὅτι ἓν καὶ ταὐτὸν πρᾶγμα ἐξ οὐσίας ἐστὶ καὶ δυνάμεως καὶ ἐνεργείας, εἰ οὕτω χρή φάναι, καὶ ὅτι τῷ λόγῳ διακέκριται τῆς οὐσίας ἡ δύναμις, τῆς δὲ δυνάμεως ἡ ἐνέργεια. Μία γὰρ καὶ οὕτως ἐστὶν ἁπλῆ οὐσία. Πῶς ἄν τις ἐπὶ τῆς ἁπλῆς τῷ ὄντι καὶ ἀσυνθέτου φύσεως ἤτοι ἐφ' ἑκάστης τῶν ἐνιαίων τῆς ὑπερθέου θεότητος ὑποστάσεων τολμήσειε λέγειν, ὅτι σύνθεσις ἐκ τῶν φυσικῶν ἢ ὑποστατικῶν ἰδιοτήτων εἰσάγεται; Τί τῆς μονάδος ἁπλούστερον ἐν τοῖς ἀριθμοῖς; ἀλλ' ὅμως ἄλλο μὲν τὸ εἶναι αὐτῇ, ἄλλο δὲ ἡ δύναμις, καὶ ἄλλο ἡ ἐνέργεια. Ταυτίζει μὲν γὰρ ἅπαντα καὶ ἀνυπάλλακτα τηρεῖ· σχέσεις δὲ ἀπείρους σχεδὸν ὑποδύεται προστιθεμένη καὶ ἀφαιρουμένη καὶ γεννῶσα· πάντα τὰ εἴδη τῶν ἀριθμῶν· καὶ νῦν μὲν γινομένη τὸ ἥμισυ καὶ τὸ ὑποδιπλάσιον, νῦν δὲ τρίτον καὶ ὑποτριπλάσιον, νῦν δὲ τέταρτον καὶ ὑποτετραπλάσιον, καὶ ἄλλοτε ἄλλο καὶ κατὰ ταὐτὸν πάντα, καὶ τοῦτο ἐπ' ἄπειρον, νῦν μὲν ἀσχημάτιστος νοουμένη, νῦν δὲ ἐσχηματισμένη, καὶ ποτὲ μὲν τρίγωνος, ποτὲ δὲ τετράγωνος, ποτὲ δὲ πεντάγωνος, καὶ ἄλλο τε καὶ ἄλλο καὶ ἅμα πάντα, καὶ τοῦτο ἐπ' ἄπειρον· καὶ νῦν μὲν ἐπίπεδος, νῦν δὲ στερεὰ, καὶ νῦν μὲν ἄσχετος, νῦν σχέσιν ἔχουσα, καὶ ταύτην πολυειδῶς· καὶ ποικίλη τις φαινομένη διὰ τὰς δυνάμεις καὶ τὰς ἐνεργείας αὐτῆς, ὅμως ἁπλουστάτη ἐστὶ, καὶ ἡ ποικιλία αὐτὴ τὴν ἁπλότητα τῆς οὐσίας οὐ λυμαίνεται· οὐσίας δὲ λέγω τῆς κατ' αὐτήν. Ὃ γάρ ἐστιν ἑκάστῳ τὸ εἶναι, τοῦτό ἐστι καὶ ἡ οὐσία αὐτοῦ. Εἰ οὖν ἐπὶ τῶν καθ' ἡμᾶς τὰ περὶ ἕκαστον ἁπλοῦν θεωρούμενα διπλόην καὶ σύνθεσιν οὐ παρεισάγουσι, πολλῷ πλέον οὐδὲ ἐπὶ τῶν θεαρχικῶν ὑποστάσεων ἐκ τῆς ἑνίων ἰδιοτήτων ἐπιπλοκῆς διπλόη καὶ σύνθεσίς τις παρεισάγεται. Οὔτε οὖν ὁ Υἱὸς σύνθετος, εἰ μὴ μόνον ἐστὶ γεννητὸς ἐκ Πατρὸς, ἀλλὰ καὶ προβλήτωρ τοῦ Πνεύματος, οὔτε τὸ Πνεῦμα, εἰ μὴ ἐκ τοῦ Πατρὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται. Καὶ γὰρ οὐδὲ ὁ Πατὴρ ἀγέννητος ὢν καὶ γεννήτωρ τοῦ Υἱοῦ καὶ προβλήτωρ τοῦ Πνεύματος. Ὥσπερ γὰρ τὸ ἀγέννητον καὶ τὸ γεννητὸν καὶ τὸ ἐκπορευτὸν ἁπλῶς θεωρούμενα διάφοροι μέν εἰσιν ὑποστατικαὶ ἰδιότητες ἑκάστη τῶν τριῶν ἑκάστῳ τῶν τριῶν προσώπων ἀφοριζόμεναι, ἀλλὰ τὴν μίαν φύσιν αὐτῶν οὐ μερίζουσιν, οὕτως, κἂν πλείους ὦσιν αἱ περὶ ἑκάστην τῶν τριῶν ὑποστάσεων ἰδιότητες, οὐδ' οὕτως οὐδεμίαν αὐτῶν ὑπόστασιν τέμνουσιν ἢ μερίζουσιν, ἀλλ' οὐδὲ σύνθετον οὐδεμίαν τούτων δεικνύουσιν. Ὥσπερ δὲ οὐ μεριστὸς ὁ Πατὴρ, ὅτι ἐξ αὐτοῦ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα (οὐ γάρ μέρη τοῦ Πατρὸς ταῦτα, οὐδὲ κατὰ τομήν τινα καὶ ῥοὴν ἡ ἑκάστου γνωρίζεται πρόοδος), οὕτω οὐδὲ τὸ Πνεῦμα μεριστὸν, ὅτι ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ· οὐδὲ τὸ μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς ἔχει, τὸ δὲ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ἀλλὰ τὸ ἁπλοῦν καὶ ἓν ὅπερ ἐστὶν, ἐκ τοῦ Πατρός ἐστι καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ· ἐξ ἀμερῶν ἀμερὲς καὶ ἁπλοῦν ἐξ ἁπλῶν. Εἰ δὲ λέγεις· Πῶς; ἄῤῥητος ὁ τρόπος

A cemus etiam simplicem. Necesse enim est au composita sit et simplex, et tunc nulla substantia erit simplex; aut simplex sit absque operatione et virtute, quod manifeste falsum. est. Nam neque operatio est sine potentia et virtute, ex qua procedit, neque potentia sine essentia, imo nec essentia sine potentia operandi. Si vero hæc impossibilia, tunc et simplicissima simpliciter substantia una cum insita potentia habebit etiam operationem ex hac potentia prodeuntem, proptereaque non adest circa ipsam compositio ex eo, quod circa unum et idem, substantiam, aliud sit potentia, aliud operatio, et quod una eademque res ex substantia et potentia et operatione consistat, si ita loqui fas est, et quod ratione distinguitur a substantia potentia, a potentia operatio. Una B enim et sic est simplex substantia. Quomodo vero quis auderet de natura vere simplici et ab omni compositione exempta vel de singulis hypostasibus supremæ et præcellentis divinitatis affirmare, ex naturalibus vel personalibus proprietatibus induci compositionem? Quid monade (unitate) in numeris simplicius? Et tamen aliud ipsi est esse, aliud potentia, et aliud operatio. Cum omnibus enim identificatur (omnia eadem ostendit) et incommutata servat: relationes autem fere infinitas subit, dum additur et subtrahitur, et omnes numerorum species generat, et nunc quidem fit dimidium et duplum, nunc vero tertium et triplum, nunc quartum et quadruplum, et alias aliud, et secundum idem omnia, et hoc in infinitum; nunc ut quidem C informis ac figuræ expers concepta, nunc vero formata et figurata, aliquando triangularis, aliquando quadrangularis, aliquando quintangularis, atque aliud et aliud, et simul omnia, et hoc in infinitum, nunc quidem est superficies, nunc solidum corpus, modo relationis expers, modo relationes habens, et quidem multiformes, et quum varia appareat propter potentias et operationes suas, tamen simplicissima est et ipsa varietas haud infert detrimentum substantiæ simplicitati, substantiæ dico, quæ secundum ipsam est. Quod enim cuique esse, hoc est et ejus substantia. Si itaque in rebus creatis ac nostris ea quæ in quovis simplici spectantur non inducunt duplicitatem et compositionem, multo magis neque in divinis personis ex connexione nonnullarum proprietatum duplicitas D et compositio quædam inducitur. Neque igitur compositus Filius, si non solum est generatus a Patre, verum et Spiritus productor; neque compositus Spiritus, si non ex Patre duntaxat, verum et ex Filio procedit; neque enim et Pater compositus est, qui innascibilis exsistens et Filii genitor et Spiritus productor est. Quemodmodum enim innascibilitas et filiatio et processio simpliciter spectatæ diversæ quidem sunt personales proprietates, quarum trium quælibet cuilibet trium personarum reservatur, unam vero eorumdem naturam nequaquam dividunt; ita, etiamsi plures forent proprietates, quæ singulis tribus personis conve-

niunt, neque sic nullam eorum hypostasin scinderent vel dividerent, verum neque compositam eorum ullam ostenderent. Quemadmodum vero Pater minime divisus est, quia ex ipso Filius et Spiritus (neque enim hi partes sunt Patris, neque secundum sectionem quamdam aut fluxum cujusque eorum progressio cognoscitur): ita nec Spiritus divisus, quia ex Patre et ex Filio est; neque illud quidem ex Patre habet, hoc vero ex Filio; sed illud simplex et unum quod ipse est, ex Patre est et ex Filio, ex indivisis indivisum, ex simplicibus simplex. Si vero quæris: *Quomodo?* noveris, modum esse ineffabilem et non enuntiabilem, cum sit supra omnem modum. Aut dicito mihi, quomodo Pater generet Filium, quomodo Spiritus ex Patre procedat, quænam horum sit differentia, et ego dicam tibi, quomodo ex Patre et ex Filio procedat. Si vero placet, disce ex Patre non eodem modo ac ex Filio, et ex Filio non eodem modo ac ex Patre Spiritum procedere. Ex Patre enim mediata processio est, quum sit per Filium, ex Filio vero immediata, cum non amplius sit per alium quempiam. Hoc ergo pacto nulla compositio est neque in Filio neque in Spiritu, licet Spiritus ex Patre procedens ex Filio quoque procedat, neque etiam hoc absurdum, ut tu dicebas, dogma nostrum consequitur.

A καὶ ἄφραστος· ὑπὲρ τὸ πῶς γάρ· ἢ φράσον μοι, πῶς ὁ Πατὴρ γεννᾷ τὸν Υἱόν; πῶς τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται; τίς ἡ τούτων διαφορά; κἀγὼ σοὶ φράσω, πῶς ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται. Εἰ δὲ βούλει, μάνθανε, ὅτι ἐκ τοῦ Πατρὸς οὐχ ὡς ἐκ τοῦ Υἱοῦ, καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ οὐχ ὡς ἐκ τοῦ Πατρός. Ἐκ μὲν γὰρ τοῦ Πατρὸς ἔμμεσος ἡ ἐκπόρευσις (διὰ τοῦ Υἱοῦ γάρ), ἐκ τιῦ Υἱοῦ δὲ ἄμεσος, ὅτι μηκέτι δι' ἑτέρου τινός. Οὕτως οὖν οὐδεμία σύνθεσις οὔτε περὶ τὸν Υἱὸν οὔτε περὶ τὸ Πνεῦμα, κἂν τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύηται (18)· καὶ οὐδὲ τοῦτο τὸ ἄτοπον, ὡς ἔφης αὐτὸς τῷ δόγματι ἠκολούθησεν.

6. GR. (*n*) Verum si ex Patre et ex Filio procedit Spiritus secundum dicta tua, erit ipsi duplex processio; si vero duplex processio, duplex et procedens quod duplex est, non est amplius simplex; ergo ex te Spiritus non est simplex; quod vero non est simplex, id compositum est et divisum; quod ejusmodi non est Deus. Jam vero Spiritus est Deus, non ergo duplex; quod si non duplex, neque compositus, neque duplex erit processio. Si vero non duplex est processio, non erit una quidem ex Patre, altera vero ex Filio, sed aut ex Patre erit aut ex Filio. Cum vero ex Patre sit, ut tum Patres dicunt tum Evangelium, relinquitur eam non esse ex Filio.

B ς'. ΓΡ. Ἀλλ' εἰ (19) ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται καθὰ φῂς, ἔσται αὐτῷ διπλῆ ἡ ἐκπόρευσις. Εἰ δὲ διπλῆ ἡ ἐκπόρευσις, διπλοῦν καὶ τὸ ἐκπορευόμενον. Τὸ δὲ διπλοῦν οὐχὶ ἁπλοῦν· οὐχ ἁπλοῦν ἄρα τὸ Πνεῦμα, κατά σε· τὸ δὲ μὴ ἁπλοῦν σύνθετον καὶ μεριστόν· ὅ δέ ἐστι τοιοῦτον, οὐ Θεός. Ἀλλὰ μὴν τὸ Πνεῦμα Θεός. οὐκ ἄρα διπλοῦν· εἰ δὲ μὴ διπλοῦν, μηδὲ σύνθετον, οὐδὲ διπλῆ ἡ ἐκπόρευσις· εἰ δὲ μὴ διπλῆ ἡ ἐκπόρευσις, οὐκ ἔσται ἡ μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἡ δὲ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ἀλλ' ἢ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἢ ἐκ τοῦ Υἱοῦ. Ἐπεὶ δὲ ἐκ τοῦ Πατρὸς (τοῦτο γὰρ καὶ οἱ Πατέρες φασὶ καὶ τὸ Εὐαγγέλιον), λοιπὸν οὐκ ἐκ τοῦ Υἱοῦ.

LAT. Neque hoc pacto ratiocinatio tua, o sapientissime Græce, ad assentiendum cogit. In primis enim minime duplicem dicimus processionem, sed unam eamdemque et simplicem, quum et Spiritus simplex sit utpote Deus; nulla namque in Deo duplicitas est aut compositio. Neque enim quia ex duobus, idcirco processio duplex, sed quia (Spiritus) simplex, idcirco processio simplex, eadem aliam atque aliam in eodem habens relationem, mediata quidem exsistens quatenus ex Patre, immediata vero quatenus ex Filio. Quemadmodum enim luminis in aere effulsio ex sole et ex solis radiis prodiens, et immediate quidem ex radiis, mediate vero ex sole (videlicet per radios), tamen neque ipsa duplicitatem quamdam habet secundum suam ipsius exsistentiam, quum lumen in aere simplex

C ΛΑΤ. Οὐδ' οὕτως ὁ λόγος ἔχει τὸ ἀναγκαῖον, ὦ σοφώτατε Γραικέ. Πρῶτον μὲν γὰρ οὐ διπλῆν φαμεν τὴν ἐκπόρευσιν, ἀλλὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν καὶ ἁπλῆν, καὶ ἁπλοῦ ὄντος τοῦ Πνεύματος ὡς Θεοῦ· οὐδεμία γὰρ ἐν Θεῷ διπλόη ἢ (20) σύνθεσις. Οὐ γὰρ διότι ἐκ δυοῖν, διὰ τοῦτο διπλῆ, ἀλλὰ διότι ἁπλοῦν, διὰ τοῦτο ἁπλῆ, ἡ αὐτὴ ἄλλην καὶ ἄλλην ἐκ ταυτῷ τὴν σχέσιν ἔχουσα καὶ οὖσα ἔμμεσος μὲν ὡς ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἄμεσος δὲ ὡς ἐκ τοῦ Υἱοῦ. Καθάπερ γὰρ ἡ ἐκ τῷ ἀέρι τοῦ φωτὸς λάμψις (21) ἐκ τοῦ ἡλίου καὶ τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων προϊοῦσα, καὶ ἀμέσως μὲν ἐκ τῶν ἀκτίνων, ἐμμέσως δὲ ἐκ τοῦ ἡλίου (διὰ τῶν ἀκτίνων γάρ), ὅμως οὔτε αὐτὴ διπλόην ἔχει τινὰ κατὰ τὴν ἑαυτῆς ὕπαρξιν (ἁπλοῦν γὰρ τὸ ἐν τῷ ἀέρι φῶς καὶ ἀσύνθετον. Τίς γὰρ ἡ τούτου σύνθεσις; καὶ ἐκ τίνων σύγκειται, φράσον, τὸ φῶς; ἀλλ' οὐδὲ ἡ

(18) Cod Vat. ἐκπορεύεται.

(19) Nota. marg. Ἐνταῦθα εἰσαγωγὴ ἑτέρου ἀτόπου ὅτι διπλῆ ἔσται ἡ τοῦ Πνεύματος ἐκπόρευσις, καὶ διὰ τοῦτο διπλοῦν καὶ τὸ Πνεῦμα, καὶ πρὸς ταῦτα λύσις.

(20) Ms. ἡ.

(21) Frequens Theologis comparatio. Vide Beccum, orat. 2, injusta depos. cap. 13, g. o. 11, p. 57 seq.

(*n*) Nota. Hic aliud absurdum inducitur, nimirum duplicem fore Spiritus sancti processionem, ideoque etiam Spiritum duplicem. Et ad hoc solutio. Cf. Photium, De *Spirit. sancti mystagogia*, cap. 4 et 45.

τουτου πρόοδος διπλῆ, καίτοι δύο τὰ ἐξ ὧν ἡ πρόοδος, ὁ ἥλιος καὶ ἡ ἀκτίς, οὕτω καὶ ἡ ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπόρευσις ἁπλῆ καθ' ἑαυτήν, εἰ καὶ δύο πρόσωπά ἐστι τὰ ἐξ ὧν, καὶ τὸ Πνεῦμα ἁπλοῦν. Ἄλλως τε εἰ σύνθεσίς τις ἐθεωρεῖτο περὶ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν, ἐξ ὧν ἡ ἐκπόρευσις, ἦν ἂν διπλοῦν καὶ σύνθετον καὶ τὸ ἐξ αὐτῶν, διπλόη δὲ καὶ περὶ τὴν ἐκπόρευσιν, ἐπεὶ δὲ ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς ἕν ὄντα κατ' οὐσίαν καὶ ἐν ἀλλήλοις ὑπάρχοντα κατὰ τὸ Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοὶ (22), οὐδεμίαν σύνθεσιν ἔχειν νοεῖται πρὸς ἄλληλα (ὑπὲρ σύνθαξιν γὰρ ἡ ἑνότης αὐτῶν), οὐ σύνθεσίς ἐστιν ἡ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ σύνταξις (ἦν γὰρ ἄν καὶ ἡ τῆς ὅλης Τριάδος σύνταξις σύνθεσις), οὐδὲ ἡ ἐξ ἀμφοῖν λεγομένη παρ' ἡμῶν τοῦ Πνεύματος πόοδος σύνθετος, οὐδὲ τὸ Πνεῦμα ἐντεῦθεν σύνθεσιν ἕξει τινά. Οὕτω καὶ τῶν μετὰ Θεὸν ἁπλῶν οὐσιῶν ἡ ἐνέργεια οὐ σύνθετος, διότι ἐκ τῆς οὐσίας καὶ ἐκ τῆς αὐτῆς (23) δυνάμεως πρόεισιν, οὐδὲ ἡ τῆς ἐνεργείας ἐξ ἀμφοῖν πρόοδος σύνθετος. Καὶ γὰρ οὐδὲ ἡ συνύπαρξις τῆς οὐσίας καὶ τῆς δυνάμεως σύνθεσις, Ἦν γὰρ ἂν οὐδεμία οὐσία ἁπλῆ διὰ τὸ μὴ εἶναι ἄνευ δυνάμεως· οὐδὲν γὰρ ὅλως τῶν ὄντων ἀδύναμον (24) κατὰ τὸν σοφὸν Διονύσιον. Εἰ δὲ ἐπὶ τῶν μετὰ Θεὸν ἡ ἐκ δυοῖν πρόοδος οὔτε αὐτὴ σύνθετός ἐστιν, οὔτε τὸ προερχόμενον δείκνυσι σύνθετον, πόσῳ μᾶλλον ἐπὶ Θεοῦ ; Δῶμεν δὲ, εἰ βούλει, καὶ διπλῆν ἡμᾶς τίθεσθαι τὴν ἐκπόρευσιν, καὶ τὴν μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς, τὴν δὲ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, τὴν μὲν ἔμμεσον, τὴν δὲ ἄμεσον, ἀλλ' οὐδὲ οὕτω διπλόη περὶ τὸ Πνεῦμα, οὐδὲ διὰ τοῦτο σύνθετος ἔσται τοῦ Πνεύματος ἡ ἐκπόρευσις. Περὶ γὰρ τὴν οὐσίαν ταῦτα, οὐχὶ κατὰ τὴν οὐσίαν, ἡ ἀγεννησία, ἡ γέννησις καὶ ἡ ἐκπόρευσις, καὶ ὑποστάσεων διακριτικὰ, οὐ τμητικὰ φύσεως, καὶ οὐδὲν ἄτοπον δύο ἔχειν τὰς ἰδιότητας τὸ ἁπλοῦν. Καὶ γὰρ καὶ ὁ Πατὴρ καὶ Πατήρ ἐστι καὶ προβολεὺς, καὶ οὐδεμία σύνθεσίς ἐστιν ἐν αὐτῷ· καὶ ἄλλως δὲ τὸ ἔμμεσον καὶ τὸ ἄμεσον σχέσεις τινές εἰσιν, ἡ δὲ διάφορος σχέσις σύνθεσιν οὐκ ἐργάζεται. Τριῶν γὰρ ἐφεξῆς ἀλλήλαις ἐκκειμένων μονάδων φέρε εἰπεῖν ἡ μεταξὺ τῶν ἄκρων πρὸς μὲν τὴν πρώτην ἔχει δευτέραν τάξιν, πρὸς τὲ τὴν τρίτην, πρώτην· καὶ ὅτι πρώτη τε καὶ δευτέρα ἡ αὐτὴ, διὰ τοῦτο οὐ σύνθετος. Καὶ πρὸς μὲν τὴν πρώτην νοεῖται τυχὸν τὸ δεξιὸν ἔχουσα μέρος, πρὸς δὲ τὴν δευτέραν τὸ εὐώνυμον, καὶ ὅτι ἡ αὐτὴ δεξιὰ καὶ εὐώνυμος, οὐ διὰ τοῦτο ἀπόλλυσι τὴν οἰκείαν ἁπλότητα. Πάλιν ἑκάστη τῶν τριῶν μονάδων οὐχ ἁπλῶς μονὰς, ἀλλὰ καὶ τάξιν ἔχουσα· διὸ ἡ μὲν μονὰς πρώτη λέγοιτ' ἄν, ἡ δὲ μέση, ἡ δὲ ἐσχάτη· ἀλλὰ περὶ οὐδεμίαν αὐτῶν σύνθεσις εἶναι λέγεται. Εἰ γὰρ ἐκ τῶν περὶ τὴν οὐσίαν θεωρουμένων ἡ σύνθεσις κρίνεται, καὶ ἡ ἁπλῆ νοουμένη οὐσία καὶ χωρὶς τῆς κατ' αὐτὴν ἐνεργείας καὶ τῆς ἐνυπαρχούσης δυνάμεως ὅπερ ἐστὶ φανείη ἂν σύνθετος, ὅτι τε οὐσία καὶ ὅτι ἁπλῆ· ἀλλ' οὐ σύνθετος. Οὐ γὰρ

sit et compositionis expers ; quænam enim ejus foret compositio ? et ex quibusnam, quæso, elementis componitur lumen ? neque etiam ipsius progressio duplex est, licet duo sint, ex quibus progrediatur, sol nimirum et radius : ita et processio ex Patre atque ex Filio simplex est secundum seipsam, licet duæ personæ sint, ex quibus processio fiat, et ipse Spiritus simplex. Præterea si compositio quædam cerneretur in Patre et Filio, ex quibus processio, duplex quoque et compositum foret id quod ex ipsis procedit, et duplicitas quoque esset in processione. Quoniam vero Pater et Filius cum unum sint secundum essentiam et in se invicem exsistant secundum Christi verba : *Ego in Patre et Pater in me*, nullam ad invicem compositionem habere noscuntur (nam super compositionem omnem est eorum unitas), nulla compositio est Patris et Filii conjnnctio et consociatio (secus enim et totius Trinitatis conjunctio foret compositio), neque quæ a nobis asseritur Spiritus ex utroque processio composita, neque Spiritus exinde aliquam habebit compositionem. Eodem quoque pacto substantiarum simplicium creatarum operatio non est propterea composita, quia ex essentia et ejus potentia procedit, neque operationis ex utraque progressio composita ; neque enim essentiæ et potentiæ coexistentia compositio est, secus nulla substantia foret simplex, quia nulla sine potentia est ; nihil enim eorum quæ sunt, ut sapiens Dionysius ait, potentiæ est expers. Si vero in rebus creatis progressio ex duobus neque ipsa composita est, neque quod inde progreditur compositum ostendit, quanto magis in Deo id locum habet ! Demus autem, si vis, et duplicem nos asserere processionem, et alteram quidem ex Patre, alteram vero ex Filio, illam mediatam, hanc vero immediatam, neque sic in Spiritu erit duplicitas, neque idcirco composita Spiritus processio. Circa essentiam enim hæc sunt, non secundum essentiam, innascibilitas, generatio et processio, et personarum distinctiva, non naturæ dissectiva ; neque ullum absurdum, enti simplici duas inesse proprietates. Nam et pater est tum Pater tum spirator et nulla in ipso compositio. Præterea mediatum et immediatum relationes quædam sunt ; diversa vero relatio non importat compositionem. Si tres monades juxta se, una post aliam, positæ fuerint, ea quæ inter duas extremas, media est ad primam quidem secundum ordinem habebit, relate vero ad tertiam primum ; neque idcirco composita erit, quia eadem et prima est et secunda ; atque relate ad primam forsitan intelligitur dexteram partem obtinens, relate vero ad secundam, partem sinistram ; et quod eadem et dextera et sinistra, non ideo amittit propriam simplicitatem. Rursum quævis trium monadum non simpliciter est monas, verum et or-

(22) Joan. x, 38, xiv, 14.
(23) Cod. Vat. f. 6, b. αὐτοῦ.
(24) Cod. ἀδύνατον.

dinem habens. Quare alia dicenda fuerit prima, alia media, alia extrema; verum circa nullam earum compositio esse dicitur. Si enim ex iis quæ circa essentiam spectantur compositio judicatur, etiam simplex intellecta substantia et sine operatione, quæ secundum ipsam est, et sine potentia ei insita, quod est, appareret composita, quia et essentia et simplex est. Verum non est composita; neque enim simplicibus simplicitas essentia est, quia neque compositis compositio, sed circa essentiam; quæ vero circa essentiam sunt, licet unius sint plura, essentiam nentiquam compositam reddunt. Quamobrem sive simplex est processio sive non simplex, Spiritus est simplex et non compositum id quod procedit (procedendi proprietas), neque enim procedendi proprietas essentia est, sed circa essentiam processio, proprius hypostaseos character.

A οὐσία ἡ ἁπλότης τοῖς ἁπλοῖς, ὅτι μηδὲ τοῖς συνθέτοις ἡ σύνθεσις, ἀλλὰ περὶ τὴν οὐσίαν. Τὰ δὲ περὶ τὴν οὐσίαν, κἂν ἑνὸς εἴη πλείω, τὴν οὐσίαν σύνθετον οὐ ποιεῖ· ὥστε, κἂν ἁπλῆ ἡ ἐκπόρευσις, κἂν οὐχ ἁπλῆ, τὸ Πνεῦμα ἁπλοῦν καὶ οὐ σύνθετον τὸ ἐκπόρευτον· οὐκ οὐσία γὰρ, ἀλλὰ περὶ τὴν οὐσίαν ἐστὶν ἡ ἐκπόρευσις τῆς ὑποστάσεως ἴδιον χαρακτήρισμα.

(7.GR. Deinde (*o*) sidis procedere Spiritum quidem ex Patre, procedere vero etiam ex Filio, et proinde processionem alteram ex Patre esse, alteram vero ex Filio, quomodo non imperfecta erit utraque, vel altera inutilis? Vel enim perfecta est processio ex Patre, tunc inutilis ea quæ ex Filio; vel perfecta processio ex Filio, tunc inutilis ea quæ ex Patre. Si enim una, quæcunque tandem ex utraque, perfecta est, quæ alterius necessitas? Vel utraque erit imperfeeta si sine altera spectatur. Verum sic foret et Pater secundum seipsum consideratus imperfectus. At enimvero utraque persona perfecta et perfectam operationem reddens, tum per se et in se tum cum consubstantiali altera considerata. Si vero altera est perfecta, altera imperfecta, utram diceres perfectam, utram imperfectam? Primo una illa persona imperfecta est, ex qua processio imperfecta; deinde quomodo perfecta indiget imperfecta? Si vero simplex processio, et perfecta est ex Patre, cur et ex Filio? Si vero perfecta ex Filio, cur etiam ex Patre? Superfluum enim et vanum sic videtur, Spiritum quoque ex altero procedere.

B Ζ'. ΓΡ. Εἶτα (25) εἰ φῂς ἐκπορεῦεσθαι μὲν αὐτὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἐκπορεύεσθαι δὲ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, καὶ διὰ τοῦτο τὴν ἐκπόρευσιν τὴν μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς εἶναι, τὴν δὲ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, πῶς οὐκ ἀτελὴς ἡ ἑκατέρα, ἢ περιττὴ ἡ ἑτέρα; Ἢ (26) γὰρ τελεία ἡ ἐκ Πατρὸς, καὶ περιττὴ ἡ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ἢ τελεία ἡ ἐν τοῦ Υἱοῦ, καὶ περιττὴ ἡ ἐκ τοῦ Πατρὸς. Τῆς γὰρ μιᾶς ὁποτερασοῦν οὔσης τελείας, τίς χρεία τῆς ἑτέρας; ἢ ἀτελὴς ἑκατέρα δίχα τῆς ἑτέρας θεωρουμένη. ἀλλ' οὕτως ἂν εἴη καὶ ὁ Πατὴρ καθ' ἑαυτὸν νοούμενος ἀτελής· ἀλλὰ μὴν ἑκάτερον πρόσωπον τέλειόν καὶ τελείας ἐνεργείας ἀποδοτικὸν, αὐτό τε καθ' ἑαυτὸ καὶ μετὰ τοῦ ὁμοφυοῦς θεωρούμενον. Εἰ δὲ ἡ μὲν ἐστι τελεία, ἡ δὲ ἀτελὴς, ὁποτέραν ἂν φαίης ἢ τοῦτο ἢ ἐκεῖνο; πρῶτον μὲν τὸ ἓν πρόσωπον ἀτελὴς, ἐξ οὗπερ ἡ ἐκπόρευσις ἀτελής. Ἔπειτα τίς C χρεία τῇ τελείᾳ τῆς ἀτελοῦς; εἰ δὲ ἁπλῆ ἡ ἐκπόμευσις, εἰ μὲν τελεία ἐστὶν ἐκ τοῦ Πατρὸς, διὰ τί καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ; εἰ δὲ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, διὰ τί καὶ ἐκ τοῦ Πατρός; περιττόν γὰρ οὕτω δοκεῖ τὸ καὶ ἐκ τοῦ ἑτέρου τὸ Πνεῦμα προέρχεσθαι.

LAT. Sed fortassis non aliam et aliam esse quis ait processionem, alteram ex Patre, alteram ex Filio, sed unam et eamdem et simplicem ex Patre atque ex Filio, tanquam Patre per medium Filium spirante Spiritum. Ex Patre enim Filius, et ex Filio Spiritus, ideoque et ex Patre, ita ut eadem processio immediate quidem sit ex Filio, mediate vero ex Patre; *mediate* (*p*) vero dico, non quasi tempus quoddam sit intermedium (neque enim Pater prius generat Filium, postea vero per Filium Spiritum emittit), verum quia Filium generans Spi-

ΛΑΤ. Ἀλλ' ἴσως οὐκ ἄλλην φησί τις καὶ ἄλλην τὴν ἐκπόρευσιν εἶναι, τὴν μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς, τὴν δὲ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ἀλλὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν καὶ ἁπλῆν ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ὡς τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ, μέσου προβαλλομένου τὸ Πνεῦμα· ἐκ τοῦ Πατρὸς γὰρ ὁ Υἱὸς, ἐκ τοῦ Υἱοῦ δὲ τὸ Πνεῦμα, διὸ καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς, ὡς εἶναι τὴν αὐτὴν ἐκπόρευσιν D ἀμέσως μὲν ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ἐμμέσως δὲ ἐκ τοῦ Πατρός· Ἐμμέσως δέ φημι, οὐχ ὡς χρόνου τινὸς μεσιτεύοντος (οὐ γὰρ πρῶτον μὲν γεννᾷ τὸ Υἱὸν, εἶτα διὰ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα προβάλλεται), ἀλλ' ὅτι

(25) Nota marg: Ἕτερον ἄτοπον· ὅτι ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορευομένου τοῦ Πνεύματος, ἢ ατελὴς ἡ ἐκπόρευσις ἑκατέρα ἢ περιττὴ ἡ ἑτέρα· καὶ ἀνασκευὴ τούτο.

(26) Vat. εἰ.

(*o*) Nota marginalis: Aliud absurdum: Si ex Patre Filioque procedit Spiritus, vel imperfecta utraque processio vel superflua altera. Et ejus absurdi refutatio. Hoc quartum Græci argumentum respondet ex parte Photii, *De Spirit. sanct. mystagogia*, cap. 7, et Nicolai Methonensis capiti 11, quod vide in adnotationibus ad hunc Photii locum.

(*p*) Hæc sane non satis accurate dicta sunt atque voces *mediate et immediate*, prout in hac materia usurpantur, non recte explanant. Non enim ideo solum Spiritus ex Patre, quia est ex Filio, qui est ex Patre; quod unum veluti quæstionis respectum duntaxat exhibet. Verum rem melius expositam vide apud Thomam, *Summæ* p. 1, q. 36, a. 1. In sequentibus tamen auctor noster hæc rite pertractat.

γεννῶν τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα δι' αὐτοῦ προβάλλεται καὶ οὐκ ἄνευ τοῦ Υἱοῦ ἡ τοῦ Πνεύματος πρόβλησις.

ΓΡ. Κατὰ τοῦτον τὸν λόγον φαίη ἄν τις ὅτι καὶ διὰ τοῦ Πνεύματος ἐκπορευομένου γεννᾷ τὸν Υἱὸν, καὶ οὐκ ἄνευ τῆς τοῦ Πνεύματος ἐκπορεύσεως ἡ τοῦ Υἱοῦ γέννησις καὶ εἴη ἂν καὶ ὁ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Πνεύματος γεννώμενος.

ΑΑΤ. Ἀλλὰ τάξις καὶ ἐν τῇ Τριάδι τις ἣν δεῖ φυλάττειν ἡμᾶς· οὐχὶ φύσιν ἐξαλλάττουσα, ἀλλὰ διαφορὰν ὑποστάσεων παρεμφαίνουσα καὶ ἑκάστης ὑποστάσεως ἀμετάπτωτον παριστῶσα τὴν ἰδιότητα. Ὁ μὲν οὖν Πατὴρ γεννῶν τὸν Υἱὸν δι' αὐτοῦ καὶ τὸ Πνεῦμα προβάλλεται· ὁ Υἱὸς δὲ γεννώμενος ἐκ τοῦ Πατρὸς προβάλλεται καὶ τὸ Πνεῦμα ἐξ ἑαυτοῦ· τὸ δὲ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ὡς διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται· ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς ὡς ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἀμέσως ἐκπορευόμενον τοῦ γεννωμένου ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι λέγεται· καὶ τοίνυν καὶ ἡ αὐτὴ καὶ μία ἐκπόρευσις τῷ Πνεύματι ἐκ τοῦ Πατρὸς μέν ἐστιν ἔμμεσος, ἐκ τοῦ Υἱοῦ δὲ ἄμεσος ὥσπερ πολλάκις εἰρήκαμεν (27). Ὅμως, εἴτε ἁπλῆν ταύτην βούλει καλεῖν εἴτε καὶ μὴ, τελεία ἐστὶν ἑκατέρωθεν ἡ ἀμφοτέρωθεν ἤτοι ἐκ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ· ὅτι καὶ ἐκ τελείων καὶ τελεία (28) καὶ τελείως· καὶ οὐδὲν περιττὸν ἐν τῇ τελείᾳ Τριάδι, Εἰ δὲ ζητεῖς, δι' ἣν αἰτίαν ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύμενον τὸ Πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται, καὶ τίς ἡ χρεία, ἐρωτήσω κἀγώ σε, τίς χρεία τῷ Πατρὶ τοῦ γεννᾷν τὸν Υἱὸν ἢ τὸ Πνεῦμα προβάλλεσθαι, καὶ διὰ τί μὴ ἢ ἄμφω γεννᾷ ἢ ἄμφω προβάλλεται, καὶ τίς ὁ λόγος τῆς τοῦ λόγου γεννήσεως ἢ τῆς τοῦ Πνεύματος ἐκπορεύσεως. Οὐδὲ γὰρ ἦν τοῦ Λόγου λόγος ἀνώτερος οὔτε τοῦ Πνεύματος. Οὐκοῦν οὐδὲ ἐγώ σοι λέγω, τίς ὁ λόγος τῆς ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύσεως, οὐδὲ διὰ τί ἢ πῶς ἐξ ἀμφοῖν ἡ ἐκπόρευσις. Ἡ γὰρ τῆς ἁγίας Τριάδος ὕπαρξις ὑπέρκειται τοῦ πῶς καὶ τοῦ διὰ τί, καὶ τῶν τοιούτων ζητήσεων. Ὥσπερ δὲ οὐδὲ ἡ γέννησις ἀτελὴς, ὅτι οὐκ ἄνευ τῆς ἐκπορεύσεως, εἰ καὶ διακέκριται τῇ τοῦ τρόπου διαφερότητι, οὔτε ἡ ἐκπόρευσις, ὅτι τῆς γεννήσεως οὐ χωρὶς, ἀλλὰ τελεία τέ ἐστιν ἑκατέρα, καὶ ἑτέρα τῆς ἑτέρας, καὶ οὐ δίχα τῆς ἑτέρας οὐδετέρα. Ὡς γὰρ οὐ πρῶτον μὲν γεννᾷ τὸν Υἱὸν ὁ Πατὴρ, εἶτα τὸ Πνεῦμα φῇς ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι, ἀλλ' ἄμφω ἅμα ἀεὶ, καὶ ἡ γέννησις καὶ ἡ ἐκπόρευσις, καὶ ἑκατέρα τελεία καὶ καθ' ἑαυτὴν καὶ μετὰ τῆς ἑτέρας· οὕτω καὶ τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, κἂν μὴ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ καὶ ἁπλοῦν λέγῃ, ἀλλ' ἕτερον καὶ ἕτερον, ὅμως ἑκάτερον τέλειον καὶ καθ' ἑαυτὸ καὶ μετὰ τοῦ ἑτέρου, καὶ οὐ τοῦ ἑτέρου χωρίς. Οὐ γὰρ διότι ἐν τῷ αὐτῷ πυρὶ καὶ ἡ θερμότης ἀεὶ καὶ τὸ φῶς, διὰ τοῦτο τὸ ἕτερον αὐτῶν ἀτελὲς,

ritum quoque per ipsum emittit, et non sine Filio Spiritus spiratio perficitur.

GR. Secundum hanc rationem dicere quis posset, etiam per Spiritum procedentem Patrem generare Filium, neque absque Spiritus processione perfici Filii generationem, ita ut et Filius generatus sit ex Patre atque ex Spiritu (*q*).

LAT. Sed ordo in Trinitate quoque est, quem nos servare debemus, non quidem naturam commutans, sed personarum distinctionem indicans et singularum hypostaseon proprietatem inalterabilem exhibens. Pater itaque generans Filium per ipsum quoque Spiritum emittit, Filius vero generatus ex Patre emittit et ex se Spiritum : ac Spiritus ex Patre procedens ex Filio quoque ut per Filium procedit ; sed et ex Patre ut ex Filio immediate procedens a genito ex Patre procedere dicitur ; ideoque et una eademque processio Spiritui ex Patre quidem est mediata, ex Filio autem immediata, prout sæpenumero diximus. Attamen, sive simplicem eam vocare vis sive non, perfecta est ab utraque parte sive ex ambobus, sive ex Patre per Filium, quæ et ex perfectis et perfecta et perfecte, neque quidquam supervacaneum in perfecta Trinitate. Si vero quæris, quam ob causam Spiritus ex Patre procedens etiam procedat ex Filio, et quænam hæc sit necessitas, quæram et ego ex te (*r*) quænam necessitas sit Patri, ut Filium generet vel Spiritum emittat, et cur non vel utrumque generet vel utrumque spiret, et quænam sit ratio generationis Verbi vel processionis Spiritus. Neque enim erat verbum Verbo sublimius neque Spiritu. Itaque neque ego tibi dico, quænam sit ratio processionis Spiritus ex Patre et Filio, neque quam ob causam vel quanam ratione ex utroque sit processio. Nam sanctæ Trinitatis exsistentia elevata est supra omnem modum et rationem et supra tales quæstiones. Quemadmodum vero neque generatio imperfecta, quia non est sine processione, licet modi differentia ab ea sit distincta, neque processio, quia non est absque generatione, sed perfecta utraque et altera alterius, ac neutra sine altera ; sicut enim Pater non prius generat Filium, deinde Spiritus, ut ais, ex Patre procedit, verum utrumque semper simul, et generatio et processio, et utraque perfecta tum secundum se tum una cum altera : ita et procedere ex Patre et ex Filio, licet non unum idemque ac simplex dicat, sed alterum et alterum, tamen utrumque perfectum tum secundum se tum cum altero, et non absque altero. Non enim propterea quod in eodem igne et calor semper et lumen alterum eorum imperfectum est, sed quia utrumque cum altero et idcirco perfectum. Perfectus enim

(27) Vat. p. 7, b : εἰρήκειμεν.

(28) Vat. τελείων.

(*q*) Cf. dicta ad Photium, *De Spirit. sancti mystagogia*, cap. 64 fin.

(*r*) Imitatur Gregorii Nazianzeni responsum orat. 37, p. 597-598, ed. Billii.

ignis et ut perfecte illuminans et ut perfecte calefaciens sive urens; perfecto enim et eminenti modo habent utrumque; perfectus vero, quia utrumque operatur simul et omnimode, duplex enim perfectum; alterum secundum utramque proprietatem, alterum secundum conjunctionem cum altero. Sic et in Trinitate. Nam perfecta est Trias, et quia Trias, non monas personalis vel dyas; perfecta vero, quia etiam quælibet persona secundum se considerata, etsi non ab invicem separantur, omnimodam habet perfectionem et eminentiam perfectionis. Secundum hæc ipsa vero etiam processio perfecta et ex Patre et ex Filio, et ex utroque perfecta et ex ambobus, et supra rationem utrumque, etiamsi non simplicem neque unam eamdemque illam dicas. Et tali pacto difficultas tua solvitur nullumque absurdum hanc consequitur doctrinam. Si autem unam illam dicas, nihil omnino adversatur; sicut si quis quæreret: Cur generat Pater? Cur Filius generatur? Cur Spiritus procedit? nil aliud haberemus, quod responderemus, nisi quod horum quodlibet proprietas est singularum divinarum hypostaseon. Sic et si tu interrogas: Quam ob causam Pater quidem generat Filium et Spiritum producit mediante Filio, Filius vero et ipse generatur ex Patre et Spiritum producit nullo alio amplius mediante, Spiritus denique et ex Patre procedit et ex Filio, et ex illo quidem mediate, ex hoc vero immediate? — nullum aliud audies responsum nisi quod ita se habent quæ ad proprietates spectant. Vides ea quæ asseris doctrinam nostram sequi absurda, aut minime sequi aut non vera, sed apparentia esse absurda demonstrari.

8. GR. Attamen aliud video absurdum, quod consequitur processionem Spiritus ex Patre atque ex Filio.

LAT. Edissere et istud. Fortasse enim adversus hoc quoque sermonem aptum reddere potero, si dederit Spiritus sanctus.

GR. (*s*) Si ex Filio esset Spiritus, tunc Filius foret Spiritus pater, et Spiritus filius Filii, nepos autem Patris, et Pater Spiritus avus. Sed hæc sunt ridicula atque a veritate et pietate longe aliena.

LAT. Contra hanc rationem respondere licitum est, eam non contra dogma nostrum valere deductionem propositionum ridicularum et impiarum. Nam posset quis dicere, quando quidem non vereretur in sermonibus de Deo quidquid in buccam venerit eloqui eaque quæ divinitus inspirata oracula minime suppeditant, ut et ipse dicis, posset quis, inquam, dicere: Si ex Patre est etiam Spiritus, tunc filius Patris et Filii frater erit.....

A ἀλλ' ὅτι ἑκάτερον μετὰ θατέρου καὶ διὰ τοῦτο τέλειον. Τέλειον γὰρ τὸ πῦρ, καὶ ὡς τελείως φωτίζον καὶ ὡς τελείως θερμαῖνον ἤτοι καῖον· ἔχει γὰρ ἄκρως ἑκάτερον. Τέλειον δὲ, ὅτι καὶ ἄμφω ἐνεργεῖ ἅμα καὶ παντελῶς· διπλοῦν γὰρ τὸ τέλειον, τὸ μὲν καθ' ἑκατέραν ἰδιότητα, τὸ δὲ κατὰ τὴν πρὸς τὸ ἕτερον συμφυΐαν· οὕτω καὶ ἐν τῇ Τριάδι. Τελεία μὲν γὰρ ἡ Τριὰς καὶ ὅτι Τριάς, οὐ μονὰς προσωπικὴ ἢ δυάς, τελεία δὲ, ὅτι καὶ ἑκάστη ὑπόστασις καθ' αὑτὴν θεωρουμένη, εἰ καὶ μὴ ἀλλήλων χωρίζονται, παντελὲς ἔχει τὸ τέλειον καὶ ὑπερτελές. Κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ καὶ ἡ ἐκπόρευσις τελεία καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς, τελεία καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ καὶ ἐξ ἑκατέρων τελεία· καὶ ἐξ ἀμφοῖν καὶ ὑπὲρ λόγον ἑκάτερον, κἂν μὴ ἁπλῆν μηδὲ τὴν αὐτὴν καὶ μίαν ταύτην εἴπῃς. Καὶ οὕτω λέλυταί σοι τὸ ἄπορον, καὶ οὐδὲν
B ἄτοπον τῷ λόγῳ ἀκολουθεῖ. Εἰ δὲ καὶ μίαν αὐτὴν εἴποις, τὸ ἀντίξουν οὐδέν. Ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἔροιτο· Διὰ τί γεννᾷ ὁ Πατήρ; διὰ τί ὁ Υἱὸς γεννᾶται; διὰ τί τὸ Πνεῦμα ἐκπορεύεται; οὐκ ἂν τι ἕτερον εἰπεῖν ἔχοιμεν ἢ ὅτι τούτων ἕκαστον ἰδιότης ἐστὶν ἑκάστης τῶν θείων ὑποστάσεων· οὕτως κἂν αὐτὸς ἐρωτᾷς, Διὰ τί ὁ μὲν Πατὴρ γεννᾷ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα προβάλλεται τοῦ Υἱοῦ μεσιτεύοντος, ὁ δὲ Υἱὸς καὶ αὐτὸς γεννᾶται ἐκ τοῦ Πατρὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα προβάλλεται μηκέτι τινὸς μεσιτεύοντος, τὸ δὲ Πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, καὶ ἐκ τοῦ μὲν ἐμμέσως, ἐκ τοῦ δὲ ἀμέσως; οὐδὲν ἄλλο ἀκούσεις, ἢ ὅτι οὕτως ἔχουσι τὰ τῶν ἰδιοτήτων. Ὁρᾷς ὅτι ἃ λέγεις ἕπεσθαι τῷ λόγῳ ὡς ἄτοπα,
C ταῦτα δείκνυται ἢ μὴ ἑπόμενα ἢ μὴ ὄντα, ἀλλὰ φαινόμενα ἄτοπα.

Η'. ΓΡ. Καὶ μὴν ἄλλο ἄτοπον ἑπόμενον συνορῶ τῇ ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύσει τοῦ Πνεύματος.

ΑΑΤ. Εἰπὲ δὴ καὶ τοῦτο. Ἴσως γὰρ εὐπορήσω καὶ πρὸς αὐτὸ λόγου τινὸς, εἰ δοίη τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

ΓΡ. (29) Εἰ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, πατὴρ ἂν εἴη τοῦ Πνεύματος ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα υἱὸς μὲν τοῦ Υἱοῦ, υἱωνὸς (δὲ)· Πατρὸς, καὶ ὁ Πατὴρ πάππος τοῦ Πνεύματος· ἀλλὰ ταῦτα γελοῖα καὶ τῆς ἀληθείας καὶ τῆς εὐσεβείας ἀλλότρια.

VAT. Πρὸς τοῦτον τὸν λόγον ἐξῆν ἀντεπάγειν, ὡς
D οὐ περὶ τὸ δόγμα ἡμῶν ἡ ἀκολούθησις τῶν γελοίων καὶ ἀσεβῶν· ἐπεὶ εἶπεν ἄν τις, εἰ μὴ εὐλαβῶς εἶχεν ἐν τοῖς περὶ Θεοῦ λόγοις καὶ τὰ τυχόντα φθέγγεσθε καὶ ἃ μὴ τὰ θεόπνευστα λόγια δίδωσι, καθὰ φῂς καὶ αὐτὸς, ὅτι Εἰ ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τὸ Πνεῦμα, υἱὸς ἂν τοῦ Πατρὸς καὶ ἀδελφὸς τοῦ Υἱοῦ ..

(29) Ad marg. Vat. f. 8, a: Ἕτερον ἄτοπον, ὅτι εἰ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα υἱὸς ἔσται τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα καὶ ὁ Υἱὸς Πατὴρ τοῦ Πνεύματος, καὶ τὰ ἑξῆς· εἶτα λύσις αὐτοῦ.

(*s*) Quintum argumentum: Si ex Filio Spiritus, erit Filii filius Spiritus et Filius pater Spiritus etc. Confer Phot. *De Spirit. sanct. mystagogia*, Nicol. Methon. c. 21.

Hucusque cod. Vat. Vaticani verba (f. 2 usque ad f. 8, a) ; Latinus deinde præter alia (ibidem f. 8, b) adducit Athanasii ad Serapionem locum, quem etiam profert Beccus Epigr. XIII (Gr. orthod. II, p. 639). Finis dialogi f. 9, b, med. legitur hoc pacto :

ΓΡ. Τὰ μὲν εἰρημένα εἰρήσθω, ὡς εἴρηται· καὶ πρὸς ἐκεῖνα ἀντεροῦμεν οὐδέν. Ἕτερα δὲ ἄτοπα οὐκ ὀλίγα δείξομεν τῷ σῷ ἑπόμενα δόγματι. Πλὴν ἀλλὰ διὰ τὸ τοῦ λόγου μῆκος καὶ πρὸς ἀκοὰς πρόσκορον καὶ τὸν κάματον νῦν μὲν ἐνταυθοῖ τὰ λεγόμενα περατώσωμεν· ἐξῆς δὲ ὡς ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς ἀναλαβόντες τὸν λόγον κἀκεῖνα φιλαλήθως ἀνακαλύψωμεν.

GR. Quæ dicta sunt, dicta sunto, ut dicta fuerunt et ad illa nihil opponemus. Alia vero absurda, eaque non pauca, ex tuo dogmate consequentia ostendemus. Attamen propter sermonis prolixitatem et propter fastidium ac laborem aurium nunc quidem hic sermocinationem terminemus, postea vero velut ex alio principio disputationem resumentes et illa veritatis amore patefaciemus.

ΛΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ (30)

DIALOGUS SECUNDUS.

α. ΛΑΤ. Ἐπηγγείλω μὲν ἔναγχος, ὦ Γραικέ, πολλὰ ἄτοπα δεῖξαι παρομαρτοῦντα τῷ ἡμετέρῳ περὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκπορεύσεως δόγματι....

ΓΡ. Οὐκ ἄν ἀρνηθείην τὰ τῆς ὑποσχέσεως, ἀλλ' ἰδοὺ προσθεῖναι πρόθυμός εἰμι καὶ τὰ λείποντα. Σὺ δέ, ὦ Λατῖνε, μὴ ἀποκάμῃς ἀντιτιθεὶς, εἴ τι ἔχεις γενναῖον καὶ ἐσχυρόν.

ΛΑΤ. Λέγε δὴ ταῦτα.

χρόνον, τὸν ιζ' δὲ ὁ Κωνσταντῖνος. Διὸ καὶ τὸ τῆς βασιλείας ὄνομα μόνον τούτων ἐχόντων πᾶσαν τὴν τῶν πραγμάτων μεταχείρισιν Βασίλειος ὁ παρακοιμώμενος ἐνήργει, ὃς ἅμα καὶ τὴν τούτων μητέρα πέμψας ἀπὸ τῆς ὑπερορίας ἄγει εἰς τὰ βασίλεια Νικολάου δὲ τοῦ Χρυσοβέργη ἐπὶ χρόνου ιβ' καὶ μῆνας η' τὴν Ἐκκλησίαν ἰθύναντος καὶ λύσαντος τὴν ζωὴν, χειροτονεῖται Σισίννιος μάγιστρος. ἀνὴρ ἑλλόγιμος καὶ ἰατρικῆς καὶ νομικῆς τέχνης ἥκων εἰς τὸ ἀκρότατον. Καὶ οὗτος δὲ, ἐπὶ τρεῖς μόνους ἐνιαυτοὺς τὴν Ἐκκλησίαν ποιμάνας, ἐξίστη τῆς ζωῆς, καὶ προεβλήθη Σέργιος, ἡγούμενος ὢν τῆς μονῆς τοῦ Μανουὴλ καὶ τὸ γένος ἀναφέρων εἰς Φώτιον τὸν πατριάρχην, ὃς ἐπὶ κ' ὅλους ἐνιαυτοὺς τὴν τοῦ Θεοῦ ποιμάνας Ἐκκλησίαν πρὸς Κύριον ἐξεδήμησε, καὶ προεβλήθη πατριάρχης Εὐστάθιος, πρῶτος ὢν τῶν πρεσβυτέρων τοῦ ἐν βασιλείοις ναοῦ. Ἀνεκαίνισε δὲ ὁ βασιλεὺς Βασίλειος καὶ τὸν ἀγωγὸν Οὐάλεντος τοῦ βασιλέως, ὡς ἂν ἔχοιεν οἱ ἐν τῷ Βυζαντίῳ ἀφθονίαν ὕδατος. Οὗτος, αἰφνιδίῳ νόσῳ ληφθεὶς, ἀπεβίω, πρό τι ων ἡμερῶν τῆς αὐτοῦ τελευτῆς καὶ Εὐσταθίου τοῦ πατριάρχου ἀποθανόντος, οὗ διάδοχον ὁ βασιλεὺς Ἀλέξιον μοναχὸν ἐποιήσατο ἐκκλησιάρχην ὄντα ἐν τῇ τοῦ Στουδίου μονῇ. Τοῦ οὖν βασιλέως Βασιλείου τελευτήσαντος καὶ ἐν τῷ κατὰ τὸ Ἕβδομον ναῷ τοῦ Εὐαγγελιστοῦ καὶ Θεολόγου ταφέντος, ὁ τούτου ἀδελφὸς Κωνσταντῖνος μόνος τὸ τῆς βασιλείας ἀνεδήσατο κράτος· ὃς ζήσας μὲν τὸν ἅπαντα τῆς ζωῆς αὐτοῦ χρόνον ο' ἔτη, ἐπὶ τρεῖς δὲ ἐνὸς δέοντος μηνὸς αὐτοκράτωρ γεγονὼς, αἰφνιδίῳ νόσῳ ληφθεὶς καὶ παρὰ τῶν ἰατρῶν ἀπαγορευθεὶς ἀντ' αὐτοῦ βασιλέα προχειρίζεται Ῥωμανὸν τὸν Ἀργυρὸν, συζεύξας πρότερον αὐτῷ τὴν ἰδίαν θυγατέρα Ζωὴν, ὡς τῆς αὐτοῦ γυναικὸς ἐκουσίως τὴν τρίχα κειραμένης διὰ τὸ κινδυνεύειν τὸν αὐτῆς ἄ ὅρα Ῥωμανὸν πηρωθῆναι παρὰ τοῦ βασιλέως, καὶ διὰ τοῦτο σὺν τῇ ὄψει καὶ τὴν βασιλείαν τῷ συζύγῳ χαρισαμένης. Οὕτως παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα τὸν τῆς πηρώσεως κίνδυνον διαδρὰς ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς αὐτοκράτωρ ἅμα Ζωῇ τῇ τοῦ Κωνσταντίνου ἀναγορεύεται θυγατρὶ, οὐκ ὀλίγας ἀγαθουργίας ἅμα τῷ βασιλεῦσαι ποιήσας. Ἐξέκοψε δὲ καὶ τὸ ἀλληλέγγυον, ὃ παρὰ Βασιλείου τυπωθὲν ἐμελέτα μὲν ὁ Κωνσταντῖνος ἐκκοψαι, οὐκ ἔφθασε δέ. Ἐπὶ τῆς τούτου βασιλείας καὶ Γεώργιος ὁ Μανιάκης τὴν Ἔδεσαν ἑλὼν, ἐν ταύτῃ εὑρὼν τὴν πρὸς Αὔγαρον πεμφθεῖσαν ἰδιόγραφον ἐπιστολὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τῷ βασιλεῖ Ῥωμανῷ ἐν Βυζαντίῳ ἀπέστειλεν. Οὕτως νόσῳ χρονίᾳ βάλλεται καὶ τρεχοβύσει γένυν τε καὶ τὴν κόμην, κατέργασθεὶς, ὥς φασιν, ὑπὸ Ἰωάννου ὀρφανοτρόφου· πρὸς γὰρ τὸν τούτου ἀδελφὸν Μιχαὴλ ἔρωτα δαιμονιώδη σχοῦσα ἡ βασιλὶς Ζωὴ, καὶ τούτῳ κρύφιως συμμιγνυμένη, τὸν βασιλέα φαρμάκοις οὐκ ὠκυμόροις, ἀλλὰ σχλαιότατον καὶ βραδὺν ἐπάγουσι θάνατον κατειργάσακο· ὅς, κατὰ τὴν μεγάλην Πέμπτην κατὰ τὸ ἐν τῷ μεγάλῳ παλατίῳ βαλανεῖον λουόμενος ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Μιχαὴλ τῇ κολυμβήθρᾳ τοῦ λουτροῦ οἰκτρῶς ἀπεπνίγη, βασιλεύσας ἔτη ε' καὶ μῆνας ς'.

A tinus decimum septimum agebat. Quapropter solo nomine erant imperatores, 60 Basilius vero accubitor rem omnem pro libidine gubernabat. Hic eorum matrem ab exsilio in regiam revocavit. Nicolaus Chrysoverges per annos duodecim et menses octo rebus ecclesiasticis administratis obiit, illique succedit Sisinnius magister, vir insignis et medicæ artis instructissimus et legibus exponendis nemini secundus. Hic item, per tres tantum annos rebus Ecclesiæ moderatis,e corpore excessit,substitutusque est Sergius monasterii Manuelis abbas, qui genus ad Photium patriarcham referebat; qui ad viginti annos integros Ecclesia Dei gubernata de vita ad Dominum migrat, eligiturque patriarcha Eustachius sacerdotum templi, quod in regia erat, B primas. Basilius vero imperator Valentis imperatoris conductum restituit, ut Byzantinis aquæ abundantius fluerent.Is,repentino morbo correptus, cessit e vita. Paucis vero diebus antequam moreretur, extremum obiit diem patriarcha Eustathius, cujus successorem Alexium monachum in Studitæ monasterio Ecclesiæ præfectum designat.Emortuo itaque imperatore Basilio, et in templo Joannis evangelistæ et theologi, quod in Hebdomo est, sepulto, Constantinus frater universam imperii provinciam in se contulit; qui cum annos septuaginta vixisset, triennium mense minus solus imperasset, subito morbo arreptus desperatusque a medicis sui loco Romanum Argyrum imperatorem 61 enuntiat,cum propriam filiam Zoem prius in matrimonio C copulasset. Uxor quippe Romani sponte comam posuerat, ut cæcitatis periculum, quod marito ab imperatore imminebat, averteret. Sic lumen oculorum imperiumque viro elargita est. Hoc modo præter spem omnem atque exspectationem cæcitatis periculo imperator Romanus ereptus, rerum omnium moderator cum Zoe Constantini filia salutatur, in ipso imperii exordio plerisque hominibus profluis rebus perpetratis. Abolevit et allelengyum, tributum scilicet, quod pauperum vice divites persolvebant, a Basilio institutum; id abolere quidem Constantinus in animo habuit, sed morte præventus non potuit. Sub ejus imperio Georgius Maniaces Edessa direpta ad Abgarum epistolam Domini nostri Jesu Christi manu exaratam, in ea inventam, imperatori Romano Byzantium trans- D misit. Interim imperator lento morbo corripitur, capitis et barbæ pilis defluentibus, a Joanne pupillorum curatore circumventus. Imperatrix etenim Zoe Michaelis Romani fratris amore mirum quantum insaniens, ejusque se clanculum libidinibus tradens, non rapido et veloci veneno, sed lento torpentique læserat. Is ergo magna feria Quinta in balneo apud magnum palatium se lavans, in ipso solio balnei a Michaelis sociis miserabiliter suffocatur, cum imperasset annos quinque et menses sex.Sepelitur vero in eo quod ipse sub Peribleptæ nomine, hoc est Spectabilis, ædificaverat monasterio, ipso magnæ Parascaves die.

Θάπτεται δὲ ἐν αὐτῇ τῇ παρ' αὐτοῦ νεουργηθείσῃ τῆς Περιβλέπτου μονῇ κατ' αὐτὴν τὴν ἁγίαν μεγάλην Παρασκευήν.

62 Zoe, Michaele Paphlagone in imperatoris solio collocato, sperabat se loco mariti et imperatoris mancipium ac famulum habituram. Sed votis exitus minime responderunt. Porro imperator malo genio obnoxius cum nimium afflictaretur, nihil intentatum ut ab hac se ærumna liberaret reliquit. Sed omnia cassa in vota vocata sunt. Quinimo magis ac magis cruciatus augebantur aquæ intercutis accessione. Itaque continuo morbo confectus, propriaque salute desperata, a monacho Cosma Tzintzilucio, qui illi semper aderat agendaque demandabat, detondetur, pœnitensque exacta delictorum confessione facinusque in Romanum imperatorem deplorans occumbit, cum regnasset annos septem et menses octo.

A Ἡ Ζωὴ δὲ, τὸν Παφλαγόνα Μιχαὴλ ἐπὶ τὸν βασίλειον ἱδρύσασα θρόνον, ᾠήθη μὲν ἀντὶ ἀνδρὸς καὶ βασιλέως δοῦλον καὶ διάκονον ἕξειν· ἀπέβη δὲ ταύτῃ πάντα εἰς τοὐναντίον. Ὁ δὲ βασιλεὺς, δαίμονι ληφθεὶς καὶ ὑπὸ τούτου κατατεινόμενος, καὶ πάντα ποιῶν ὥστε ἐλευθερίαν τούτου εὑρεῖν, οὐδὲν ὤνησεν· μᾶλλον γὰρ ἐπετείνετο τὸ κακὸν συνεπιλαμβανομένης καὶ νόσου ὑδερικῆς. Τῇ οὖν κατεχούσῃ νόσῳ ἐκτρυχωθεὶς καὶ πάντοθεν τῆς οἰκείας ἀπογνοὺς σωτηρίας, ἀποκείρεται παρὰ τοῦ μοναχοῦ Κοσμᾶ τοῦ Τζιντζιλουκίου, ὃς διὰ παντὸς συνῆν αὐτῷ καὶ ἐνουθέτει τὰ δέοντα, καὶ θνήσκει ἐν μετανοίᾳ καὶ ἐξομολογήσει, τὴν εἰς τὸν βασιλέα Ῥωμανὸν ἁμαρτίαν ἀποκλαιόμενος, βασιλεύσας ἔτη ζ' καὶ μῆνας η'.

Michaele Paphlagone defuncto, universa imperii cura in imperatricem Zoem tanquam hæredem devoluta est. Hæc imperatoris ex fratre nepotem illique cognominem Cæsarem creatum, audacem et temerarium rebusque gerendis peropportunum, prius horrendissimo jurejurando devinctum so per omnem vitæ tempus quasi dominam ac heram et matrem pertractaturum, in locum filii assumit et imperatorem salutat. Verum is pactis cum Zoe initis violatis universæ multitudinis odium incurrit, et populi incontinentem impetum timens in Studii monasterium confugit, statimque monachi habitum induit. Sed ne sic quidem iram evitavit: multitudo namque populi commota eum a monasterio abreptum in locum qui dicitur Sigma transferunt, subitoque 63 excæcant, Ille cassus luminibus solum vertere cogitur in monasterium Elegmorum, postquam regnasset menses quatuor et dies quinque.

B Τοῦ δὲ Παφλαγόνος Μιχαὴλ θανόντος τὸ πᾶν κράτος περιέστη εἰς κληρονόμον τὴν βασιλίδα Ζωὴν, ἢ τὸν τοῦ βασιλέως ἀνεψιὸν καὶ ὁμώνυμον, Καίσαρα ὄντα καὶ δραστήριον δοκοῦντα καὶ περὶ τὰ πράγματα δεξιὸν, ὅρκοις πρότερον φρικωδεστάτοις καταλαβοῦσα ὡς κυρίαν αὐτὴν ἕξει διὰ βίου καὶ δέσποιναν καὶ μητέρα, εἰσποιητὸν προσλαμβάνει υἱὸν καὶ βασιλέα Ῥωμαίων ἀναγορεύει· ὃς τὰς πρὸς αὐτὴν ἀθετήσας συνθήκας, καὶ διὰ τοῦτο μισηθεὶς παρὰ παντὸς τοῦ πλήθους τῆς πόλεως, καὶ τὴν τοῦ δήμου ἀκατάσχετον δειλιάσας κίνησιν, φυγὰς ᾤχετο εἰς τὴν τοῦ Στουδίου μονὴν, καὶ εὐθὺς τὸ μοναχικὸν περιβάλλεται σχῆμα. Ἀλλ' οὐκ ἀπέδρα· τὸ γὰρ πλῆθος τοῦ λαοῦ, κινηθὲν καὶ τοῦτον τῆς μονῆς ἁφαρπάσαν, ἄγουσι κατὰ τὸν τόπον τὸν λεγόμενον C Σίγμα, καὶ εὐθὺς ἐκτυφλοῦσι. Τυφλωθεὶς οὖν ἐξορίζεται εἰς τὴν μονὴν τῶν Ἐλεγμῶν, βασιλεύσας μῆνας δ' καὶ ἡμέρας ε'.

Itaque rursus imperium ad Zoem devolvitur, Theodora sorore una cum ea imperium administrante. Tunc ab exsilio accersitur Constantinus Monomachus, cui nubit, cæremoniis rite peractis a primate Novæ sacerdote. Dieque subsequenti a patriarcha Alexio coronatur, qui sub ejus imperio vitam finit, et in thronum ejus substituitur Michael Cerularius, die Annuntiationi sacro, Imperator, consueto morbo podagræ correptus, novi symptomatis accessione in Manganorum monasterio, ab ipso de integro exstructo, moritur, ibidemque sepelitur, cum regnasset annos tredecim, Zoe item jundudum mortua.

Τῆς οὖν ἀρχῆς πάλιν εἰς τὴν Ζωὴν μετακυλισθείσης συμβασιλεύουσαν ἔχουσαν καὶ τὴν ἀδελφὴν Θεοδώραν, μεταπέλλεται ἀπὸ τῆς ἐξορίας Κωνσταντῖνος ὁ Μονομάχος, ᾧ καὶ συνάπτεται εἰς κοινωνίαν γάμου ἡ βασιλὶς, τῆς ἱερολογίας γενομένης παρὰ τοῦ πρώτου τῶν πρεσβυτέρων τῆς Νέας. Στέφεται δὲ τῇ ἐπαύριον παρὰ τοῦ πατριάρχου Ἀλεξίου, ὃς ἐπὶ τῆς τούτου βασιλείας θνήσκει· Ἀνάγεται δὲ εἰς τὸν θρόνον Μιχαὴλ ὁ Κηρουλάριος κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ Εὐαγγελισμοῦ. Ὁ δὲ βασιλεὺς, τῇ συνήθει νόσῳ τῆς ποδαλγίας κατάσχετος γενόμενος, ἐπακολουθήσαντος καὶ ἑτέρου συμπτώματος, D ἐν τῇ παρ' αὐτοῦ νεουργηθείσῃ μονῇ τῶν Μαγγάνων κείμενος θνήσκει, καὶ ἐν αὐτῇ θάπτεται βασιλεύσας ἔτη ιγ', καὶ τῆς Ζωῆς ἤδη προτελευτησάσης.

Eo decedente Theodora Porphyrogenneta paternum imperium recuperat, et cum regnasset annos duos menses sex, tenuis intestini morbo exstinguitur.

Τούτου δὲ τελευτήσαντος, Θεοδώρα ἡ Πορφυρογέννητος τὴν προγονικὴν βασιλείαν ἀναδέχεται, καὶ ἔτη β' καὶ μῆνας ζ' βασιλεύσασα, εἰλεοῦ νοσήματι περιπεσοῦσα θνήσκει.

Ejus autem eunuchi et Leo syncellus, ipsa adhuc etiam animam agente, in imperatoria sede collocant Michaelem patricium Stratioticum. Hic cum

Οἱ δὲ ταύτης εὐνοῦχοι σὺν τῷ συγκέλλῳ Λέοντι, ἔτι ταύτης ψυχορραγούσης, ἀνάγουσιν εἰς τὸν βασίλειον θρόνον Μιχαὴλ πατρίκιον τὸν Στρατιωτικὸν,

ὅς ἔτος α' βασιλεύσας καὶ ἄκων τῆς βασιλείας τῷ Κομνηνῷ ὑπεξίσταται.

Ὁ οὖν Κομνηνὸς Ἰσαάκιος τὴν βασιλείαν ἀναζωσάμενος αὐτίκα τῷ βασιλικῷ νομίσματι ξιφηφόρος διαχαράττεται, οἷα μὴ τῷ Θεῷ τὸ πᾶν ἐπιγράφων, ἀλλὰ τῇ ἰδίᾳ ἰσχύϊ καὶ τῇ περὶ πολέμους ἐμπειρίᾳ. Ἤγαγε δὲ καὶ τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα Αἰκατερίναν ἐκ τῆς Ἀνατολῆς, καὶ ταύτην ἀνηγόρευσεν. Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ πατριάρχης Μιχαὴλ ὁ Κηρουλάριος ἀπεβίω, προχειρίζεται ἀντ' αὐτοῦ πατριάρχης ὁ Λειχούδης Κωνσταντῖνος. Ὁ δὲ βασιλεὺς, εἰς κυνήγιον ἐξελθὼν καὶ φωτὶ ἀστραπηδόλῳ βληθεὶς. τοῦ ἵππου τε ἀπεσφαιρίσθη καὶ πρὸς τῇ γῇ ἀφρίζων ἐκυλίετο. Γνωσιηαχήσας οὖν ἐφ' ἡμέρας τινὰς, εἴ πως ἀνεθείη τῆς νόσου, ἐπείπερ ἔγνω κατ' ἄκρας ταύτῃ ἁλούς, τὴν βασιλείαν ἀποθέμενος, τὴν τοῦ Στουδίου καταλαμβάνει μονὴν καὶ τὸν μοναχικὸν ἀσπάζεται βίον, πολλὰ καὶ τῆς Αὐγούστης Αἰκατερίνης συμβαγλομένης αὐτῷ πρὸς τὸ προκείμενον, βασιλεύσας μὲν ἔτη β' καὶ μῆνας γ', ἐπιζήσας δὲ τούτων ἐλάττονα τῷ μοναχικῷ, πᾶσαν ὑπακοὴν πρὸς τὸν ἐν τῇ μονῇ ἡγεμονεύοντα ἐνδεικνύμενος, ὡς καὶ θυρωρὸς γενέσθαι καὶ ταῖς ἄλλαις ὑπηρετῆσαι διακονίαις διὰ πολλὴν μετριοφροσύνην καταδεξάμενος. Προχειρίζεται δὲ ἀντ' αὐτοῦ εἰς βασιλέα Κωνσταννῖνον τὸν Δοῦκαν.

regnasset annum unum, licet invitus, Comneno imperium cedit.

Isaacius Comnenus cum imperii pondus subiisset, subito in regio numismate se ensem ferentem excudi jussit, tanquam qui non Deo, sed proprio robori et circa rerum bellicarum usum experientiæ omnia accepta referret. **64** Abduxit ex Oriente uxorem Caterinam, eamque imperatricem creavit. Verum cum patriarcha Michael Cerularius occubuisset, in ejus locum Licudem Constantinum substituit. Imperator cum isset venatum, igne fulmineo perculsus equoque dejectus spumans humi circumvolutabatur. Itaque eum consilii pœnituit, nec morbo remittente, sed intime misereque vexante, sceptro rerumque moderamine deposito, ad Studii monasterium se confert, monasticam vitam amplexus, ad hoc Augusta Caterina suam opem conferente. Imperavit annos duos menses tres. His minus supervixit in habitu monastico. Adeo monasterii præsidi fuit obediens ut et ostiarius factus sit allisque ministeriis pro sua ingenti moderatione inservierit. In vicem vero suam Constantinum Ducam imperatorem elegit.

Μετὰ δὲ τὸν Κομνηνὸν Κωνσταντῖνος ὁ Δουκὰς ἀναιμωτὶ δίχα πραγμάτων καὶ ταραχῆς τῶν σκήπτρων ἐπιλαμβάνεται. Τοῦ δὲ πατριάρχου Κωνσταντίνου τοῦ Λειχούδη θανόντος, Ἰωάννης μοναχὸς ὁ ἐπίκλην Ξιφιλῖνος προχειρίζεται. Τῷ δὲ βασιλεῖ νότος ἐνσκήψασα οὐ μικρῶς αὐτὸν κατέτρυχεν. Ὡς δὲ ἔγνω ἤδη τέλεον τῇ νόσῳ κατεργασθείς, τοὺς ἐξ Εὐδοκίας τῆς βασιλίσσης αὐτοῦ τρεῖς παῖδας Μιχαὴλ, Ἀνδρόνικον καὶ Κωτσταντῖνον, ἐξ ὧν Πορφυρογέννητος ἦν ὁ Κωνσταντῖνος, πάντας βασιλεῖς ἀνηγόρευσε, Καίσαρα δὲ τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν Ἰωάννην. Ἦσαν δὲ αὐτῷ καὶ θυγατέρες τρεῖς, Ἄννα τε καὶ Θεοδώρα, καὶ Ζωή. Μέλλων δὲ τελευτᾷν, ἔγγραφον ἀπῄτησεν ἐκ πάντων ὡς οὐκ ἄν ποτε παρὰ τοὺς αὐτοῦ παῖδας βασιλέα ἕτερον δέξαιντο· ἐν ᾧ καθ' ὑπέγραψαν ἅπαντες. Ἀλλὰ μὴν καὶ ἡ βασιλὶς Εὐδοκία, ὡς οὐκ ἂν οὐδὲ αὐτὴ πρὸς δεύτερον ἐλεύσεται συνοικέσιον. Ὃ καὶ ἀπαρτισθὲν τῷ πατριάρχῃ φολάττειν δεδώκασι. Τελευτᾷ οὖν ὁ βασιλεὺς ἐτῶν ὢν ξ' καὶ μικρόν τι πρὸς, βασιλεύσας χρόνους ζ' καὶ ἥμισυν, ταφεὶς εἰς τὸ Μολιβωτόν.

Post Comnenum Constantinus Ducas absque sanguine, sine ullo rerum discrimine ac molestia, sceptrum occupat. Licude Constantino emortuo, Joannes monachus cognomento Xiphilinus sufficitur. Imperatorem autem obortus morbus vehementissime vexabat. Ut cognovit se ægritudine confectum, tres liberos, quos ex Eudocia imperatrice susceperat, Michaelem, Andronicum, Constantinum, inter quos Constantinus erat Porphyrogenneta, imperatores creat, Cæsarem vero fratrem Joannem. Illi fuerunt et tres filiæ, **65** Anna, Theodora, Zoe. Morti proximus fidem ab omnibus scripto exposcit, neminem post se alium imperatorem quam filios excepturum. Subscripsere omnes, Quinimo et ipsa imperatrix Eudocia nequaquam se secundas nuptias celebraturam scripto promisit. Absolutum scriptum patriarchæ tradidit, ut conservaret. Obiit ætatis annorum sexaginta ; annos plus minus septem et dimidium regnavit. In Moliboto sepelitur.

Κατέσχον οὖν τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας ἥ τε σύζυγος αὐτοῦ Εὐδοκία καὶ οἱ παῖδες. Σὺν τούτοις οὖν μῆνας ζ' καὶ μικρόν τι πρὸς βασιλεύσασα, ἀνάγει τὸν Ῥωμανὸν Διογένην εἰς τὰ βασίλεια, καὶ τούτῳ προσζεύγνυται, καὶ βασιλέα εὐθὺς ἀναγορεύει.

Imperii habenas conjux illius Eudocia filiique tenuere. Cum vero una cum liberis menses septem vel paulo plus imperasset, Romanum Diogenem in regiam accitum sibi matrimonio jungit imperatoremque pronuntiat.

Τὴν οὖν βασιλείαν ὁ Διογένης λαβὼν, εἶθ' ὕστερον ἐπιβουλευθεὶς παρὰ τῶν οἰκείων ἐκτυφλοῦται, καὶ οὕτως θνήσκει, καὶ ἐν τῇ νήσῳ Πρώτῃ θάπτεται, βασιλεύσας ἔτη γ' καὶ μῆνας η.

Occupavit imperium Diogenes, qui deinceps a familiaribus dolis circumventus luminibus privatur, mortuusque in insula Prote sepelitur, cum regnasset annos tres et menses octo.

Διεδέξατο τὴν βασιλείαν ὁ τοῦ Δούκα υἱὸς Μιχαὴλ ὁ λεγόμενος Παραπινάκης. Τοῦ δὲ πατριάρχου Ἰωάννου τοῦ Ξιφιλίνου κοιμηθέντος, ὁ βασιλεὺς ἕτερόν

Ducæ filius Michael Parapinaces dictus imperium suscipit. Patriarcha Joanne Xiphilino vita functo, imperator Cosmam quemdam monachum,

qui e sancta civitate advenerat, maximo ab se propter eximias virtutes in pretio habitum elegit. Cives Botaniatem in Nriente imperatorem creatum audientes regiam occupant,custodes illi imponunt; imperantem Michaelem solio pulsum, vili vehiculo cum Augusta Maria ex Alanorum genere et filio Constantino 66 Porphyrogenneta in Studii monasterium ablegant et monachorum albo ascribunt, sabbato qui dicitur Lazari. Imperio præfuit annos sex.

Hæc ratione Nicephorus Botaniates præter omnem exspectationem magna feria Tertia imperium occupavit minime sanguinolentum.Diademate imperatorio patriarchæ manibus insignitur,jungitque sibi matrimonio Alamannam Mariam, Michaelis conjugem. Regnavit annos tres.

Alexius Comnenus imperium tenuit annos triginta septem menses quatuor, Joannes ejus filius annos viginti quatuor, Manuel ejus filius annos triginta octo, Alexius hujus filius infans adhuc annum unum.

Eo trucidato, Andronicus patruus imperium invasit annos tres. Andronico necato,Isaacius Angelus fratris filius imperium obtinuit annos novem. Isaacium oculis spoliavit proprius frater Alexius, qui regnavit et ipse annos novem. Alexio imperio atque Cpoli pulso, filius Isaacii Alexius puerulus adhuc regnum obtinuit menses sex. Hunc cum occidisset patruelis Alexius Ducas, qui et Murtzuphlus dictus est, imperio præfuit menses duos. Heu nos miseros! et maxime cum sinus Christiani, qui talia in Christianos machinamur: et quanam ratione divinum judicium tot scelera laturum esset, et non esset nos captivitati et internecioni traditurum? Quod et factum est, et spectatissima urbs Constantini ob similia facinora impietatesque Italis tradita est.

A τινα προεχειρίσατο Κοσμᾶν μοναχὸγ, τῆς ἁγίας μὲν πόλεως ἀφικόμενον, μεγίστῃ δὲ τιμῇ διὰ τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν παρὰ βασιλεῖ τιμώμενον. Οἱ δὲ πολῖται, διὰ τὸ τὸν Βοτανειάτην ἐξ' Ανατολῆς ἤδη ἀναγορευθῆναι τὰ τε ἀνάκτορα κατασχόντες καὶ φύλακας αὐτοῖς ἐπιστήσαντες, καὶ τὸν βασιλεύοντα Μιχαὴλ καθαιρήσαντες, πρὸς τὴν τοῦ Στουδίου μονὴν παραπέμπουσι μετ' εὐτελοῦς ὑποζυγίου σὺν τῇ Αὐγούστῃ Μαρίᾳ τῇ ἐξ 'Αλανῶν καὶ τῷ τούτου παιδὶ Κωνσταντίνῳ τῷ Πορφυρογεννήτῳ, καὶ πρὸς τὸν μονήρη μεταλλάττουσι βίον κατὰ τὸ Σάββατον τοῦ ἁγίου Λαζάρου, βασιλεύσαντα χρόνους ζ'.

Οὕτως οὖν ὁ Βοτανειάτης Νικηφόρος παρὰ πᾶσαν προσδοκίαν ἀναίμακτον ἀπέλαβε τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν κατ' αὐτὴν τὴν μεγάλην Τρίτην, καὶ ταῖς τοῦ πατριάρχου χερσὶ τῷ βασιλικῷ ταινιοῦται διαδήματι, καὶ γυναικὶ συζεύγνυται τῇ ἐξ 'Αλαμανῶν Μαρίᾳ, τῇ τοῦ Μιχαὴλ συμβίῳ. 'Εβασίλευσε δὲ ἔτη γ'.

'Αλέξιος ὁ Κομνηνὸς ἐβασίλευσεν ἔτη λζ' μῆνας ϛ'. 'Ιωάννης ὁ τούτου υἱὸς ἔτη κδ', Μανουὴλ ὁ τοῦτου υἱὸς ἔτη λη', 'Αλέξιος ὁ τούτου υἱὸς μειράκιον ἔτος α'.

Τοῦτον φονεύσας 'Ανδρόνικος ὁ πρὸς πατρὸς θεῖος αὐτοῦ ἐτυράννησεν ἔτη γ'. Τοῦτον φονεύσας ὁ ἀνεψιὸς αὐτοῦ 'Ισαάκιος ὁ Ἄγγελος, ἐκράτησεν ἔτη θ'. Τοῦτον ἐκτυφλώσας ὁ ἴδιος ἀδελφὸς 'Αλέξιος ἐκράτησε καὶ αὐτὸς ἔτη θ'. Τοῦτον ἐκδιώξας τῆς βασιλείας καὶ Κωνσταντινουπόλεως ὁ ἀνεψιὸς 'Αλέξιος μειράκιον ὤν, ὁ υἱὸς αὐτοῦ 'Ισαακίου, ἐκράτησε μῆνας ζ'. Τοῦτον φονεύσας ὁ ἐξάδελφος 'Αλέξιος ὁ Δοῦκας, ὁ καὶ Μούρτζουφλος, ἐκράτησε μῆνας β'. Φεῦ! καὶ ταῦτα Χριστιανοὶ Χριστιανούς. Καὶ πῶς ἔμελλεν ἐφησυχάσαι ἡ δίκη καὶ μὴ παραδοῦναι ἡμᾶς εἰς αἰχμαλωσίαν καὶ ἐξολόθρευσιν; Ὅ καὶ γέγονε, καὶ ἡ περίβλεπτος Κωνσταντίνου διὰ τὰς τοιαύτας ἀνοσιουργίας παρεδόθη τοῖς 'Ιταλοῖς.

ANNO DOMINI MCCV.

NICETAS CHONIATES.

NOTITIA.

(Ex Leonis Allatii *Diatriba de Nicetis* in Ang. Mai *Bibliotheca nova Patrum*, tom. VI. p. 25.)

De Nicetæ Choniatæ (*a*) vita ex professo egit Petrus Morellus in epistola ad Joannem Sanctandreanum, Carcassonensis eclesiæ diaconum, quam ille ex Michaelis Choniatæ monodia in Nicetam fratrem,et ex Thesauro orthodoxæ fidei collegerat, et ipse Thesauro subjunxit. Nos vero nonnulla alia

(*a*) In primo casu Allatius plerumque *Choniates* scribit, sed interdum etiam *Choniata*. A. M.

ex ejusdem Nicetæ historia aliisque trademus. Fuit hic Nicetas gentili nomine Acominatus, e Chonis, Phrygiæ urbe, ex qua oriundum se gloriatur. In Balduino, agens de pace inita per Theodorum Lascarim cum Iconii suitano, et de urbibus illius socero Manueli Maurozomæ concessis, inter alias, Chomas quoque numerans, scribit: Μέρος ἀπένειμε τῆς ἀρχῆς τῷ κηδεστῇ ἐκείνου Μανουὴλ τῷ Μαυροζώμῃ· τόδε ἦν ἐμοῦ τοῦ συγγαρφέως Νικήτα πατρὶς, αἱ Χῶναι. *Partem imperii Manueli Maurozomæ illius socero concessit. Ea pars erant Chonæ, mei scriptoris Nicetæ patria.* Et lib. VI in Manuele de eodem: Ἀπάρα οὖν τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων, Φρυγίαν τε καὶ Λαοδίκειαν διελθὼν, ἀφικνεῖται ἐς Χώνας, πόλιν εὐδαίμονα καὶ μεγάλην, πάλαι τὰς Παλασσάς. (*Palassas* vitiose legi pro *Colossas*, animadvertunt Abrahamus Hortelius in Thesauro geographico, et Hieronymus Wolfius in notis ad hunc locum) τὴν ἐμοῦ τοῦ συγγραφίως πατρίδα. *Urbe disgressus per Phrygiam et Laodiceam, Chomas, olim Palassas, urbem magnam et beatam, patriam meam, pervenit.* Et Chonas hasce, Asianam illam esse civitatem, quam data epistola Paulus apostolus, cum scriberet Colossas dictam, nobilitavit, colligitur ex ejusdem Thesauri libro IV, cap. 22, in quo locum ex epistola illius ad Colossenses adducens, scribit: Ὡς ὁ Παῦλος ἐν τῇ πρὸς τοὺς πατριώτας μου Κολοσσεῖς ἐπιστολῇ θεολογεῖ. *Ut Paulus in epistola ad conterraneos meos Colossenses his verbis theologice philosophatur.* Et Colossas olim postea mutato nomine Chonas dictam, probat Morellus ex lexico manuscripto Vascosani, eoque vetustissimo manibus cujusdam ex Michaelis Pselli auditoribus descripto (*b*), in quo legebatur, Κολοσσαὶ πόλις Φρυγίας, αἱ νῦν λεγόμεναι Χῶναι· ὅθεν καὶ Κολοσσαεῖς (*c*). *Colossæ urbs Phrygiæ, quæ nunc Chonæ dicitur, unde et Colossenses.* Et probari præterea potest ex Constantino Porphyrogenito in themate Thracesiorum. Κολοσσαὶ αἱ νῦν λεγομέναι Χῶναι, οὗ ἐστι νοὸς διαβόητος τοῦ ἀρχαγγέλου Μιχαήλ. *Colossæ, quæ nunc Chonæ, ubi visitur celeberrimum templum Michaelis archangeli.* Neque dissentit Theophylactus comment. in dictam epistolam Pauli. Ηόλις Φρυγίας αἱ Κολοσσαὶ, αἱ νῦν λεγόμεναι Χῶναι, καὶ δῆλον ἐκ τοῦ τὴν Λαοδίκειαν εἶναι πλησίον. *Phrygiæ urbs est Colossæ, quæ nunc dicitur Chonæ, quod inde perspicuum est, quod Laodicea huic sit vicina,* Et ex recentioribus Wolfius in notis ad lib. VI Choniatæ. *Unde suspicor Choniatas post appellatos, qui olim Colossenses dicti fuere, ad quos epistola divi Pauli exstat.*

Possent nihilominus huic rei difficultates opponi. Namque populos ex hac Phrygum urbe vocat Strabo (*d*) Colossenos. Κολοσσαεῖς vero *Colossenses*, multorum suffragio Rhodii ipsi nuncupantur ex vasto colosso in honorem solis exstructo. Suidas: Κολασσαεῖς οἱ Ῥόδιοι, οἵτινες ἀνέστησαν ἐν τῇ νήσῳ χαλκοῦν ἀνδριάντα τοῦ ἡλίου, ὃν διὰ τὸ μέγεθος ἐκάλεσαν κολοσσόν. *Colossenses Rhodii sunt, qui erexerunt in insula æream statuam soli, quam ob vastitatem colossum appellarunt.* Et voce Ῥόδος. Ῥόδος ἡ νῆσος, ἥτις καὶ Λίνδος καλεῖται, καὶ Κολασσαεῖς οἱ οἰκήτορες διὰ τὸν κολοσσόν. *Rhodus insula, Lindus quoque nuncupata, et illius habitatores propter colossum Colossenses dicti.* Eustathius in Periegetem: Διὰ δὲ τὸν ἀνώτερον ῥηθέντα μέγαν κολοσσὸν καὶ Κολοσσαεῖς, ὡς ἐκ μεγάλου παρασήμου, ἐκαλοῦντο οἱ Ῥόδιοι. *Propter jam supra assertum colossum, etiam Colossenses, veluti ex magno insigni, Rhodii nuncupabantur.* Eadem habent Georgius Cedrenus, Joannes Zonaras, Michael Glycas, Joannes Antiochenus in Archæologia, et alii. Hinc non dignoscitur quare potius ad Choniatas quam ad Rhodios inscripitio illa epistolæ referri debeat. Attamen cum in ea Paulus Laodiceæ, et Hierapoleos quoque, vicinarum urbium, meminerit (*e*), longe similius vero est Colossenses non alios esse quam eos ipsos qui in Choniatas decesserunt, et Colossas esse quæ, mutato postea nomine, Chonæ dictæ sunt; quod acute perspexerat Theophylactus, cum scriberet: Καὶ δῆλον ἐκ τοῦ τὴν Λαοδίκειαν εἶναι πλησίον. *Quod inde perspicuum est, quia Laodicea huic sit vicina.* Neque obstat ex his Colossis Strabonem Colossenoe nuncupare. Namque id in aliis quoque videmus varia efferri formatione. Et ne in exemplis adducendis nimius sim, pauca tradam. Chios ex Chio insula oriundios communi scriptorum usu vocamus: non defuere tamen, qui et Chiotas dixerunt, ut videre est in Memnonis excerptis apud Photium. Ex Byzantio, alii Byzantios, alii Byzantinos, alii Byzantianos, seu Byzantinianos, et tandem Vitruvius Byzanteas lib. VII. Ex Gadira Gadireus, et Gadirites, et Gadiræus, et Gadirenus; et innumera fere similia. Non est ergo mirum Colossenos Strabonis in Colossenses abiisse.

Sed qua de causa Colossæ, quam πόλιν μεγάλην Φρυγίης, *magnam Phrygiæ urbem*, vocavit Herodotus in *Polymnia*, nomen in Chonas immutaverint? Menæa Græcorum natum illi nomen ex Michaelis archangeli in eadem urbe patrato miraculo narrant. Dum enim gentiles, odio Christianæ religionis, fluviorum ibi præterfluentium aquas in unum corrivant, ut earum impetu et copia locum et templum sub nomine Michaelis erectum demergant, Michael baculo saxum pulsans, hiatum aperuit, qui molem illam aquarum absorpsit, et templum, et deservientem illi hominem ab illuvie illa servavit incolumem. Et cum per hiatum illum instar infundibuli, quod Græcis χώνη est, aquæ transmitterentur, loco et urbi Χῶναι *Chonæ* nomen inditum est· Φθόνῳ τηκόμενοι ἐπὶ τοῖς παραδόξως γενομένοις ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἀρχιστρατήγου Μιχαὴλ, ἄνδρες ἑλληνίζοντες τὸν παραῤῥέοντα ἐγγύθεν ποταμὸν ἐδουλλεύσαντο κατὰ τοῦ ναοῦ στρέψαι, ὥστε καὶ τὸν ναὸν κατακλύσαι, καὶ τὸν προσμένοντα αὐτῷ ἄνδρα τίμιον τὸν Ἀρχιππον ἀπολέσαι. Φανεὶς δὲ καὶ μόνος ὁ θεῖος ἀρχιστράτηγος, καὶ θαῤῥεῖν ἐγκελευσάμενος τῷ Ἀρχίππῳ, πλήσσει ῥάβδῳ τὴν

(*b*) Imo ipsius Pselli lexicon græcum me in codicibus observare probe memini. A. M.

(*c*) Κολοσσαεῖς et Κολασσαεῖς variat in ipsis τοῖς πάνυ bibliis vaticanis. Ilid. etiam ἐν Κολοσσαῖς. A. M.

(*d*) Lib. XII, circa finem.

(*e*) Coloss· IV, 13.

πέτραν, καὶ πάροδον ἐν αὐτῇ ποιήσας τοῦ ποταμοῦ, ἐξ ἐκείνου μέχρι καὶ τοῦ νυν παροδεύων ὁρᾶται χωνευόμενος. *Invidentia conlabescentes propter mira quæ fiebant in templo militiarum principis Michaelis viri gentilium religioni addicti, proxime fluentem fluvium in templum ipsum convertere sibi proposuerunt, ut et templum submergerent et virum in eo commorantem venerandum Archippum perderent. Verum tantummodo apparens divinus hic militiarum dux, et ut bono esset animo Archippo imperans, pulsat baculo saxum, et transitum in eo aperiens fluvii fecit, ut exinde ad hoc usque tempus fluvius veluti per infundibulum infusus prætergre loretur.* Et legitur de hac re prolixa narratio de quinta Septembris apud Lipomanum, quam in manuscriptis codicibus ab Archippo etiam ipso scriptam invenies. Sed elegantior atque accuratior est omnibus Sisinnii patriarchæ Constantinopolitani, qui et fluminum nomina, et singularia reliqua commemorat, oratio (*f*). Quare referam illius verba adhuc inedita. Postquam enim Aachippi mores, et loco pellere conabantur, ne idolorum cultus, ob tot archangeli Michaelis erga genus humanum atque ejusdem necessitates subsidia, minueretur, Christi accresceret, tandemque fluminis Chrysæ in templum corrivationem, et illius divisionem, et intactum ab illuvie sanctuarium recensuisset, subdit : Συμμορίαν γὰρ οἱ τῆς τῶν εἰδώλων θρησκείας ὡσεὶ πεντακισχιλίων ἀνδρῶν συναγωγόται, ἔν τε Λαοδικείᾳ γενόμενοι, συμβούλιον ἐπὶ ὀλέθρῳ τῆς ἑαυτῶν κακοτέχνου ψυχῆς τίθενται, ὅπως τοὺς ἐξ ἑῴας ἑτέρους δύο ποταμοὺς κατιόντας, καὶ οὐ πολὺ τοῦ εὐκτηρίου διέχοντας, ὧν τὸν μὲν Κοῦφον, τὸν δὲ Λυκόκαπρον προσηγόρευον, ἀλλήλους τε κατὰ τὴν τοῦ ὄρους κορυφὴν συνεισβάλλονται, καὶ μέχρι τῶν τῆς Λυκίας ὅρων διήκοντας, κατὰ τοῦ θείου τεμένους ἐκείνου καὶ ἁγιάσματος ἐπαφήσωσι. μὴ πολλοῦ πόνου δεήσειν αὐτοῖς λέγοντες εἰς τὴν τοῦ τόπου κατάκλυσιν, τῶν ποταμῶν ὑψόθεν κατερχομένων, καὶ κατὰ πρανοῦς φερομένων· οὐκ ἔσται γὰρ οὐδὲν τὸ τὴν φορὰν ἐφέξον αὐτῶν, πρὸς τὸ μὴ πάντα ῥᾳδίως ἐπικλυσθῆναι τῷ ὕδατι. Καὶ δὴ ἀπὸ τῆς ἀκρωρείας ἀρξάμενοι, ἔνθα οἱ ποταμοὶ συνέῤῥεον, βαθεῖαν διώρυγα πεποιήκασιν, ἵν' ἐν ταύτῃ τὸ ὕδωρ καθελκύσωσι, καὶ οὕτω τὸ ἁγίασμα τοῦ Θεοῦ ἐπικλύσωσι. Ἀναστομωσάντων δὲ τὰς τῶν ὀρῶν διεξόδους, τὸ ὕδωρ, ὅτι μάλιστα πλεῖον συῤῥεῦσαν, τὰς τῶν ὀρῶν πεπλήρωκε φάραγγας· καὶ ἰδοὺ τὸ ὕδωρ, βαθὶ τοῦ θαύματος ! περιστρεφόμενόν τε καὶ ἑλισσόμενον, ἦχῳ τε πολλῷ καὶ ῥαγδαίως φερόμενον, τῷ τόπῳ οὗ εἱστήκει ὁ ἀρχιστράτηγος προσεπέλασε μέν, τῷ δὲ αὐτοῦ νεύματι (*g*) ἐπιτιμηθὲν, θᾶττον ἢ λόγος ἀνεχαιτίσθη, καὶ ἐπὶ πολὺ μετεωρισθὲν, τρόμῳ οἱονεὶ πως διειττόμενον, ὡς ἀφ' ὕψους τινὸς ἀπηώρητο. Καὶ τηνικαῦτα ὁ ἀρχιστράτηγος τὸ παράδοξον ἐκεῖνο καὶ λόγου κρεῖττον ἐνεδείξατο θαῦμα· ῥάβδου γὰρ πληγῇ καὶ μόνῳ προσφθέγματι τὴν τῶν ποταμίων ὑδάτων πλημμύραν κατὰ τῆς ἤδη ἀποῤῥαγείσης πέτρας καὶ δίκην οὔσης χωνείας προὐτρέψατο εἰς ἀεὶ μετακρίνεσθαι· αὐτίκα δὴ τῶν ὑδάτων ἐν τῇ πάλαι χωνείᾳ καταῤῥαγέντων, καὶ πάσης ἐντεῦθεν τῆς περιχώρου κατασεισθείσης, καὶ ὡς εἰκὸς πάντων καταπλαγέντων τῶν ἐν αὐτῇ, ὁ ἀρχιστράτηγος σφραγῖδα τῷ χάσματι ἐπιθεὶς, καὶ τὰ ἑξῆς.

Verba tamen altius consideranda sunt, eoque potissimum cum dicat, τῶν ὑδάτων ἐν τῇ πάλαι χωνείᾳ καταῤῥαγέντων, *aquis in antiquo infundibulo immersis atque delapsis.* An in novam et a se factam terræ scissuram, vel potius veterem, copiam illam aquarum exoneravit? Et scissuras veteres fuisse, habeo ex Herodoto in *Polymnia* (VII, 30), qui refert Lycum (Sisinnio Lycocaprum) apud Colossas fluvium in hiatum terræ immersum, postmodum exsilientem in Meandrum demergi. Xerxes ἀπίκετο ἐς Κολοσσὰς, πόλιν μεγάλην Φρυγίης, ἐν τῇ Λύκος ἐς χάσμα γῆς ἐσβάλλων ἀφανίζεται· ἔπειτα διὰ σταδίων ὡς μάλιστα πη πέντε ἀναφαινόμενος, ἐκδιδοῖ καὶ οὗτος εἰς τὸν Μαίανδρον. *Pervenit Colossas magnam Phrygiæ urbem, ubi Lycus amnis hiatum terræ subiens occultur, deinde fere quinque post stadia emergens, illabitur ipse in Mæandrum.* Maximus Tyrius (Diss. VIII, 8) Mæandrum quoque et Marsyam antequam Celænas perveniant, terræ hiatibus occultari rursusque emergere, oculatus ipse testis enuntiat, Φρύγες οἱ περὶ τὰς Κελαινὰς νεμόμενοι τιμῶσι ποταμοὺς δύο, Μαρσύαν καὶ Μαίανδρον· εἶδον τοὺς ποταμούς. Ἀφίησιν αὐτοὺς πηγὴ μία, ἡ προσελθοῦσα ἐπὶ τὸ ὄρος ἀφανίζεται κατὰ νώτου τῆς πόλεως, καὶ ἐκδιδοῖ ἐκ τοῦ ἄστεος διελοῦσα τοῖς ποταμοῖς καὶ τὸ ὕδωρ καὶ τὰ ὀνόματα· ὁ μὲν ἐπὶ Λυδίας ῥεῖ ὁ Μαίανδρος, ὁ δὲ αὐτοῦ περὶ τὰ πεδία ἀναλίσκεται. Θύουσι Φρύγες τοῖς ποταμοῖς, οἱ μὲν ἀμφοτέροις, οἱ δὲ τῷ Μαιάνδρῳ, οἱ δὲ τῷ Μαρσύᾳ· καὶ ἐμβάλλουσι τὰ μηρία εἰς τὰς πηγὰς, ἐπιφημίσαντες τοὔνομα τοῦ ποταμοῦ, ὑποτέρῳ ἔθυσαν· ἀπενεχθέντα δὲ ἐπὶ τὸ ὄρος, καὶ ὑποδύντα τῷ ὕδατι, οὔτ' ἂν ἐπὶ τὸν Μαρσύαν ἐκδοθείη τὰ τοῦ Μαιάνδρου, οὐδ' ἐπὶ τὸν Μαίανδρον τὰ τοῦ Μαρσύου· εἰ δ' ἀμφοῖν εἴη, διαιροῦνται τὸ δῶρον. *Qui Celænas accolunt Phryges' fluvios duos Marsyam colunt Mæandrumque, quorum ipse spectator fui. Duo hi fluvii e fonte oriuntur uno, qui cum ad montem processit usque, ad posteriorem urbis partem, se subducit ; rursusque ex urbe oritur, simulque aquam distinguit fluviis et nomen. Atque ex iis quidem Lydiam Mæander petit, alter ibidem in campis finitur ac consumitur. His fluviis rem divinam Phryges faciunt : alii utrique simul, secorsum vero alii Mæandro, Marsyæve. Femora victimæ quæ mactatur, in fontes, addito alterutrius cui mactatur fluvii nomine, projiciuntur. Quæ a fluvio ad montem deferuntur usque, ubi sub aquam demerguntur : nec unquam fit, ut quæ Mæandro facta sunt, Marsyam petant, aut quæ Marsyæ Mæandrum. Nam si utriusque sint, dividunt victimam.* Et Marsyam in Lycum postmodum degenerare, habeo ex Q. Curtii libro III, 1 : *Cæterum quamdiu intra muros fluit, nomen suum retinet. At cum extra munimenta se volvit, majorem vi ac mole agentem undas, Lycam appellant.* Hinc colligo Lycum qui et Marsyas, sæpius in terræ viscera penetrare, rur-

(*f*) Sisinnii patriarchæ scripta multa mihi occurrebant in codicibus Vat. A. M.

(*g*) Allatius scribit ῥεύματι. Verumtamen νεύματι aut ῥήματι scribendum putabam. A. M.

susque inde exortum per apertos campos exspatiari, quod mirum haud videbitur, si soli illius natnra consideretur. Quare de alio flumine Cadmo, iisdem atque Lycus fontibus exsiliente, scribit Strabo lib. x (p. 578): Ὑπέρκειται δὲ τῆς Λαοδικείας ὄρος Κάδμος, ἐξ οὗ καὶ ὁ Λύκος ῥεῖ, καὶ ἄλλος ὁμώνυμος τῷ ὄρει· τὸ πλέον δὲ οὗτος ὑπὸ γῆς ῥυείς, εἶτ' ἀνακύψας συνέπεσεν εἰς ταυτὸ τοῖς ἄλλοις ποταμοῖς, ἐμφαίνων ἅμα τὸ πολύτρητον τῆς χώρας, καὶ τὸ εὔσειστον· εἰ γάρ τις ἄλλη, καὶ ἡ Λαοδίκεια εὔσειστος, καὶ τῆς πλησιοχώρου. (Καὶ μετ' ὀλίγα,) Σχεδὸν δέ τι εὔσειστός ἐστι καὶ πᾶσα ἡ περὶ τὸν Μαίανδρον χώρα καὶ ὑπόνομος πυρί τε καὶ ὕδατι μέχρι τῆς μεσογαίας. *Supra Laodiccam situs est mons Cadmus, e quo Lycus defluit, itemque alius monti cognominis, qui cum hand exiguo spatio terram subiens, rursusque emergens, reliquis misceatur fluminibus, simul et multis foraminibus perviam demonstrat esse regionem, et obnoxiam terræ motibus, et viciniam item.* Et mox. *Fere autem tota ad Mœandrum regio facile terræmotibus concutitur, et cuniculos habet igne et aqua plenos usque ad Mediterranea.* Sed quidquid sit de hoc, ante quam alio oratio procedat, invisamus veneremurque templum ipsum Michaelis munificentissimum, quod Nicetas nobis conterraneus, lib. VI, in quo de Manuele imperatore, paucis repræsentat: καὶ τὸν ἀρχαγγελικὸν ναὸν εἰσιὼν μεγέθει μέγιστον, καὶ κάλλει κάλλιστον ὄντα, καὶ θαυμασίας χειρὸς ἅπαντα ἔργον. *Et ædem archangeli magnitudine maximam, pulchritudine pulcherrimam, et admirabilis omnino artificii opus, ingressus.*

Ex his itaque Chonis natus Choniates Nicetas, novennis a patre ad Michaelem natu majorem Byzantium mittitur, litteris aliisque disciplinis instruendus, quod tanta cura, studio et labore a fratre perfectum est, ut quemadmodum successu temporis Michael in Athenarum præsidem, ita Nicetas inter primariæ auctoritatis viros in aulam exceptus, in scribarum imperialium numerum sub Manuele Comneno allectus sit, et virtutum ac doctrinarum fama inter primos illius ævi inclaruerit. Postmodum Andronici tyrannidem fugiens, juris civilis studio sese dedit, atque adeo profecit, ut quadriennio post, Andronico misere enecto, sub Isaacio Angelo Byzantium reversus ad majores honorum gradus evectus sit: quibus ad excisum a Francis Byzantium integre perfungitur. Namque in Thraciam mittitur, ut ibi arcibus reficiendis, civitatibusque communiendis præesset, atque adeo militarium ordinum delectus haberet. Sic etiam in provincias et municipia ab aliis imperatoribus missus, rerum summæ præfuit. Quos honores et magistratus, ut Michael Choniates illius frater scribit, continua imperatorum successio integros illibatosque, nec unquam interruptos conservavit: imo qui subsequebantur, præcedentibus erga illum benevolentia anteire quasi contendentes, ad pristinos illius honores aliquid insuper adjiciebant, viri nimirum virtute obstupentes, tantumque ex imperio suo imminui existimantes, quantum de honoribus illius imminueretur. Uxorem habuit ex illustri Belissariotarum progenie, cujus nomen, quemadmodum et patris, et an ex ea susceperit liberos Choniates, incommode tacuit Michael Choniates, cum Michaelis et Joannis Belissariotarum fratrum laudes adeo ampliter commemoraverit. Verum Byzantii clade afflictis Græcorum rebus, et illius ædibus pulcherrimis atque amplissimis in Sporacio sitis incendio absumptis, licet ad illius habitaculum porticibus obsitum, ideoque obscurum et aditu difficile, ex quo tamen opportunus erat ad proximum templum maximum accessus, confluerent, cum ab aggressione militum, qui nihil investigatum relinquebant, sese defendere non valerent, ope cujusdam Veneti, cui victum tutumque receptum ipse suppeditabat, armis et militari habitu pro mercatorio sumptis, prædatores aliquandiu fortiter ædium ingressu depulsi sunt, dum se commilitonem eorum, et ædes illas præoccupasse simulat, colloquiturque cum illis patria lingua, quæ res postulabat. Sed cum, illis catervatim irruentibus, et inhumanis atque efferatis ingeniis, resistere non posset, tandem Nicetæ auctor fuit inde discedendi, ne capti in vincula ipsi conjicerentur, mulieres ad stupra et libidines raperentur. Veneto itaque duce, et ut prædam suam comitante, tristes et male vestiti ad ædes, ubi noti illis Veneti habitabant, ducebantur. Verum ubi ad partem urbis Francis adsignatam pervenere, a famulis inhumaniter deserti, liberis qui nondum progredi poterant humeris impositis, per medios vicos incedere coguntur, tandemque postquam dies quinque in urbe commorati fuerant, discessere. Calamitatem augebat dies aspera, et uxor Nicetæ partui vicina: et ut omnia perquirentium militum crudelitatem atque libidinem effugerent, quicunque tum in unum convenerant mulieres in medium agmen recipiunt, et adolescentulas faciem cœno illinere, atque ita genarum ruborem exstinguere jubent. Ut ad inclyti martyris Mocii templum vere, insolens ac nefarius quidem miles puellam formosam, judicis cujusdam filiam, e medio eorum tanquam lupus agnam abripuit. Consternatis spectaculo cæteris, puellæ pater senio et morbo afflictus, et in cœnum prolapsus, crebro Nicetam orare, ut pro virili ad puellam recuperandam sibi esset adjumento. Ille, vestigia raptoris persequens, vim factam non sine lacrymis proclamans, et gestibus opem prætereuntium militum implorans, quosdam etiam manibus prehendens, eorum animos ita flexit, ut impudentis illius domum perduci passi sint: quo cum ventum esset, licet raptor reluctaretur, et in foribus stans vim facturos repelleret, verbis tamen. Nicetæ persuasi, puellam minis ab impudico illo extorquent, et patri restituunt. Sic urbe excedunt Nicetas una et comites, præeunte patriarcha sine baculo, sine calceis, una tunicula induto. Urbe egressi, Selybriamque profecti, pedem sistunt familia inviolata. Sed cum horrido oblectaret pane vitam, et pannis et inopia nimis miser, qui copia rerum antea et splendore dignitatum celebris fuerat, ad Ascanium lacum et Bithyniæ metropolim Nicæam, tanquam captivus cum reliquis inquilinum egit, sibi vivens et saluti animæ providens. Voluerunt itaque Græci illi, qui tum Nicææ habitabant, et eorum imperator, in alios adeo effusi,

tum virum suarum opum esse indigentem, ut ipse existimo, quod suspicarentur eumdem, et reliquos patres conscriptos urbis excidiit causam fuisse, de quorum sane iniquis judiciis exstat apud eumdem in fine historiæ querela gravissima. Sic ille sibi redditus, et publicis curis exemptus, scriptioni animum pacatum, ut ut tamen poterat, addixit. Puellæ servatæ facinus Michael ejus frater, ut fratri gratificaretur, magnificentiorem et generosiorem in modum extulit; qui non supplicationibus et lacrymis et aliorum auxiliis, sed propria Nicetæ virtute et robore rem peractam fuisse narrat. Scribit enim, quod cum jam puellæ stuprum illaturus esset barbarus, ille sine ulla mora in hostem irruens armatus, et uxorem legitimam esse clamitans, atque adeo acerbissimis afflictari modis quiritans, et adulterii crimine avertens, ambarum tenacitate manuum prehensam, pancratice cum hoste colluctatus, cujus animum amore ebrium libido efferaverat, ad se retraxerit; nec prius conquieverit, quam a violenti hostis manibus ereptam virginem et illæsam sine ullius cæde, patri restituerit. Quæ tamen in Michaele tolerari, oratorem agente, poterant: at in Athenarum præside et viro ecclesiastico quis ferat, Nicetam in eo facinore Abrahamo, Isaaco, Davidi, Danieli, Levi et Simeoni præferri, et quod pejus est, Christo ipsi comparem fieri?

Plurima scripsit. Ad nos pervenere *dogmatica* illius *Panoplia*. Opus equidem singulare, eruditione, doctrina, fide, pietateque, et rebus aliis instructissimum, si quæ ille ex schismate immiscuit atque concinnavit demas. Illis siquidem pulcherrimum alias opus veluti maculis et nævis contaminat: cum multa ibi ex Photii. Nicolai Methonensis, Nicetæ Stehtati, Joannis Hierosolymitani, Joannis Phurnes, Euthymii Zygabeni, Theodori Smyrnæi, et aliorum cœnoso penu, de processione Spiritus sancti, azymis, et aliis congerat. Priores tamen libri tali luto minime obducti, et ob gravitatem materiæ, et solidam hæresum refutationem, necnon earum auctorum non adeo cognitas historias, et sanctorum Patrum testimonia, digni sunt qui a catholico homine volvantur revolvanturque. Exemplar a Niceta descriptum, post Nicetæ obitum, ut narrat Petrus Morellus, ad Michaelem Choniatam Atheniensium præsulem hæreditario jure transiit: quo item mortuo, in manus Theodori Scutariotæ levitæ Cyziceni venit: Cyzicoque a Turcis vastata, in frequentissima montis Athonis monasteria deportatur, atque inde tandem Lutetiam advectum, venaleque expositum, cum propter sui deformitatem emptores non nancisceretur, Joannes a sancto Andrea redemptum a se, Morello evolvendum mittit, a quo epigraphe deprehensa, et non carbonibus sed thesauro in paginis illi situ et squalore ita obductis, ut nisi post multas vigilias legi potuerit reperto, non universa operis moles, sed quinque tantum libri priores in linguam Latinam versi, Latine solummodo eduntur, Parisiis in-8, anno 1580. Reliqui in suo squalore relicti ubinam modo lateant, scripserint alii (*h*). Addit Morellus: *Mox se index quoque aperit, seu elenchus, quo summam librorum Thesauri capita notantur, a Niceta ipso et compositus et scriptus, quemadmodum et libri omnes hujus operis, exceptis duobus ultimis, qui a Theodoro Scutariota scripti sunt, qui monodium quoque Michaelis scripsisse videtur. Theodori* αὐτόγραφον *esse, ex appendice ad indicem libri XXV colligo.* Et, ut ex verbis pauculis Scutariotæ, indici Nicetæ aeditis videre est, *qui appendicem illam, quæ antea desiderabatur, in fine vicesimi quinti libri alicubi repertam se attexuisse affirmat.* In codice Vaticano titulus ita se habet. Νικήτα τοῦ Χωνιάτου, τοῦ καὶ γεγονότος ἐπὶ τῶν κρίσεως καὶ φόρου, ἔπειτα δὲ καὶ λογοθέτου τῶν σεκρήτων δογματικὴ Πανοπλία, ἤτοι συλλογὴ τῶν ὅλων σχεδὸν δοξῶν, καὶ ἱστορία τῶν ἀποτεκόντων ταύτας ἀνδρῶν, ἔτι δὲ ἀντιρρήσεις ἐπ' ἐνίαις τούτων, καὶ μάλιστα τῶν παλαιοτέρων, καὶ ἕτερά τινα. P. Θεῷ καὶ θεοφιλέσιν ἀνδράσι τίς ἂν ἀξία προσαγωγὴ γένοιτο; In bibliotheca Bavarica ex eodem opere asservantur, cod. 119: *Nicetæ Choniatæ de Armeniorum hæresi tomus decimus septimus. Ejusdem decimus octavus contra Paulicianos, et decimus nonus contra Bogomilos, et vigesimus contra Saracenos. Modus recipiendi illos, qui a Saracenis ad Christiana sacra transierunt.*

Neque hoc thesauro minus illustris est ejusdem *historia*, quam auspicatus, ut tradit in principio ab iis rebus, quæ post Alexii, primi ex Comnena familia imperatoris, obitum acciderunt, ultra quæ superioris ætatis historici non sunt progressi Joannes Zonaras, Constantinus Manasses, Georgius Cedrenus, Joannis imperatoris vitam, qui Alexio successit, breviter perstringit: nec earum commemorationi diutius immoratur, quas ille non viderat, sed ab iis accepit, qui eas viderunt, eumque in expeditionibus comitati sunt: subsecuta vero reliqua uberius tractat. Ἐν κεφαλαιώδεσι δ' ἐπιτομῆς τὰ κατὰ τὸν αὐτοκράτορα Ἰωάννην τὸ ἱστορεῖν διηγήσεται, ὃς Ἀλεξίῳ διάδοχος γεγένηται τῆς ἀρχῆς· οὐδ' ἐμβραδυνεῖ ταῖς κατ' αὐτὸν ἀφηγήσεσιν, ὥσπερ ἐν τοῖς ἐφεξῆς ἐργάσεται λόγοις, οἷα καὶ ἡμῶν μὴ τὰ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπὶ τῷδε παρειλημμένα συγγραφομένων· κἀντεῦθεν μηδ' ἀποτάδην ἐχόντων ταῦτα διεξιέναι, ἀλλ' ἅπερ εἰς ἀκοὴν ὡτίου εἰλήφαμεν ἐκ τῶν ὅσοι τῶν καθ' ἡμᾶς τὸν βασιλέα τουτονὶ ἐθεάσαντο, καὶ συνωμάρτουν ἐκείνῳ πρὸς ἐναντίους χωροῦντι καὶ τὰς μάχας συνετολύπευον, *Ac Joannis imperatoris vitam, qui successit Alexio, breviter perstringemus; neque earum rerum commemorationi diutius immora-*

(*h*) De Nicetæ Panoplia ejusque codicibus, plena nos locuti sumus in *Spicilegio Rom.* t. IV, p 398, rursusque p. 498; in eoque tomo capitula præcipua Græce edidimus ex illis quæ Morellius luce non donaverat. Rursus in hac *Bibliotheca Patrum*, t. IV, capitula de Manichæis et de Mohamedanis Græce Latineque exposuimus. Porro etiam duas synodos, et secundam Theoriani cum Armeniis disputationem, etsi Panoplia Nicetæ continerentur, non item, sed melioribus aliis usi codicibus, ante hos annos in quarto sextoque Scriptorum vet. tomo, et in decimo Spicilegii Græce ac Latine exstare voluimus. A. M.

bimur, quas ipse non vidimus, sed ab aliis accepimus, qui eum viderant, et in expeditiones comitati sunt. In ceteris autem uberius tractabimus omnia. Idem institutum secutus est et Joannes Cinnamus, qui res gestas Joannis et Emmanuelis historia prosecutus est. Εἰρήσεται δέ μοι τὰ μὲν τοῦ Ἰωάννου κατ' ἐπιτομήν, καὶ ὥσπερ ἐν κεφαλαίῳ, ὅτι μηδ' ἐν τοῖς κατ' ἐκεῖνον, ὅπερ ἡδὴ ἔφην, γέγονα χρόνοις· τά γε μὴν τοῦ μετ' ἐκεῖνον πράγματα, οὐκ οἶδα εἴ τις ἐμοῦ κάλλιον ἐξιστορῆσαι ἔχει· ἐπεὶ καὶ οὔπω μειρακίῳ ὄντι μοι πλείστας συνεκδεδημηκέναι οἱ τῶν εἰς ἤπειρον ἑκατέραν συνέβαινεν ἐκστρατειῶν. *Commemorabuntur vero mihi Joannis quidem res gestæ compendio, et veluti capitum summæ digerentur, quod illius temporibus, ut antea innueram, nullus fui. Res autem gestas illius qui subsecutus est, nescio an quispiam alius me accuratius scripto tradere poterit; cum nondum adhuc ex ephebis excedens, multis illius expeditionibus in utramque continentem præsens adfuerim.* Finit itaque Nicetas historiam suam in Henrico Balduini fratre, res memoratu dignas quæ in Byzantino imperio, annorum circiter 86 spatio, in magnis præsertim eventuum varietatibus, et subitis fortunæ commutationibus, quæ plurimæ eæque mirabiles, ac potius miserabiles et præter exspectationem Græcos oppressere, crescente in dies Persarum et Turcarum in oriente, Bulgarorum et aliorum finitimorum in occidente potentia, et ubique christianorum principum dissidiis et perversitate acciderunt, complexus libris XXI, usque ad annum Christi 1203.

Non descivisse eum a veritate, tum externorum facinora non sine promerita laude, tum suorum gentilium scelera ingenue et cum doloris acerbitate deplorata, et æqua rerum narratio, indicio sunt. Ex eo siquidem habes Occidentalium in recuperanda Syria et terra sancta pietatem ac fortitudinem ; Conradi et Friderici non sine nobilissimis exemplis clarissimas laudes. Quis Balduini virtutes aptius expresserit ? Contra vero quis in Græcorum vitia, quæ suis temporibus tanta adeoque immania fuere, acrius insultaverit ? Hoc plane ingenui animi fuerit, rem uti acta est, narrantis.

Modum dicendi secutus est amplum, profusum, sed horridum, complicatum, immodica insolentis elegantiæ atque eruditionis affectatione vanum, ne dicam puerilem, et poeticarum fabularum et dictionum immistione subasperum, et compositionis male implexa constructione obscurum, qui proprius hujusce scriptoris est præcipueque ab ipso pro suo genio intentus et procuratus ; non Metaphrastæ, et æmu li alicujus,assumentum, ut videtur Hieronymo Wolfio. De stylo illius idem Wolfius : *Ex affectatione nescio cujus insolentis elegantiæ, et poeticæ dictionis æmulatione, in salebras sæpe incidit, et duris ac ineptis utitur metaphoris, in proœmio præsertim, ubi cum primis disertus videri cupit. Quod si totam historiam simili oratione involvisset, in latomias ire, quam molestiis conversionis conflictari maluissem. Sed quia tolerabiliter loqui incipit cum ad rem ipsam ventum est, hanc quoque operam studiosis historiarum dare volui, ut Zonaræ opus hac appendice plenius redderetur.* Neque Joannes Vossius discordat de historicis Græcis lib. II, cap. 29 : *Diligens fuit Homeri lector et imitator, adeo ut, ob poeticam atque insolentem dictionem quandoque durior fiat, cum primis in præfatione, quæ sane salebrosa. In cæteris mollior fluit, quod et de se in præfatione promittit. Ut mihi quidem videatur præfatione ea ostentare voluisse, quantus logadœdalus foret : quod similiter in historia si fecisset, næ ille multo etiam minus laudis, quam nunc habet mereretur.* Ipse nihilominus perspicuitatem se sequi in proœmiis historiæ, prout historicum addecet, summopere jactat, in ipsa sua jactatione obscurus et confragosus : Ἐπεὶ δὲ ὡς καὶ ἄλλοι τε ξυμβαλεῖν ἔχουσι, καὶ αὐτὸς δὲ συνορῶν, οὐχ ἥκιστά εἰμι τὰ τοῦ ἱστορεῖν τὸ τῆς διηγήσεως ἀσαφὲς, καὶ περιβολαῖς, καὶ περιόδοις ἐπεστραμμένον, ὡς μὴ συνᾷδον αὐτοῖς οὐ προσίενται, φιλοῦσι δὲ τὸ σαφὲς, ὡς οὐ μόνον κατὰ τὸν εἰπόντα σοφὸν, ἀλλὰ καὶ συμβαῖνον σφίσι μάλιστα, οὐδὲ τούτου πάμπαν ἔξωθεν τοῦ καλοῦ πίπτοντ' ἄν εὕρῃ τις τὰ γραφόμενα, οἷα καὶ ἡμῶν μὴ τὸ κομπηρὸν καὶ δυσφραδὲς, καὶ κρημνώδεσιν ἀποδιειλημμένον λέξεσιν ὡς ἐπίπαν ἀσπασαμένων, εἰ καὶ χαίνοντές εἰσιν εἰς τοῦτο πολλοὶ, εἶτ' οὖν ἀληθέστερον εἰπεῖν ἐκλείποντες τὰ τῶν πάλαι καὶ σήμερον, καὶ ὅσα τι καὶ ἐπιτήδευμα προύργιαίτατον ἐξησκηκότες διὰ μακροῦ, ἔκ τοῦ πλείονος δὲ κἀν τούτῳ δρᾷν τῇ ἱστορίᾳ προθεμένων τὰ πρόσφορα, μὴ δ' ὑπερβάθμιον πόδα τείνειν ἠγαπηκότων, ἢ ὅλως τοὺς ἄξονας αὐτῆς ὑπεράλλεσθαι· ὑπὲρ γὰρ ἅπαν ἕτερον τὸ μὴ τὴν φράσιν ἁπλοῦν. ὡς ἔχω εἰπεῖν καὶ πρόχειρον εἰς κατάληψιν, αὐτῇ διαβέβληται· καὶ ἠγαπήθη ἕως σφόδρα τὸ ἄκομψον, καὶ ὡς ἔχον φύσεως διηγούμενον, καὶ δαιμονίως τὸ εὔληπτον περιπτόσσεται· τέλος γὰρ σκοπιμώτατον τὴν ἀλήθειαν ἔχουσα, καὶ τῆς τε ῥητορικῆς δεινότητος καὶ τῆς ποιητικῆς λογοποιΐας ἀφεστῶσα κατὰ διάμετρον etc. An dici potuit e tripode perplexibilius, aut a Lycophrone in linguæ Græcæ amœnitate horridius ? Hinc ille cum hæc legisset, sive Alexander chartophylax diaconus Constantinopolitanus, sive quis alius, non illepide adnotavit :

Οὐκ οἶδα τί φῂς ἐνθάδε, Χωνειάτα·
Σοφὸν τὸ σαφὲς συγγράφειν εἶναι λέγεις·
Εἶτα γριφώδη καὶ βαραθώδη γράφεις. Nempe :
Quid hic dicas, o Choniata, nescio,
Orationis lucidum probas decus,
Tenebricosus instar ipse tartari.

Non ita tamen semper insanit, ut aliquando non in mentem redeat, cum sæpe sæpius et amœnitate dictionum, et figurarum suavitate, sententiarumque ingeniosa ubertate valeat, et sine strepitu tione leniter fluat.

Hanc historiam Latine reddidit Hieronymus Wolfius, fusum illius ac prolixum dicendi genus vitans, et in contractiores terminos contrahens ; et potissimum in rebus illis, quarum sententiam non usquequaque assequitur, expressioque non ita facilis erat, sententias auctoris appendere, verbaque annumerare necesse non habuit. Verum id, ut ille facit, in fido interprete laudandum non videtur, qui licet non debeat mensurare verba, attamen modum dictionis, et notam aliquo etiam modo, et ubi commode fieri potest, dum transfert repræsentare, atque ut ita dicam præ oculis ponere debet. Wolfius duobus codicibus usus est, quorum alterum Antonii Fuggeri, alterum herilis bibliotheca suppeditavit, quibus tandem accessit tertius Augustanæ bibliothecæ, vetustus admodum sed principio et fine mutilus, nec reliquis partibus ubique incolumis. Obscuriora loca, et varias lectiones subjunxit. Edita est historia Nicetæ, curante Antonio Fuggero Græce et Latine cum interpretatione Wolfii Basileæ apud Oporinum in folio anno 1557, et recusa in 4 apud hæredes Eustathii Vignonii anno 1593. Possevinus in apparatu scribit : Wolfius *non satis Græce sciens illius interpres non facile admittendus est* (*i*). Legitur et manuscripta in bibliothecis Vaticana, Regia Lutetiana, Regia Sancti Laurentii, et alibi. Scias præterea, lector, quemadmodum historias Annæ Comnenæ, et Georgii Acropolitæ, ut minus laboriosis hominibus morem gereret, quicunque ille fuit decurtavit, et ut angustiores limites, quæ illi videbantur prolixiora, et minus necessaria subtrahens concluserit, ita etiam historiam Choniatæ pertractasse, ne dicam mutilasse, quam cum aliis duobus uno volumine complexus est. Confer a nobis editam Acropolitæ cum illius compendio, nec non Annæ editam Augustæ ab Hoeschelio cum alia ejusdem quam promittunt typographi Regii Parisienses, et videbis quid inter editam Nicetæ, et eam quæ in compendium redacta est, intersit : ab uno enim genio trium horum historicorum compendium perfectum est, et eadem ascia dedolatum.

Attamen non hac tantum historia contentum fuisse Choniatam, sed aliam quoque scripsisse, quæ adhuc non comparuit, arguo ex ejusdem fragmento, quod penes me est, de statuis aliisque ex ære factis tabulis igni traditis a Latinis post captam Constantinopolim, quod in historia jam vulgata non legitur, et exscriptor ait se ex historia Nicetæ exscripsisse : Τοῦ αὐτοῦ μακαρίτου κυρίου Νικήτα τοῦ Χωνειάτου ἀπὸ τῆς αὐτοῦ ἱστορίας περὶ Κωνσταντινουπόλεως. *Ejusdem beatæ memoriæ domini Nicetæ Choniatæ, ex illius Historia de Constantinopoli.* Et incipit : Τῆς δὲ ἡμετέρας βασιλείας ἄρτι διαπεπτευθείσης εἰς Φραγγίσκους.

Dignum tandem est Justi Lipsii judicium de Niceta, quod ex notis ad lib. *I Politicorum* huc referatur : *Nicetas Choniates, qui res Græcanici imperii scripsit, orsus abs Joanne Comneno Alexii F. ad urbem captam, sive ad Balduinum Flandrum. Is parum adhuc vulgo notus, fateor, sed dignissimus notitia : purum rectumque ingenium, si alio illud ævo. Stylus etiam operosus, poetas et Homerum sæpe resipiens : at res et narratio ipsa distincte composita, sine vanitate, sine ineptiis, brevis quod satis sit et fida. Crebra apud eum et opportuna monita ; judicia non libera solum, sed sana. Ad summam legite vos, politici ; gratiam mihi aliquis pro judicio habebit, certe debebit.* Angelus Politianus satis illi tribuisse sibi visus est, si dictum Nicetam inter non aspernabiles omnino Græcos auctores collocaret, Miscell. cap. 28.

Leguntur præterea ipsius alia : Περὶ τοῦ δόγματος τοῦ Θεοῦ τοῦ Μωάμεθ. *De dogmate Dei Mohametici* (*j*) P. Ἔγκειται τῷ κατηχητικῷ πυκτίῳ μεθ' ἑτέρων ἀφορισμῶν. Quæstionem promovit Manuel imperator. Quibus vero artibus et tcchnis præsulum animos occupare tentaverit, et in suam sententiam traxerit, fuse egit Nicetas in *Annalibus*, et dos alibi dicemus.

Περὶ τοῦ φιλοσόφου Ἰταλοῦ. *De philosopho Italo.* P. Ἀλλ' ἡ ἐς τόδε μὲν τὸ περὶ τῶν ἀζύμων ληξάτωσαν. *Contra Latinos de azymis*, duobus tractatibus, quorum alterius principium est : Εἰ ἔστι σύνεσις, φησὶ Σολομών, ἀποκρίθητι τῷ πλησίον, καὶ μὴ κωλύσῃς λόγον. Alterius vero principium est : Τὸ περὶ τῶν ἀζύμων κατὰ Λασίνων αἰτίαμα.

Item Κατὰ Λατίνων περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. *Adversus Latinos de Spiritu sancto.* Ξένη τις ἔστι καὶ ἀλλόκοτος, ἣν οἱ Ῥωμαῖοι ἐν τῷ ἁγίῳ συμβόλῳ ποιοῦνται προσθήκην. Nisi dogmaticæ illius Panopliæ et thesauri hæc etiam frusta partesque sunt. Id si fuerit, immerito plane de eo Petrus Morellus pronuntiavit : *Quod quidem quanta diligentia laboreque præstiterit, testantur æternumque testabuntur divinæ lucubrationes, quas in hoc opus vere aureum congessit, tantoque artificio ab ipsis Adami primordiis ad sua usque tempora deduxit, ut hæreseon quæ ante Christum natum, et a Christo nato quasi hypotyposim quamdam consecraverit ; qua consulta, si quod aliquando dubium de rebus divinis suboriatur, possit statim videri utram in partem flectendum sit.* Præter enim errores de processione Spiritus sancti et de azymis, quos adversus Latinos ex professo tuetur, latenter etiam alia in easdem inspergit. Neque tandem omnia, quæ ille ibidem affirmat, sine veræ, catholicæ scilicet, trutinæ examine accipienda sunt.

(*i*) Wolfii curtam Græcitatis supellectilem nos quoque coarguimus in adnotationibus nostris ad Ephræmium chronographum *Script. vet.* t. III, part. I, p. 116 et 171. Quanquam quod attinet ad ὑποφήφιον, male a Wolfio intellectum, id jam fuisse emendatum ab Allatio postea cognovimus in præf. ad excerpta rhetorum. A. M.

(*j*) Rem video tangi a Niceta Choniata, *Hist.* lib. VII edit. Paris. p. 142. Et quidem breve scriptum Græcum de Deo Mohamedis memini me videre in codd. Vat. Sed certe Nicetas alius, id est Byzantinus, in opere a nobis edito B. N. t. IV, part. II, p. 361, et p. 399-406, diserte ostendit Deum Abrahami, id est Deum verum, diversum esse a Mohamedis Deo. A. M.

Finiam de Choniata orationem verbis Vossii de scriptoribus Græcis, quibus ille Gulielmi Xylandri suspicionem de Niceta Davide, et Niceta Choniata refellit : *Gulielmi Xylandri suspicio est, eumdem esse hunc Nicetam Davidem, qui et Nicetas Paphlago, ac illum cui Acominati cognomentum fuit. Sed tempora videntur disconvenire. In quibusdam codd. mss. Nicetæ Davidi, philosopho Paphlagoni, tribuuntur, quæ alii ascribunt Nicetæ Serroni, prius Ecclesiæ Constantinopolitanæ diacono, postea autem Heracliensi archiepiscopo : ut in Catena Patrum et scriptorum ecclesiasticorum, excerpta in Matthæum et Lucam evangelistas : item expositio multorum Nazianzeni carminum et orationum. Diversos tamen esse hos Nicetas, Leonis Allatii sententia est, in Diatriba de Psellis, cui hac in parte potius subscribo.* Sed in quibusdam manuscriptis Nicetæ Davidi tribui, quæ alii ascribunt Nicetæ Serroni, fides sit penes ipsum. Quos ego evolvi codices manuscriptos, omnes uno consensu expositionem in Orationes Nazianzeni, quas supra recensuimus, Nicetæ Serroni vindicant : expositionem vero in carmina, Nicetæ Davidi. Et de hoc nulli unquam dubium fuit. Quare firmum certumque manet, Nicetæ Davidis Expositionem in carmina ; Nicetæ Serronis, Expositionem in Orationes Nazianzeni esse.

ΝΙΚΗΤΑ ΤΟΥ ΧΩΝΙΑΤΟΥ
ΙΣΤΟΡΙΑ.

—

NICETÆ CHONIATÆ
HISTORIA.

—

EMINENTISSIMO SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ PRINCIPI CARDINALI

JULIO MAZARINO.

—

Editio Nicetæ nova patronum sibi ex more quærebat adversus malignos invidosque. Unus occurristi, cardinalis eminentissime, cujus patrocinio non levis auctor sese committeret, unum te siquidem videmus litteraria monumenta orbi Gallico forsitan ignota ubique gentium conquiri jubere, et in bibliothecam tuam incomparabilem admitti, ut et certissimum sit scriptorem qui te ultro adit benigna fronte admissum iri. Hoc vero omnium linguis laudibusque celebrari debet, quod licet ea prudentia, quam cæteri ex librorum lectione emendicare necesse habent, tibi ingenita sit, eos tamen tanta animi contentione tamque impenso sumptu comparari vis, ac si prudentia illa non tibi cognata sed labore paranda esset. Itaque bono magis publico bibliothecam instituis quam tuo, ut omnes intelligant et rem belli et pacis decora peræque tibi curæ esse. Altero Gallici hostes nominis obteres, altero peritiores homines efficies, ut quanto sis ornamento principi et quam prospere rem Gallicam geras, non modo his qui vitam vivunt, sed etiam posteris narrent et tradant. Felices autem ter quaterque hi quorum opera rerum a te præclare gestarum memoria testatior erit, sive quod materia illustrior sive quod rerum copia nulla eis possit uberior contingere : quemadmodum enim rei tenuitate scriptoris eloquentia deteritur, ita et rei dignitate claresci et diffunditur. Hi Galliæ fines prudentissimo felicissimoque consilio tuo prolatos in Italia narrabunt, et frustra esse eos qui Gallico imperio fines statuunt, quod Gallorum virtus invicta non finibus certis, sed orbe claudatur. Illi Germaniæ principes armis Gallorum victricibus exterritos quievisse neutrive parti sese addixisse tradent ; quo facto sibi posterisque suis consultum iverunt et imminentem rebus suis exitum depulerunt. Hi Gallos copiis longe impares classem hostilem devicisse prædicabunt, et eos qui de gloria certaturos se putabant, statim sibi de salute certandum intellexisse, tam superba natio naves solvisset, ut quasi per ludum jocumque Gallicas deprimeret. Galli non nu virtute censentur. Hinc feroces exercitus sæpe ab his expugnatos videas, hinc etiam terrestri in spem victoriæ erectas ob superantem multitudinem deletas attritasque. Eant nunc qui rum ministros laudibus in cœlum extollunt. Tu, cardinalis eminentissime, cum fasce aru vinces quam alii explicatis armis. Tu vivida mente tua et sagaci consilio regi Christia

jam populi pene omnes adorant, plures triumphos parabis quam alii vi manuque. Perge modo rei publicæ litterariæ prodesse et litteratis hominibus favere, sine quibus virorum illustrium facta, statim atque animam deposuerunt, intercidunt, et cum corpore magnæ quoque animæ exstinguuntur dum *si*lentur.

Eminentiæ tuæ addictissimus CAROLUS ANNIBAL FABROTUS.

AD MAGNIFICUM ET GENEROSUM VIRUM, D. ANTONIUM FUGGERUM, KIRCHBERGÆ ET WEISSENHORNI DOMINUM, CÆSAREÆ MAJESTATI A CONSILIIS, ETC. IN NICETÆ ACOMINATI CHONIATÆ HISTORIAM HIERONYMI WOLFII PRÆFATIO.

Zonaram tuum, vir amplissime, Choniates sequitur, homo sua ætate non tantum magnis dignitatibus ornatus, sed etiam ingenio et multiplici doctrina præstans, et veritatis historiæ, ut mihi videtur, ubique studiosus, ordine aptissimo et lectoribus utilissimo ; qui ordo cum sequentia iis quæ antecessere adjungat atque adnectat, historiæ quoddam quasi corpus absolvit et in suo genere homines eruditos reddit, hoc est, a vulgo mortalium distinguit. Multos sane invenias, qui etsi a litteris alieni, tamen acumine ingenii, facundia, usu rerum, doctissimis viris, sed vel natura tardioribus vel in hominum frequentia minus versatis, etsi omnem ætatem in optimarum artium studiis contrivere, præferantur. Quodsi ad illam naturæ felicitatem et multiplicem experientiam accuratior et methodica institutio accessisset, quid cum illorum excellentia comparari posset? Nunc laudibus eorum tantum decedit quantum accuratior institutio illis addidisset. Neque enim falso dicitur artem, quæ est ingenii veluti rudis speculi quasi expolitio quædam, certiorem esse ducem quam naturam, atque etiam uberiorem. Nam qui nullis eruditionis adminiculis sustentantur, temere plerumque feruntur et extra limites, quo animi æstus rapit, evagantur: docti a certis initiis ad metas ordine progrediendo, statim in promptu habent quæ ad rem pertineant. Illi multa, hi pleraque scitu digna tenent : illi fragmenta quædam et quasi disjecta membra consectantur, hi solidum quoddam et suis numeris absolutum humanæ cognitionis corpus complectuntur. Quas ob res ego perbeatos eos esse judico, quibus et ea voluntas contigit ut cupiant, et eæ facultates suppetunt ut possint, citra impedimentum, ab ineunte ætate usque ad id tempus quod rebus gerendis aptum est, philosophari, ac tum demum agendi solertiam cum veritatis contemplatione conjungere, animis in cœlos et ipsum Deum, corporibus in humanæ societatis conservationem intentis. Hæc mihi vita vere humana et potius divina semper visa est, et omnibus iis voluptatibus quæ cum brutis animantibus fere communes sunt præferenda. In quo assentiri mihi et ex doctis et ex indoctis optimum et prudentissimum quemque, imo me potius cum illorum sententiis congruere, constat. Nec tuum hac in re, ut et in cæteris, præclarum judicium, quod et tota Fuggerana familia magno consensu sequitur et cordati omnes summe probant, obscurum est ; qui filios tuos ingeniorum et corporum vigore præstantes ab ipsis prope cunabulis usque ad juventutis initium a doctissimis præceptoribus, in celeberrimis quibusque Europæ gymnasiis, severa disciplina moderandos optimarumque artium et linguarum cognitione imbuendos curaris. Quibus illi de causis se non minus tibi debere, qua pietate ac prudentia sunt, profitentur, quam quod vitam et maxima quæque ornamenta felici quodam fato abs te acceperunt ; qui verus non tantum corporum sed etiam animorum pater esse voluisti, nec genuisse contentus utrisque ea suppeditasti in quibus humana felicitas consistit. Ut autem terrena corpora terræ frugibus aluntur, sic cœlestis et divinus animus suum pastum habet eruditionem. Quam a vulgi fece, hoc est a pessimo et stultissimo quoque, contemni ac derideri non est mirandum, cum quod de re ignota nihilo rectius statuere possunt quam cæcus de coloribus pronuntiare, tum quod vitiis atque ineptiis semidoctorum quorumdam aut corruptorum hominum rem præclarissimam metiuntur. Nam quid est aliud eruditio nisi amplissimum quoddam et instructissimum amphitheatrum humani ingenii et experientiæ multiplicis? ad quod exornandum et locupletandum non tantum omnes nationes, omnes homines, omnes ætates stipem suam contulerunt, sed etiam Dei immortalis liberalitas multa auctaria adjecit, iis rebus partim arcano afflatu partim per insignia miracula relevatis, quas obtusior humani ingenii acies perspicere minime potuisset. Cum autem ratio atque oratio multo magis quam forma corporum hominem distinguat a belluis, et veritatis solida cognitio et diserta explicatio sit ejus proprium munus, quid aliud est philosophari quam in eo elaborare ut vocabula cum rebus consentiant, et ut ii simus qui dicimur. homines? complector autem philosophiæ nomine tantum quantum ipsius significatio complectitur, studium atque amorem sapientiæ ; quæ rerum divinarum et humanarum causarumque quibus eæ res continentur scientia definitur. Quam immensitatem cum solus Deus rerum omnium opifex teneat, solus ut boni, ita et sapientis nomen jure sibi vendicat : homines autem sapientiæ et virtutis amantes ac studiosos esse nihil vetat; quo amore ac studio quo quisque longius progreditur, eo propius a cœlestibus geniis abest, quia ea re beatissimi habentur, quod ipsum Deum, omnis bonitatis et sapientiæ fontem, jugiter cum ineffabili gaudio intuentur (neque alia piorum beatitudo post hanc vitam fore haud abs re creditur) ; quo propius resistit, eo minus di-

gnitatem suam et excellentis naturæ munera tuetur.Quis vero ea sit arrogantia,ut suum unius ingenium tantum esse putet, ut eo contentus omnia veterum inventa et experimenta, litterarum monumentis consignata, aspernari queat, ac non potius ex infinita copia optima quæque et ingenio suo vitæque instituto aptissima pescrutetur ? nam ut unus excellat, aut saltem cum mediocri successu laboret in omnibus, vix ac ne vix quidem fieri potest. Ac plerosque vel rei familiaris angustiæ vel ingeniorum tenuitas in certum quoddam studiorum genus, velut in carcerem aut ergastulum, abstrudunt; quibus autem Dei optimi maximi benignitas ea et animorum et fortunarum subsidia concessit, ut in nullius magistri verba jurare coacti libertatem suam inviolatam retineant, profecto eo beatiores erunt quo plurium et meliorum rerum cognitionem coegerint, in variis linguis atque auctoribus dissipatam. Id autem difficile ei non erit, qui linguæ Græcæ ac Latinæ mediocri usu instructus methodo se assuefecerit et artium optimarum fundamenta fideliter jecerit. Ac est in ea re sane difficultatis et molestiæ nonnihil ; sed ubi ex *illis* artium angustiis in liberrimum optimi cujusque scriptoris campum eluctatus fueris, vere id apparebit quod a quodam sapientissimo viro dictum est, sive is Socrates sive Isocrates fuerit (nam utrique ascribi video, et proclivis error est in unius litteræ discrimine), radices eruditionis amaras esse, fructus vero dulcissimos. Radicibus autem comparantur linguarum et artium methodi, fructibus varia lectio : qui ut sine radicibus nulli essent, ita eruditio pertenuis est, quæ non certa ratione ac via a primis initiis ad summum usque fastigium constanter ascendit ac perpetuum sibi commentarium parat. Quod enim supra etiam attigi, doctrinæ omnis laus in artium methodis atque in eo vertitur, quod, quead fieri potest, quidquid ad eamdem rem pertinet, contrahit, et ex variis membris unum corpus integrum componit. Eo absoluto lectionis varietas singulis partibus addit ornamenta et amplitudinem quamdam conciliat. Quodsi hæc similitudo minus placet, homo studiosus diligenti patrifamiliæ comparetur ; qui, ut ille agrorum suorum proventus et domestica instrumenta in horreis et certis quibusdam cellis reponit, ut cum usus postulat, statim ad manum sint, ita ipse, quidquid vel cogitatione vel lectione vel auditione per omne tempus ætatis (neque enim ulla sapientiæ studio meta præfigenda est) consecutus fuerit, statim in illas artium classes, si non stylo aut calamo, saltem animo et recordatione reponat, et ad regulas illas a doctissimis hominibus traditas exigat, acri judicio semper interposito, ne quod quisque dixerit aut scripserit aut ipsi etiam in mentem venerit, oraculum esse putet (nam homini docto turpissimum fuerit, ut Græci eleganter dicunt, ἀδιασταλτως παραδέχεσθαι τὴν πίστιν τῆς ἀληθείας, hoc est opiniones consectari nudaque auctoritate niti), sed tantum cuique credendum esse statuat, quantum aut firmis rationibus aut probabilibus conjecturis persuadere possit, in cæteris assensum cohibeat et sustineat, donec ipsum tempus scrupulum sustulerit. Sed ne memoria lapsus esse et ab instituto non certo consilio deflexisse sed per oblivionem aberrasse videar, ad Choniatem redeo, quem ordine aptissimo et prudenti tuo consilio Zonaræ adjunctum esse dixi. Nam quo in loco ille Annales suos finivit, in Alexii Comneni videlicet obitu, eo in loco hic suam historiam auspicatur, res memoratu dignas, quæ in Byzantino imperio annorum circiter 86 spatio acciderunt, complexus. Atque utinam alius Græcus exstitisset, qui ab hoc auctore et Chalcondyle prætermissa pari facundia prosecutus esset. Major enim est Choniatæ copia et diligentia lectioque jucundior quam Zonaræ : cui una brevitas necessario proposita fuit, quod alioqui opus in immensum excrevisset; idque vel ex eo apparet, quod heroina eruditissima.Anna Cæsarissa, imperatoris Alexii filia,de rebus gestis patris sui libros 20 scripsit, qui adhuc in Augustanæ rei publicæ bibliotheca exstant, cum Zonaras vitam illius paucis foliis perstrinxerit. Ut autem brevitas memoriam juvat, ita fusiores narrationes plus delectationis habent, in magna præsertim varietate rerum et subitis fortunæ commutationibus; quæ non multis annis plurimæ, eæque mirabiles ac potius miserabiles, præter exspectationem Græcos, quos hic scriptor Romanorum appellatione honestat, oppresserunt, crescente in dies Persarum sive Turcorum (nam recentiores promiscue his vocabulis utuntur) potentia ; quorum grassationes et Christianorum principum desidiam ac perversitatem tanta doloris acerbitate Choniates sæpius deplorat, ut eum ab omnibus qui reipublicæ partem aliquam attingunt, nostris temporibus legi summopere expediat, si forte Germanorum animi, quorum fortitudo et pietas in recuperanda Syria et terra sancta laudibus egregiis hoc scripto ornatur, clarissimis exemplis Conradi et Friderici imperatorum saltem ad tuendam patriam, hoc est vicinas Pannonias, excitentur. Nunc enim non de laude et gloria laborandum, sed de aris et focis pugnandum esse opparet, quo minus fiat, nulla res æque in causa est atque dissensiones. Græcos, præter intestina bella ex ambitione fere orta, voluptatum studium et ignava monarchia perdidit : nobis temeraria bellandi cupiditas et discors ac inquieta polyarchia id minatur quod absit ut experiamur: et facile caveremus, nisi fatali quadam siderum impressione animis atque auribus a sanis consiliis plerique abhorrerent. Imminuta quidem est, et veluti læta seges tristi lolio corrupta, vetus nostræ gentis integritas ; quod exterarum nationum quodam quasi contagio accidisse videtur, quarum mala cum nostris conjunximus, cum peregrinationum is finis esse debeat, ut innatis et consuetudine inolitis vitiis abjectis aliorum virtutes asciscamus, eorumque prudentia et humanitate ad omne genus officii et laudis erudiamur. Sed si cætera spectemus, nunquam Germania viris, armis, opibus, consiliis, fuit instructior; quas res propter discordiam non in hostium detrimentum sed in patriæ exitium detestanda crudelitate,ne dicam insania, convertimus : quæ cogitatio cum in hujus historiæ interpretatione subinde meum animum terreret, et

haud dubio cordatiores quoque lectores exstimulatura sit, non temperare mihi potui quin hunc locum, quem omnium animis atque oculis semper obversari utilissimum fuerit, obiter attingerem. Nunc de hoc opere dicendum est, quod etsi labore non multo minore, longe tamen majori cum voluptate conversi, propter historias mihi antehac fere incognitas et planius ac fusius orationis genus : in quo tamen immodicam nescio cujus insolentis elegantiæ affectationem non semper sequendam mihi duxi, quod quidquid ejus generis est, non ipsius auctoris scriptum sed paraphrastæ et æmuli alicujus assumentum esse videtur. Contuli enim hic quoque duos codices cum eo quem amplitudo tua Cpoli ab Alexandro Chartophylace comparavit, atque operam dedi, ut ex ea collatione opus hoc quam integerrimum ederetur, et Græca itidem ut in Zonara nostro factum est cum Latinis conjungerentur. Quamvis enim Græci sermonis puritas et proprietas cum exterarum nationum commerciis tum otiosorum hominum ineptiis corrupta est, nec fieri nequit in hoc scriptorum genere ut interpretis non indocti nec indiserti oratio ipsi auctori præferatur, tamen nec eum ego me interpretem profiteri ausim, et Græca lingua, qualiscunque adhuc, nescio quem genium retinet ac ubertatem Latinis inimitabilem. Testimonio sunt omnes fere disciplinæ, quarum vix ulla est quin et e schola Græca se prodiisse vel ipso nomine fateatur, et si Græcas voces sustuleris, sæpe obmutescat. Quo minus ii ferendi sunt qui Græcam linguam ut supervacaneam aspernantur. Quod utique non facerent, si quam pauci fideles et docti interpretes sint intelligerent. Aliis deest alterius utrius, aliis utriusque linguæ cognitio, aliis fides et diligentia, nonnullis universa hæc, non tam fortasse malitia et contemptu judiciorum (quæ extrema esset amentia) quam calamitate quadam temporum nostrorum et præstantium ingeniorum neglectu, quibus fortuna plerumque minus favet quam iis quorum minor est industria et obtusior acies animorum. Itaque pedibus in eorum eo sententiam qui Græca cum Latinis conjungenda esse censent, siquidem Græca seorsim parum vendibilia sunt ætate nostra, quæ propter ambitionem et avaritiam bellandi cupiditatem ad pristinam barbariem magno impetu ruit. Nam Latini et Græci sermonis proprietate et puritate amissa contemptaque philosophia et politiori litteratura neglecta, ut coram cernimus, non obscurum est quid impendeat. Præclare scribit Isocrates, quem in hac parte Aristoteles, ut mihi videtur, quippe natu grandiorem, æmulatus est, et eo admirari non satis possum, virtutis singulas in medio binorum vitiorum, quorum alterum citra resistat, alterum longius quam par sit progrediatur, esse collocatas. Et recte apud Ovidium Dædalus ait filio, *medio tutissimus ibis*. Quod utinam tam a theologis jurisconsultis et medicis quam ab humaniorum litterarum cultoribus observaretur ; quorum alteri se rebus inhærere, alteri dictionis elegantiæ se studere profitentur : quasi vero aut vocabula propter explicationem rerum non sint inventa, aut corpus egregium, hoc est præclaras, cujusmodi in sublimibus illis disciplinis tractantur, non munda et ornata vestis, hoc est pura et limata deceat oratio. Duplicem profecto laudem merentur, qui res optimas, si non eleganti et splendido, at puro et diserto sermone proponunt. Cujusmodi viros nostra ætas plures cum insigni gloria tulit quam posteritas habitura videtur, nisi aliam rationem studiorum inierimus : sed quid ego censuram in re publica litteraria mihi sumo, cum ipsi mihi diversissimorum ingeniorum censura sit subeunda ? Movit me tamen justus fortasse dolor in hanc confusionem gymnasiorum intuentem, etsi hæc nec temporis nec loci hujus esse videantur. Quare veniam peto, si qua minus ad institutum pertinentia inculcavi ; et debetur hæc philosophiæ libertas, quæ quia fere cæteris externarum rerum commoditatibus et ornamentis caret, saltem cogitationis atque orationis vinculis laxioribus astringitur. Quo nomine Socrates se meliore conditione esse quam oratores, qui ad laudi non duco, ut si qua culpa vel hac commemoratione vel conversionis procrastinatione, longiore quidem quam ipse putaram, commissa est, ejus mihi gratiam fieri cupiam ; præsertim eum exigui temporis mora, omnis expers incommodi, non cessationem sed fidem et diligentiam meam arguat ; quæ nisi mihi otio et commodis meis antiquior fuisset, hoc labore multo citius defungi potuissem. Sed sat sato, si sat bene, ut dicitur. Quod ipsum etiam sedulo me conatum esse cum rem ipsam testaturam confidam, nihil de me ipso addam, quod quamvis amplius aliquid præstitissem, tamen liberalitatis erga me tuæ et erga studiosos homines, quorum commodis tuo sumptu consulis, partem vix exiguam viderer assecutus. Augustæ Vindelicorum, VI Id. April. anno MDLVII.

ΤΟΥ ΛΟΓΟΘΕΤΟΥ ΤΩΝ ΣΕΚΡΕΤΩΝ ΚΑΙ ΕΠΙ ΤΩΝ ΚΡΙΣΕΩΝ, ΓΕΓΟΝΟΤΟΣ ΔΕ ΚΑΙ ΕΦΟΡΟΥ ΚΑΙ ΚΡΙΤΟΥ ΤΟΥ ΒΗΛΟΥ ΚΑΙ ΠΡΟΚΑΘΗΜΕΝΟΥ ΤΟΥ ΚΟΙΓΩΝΟΣ

ΚΥΡΙΟΥ

ΝΙΚΗΤΑ ΤΟΥ ΧΩΝΙΑΤΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΑ

ΑΡΧΟΜΕΝΗ ΑΠΟ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΚΥΡΙΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΚΟΜΝΗΝΟΥ ΤΟΥ ΥΙΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΑΛΕΞΙΟΥ.

—

NICETÆ CHONIATÆ

LOGOTHETÆ SECRETORUM

INSPECTORIS ET JUDICIS BELI, PRÆFECTI CUBICULI

HISTORIA

QUÆ INCIPIT AB IMPERIO JOANNIS COMNENI, ALEXII FILII.

—

FABROTI BREVIARIUM

—

PRÆFATIO.

Laudes historiæ, et Nicetæ in hac contexenda consilium.

DE JOANNE COMNENO.

Joannes Comnenus ab Alexio patre, matre aversante, imperio destinatur. Ut imperium firmârit (2). *Ejus initia, amici et consiliarii. Cognati ad Bryenium Comneni sororium deficiunt. Conjuratos tractat clementer Comnenus, Annæ sorori per Axuchum reconciliatur, Irenemque matrem sibi reddit propitiam* (3). *Joannis*

Hier. Wolfii notæ.

* Νικήτα τοῦ Χωνιάτου. Nicetas Latinis Victor est sive Vincentius, Acominatus gentilitium nomen, Choniates patrium, a Chonis Prygiæ urbe, ex qua oriundum se fuisse crebro gloriatur. Cætera sunt dignitatum vocabula. Logothetam ipse Cancellarium interpretatur. Ἔφορος καὶ κριτὴς τοῦ βήλου quid sit, certo affirmare non possum. Videtur tamen βῆλον Latinum esse ; idque ex aliquot locis Constantini de Administratione Romani imperii constare potest : Ἔνδον, inquit, τοῦ βήλου τοῦ κρεμαμένου εἰς τὴν καμάραν etc. et εἰσέρχονται ἐν τῷ βήλῳ τῷ κρεμαμένῳ εἰς τὸ ἅγιόν φρέαρ. Item διὰ τῶν βήλων ὑπὸ τῶν σελεντιαρίων συρομένων. Fortassis secretiorem et selectum indicem per velum intelligit, ob ritum aliquem mihi incognitum. Magnæ fuisse dignitatis munus ex hujus historiæ lectione appareret ; cujusmodi apud nos, etsi longe minus, est meræ imperii assessorem esse. Ὁ γενικὸς ἐπὶ τῶν κρίσεων καὶ ἔφορος fortassis prætor fuit.

Ad Proœmium hujus auctoris, ubi suum perspicuitatis studium jactat, homo quidam, ut apparet non infacetus, fortassis Alexander Cartophylax. diaconus Cpolitanus, qui codicem manu sua scriptum Dernschwan vendidit, adnotavit :

> Οὐκ οἶδα τί φῂς ἐνθάδε, Χωνειάτα.
> Σοφὸν τὸ σαφὲς συγγράφων εἶναι λέγεις,
> Εἶτα γριφώδη καὶ βαραθρώδη γράφεις ;
>
> *Quid istud est ? quid, Choniata, vis tibi ?*
> *Orationis lucidum probas decus.*
> *Tenebricosus instar ipse Tartari ?*

nec mehercule sine causa. Nam ex affectatione nescio cujus insolentis elegantiæ et poeticæ dictionis æmulatione in salebras sæpe incidit ; et duris, ne ineptis dicam, utitur metaphoris, in Proœmio præsertim, ubi cum primis disertus videri cupit. Quod si totam historiam simili oratione involvisset, in latomias ire quam molestiis conversionis conflictari maluissem. Sed quia tolerabiliter

Comneni expeditiones contra Persas. Scythas arte profligat (4). *Triballos debellat. Filios multa charitate prosequitur. Hunnos adoritur et paceu petere cogit. Deinde traducto in Orientem exercitu de Persarmeniis debellatis triumphat* (5). *Gangram expugnat et amittit. In Ciliciam movet. Bacam munitissimum castellum oppugnat. Monomachia Constantini Armenii et Eustratii Macedonis* (6). *Baca vi capitur. Anabarzæ expugnatio. In Cœlesyriam proficiscitur Comnenus, et cum Antiochenis init amicitiam. Pixæs ad deditionem cogit, et variam Martis aleam experitur* (7). *Sexerim urbem obsidet, quæ pecunia incolumitatem redemit. Persarum insidias repulsat* (8). *Isaacius Comnenus fratri Joanni reconciliatur. Novæ expeditiones in Persas. Militum indignatio et imperatoris magnus animus. Expeditio contra tyrannum Trapezuntinum, et præclara in Persas belli gesta. Manuelis Comneni filii egregium facinus ad Neocæsaream* (9). *Joannis Isaacii filii a patre imperatore ad sultanum defectio; unde non exigua incommoda. Christianos quosdam perduelles imperator debellat, et calamitatibus domesticis premitur* (10). *Antiochenæ expeditionis malum consilium Violatæ urbis dat pœnas. Comnenus, in venatione venenato suo telo vulneratus, unde plaga immedicabilis. De ejusdem obitu oracula* (11). *Joannis Comneni morituri oratio ad cognatos, amicos et magnates. Manuelem isaacio natu majori præfert et successorem nominat. Ab omnibus Manuel imperator salutatur. Joannis Comneni obitus et elogia* (12).

DE MANUELE COMNENO.

Lib. I. *Manuel Joanni Comneno patri succedens Isaacium fratrem natu majorem in monasterio includit, et seditionis ansam præcidens a Byzantinis ob animi et corporis dotes eximias cupide suscipitur* (1). *A Michaele patriarcha diademate ornatus, et cum fratre reconciliatus, in Persas movet semel et iterum. Uxorem duxit Alemannam quamdam, egregia forma et heroico animo mulierem, quam negligit incestu pollutus* (2). *Joannem Hagiotheodoritem imperii cancellarium et Joannem Puzenum (cujus tenacitas sordida, inhumanitas item et avaritia describitur) supremum quæstorem constituit. Hagiotheodorites a Theodoro Stypiota loco pellitur. Manuelis virtutes, quæ paulo post immutantur* (3). *Conradi Germanorum imperatoris expeditio Hierosolymitana. Alemannorum legatis Manuel benigne respondet, sed clam insidiatur; et Græcorum legiones Alemannicum exercitum, Philippopolitani episcopi aulica facundia circumductum, comitari jubet* (4). *Alemannorum et Græcorum dissidia. Exercitus Conradi incommoda, quem Græci ferro, fraude, veneno, Manuelis jussu et exemplo, persequuntur* (5). *Turcas hostes intensissimos Germanicus exercitus adoriri constituit. Conradi ad milites pia et acris oratio. Atrox pugna et illustris victoria de Turcis reportata* (6).

Lib. II. *Rogerius, rex Siciliæ, Corcyram occupat, Acarnaniam, Ætoliam, et oram maritimam vastat, Bœotiam Corinthum diripit, Acrocorinthi arce recepta* (1). *Manuelis expeditio contra Siculos. Corcyræ oppugnatio, et Contostephani magni ducis interitus* (2). *Cosmas patriarcha ob vaticinium de Contostephani interitu pridem editum dignitate exuitur. Contostephano succedit magnus domesticus* (3). *Ligneam turritam scalam Manuel in Corcyrenses obsessos exstruit, quam Pupaces et alii* CCCC *conscendunt. Fracta autem scala plerique pereunt: Papaces autem mirabiliter evadit* (4). *Seditio cruenta inter Græcos et Venetos, qua ægre sedata et exercitibus reconciliatis oppugnatur denuo Corcyra et tandem deditione recipitur* (5). *Manuelis irrita in Siciliam expeditio. Serviam populatur. Michael Palæologus rem gerit faciliter adversus Siculos* (6). *In Servios et Hungaros expeditiones Manuelis et triumphus. Cum Scythis Calamannus male pugnat. Alexius Bryennius, Joannes Ducas et Constantinus Angelus a Siculis capiuntur* (7). *Manuel cum Rogerio Siculo pontificis Romani hortatu pacem init: sed paulo post mutuæ inimicitiæ recrudescunt* (8).

Lib. III. *Manuelis Hungarica expeditio. Hunnicæ grassationes* (1). *Andronici et Manuelis incestus. Andronicus affinium insidiis in carcerem conjectus elabitur uxoris opera: sed in itinere interceptus reducitur in custodiam* (2). *Ludicras pugnas equestres Antiochiæ Manuel instituit. Ejus copiæ dimissæ cladem a Turcis accipiunt* (3). *Theodorus Stypiotes ob Camateri logothetæ calumnias obcæcatur. Expostulatio Niceiæ cum divina providentia. Camateri logothetæ mores, bibacitas et voracitas* (4). *Manuelis secundæ nuptiæ. Niceiæ expostulatio cum Deo de Turcis grassationibus. Iconiensis sultani et Cappadocis toparchæ dissidia: sultanus ad Manuelem confugiens magnifice excipitur. Terræ motus apparatum eorum turbat. Agarenus quidam, novus Icarus, suæ temeritatis fuit pœnas* (5). *Clyzasthlanes Iconii sultanus ingentibus donis a Manuele effectus, Iconium reversus fidem fallit, et Manuelis subditos vexat atque oppugnat* (6). *Fucata sultani et Manuelis amicitia; unde vastationes et clades mutuæ* (7).

Lib. IV. *Manuel affinem Stephanum, Hunnorum regis fratrem, frustra Pannoniæ regem facere conatur; nam Stephanus ab Hunnis veneno tollitur, quibus Manuel bellum indicit* (1). *Andronicus semel et iterum mirandis artibus vinculis elapsus tandem Manueli patrueli reconciliatur* (2). *Michaelis Branæ ingenuitas. Manuelis Pannonica expeditio, et Zeugmini oppidi recuperatio, in qua variæ belli facies* (3). *Deses Serviæ despota cogitur ad obsequium. Alexius Hungarus, Mariæ Manuelis ex Alemanna filiæ maritus, imperio destinatur. Andronico refragante, qui cum Toruse Armenio infeliciter bellum gerit* (4). *Andronicus ob illicitos cum Philippa imperatricis sorore et Theodora Balduini vidua amores Manueli exosus, varia agitatus fortuna, cum tribus liberis et Theodora ad sultanum Chaldæum confugit* (5). *Manuel princeps sollicitus et suspicax Alexium protostratorem virum innocentem ad cucullum induendum adigit. Unde Manueli in Alexium malus*

Hier. Wolfii notæ.

loqui incipit cum ad rem ipsam ventum est, hanc quoque operam studiosis historiarum dare volui, ut Zonaræ opus hac appendice plenius redderetur, ea tamen libertate usurpata ut sententias auctoris appendam, verba adnumerare non necesse habeam. Ut autem in illo feci, ita hic etiam obscuriora loca et varias lectiones adnotabo. Usus enim hic quoque sum duobus codicibus, quorum alterum D. Antonii Fuggeri, alterum herilis bibliotheca suppeditavit. Accessit tandem, ut in Zonara quoque, præter exspectationem meam, tertius Augustanæ rei publicæ codex, vetustus admodum, principio et fine mutilus, nec reliquis partibus ubique incolumis. Qui si integer iuisset, eum solum et in exscribendo et in convertendo secutus essem: videtur enim ex germano auctoris archetypo bona fide descriptus et eam simplicitatem præ se fert quæ in hoc Proœmio promittitur, ne barbaris quidem vocabulis evitatis; quæ causa aliis fuisse videtur ut paraphrasin (utinam minus affectatam) hujus operis scribendam susceperint et de suo non pauca ornandæ orationis ergo addiderint. In Byzantino codice non modo complures versus, sed pluribus in locis etiam integra folia, eaque sub finem operis amplius XV, defuerunt; quæ ego ex herilis bibliothecæ codice describenda curavi et converti, tutius esse ratus supervacanea addere quam minus necessaria prætermittere, præsertim cum vetustus quoque codex easdem res, licet diverso genere orationis, contineret.

animus (6). *Aaron, Sclerus, Sicydites, insignes nebulones, ob magiam, perfidiam, et calumnias excæcati; et Aaroni postea Isaacii jussu lingua exsecta. Manuel cum magna omnium gratia et laude nova castra in Asia condit* (7).

Lib. V. *Manuel ex duabus statuis altera erecta altera ejecta, bello Hungari Andronicum Contostephanum præficit, et victoriæ omen de Hungari lapsu arripit. Pannonii se ad bellum accingunt* (1). *Andronicus neglecta Manuelis superstitione astrologica milites ad pugnam hortatur* (2). *Utriusque exercitus dispositio. Pugna : victoria penes Andronicum, qui fama territus Istrum trajicit. Manuel autem de Pannoniis superatis triumphat* (3). *Contra Servios Manuelis expeditio ; item contra Ægyptios, Amerigo Hierosolymorum rege auxilia pollicente* (4). *Amerigus pedem refert : nihilominus tamen Tamiathum obsidet Andronicus, et variis modis oppugnat* (5). *Fraude Amerigi Andronicus Tamiathi expugnatione frustratus, milites ad oppugnationem redintegrandam hortatur* (6). *Tentata expugnatio Amerigi dolis irrita redditur, et Græci Tamiatho domum redeuntes naufragio fere omnes pereunt. Sarraceni pacem cum Manuele firmant* (7). *Nascitur Manueli filius Alexius imperator designatus. Manuelis gener Pannoniæ regnum occupat, et marchionis Montisferrati filio Mariam filiam dat uxorem* (8). *Manuelis cum Venetis controversiæ, bellum et pax sancita* (9).

Lib. VI. *Sultanum Persicum Manuel adoriri constituit. Dorylæo et Subleo instauratis : se ad bellum aperte accingit* (1). *Manuel spreta sultani pacem petentis legatione superbiæ suæ dat pœnas, temerarium iter ingressus, in quo insigni clade afficitur* (2). *Capitalia Manuelis pericula, quæ ægre superat, multis suorum millibus et illustrissimis quibusque cognatis desideratis* (3). *Novæ cædes, ex quibus elapsus Manuel et ad legiones accedens conviciis acerbissimis pungitur, quæ patienti silentio obruit* (4). *Ignavissimum Manuelis de clandestina fuga consilium a gregario milite arguitur. Sultanus ultro Manueli pacem offert ; unde Græcorum exercitus salus. Niceiæ de somnio Manuelis et Mauropuli ante infelicissimam illam pugnam narratio* (5). *Pace sancita Græcos Persæ nihilominus infestant. Manueli conditionibus pacis haud satisfacienti sultanus bellum infert* (6). *Manuel per legatos sultani exercitum præda onustum cædit et ad internecionem delet* (7). *Alia Manuelis expeditio in Persas cum infelici eventu. Turci Claudiopolin a Manuele protectam frustra oppugnant* (8).

Lib. VII. *Manuelis in Fridericum Cæsarem et Occidentale imperium dolosæ artes. Anconæ obsidio et propugnatio* (4). *Niceiæ de Manuelis consilio judicium. Manuelis rapacitas, profusiones et inconsulta in ignotos benevolentia ; unde maxima rei publicæ labes* (2). *Ædificia et luxus Manuelis, austeritas item in monachos, quos ad rigidiorem instituti sui professionem revocat* (3). *Negligentia ejusdem circa disciplinam militum, quos nimia licentia reddit deterrimos* (4). *Aula et militia perturbatis animum curiose ad theologiam applicat, de præcipuis doctrinæ Christianæ articulis temerarie definiens* (5). *Insanit deinde circa Machometis blasphemias, quas doctis et piis viris nequidquam reclamantibus edicto confirmat* (6). *De Manuelis interitu præsagium observatum signum in monastico habitu, ab astrologis dementatus, moritur. Successor, imperii tempus, et sepultura ejusdem* (7).

DE ALEXIO COMNENO MANUELIS F.

Puerilis ætas Alexii, Manuelis filii et successoris, aulicorum item in improbitas imperium Græcorum pessumdat (1). *Andronicus Comnenus, sequentium tragœdiarum pars maxima, cum Manuele reconciliatus Œneum ablegatur, ut in otio post longinquos errores se recrearet* (2). *In solitudine sua Andronicus imperii occupandi cudit consilia* (5). *Maria Cæsarissa, Alexii pueri imperatoris soror. Alexii protosebasti, qui in aula rerum potiebatur, potentiam ægre fereus conjurationem init* (4). *Consilio suo frustrata seditionem concitat, Byzantini populi favore adjuta* (6). *Seditionis a Maria concitatæ effecta. Protosebasti conatus Pugna cruenta* (6) *Mariæ maritus suos ad pugnam instaurandam hortatur, et impetum facit in protosebasti milites, patriarchæ Theodori auctoritate pax restituitur* (7). *Ignominiosi hujus belli detestatio. Patriarcha dolis protosebasti loco movetur, et paulo post restituitur* (8). *Andronicus aperte imperium affectat. Protosebastus imperatricis favore innixus. quos et quibus potest modis sibi conciliat et Andronico reddit adversarios. Andronicus autem viribus haud destitutus in instituto pergit* (9). *Protosebasti classis contra Andronicum. Xiphilini legati, magni ducis et aulicorum fere omnium ad Andronicum defectio* (10). *Cpolitanarum rerum mira crnversio. Protosebastus in vincula conjectus excæcatur. Latini seu Franci urbe pelluntur* (11). *Futurorum præsagia. Patriarchæ cum Andronico congressus et collocutiones* (12). *Andronici cum imperatore Alexio et matre ejus congressus. Mendicus in Andronici gratiam a plebe vivus exuritur. Ad Manuelis sepulcrum Andronicus qua fronte et voce accesserit* (13). *Suo arbitratu rem publicam Andronicus administrat, in nobiles quosque grassatur, Joannem Cantacuzenum excæcat. Mariam Cæsarissam ejusque maritum veneno tollit* (14). *Alexii et Irenes Andronici nothorum incestæ nuptiæ. Theodosius patriarchatu cedit, et successorem habet Basilium Camaterum* (13). *Sultanus Iconii in Oriente grassatur. Magnus domesticus Joannes Comnenus arma movet in Andronicum cujus exercitum fundit et fugat. Joanne mortuo ejusdem filii in Andronici manus incidunt et excæcantur. Alexius puer coronatur* (16). *Andronicus imperatrici struit insidias. In Andronicum conjuratio facta detecta et excæcatione multata. Imperatricis miserabilis interitus* (17). *Consiliariorum et aulicorum ignavia summaque improbitate Andronicus imperator designatur, salutatur, et Alexio puero, Manuelis filio, præfertur, qui paulo post ab Andronico non tantum imperio, sed et vita crudeliter spoliatur* (18).

DE ANDRONICO COMNENO.

Lib. I. *Alexii elogium. Huic succedit Andronicus Comnenus, qui jam provectæ ætatis sobrini sponsam adolescentulam nondum* XI *annos natam uxorem ducit. Pontifices adulatores deludit et merito præmio donat. Lapardas, vir bellicosus, ab Andronico deficit ; sed interceptus, erutis oculis in monasterium conjicitur* (1). *Relaxatis curis, Andronicus ad Nicæam obsidendam proficiscitur. Oppugnationis varii eventus* (2). *Theodori Cantacuzeni interitus. Isaaci Angeli segnities. Nicolai pontificis pavor fuit occasio Nicææ dedendæ. In oppidanos sævit Andronicus, et Isaacium comiter excipit* (3). *Prusæ excidium, et in Prusenses Andronici crudelitas. Angeli Theodori excæcatio, nobilium multorum supplicia. Androni ci in theatro periculum* (4). *Isaacius Comnenus Cyprum occupat et in ea tyrannum agit ; unde Andronico metus* (5). *Macroducas Constantinus et Ducas Andronicus, Andronici familiares et consiliarii, mira quadam ratione ultimo afficiuntur supplicio. Populi affectus sub illa tyrannide, cui Andronicus legum auctoritatem prælexit ; et paulo post Sebastianos fratres laqueo suffocat* (6). *Alexius Comnenus, Manuelis ex fratre nepos. Siciliæ regem in Græcos concitat. Dyrrachium et Thessalonicam Siculi occupant. Thessalonicensium urbe dedita miseriæ* (7). *Siculorum grassationes horrendæ in Thessalonicenses, qui domi se continebant* (8). *Eorumdem immunitas in*

miseros, qui ædibus relictis per vicos vagabantur et in plateis considebant. Insolentia in eos qui religionis ergo conveniebant in templis. Eustathius Thessalonicæ episcopus sua intercessione cives sublevat (9). *Andronici crudelitas in Irenem filiam notham, ejusdemque maritum ; corruptorum judicum qui conjugium istud probaverant insectatio. Mamalus scriba crudelissimo ignis supplicio affectus* (10). *Disypatus Georgius, magni templi lector, conjicitur in vincula. Tripsychus Constantinus diligentissimus tyrannidis Andronici minister, volubili quadam rerum vicissitudine eversus excæcatur* (11).

Lib. II. *Andronicus Siculis victoribus parum feliciter resistit* (1). *Ejusdem apparatus ad Cpolitanæ urbis, quam obsidere cogitabant Siculi, defensionem. Negligentia, luxus, satellites, canis, crudelitas Andronici* (2). *Contra ejusdem præclaræ quædam virtutes proponuntur, nempe benignitas in pauperes et reipublicæ cura* (3). *Gravis oratio Andronici de imperatorum negligentia* (4). *Severitas Andronici naufragorum incolumitati consulit. Alia memoranda in reipublicæ commoda ordinat. Æquus est subditis, eorumque oppressores multat. Doctorum amans, sed disputationibus de religione infensus* (5). *Saturnina Andronici statua. Imagines imperatricis quam suffocaverat cur transformaverit. Templum XL martyrum instaurat, et exiliis suis gloriatur* (6). *Crudele Andronici consilium de tollendis omnibus seditiosorum cognatis. Universæ eorum familiæ condemnantur* (7). *Edicti crudelis exordium et summa ejusdem excogitatio. Manuel Andronici filius edicto refragatur* (8). *Impietas Andronici ad Engastrimythos dæmonum servos abeuntis, ut successorem nosset. Mali genii æstro percitus malum imminens minime videt* (9). *Hagiochristophorita dum Angelum Isaacium occidere studet, occiditur ; Isaacius autem in templo supplex populum concitat* (10). *Seditionem comprimere dum studet Andronicus, accendit. Joannes Ducas frustra ambit imperium ; nam Isaacius Angelus imperator designatur ; unde Andronici fuga* (11). *Palatium a plebe direptum : captivitas Andronici, qui miserabiliter exagitatus a plebe Cpolitana atrocissimis cruciatibus occiditur* (12). *Andronici elogia, vaticinium, sepultura. Et de ejusdem interitu vaticinium* (13).

DE ISAACIO ANGELO.

Lib. I. *Commoda Isaaci Angeli initia. Expeditio contra Siculos. Andronici filii excæcantur. Siculi exercitus isocordia* (1). *Branas Isaacii legatus profligat Siculos quorum duces capti et terrestris exercitus misere dissipatur. Alexius Comnenus belli fax captus excæcatur* (2). *Siculæ classis calamitates. Isaacus Siciliæ regis justam petitionem contemnit, duces captivos conjicit in carcerem, deinde educit et pro se orantes audit* (3). *Benevolentia Isaacii in duces captivos et alios quoscunque dictis testata, quibus facta minime respondent. Clizasthlanis sultani grassationes. Secundæ nuptiæ et sordes Isaacii. Mysorum seu Blachorum defectio* (4). *Calamitosa in Cyprum expeditio adversus Comnenum Isaacium, cujus mandato Rentacenus Basilius crudeli supplicio afficitur. Blachos a furiosis et dæmoniacis ad bellum concitatos Isaacius Angelus sua negligentia confirmat* (5). *Blachicum bellum a ducibus male commissum ; et Joannis Cantacuzeni letalis temeritas. Branas Alexius seditionem movet in Isaacium, imperatorio nomine usurpato ; Byzantium obsidet, et cum Isaaci milite ante urbem manus conserit ; et per piscatores Propontidis imperatoriam classem fatigat* (6). *Conradus Cæsar Montisferrati marchio Isaacium nutantem confirmat, et non modo precibus verum etiam ensibus hostem repellendum esse docet. Isaacii ad milites hortatoria oratio* (7). *Inter duos exercitus certamen. Branas a Conrado interficitur. Constantini Stethati astrologi interitus* (8). *Branæ capiti et uxori Isaacius victor insultat ; seditiosis ignoscit, et ut sacrificulus irridetur* (9). *Suburbana Byzantii ædificia diripiuntur et incenduntur, opifices Latinorum ædes direpturi male multantur, sed pro meritis. Latinorum solers commentum* (10).

Lib. II. *Isaaci Angeli in Blachos expeditio. Conradi Cæsaris in Palæstina interitus. Ideo de Chasiorum audacia narratio. Græci a Blachis cæduntur, et Isaacius pedem referre cogitur* (1). *Theodori Mangaphæ imperium affectantis defectio is a sultano proditus conjicitur in carcerem* (2). *Friderici Barbarossæ in Palæstinam expeditio. Legati vecordes Fridericum et Isaacium committunt. Armeniorum et Alemannorum in religione consensio* (3). *Mutationes variæ in ecclesiastico statu tunc temporis, et Isaacii astutiæ in his mutationibus descriptæ* (4). *Protostrator Friderico frustra insidiatur. Græci fugantur ab Alemannis, qui inconstantiam superbam Isaacii experiuntur et et deridet* (5). *Friderici in Orientem trajectus, non aversante Isaacio. Philadelphiensium perfidia et Laodicensium hospitalitas. Turcas perfidos Fridericus maximis damnis afficit* (6). *Pugna Friderici ad Iconium. Alemannici cujusdam herois fortitudo* (7). *Friderici submersio et præclarum elogium. Ejusdem filio mortuo Alemanni rebus infectis domum redeunt. Francorum et Angloram expeditio in terram sanctam quam vocant* (8).

Lib. III. *Isaacii familia et diuturni imperii imaginatio. Pseudalexii seditio et interitus* (1). *Alterius Pseudalexii et Basilii Chozæ crebræ seditiones et exitium. Procerum nonnullorum supplicia* (2). *Clades Isaacii in Blachica expeditione. Hannonem imitatus falsam jactat victoriam et inanes magnarum rerum et imaginationes* (3). *Blachorum et Scytharum grassationes. Serviorum Pepanus victus. Constantinus Angelus repressis Blachis affectat imperium, sed derisus a Batatze et a milite proditus excæcatur ; unde Blachis gaudium et Græcorum subsannatio* (4). *Isaacii vecordia. Theodori Castamonitæ potentia et interitus. Pueri duo imperatores imperium administrant* (5). *Luxus et ineptiæ Isaacii, atque in ædificiis publicis ac privatis immensi sumptus* (6). *Ejusdem sacrilegia, avaritia et alia scelera, necnon quædam virtutes describuntur* (7). *In Blachos expeditionem suscipit. Frustra monetur de fratris insidiis. Basilacius futuus vates Isaacio excæcationem denuntiat* (8). *A fratre Alexio Isaacius imperio et oculis privatur* (9).

DE ALEXIO COMNENO ISAACII ANGELI FRATRE.

Lib. I. *Græcorum in Isaacii adverso casu affectus. Alexii parricidæ, novi imperatoris, profusiones et reipublicæ cura posthabita. Contostephani Alexii seditio opprimitur* (1). *Alexius a cunctis per malas artes acceptus in urbem ingreditur, infelicis imperii omina* (2), *Angeli cognomentum Alexius repudiat, et Sardanapalum agit. Euphrosyna imperatrix virago, sed superba, luxuriosa et impudica. Pseudalexii Cilicis seditio et interitus. Isaacii Comneni in seditionis apparatu interitus* (3). *Blachi conditiones pacis ab Alexio oblatæ aspernantur. Asanis de famu et de Alexio imperatore disputatio. Isaacius sebastocrator ab Asane capitur* (4). *Asani sacrificulus necem prædicit, et paulo post Asan interficitur ab Ibanco* (5). *Græcos Ibancus in auxilium vocat, sed ab iis nihil adjuvatur, ad Alexium se confert, cui utilem navat operam* (6), *Persæ Græcos bello aggrediuntur, et Dadibram urbem occupant, Amerigi, Friderici Barbarossæ filii, ad Græcos legatio* (7). *Alexii responsio, et ostentatio ab Alemannis derisa, ingentem auri vim singulis annis persolvi sibi petit Amerigus ; inde inter Græcos tributum exactum est quod Alemannicum dicebatur : Alexius autem sepulcra spo-*
l (8).

LIB. II. *Nicetas insultat Amerigo mortuo, illiusque in Siculos crudelitatem exaggerat. Caphures Genuensis pirata a Joanne Stirione opprimitur* (1). *Turbæ in aula Alexii imperatoris, cujus cognati omnia vendunt. Euphrosyne imperatrix Constantinum Mesopotamitanum evehit : ideo a fratre et genero adulterii accusatur; unde Batatzis nobilis adolescentis proditoria cædes et Alexii factum indignum* (2). *Alexii irrita contra Blachos expeditio Euphrosyne in monasterium abstruditur, sed delatorum opera revocatur* (3). *Constantini Mesopotamitani sacrificuli et versutissimi aulici miræ artes describuntur, in altum sublatus casu gravore ruit* (4). *Temeritas Alexii in Iconiensi sultano concitando. Sultanus oppida quædam ex improviso capit. Antiochia Phrygiæ maximo periculo mire liberatur. Sultani in captivos humanitas. Alexii futiles ad bellum apparatus* (5). *Alexius inconsulte in se ipsum sævit. Imperatricis deliberationes de imperii successore. Miserrimus imperii status; et Scytharum in Thraciam eruptio* (6).

LIB. III. *Alexii contra Chrysum Blachum bellica expeditio, et irrita Prosaci munitissimi castelli oppugnatio. Chrysus ex hoste fit Alexii affinis* (1). *Scytharum incursio in Macedoniam. Nuptiæ filiarum Alexii. Ibanci defectio, et in eum expeditio, protostratori Manueli Camyzi infausta* (2). *Controversiæ inter Græcos de eucharistia, et theologorum variæ sententiæ* (3). *Ibancus Alexii perjurio deceptus capitur. Euphrosyne imperatrix oppresso Contostephano res futuras profana curiositate investigat. Caichosræn sultanum Rucratinus frater Iconio pellit* (4). *Comani a Rossis et Calyza principe Christiano repressi. Calomidii divitis negotiatoris comœdia. Joannis Lagi tragœdia* (5). *Joannis Comneni Crassi seditio. Alexii spoliatio navium et perfidia in Rucratinum. Michaelis defectio. Periculum Alexii a naufragio et ruina* (6). *Eudocia Alexii filia a Stephano Triballo repudiata, Mysi Constantiam et Varnam expugnant. Protostrator ad Chrysum deficit. Spyridonacæ defectio. Alexius tandem seditiosos coercet* (7). *Ad cladis Brytanniæ descriptionem accedens Nicetas Alexii imprudentiam proponit, qui de Isaacio fratre securus est. Comneniorum fratrum rapacitas et profusiones* (8). *Veneti mullis injuriis ab Alexio et Comneniis fratribus affecti, Henrici Danduli ducis sui consilio bellum contra Byzantinos parant. Alexius Angelus Isaacii filius cum Veneta classe se conjungit. Imperator classem hostilem contemnit, quæ in Græciam vela dat* (9). *Byzantii obsidio. Velitationes Græcorum et Latinorum. Incendium Byzantii. Alexius frustra tentatis armis Debetum profugit, imperio spoliatus. Ejusdem elogia* (10).

DE ISAACIO ANGELO ITERUM IMPERATORE.

Alexio fugato Isaacius excæcatus iterum imperator salutatur, qui fratris fugam Alexio filio et Latini exercitus ducibus denuntiat. Latinis sacra et profana vix sufficiunt (1). *Synagogæ Sarrucenorum direptio causa incensæ urbis. Hujus incendii luctuosissimi descriptio* (2). *Alexius Comnenus relictum imperium frustra repetit. Isaacii et Alexii filii desidium, turpitudo, vecordia monachorum assentationibus fovetur. Minervæ statuam æream plebs comminuit* (3). *Latini rapinis, incendiis, ferro grassantur in Byzantinos. Alexius Ducas Murzuflus Latinis resistit. Seditio contra Isaacium et Alexium Angelos* (4). *Nicolaus Canabus adolescens a plebe invitus imperator inauguratur. Isaacio animam agente Alexius filius sibi consulit. Murzuflus astute deficit, et Canabo oppresso vita spoliat* (5).

DE ALEXIO DUCA MURZUFLO.

Alexii Ducæ Murzufli ingenium. Locupletibus multatis bello se parum feliciter parat. A Latinis fugatur (1). *Pacificationis conatus irriti. Urbis oppugnatio, expugnatio, et incendium. Eques unus Latinus Græcos in fugam vertit* (2). *Murzufli fuga. Theodorus Ducas et Lascaris frustra de imperio contendunt. Urbis direptio et sacrilegiorum deploratio* (3). *Latinorum in urbe deprodationes et alia flagitia. Eorumdem insectatio. Sarraceni Latinis humaniores* (4). *Deploratio urbis prolixe descripta per Nicetam* (5). *Confessio et invocatio. Multiplex item consolatio et ad pœnitentiam adhortatio* (6).

DE REBUS POST CAPTAM URBEM GESTIS.

Nicetas rationem reddit cur post expugnatam a Latinis Cpolis Solonis exemplum non sit imitatus (1). *Græcorum clades nulla prodigia præcesserunt. Captæ urbis miserrimus status. Nicetæ peculiaris conditio Miris modis conservatur Nicetas, qui nobilem virginem a raptoris manu prudenter vindicat* (3). *Cum mœnibus urbis Nicetæ expostulatio et urbis allocatio inaniaque vota* (4). *Nicetæ et aliorum exsulum fortuna, populi item et militum licentia describitur* (5). *Inter duces Latinos sortitio provinciarum nondum subactarum. In comitiis regiis sortitionis ritus. Balduinus, Flandriæ comes, Danduli opera creatur imperator. Ejusdem elogium* (6). *Balduinus imperium stabilire studet. Ad eum Bonifacius marchio deficit, et reconciliatus Græciam occupat* (7). *Henricus Balduini frater et Petrus Plancius Asanias urbes occupant. Prusæ irrita obsidio. Theodorus Philadelphiensis ab Henrico profligatus. Marchionis in Græcia grassationes. Leonis Scurii Nauplii tyrannis. Michael Choniates Leonem placat* (8). *Scurus Alexii imperatoris filiam Eudociam ducit. Murzufli miserabilis interitus. Marchio Græcia potitur. Scurus Acrocorinthum confugit. Alexius imperii insignibus exuitur* (9). *Græci milites a Latinis repudiati Blachorum ope urbes ad defectionem impellunt. Latini Occidentales urbes recuperare satagunt. Græcorum clades ad Arcadiopolim. Adrianopolis obsidio. Latini a Scythis in insidias pellecti a Bachis capiuntur et occiduntur. Dandulus effugit* (10). *Græci a Scythis et a Latinis vexantur. Mysorum et Latinorum pugna ad Serras. Marchio Thessalonicensium defectionem ulciscitur. Alexii relegatio. Marchionici denuo a Scythis vincuntur et urbes amittunt. Latini in Thracia grassantur* (11). *Henricus Balduini frater Aprum vi expugnat, Orestiadem frustra oppugnat. Petri Plancii casus. Lues et fames obsidionem solvunt. Didymotichum Euri exundatione defensum. Græciæ miserrimus status* (12). *Mauzoromes Lascaris et Comnenus in Oriente de imperio contendunt. Philippopolim Blachi, Thraciam Scythæ vastant. Latini ad Rusium cæsi a Scythis* (13), *Multarum urbium Græcarum excidia. Athyræ et aliarum calamitas. Joannes Dydimotychum frustra oppugnat* (14). *Latini Adrianopolitanis et Dydimotichinis opem ferunt. Thraciæ vastitas a Scythis et Blachis facta. Augurium corvorum et cornicum Græcia in tyrannides distracta. Nicolai archiepiscopi Corinthii interitus* (15). *Orientis status. Aldobrandinus Pergami tyrannus. Cretam Genuenses occupant. Attaliam Caichosroes frustra oppugnat. David Comnenus Latinorum fretus auxilio Lascari resistit* (16). *Petrus Plancius Pegas occupat. Henricus, Balduini frater, imperator designatur. Græcorum militum perfidia. Balduini miserabilis interitus. Constantini Tornicis mors cruenta. Fatalia urbis simulacra confringuntur* (17). *Latinorum diligentia et Romanorum ignavia. Henricus Blachos profligat. Adversus iniqua hominum de se judicia querela Choniatæ, qui finem historiæ suæ imponit* (18).

ΝΙΚΗΤΑ ΤΟΥ ΧΩΝΙΑΤΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΑ.

—

NICETÆ CHONIATÆ HISTORIA.

—

1. Utiliter inventæ sunt historiæ, neque parvas A lis qui rebus melioribus student commoditates suppeditant, tum vetustatis memoria repetenda, tum ingeniis hominum explicandis, tum variis eorum conatibus ob oculos ponendis, quibus animorum magnitudo et honestatis amor ab ipsa natura fuit insitus. Jam quia vitia perstringunt et præclaras actiones celebrant, moderatiores plerumque reddunt et meliores homines, tam ad vitia quam ad virtutem propensos, iis duntaxat exceptis, qui turpissima educatione corrupti ac mala consuetudine depravati nullam virtutis rationem habent, qua nihil est in rebus humanis præclarius aut magis expetendum. Ad hæc ii quos monimenta historiarum complectuntur, quamvis mortales et obnoxii 5 fatis jam olim vitæ quasi B pensum absolverint, immortalitatis quodammodo fiunt compotes. Nam prout turpiter aut honeste vixerunt, ita male aut bene audiunt ; ac animus quidem in locum suum abit, et corpus in primordia e quibus compositum fuit resolvitur : actæ autem vitæ ratio, sive sancta et justa, sive nefaria et injuria, obitusque sive felix sive calamitosus, clara historiæ voce prædicatur, Quamobrem haud abs re liber viventium appellabitur historia, rerumque gestarum descriptio tubæ clangor, quo jam olim mortui velut e sepulcris excitati in medium producuntur. Atque hæc de historiarum utilitate breviter percurrere volui. Neque vero quisquam adeo vecors est, quin eam lectoribus

1-4 [P. 2]. Α'. Αἱ ἱστορίαι δὲ ἄρα κοινωφελές τι χρῆμα τῷ βίῳ ἐφεύρηνται, εἴπερ ἐκ τούτων οὐκ ὀλίγα ἔστι ξυλλέγειν τὰ βελτίω τοῖς ἠρημένοις. Εἰδυῖαι γὰρ τὰ ἄρχαῖα καὶ ἔθη αὗται διατρανοῦσιν ἀνθρώπεια καὶ πολυπειρίαν ὑποτιθέασιν, ὁπόσοι (1) τῶν ἀνθρώπων μεγαλογνώμονες καὶ τοῦ καλοῦ αὐτόφυτον τρέφοντες ἔρωτα· καὶ κακία δὲ παρ' αὐταῖς κωμῳδουμένη καὶ ἀγαθοπραξία ἐξαιρομένη μετρίους ὡς τὰ πολλὰ καὶ ἐπιδιδόντας τοὺς παρ' ἑκάτερα τιθέασι ῥέποντας, ὅσοι τέως οὐχ ὑπ' αἰσχίστης συνηθείας καὶ φαυλοτάτης ἕξεως ἀνεπιστρόφως ἔχουσι τοῦ πολυεράστου χρήματος ἀρετῆς· ἐπεὶ καὶ ἀθανάτοις ἐοίκασι δήπουθεν θνητοὶ καὶ ἐπίκηροι γεγονότες καὶ πάλαι τὸ ζῆν ἐκτοξεύσαντες, ὅσους παρειλήφει τὸ ἱστορεῖν. Ὀρθῶς γὰρ ἡ τούναντίον φαύλως βεβιωκότες εὖ τε καὶ αἰσχρῶς ἀκούουσιν. Καὶ τοῦ μὲν ἐς ᾅδου βέβηκεν ἡ ψυχὴ (2), πρὸς δὲ τὰ ἐξ ὧν ἡρμόσθη τὸ σῶμα ἐπολινδρόμησε· τὰ δὲ παρ' αὐτοῦ βεβιωμένα. κἂν ὅσια εἴη κἂν δίκαια, κἂν ἀθέμιτα κἂν ἐφύβριστα, κἂν ἐβίω εὐδαιμόνως, κἂν κακοπραγῶν ἀνεχρέμψατο τὴν ψυχὴν (3), ἡ ἱστορία διαπρυσίως βοᾷ. Ὥστε καθ' ἕτερόν τινα τρόπον καὶ λόγον καὶ βίβλος ζώντων ἡ ἱστορία λεχθήσεται, καὶ σάλπιγξ περίτρανος τὰ γραφόμενα, τοὺς πάλαι τεθνεῶτας οἷον τῶν σημάτων ἐξανιστῶσα καὶ ὑπ' ὄψιν τιθεῖσα τοῖς βουλομένοις. Ἀλλὰ τοιάδε μὲν ἡ ἱστορία, ὡς ἐπιτρέχοντά με εἰπεῖν, αὐτοῖς δὲ τοῖς ἐπιοῦσιν οὐμενοῦν οὐδαμῶς χαρεσσα. Μὴ οὑτω μανείη τις ὡς ἥδιον ἡγεῖσθαί τι ἕτερον ἱστορίας· ἃ γὰρ οἱ πολυστεῖς τῶν ἀνθρώπων καὶ Τιμο-

Hier. Wolfii notæ.

(1) Πολυπειρίαν ὑποτιθέασιν ὁπόσοι. Ambiguum C est, utrum historiæ multiplicem experientiam eorum qui magnis ingeniis præditi atque ab ipsa natura ad decus et honestatem conformati sunt proponant, an vero homines ingeniosi duntaxat et virtutis amantes varia exempla rei bene gerendæ ex historiis petere soleant. Incertum enim est, utrum post τὸ ὑποτιθέασιν subintelligendum sit ἐκείνων an ἐκείνοις. Fortasse scriptori Thucydidis salebræ placuerunt, qui oracula potius quam historiam scribendam suscepit.

(2) Τοῦ μὲν ἐς ᾅδου βέβηκεν ἡ ψυχή. Imitatio Homerica magis, ψυχὴ δ' ἀϊδόσδε βέβηκε, quam Christiana. Quare ego, evitatis quantum licuit istiusmodi ineptiis, reposui ea quæ nec a religione nec ab usitata loquendi ratione abhorrere videbantur; consilium meum doctis et candidis haud dubie probabitur. Si qui autem semidocti et scrupulosi homunciones vel negligentiam vel licentiam vel inscitiam meam accusabunt, τούτοις ἐγὼ χαίρειν καὶ ἐῤῥῶσθαι φράσω. Neque enim tanta res est, et a natura et studiis meis alienum ut quemquam cupiam κλαίειν καὶ οἰμώζειν. Illud vellem, si quid optando proficeretur, in plerisque lectoribus aut minus esse arrogantiæ aut plus eruditionis et industriæ.

(3) Ἀνεχρέμψατο τὴν ψυχήν. *Excreavit animam* ; ut Zonaras sæpe ἐξηρεύξατο *eructavit*, sed de impiis fere tantum.

νου παλαίτεροι καὶ τρικόρωνοι (4), εἰ τῷ βίῳ ἔτι περιῆσαν, ἥδεσαν ἄν καὶ ἐξηγοῦντο τοῖς φιλακροάμοσι, τὰ τῆς μνήμης ἐμπυρεύοντες καὶ τὰς τῶν πράξεων ῥυσσὰς ἀνασκάλλοντες (5), ταῦτα δήπου προθείη καὶ ὁ φιλίστωρ, κἂν οὐδέπω παρηλλάχει τὸν μείρακα. Διὰ τοῦτ' οὖν καὶ αὐτὸς τὰ τοῖς κατ' ἐμὲ χρόνοις γεγενημένα καὶ ἀνόπιν ἔτι βραχὺ, μνήμης καὶ διηγήσεως ἄξια ὄντα καὶ τοσαῦτα τὸ πλῆθος καὶ τοιαῦτα τὸ μέγεθος, οὐκ ἔγνων δεῖν σιγῇ παρελθεῖν [P. 3]. Οὐκοῦν καὶ διὰ τῆσδέ μου τῆς ξυγγραφῆς δῆλα ταῦτα τοῖς ἔπειτα καθιστῶ. Ἐπειδὴ δὲ, ὡς καὶ ἄλλοι τε ξυμβαλεῖν ἔχουσι (6) καὶ αὐτὸς δὲ συνορῶν οὐχ ἡκιστά εἰμι, τὰ τοῦ ἱστορεῖν τὸ τῆς διηγήσεως ὀσαφὲς καὶ περιβολαῖς καὶ περιόδοις ἐπεστραμμένον ὡς μὴ συνᾷδον αὐτοῖς οὐ προσίενται, φιλοῦσι δὲ τὸ σαφὲς ὡς οὐ μόνον κατὰ τὸν εἰπόντα σοφὸν, ἀλλὰ καὶ συμβαῖνόν σφισι μάλιστα, οὐδὲ τούτου πάμπαν ἔξωθεν τοῦ καλοῦ πίπτοντ' ἄν εὕρῃ τις τὰ γραφόμενα, οἷα καὶ ἡμῶν μὴ τὸ κομπηρὸν καὶ δυσφραδὲς καὶ κρημνώδεσιν ἀποδιειλημμένον λέξεσιν ὡς ἐπίπαν ἀσπασαμένων, εἰ καὶ χαίνοντές εἰσιν εἰς τοῦτο πολλοὶ, εἴτ' οὖν ἀληθέστερον εἰπεῖν ἐκλείποντες τὰ τῶν πάλαι καὶ σήμερον καὶ ὅσα τι καὶ ἐπιτυήδευμα προύργιαίτατον ἐξησκηκότες διὰ μακροῦ, ἐκ τοῦ πλείονος δὲ κἀν τούτῳ δρᾷν τῇ ἱστορίᾳ προθεμένων τὰ πρόσφορα, μηδ' ὑπερβάθμιον πόδα τείνειν ἠγαπηκότων ἢ ὅλως τοὺς ἄξονας αὐτῆς ὑπεράλλεσθαι. Ὑπὲρ γὰρ ἅπαν ἕτερον τὸ μὴ τὴν φράσιν ἁπλοῦν, ὡς ἔχω εἰπὼν, καὶ πρόχειρον εἰς κατάληψιν αὐτῇ διαβέβληται, καὶ ἠγαπήθη σφόδρα τὸ ἄκομψον καὶ ὡς ἔχον φύσεως διηγούμενον, καὶ δαιμονίως τὸ εὔληπτον περιπτύσσεται. Τέλος γὰρ σκοπιμώτατον τὴν ἀλήθειαν ἔχουσα, καὶ τῆς τε ῥητορικῆς δεινότητος καὶ τῆς ποιητικῆς λογοποιίας ἀφεστῶσα κατὰ διάμετρον, καὶ τὰ τούτων διωθεῖται χαρακτηριστικά. Καὶ ἄλλως δὲ κἂν οὐ βραχὺ τὸ σεμνὸν ἡ ἱστορία καὶ τὸ αἰδέσιμον ἐπισύρηται, ἐρῶσα δ' ὅμως προκεῖσθαι σκαπανεῦσί τε καὶ σιδηρεῦσι καὶ πολλῆς γέμουσι τῆς ἀσβόλης καὶ συνήθης εἶναι τοῖς πρὸς ὅπλα καὶ Ἄρεα βλέπουσι, μηδὲ γυναιξὶ χερνήτισι δυσκολαίνουσα διαξαινούσαις τὰ κατ' αὐτὴν, ταῖς χαριεστέραις χαίρει τῶν φράσεων, καὶ τὸ φᾶρος τῶν λέξεων εἰλικρινὲς καὶ ἀπέριττον περικεῖσθαι φιλεῖ, οὐ μὴν κεκομψευμένον καὶ ἔξαλλον· καὶ ἡ μὲν ἱστορία, ὡς ἔνι μάλιστα, μετὰ τοῦ σαφοῦς καὶ εἰς ἐπίτομον ἐπιτροχασθήσεται· ὁ δὲ λόγος εὐγνωμονῶν συγγνώμην αἰτεῖται παρ' οἷς εἰς χεῖρας πεσεῖται, εἰ μὴ φιλοτίμως, δι' ἃ εἴρηται, καὶ ἀβρῶς ἐκπεπόνηται, ἐπεὶ καὶ ἄλλως νῦν πρώτως ἡμεῖς τῆς ὑπο- A aeque jucundam ac fructuosam esse judicet. Nam quæ decrepiti senes, atque ii qui, si adhuc in vivis essent, Tithonum multus ætatibus vincerent, in cœtu auditorum ex memoriæ thesauro deprompta in medium afferrent, eadem vel adolescens eruditus referre queat. His igitur de causis ego etiam ea quæ mea ætate et paulo supra meam ætatem memoratu digna gesta sunt, quæ quidem plurima et maxima fuere, non prætereunda silentio esse ratus ad posterorum memoriam propagare studui. Cum autem eorum judiciis assentiar qui obscuritatem et perplexarum periodorum prolixitatem 6 historiæ alienam esse censent et perspicuitatem maxime gratam et aptam, equidem huic quoque virtuti operam dedi, evitatis verbis affectatis obscuris confragosis, etsi vulgus iis avide B inhiare non ignoro, relictaque et superioris et nostræ ætatis consuetudine summo studio in iis elaborare. Nos vero longo tempore in id operam dedimus, ut dictione huic scriptionum generi conveniente adhibita non extra limites evagaremur. Quidquid enim, ut dixi, non apertum est atque in promptu positum, historia abominatur : quidquid simplex et naturale est et intelligentiæ obvium, libenter admittit. Nam cum ad veritatem tanquom unicum scopum collimet, atque ab oratoria calliditate et poeticis fabulis quam remotissima sit, etiam a forma dicendi iis facultatibus propria abhorret. Quamvis autem multum gravitatis et reverentiæ historiam comitetur, tamen quia vel opificibus, militibus et mulierculis etiam, C nota esse cupit, formulis elegantioribus delectatur, vestemque amat non sane luxuriosam et exoticam, sed simplicem et mundam : nec perspicuitate et brevitate quidquam habet antiquius. Quibus de causis veniam a lectoribus impetratam 7 cupimus, si in opere nostro ornatus desiderabitur, præsertim cum argumentum hoc non primum a nobis tractetur. Quod perinde est ac si viam desertam ac minime tritam ingrederemur ; et longe difficilius quam aliorum vestigia persequi et via regia ineedere. Auspicabor autem ab iis robus quæ post Alexii primi ex Comnenia familia imperatoris obitum acciderunt, ultra quæ superioris ætatis historici non sunt progressi, ut ea quæ a nobis dicentur, cum illorum dictis cohæreant D instar fontis unius in plures canales distributi aut annulorum longa serie inter sese cohærentium. Ac Jopnnis imperatoris vitam, qui successit Alexio, breviter perstringemus ; neque earum rerum

Hier. Wolfii notæ.

(4) Τρικόρωνοι. Qui trium cornicum ætatem vixerunt. i. e. 300 annos. Notum est quid Virgilius ex Hesiodi auctoritate de cornicis ævo fabuletur, his versibus :

Ter binos deciesque novem superexit in annos,
Justa senescentum quos implet vita virorum ;
Hos novies superat vivendo garrula cornix.

(5) Τὰς τῶν πράξεων ῥυσσὰς ἀνασκάλλοντες. *Rerum gestarum rugas refodientes.* Quis istas elegantias non despuat?

(6) Ἐπειδὴ δὲ ὡς καὶ ἄλλοι ξυμβαλεῖν ἔχουσι. Prolixa et intricatissima periodus, e quibus salebris me vix quidem sed expedivi tamen, ut arbitror : multum certe laboravi.

commemorationi diutius immorabimur quas ipsi non vidimus, sed ab iis accepimus qui eum viderunt et in expeditiones comitati sunt. In cæteris autem uberius tractabimus omnia. Sed jam ad rem ipsam accedamus, hinc sumpto exordio.

A θέσεως ἐπιβαίνομεν τῆσδε, οἷά τινα ἐρήμην καὶ ἀστιβῆ διιέναι ἐγχειροῦντες ὁδὸν, ὃ καὶ δύσεργόν ἐστι καὶ πολλῷ ὑπερκείμενον τοῦ ἴχνεσιν ἑτέρων προωδευκότων ἐφομαρτεῖν, ἤ γοῦν ὡς διὰ λείας καὶ βασιλικῆς βαδίζειν ὁδοῦ, λέγω δὴ τῆς ἑτέρων ἱστορίας, εὐθυπόρως τε καὶ ἀπλανῶς. Ἀρχὴ δέ μοι τοῦ λέγειν ὅσα μετὰ τὸ πέρας εὐθὺς τῆς ζωῆς ἅμα καὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ ἐκ Κομνηνῶν ἄρξαντος πρώτως Ἀλεξίου (7) συμβέβηκεν, ἐπεὶ καὶ ἐς τόνδε τὸν ἄνακτα τὸ λέγειν συνεπεράναντο ὁπόσοι τῶν πρὸ ἡμῶν τῇ συγγραφῇ προδήλως ἐπέβαλον, ἵν' εἶεν τὰ ῥηθησόμενα παρ' ἡμῶν συναφῆ πως τοῖς ὑπ' ἐκείνων λεχθεῖσι, καὶ ὁ λόγος οὕτω διαπλεκόμενος τρόπον τινὰ ὁλκῷ εἰκάζοιτο ῥεύματος ἐκ μιᾶς πηγῆς ἐκδιδόντι, ἤ γοῦν τὸ τῶν κρίκων ἀλληλένδετον ὑποκρίνοιτο, τῇ νῶν ἀεὶ προσεχῶν ἐφάψει προϊόντων ἐς ἄπειρον. Ἐν κεφαλαιώδεσι δ' ἐπιτομαῖς τὰ κατὰ τὸν αὐτοκράτορα Ἰωάννην τὸ ἱστορεῖν διηγήσεται, ὃς Ἀλεξίῳ διάδοχος γεγένηται τῆς ἀρχῆς, οὐδ' ἐμβραδυνεῖ ταῖς κατ' αὐτὸν ἀφηγήσεσιν, [P. 4.] ὥσπερ ἐν τοῖς ἐφεξῆς ἐργάσεται λόγοις, οἷα καὶ ἡμῶν μὴ τὰ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπὶ τῷδε παρειλημμένα συγγραφομένων, κἀντεῦθεν μηδ' ἀποτάδην ἐχόντων ταῦτα διεξιέναι, ἀλλ' ἅπερ εἰς ἀκοὴν ὠτίου εἰλήφαμεν ἐκ τῶν ὅσοι τῶν καθ' ἡμᾶς τὸν βασιλέα τουτονὶ ἐθεάσαντο καὶ συνωμάρτουν ἐκείνῳ πρὸς ἐναντίους χωροῦντι καὶ τὰς μάχας συνετολύπεσον, Ἄμεινον δ' ἐντεῦθεν ἄρξασθαι.

II. Alexius Comnenus imperator filios tres et quatuor filias habuit. 8 Inter fratres natu maximus Joannes fuit; Anna vero primsgenita Nicephoro Bryenio, Cæsarissa appellata, nupsit. Joannem pater maxime dilexit, datisque purpureis calceis imperio destinavit et imperatorem appellandum curavit. Irene vero mater et imperatrix contra nihil Annæ filiæ deferebat, neque Joannem apud Alexium maritum ut temerarium et luxu perditum et levem ac plane vecordem calumniari non desistebat, neque quidquam habebat antiquius quam ut imperatorem ad mutandam de Joanne sententiam compelleret. Aliquando etiam Bryenium per occasionem summis laudibus celebrabat ut et eloquentissimum et rebus gerendis aptissimum, et liberalibus artibus, quæ animum ad virtutem informent et ad imperium rite gerendum et tuendum maximo adjumento sint, eruditum. Alexius vero cum hæc materni affectus haud ignarus audiret, alias se gravioribus negotiis occupatum verba illa prorsus non curare simulabat, alias tempus ad deliberandum sumpturum neque petitionem ejus neglecturum esse affirmabat. Semel vero temperare 9 sibi non potuit quin eam ita alloqueretur: « O mulier et lecti et imperii mei particeps, non tandem ea suadere mihi desines quæ filiæ tuæ grata sunt, et conari ut ordo laudabiliter institutus turbetur? quod si numinis alicujus ira percita es, ad sanam redito mentem; ac potius mecum considerato an ullus unquam ex superioribus Romanorum imperatoribus, cum filium imperio idoneum haberet, eo neglecto generum prætulerit: ac ut aliquando tale quippiam acciderit, quod raro factum est, pro lege habendum non erit: a me præsertim, qui cum regnum haud laudabiliter sed cædibus cognatorum et rationibus ab institutis Christiano-

B B'. Τῷ ἄνακτι Ἀλεξίῳ τῷ Κομνηνῷ υἱοὶ τρεῖς καὶ θυγατέρες τέσσαρες ἐγεγένηντο. Ἦν δὲ τῶν μὲν ἀνδρῶν ὁ Ἰωάννης κατὰ γένεσιν προφερέστερος, πρωτογενὴς δ' ἁπάντων τῶν ἐξ ὀσφύος τῷ Ἀλεξίῳ ἡ θυγάτηρ Ἄννα καθεωρᾶτο, ἥτις εἰς λέχος τῷ Βρυενίῳ Νικηφόρῳ συνέζευκτο, τιμηθεῖσα Καισάρισσα. Ὁ βασιλεὺς τοίνυν καὶ τοκεὺς Ἀλέξιος μάλιστα τῶν ἄλλων παίδων τῷ Ἰωάννῃ προσέκειτο. Ἀμέλει τοι καὶ τοῦτον ἐπικρίνας τῆς βασιλείας διάδοχον καταλείψειν ἐρυθροῦ τέ οἱ πεδίλου μετεδεδώκει καὶ βασιλέα ἐδεδώκει ἀναγορεύεσθαι. Ἡ δὲ μήτηρ καὶ βασιλὶς Εἰρήνη τῇ θυγατρὶ Ἄννῃ τὴν πᾶσαν ἐκ τοῦ ἐναντίου χαριζομένη ῥοπὴν οὐκ ἀνίει παρὰ τῷ συλλέκτρῳ Ἀλεξίῳ τὸν Ἰωάννην ἐνδιαβάλλουσα, προπετῆ τοῦτον ἀποκαλοῦσα, καὶ ὑγρὸν τὸν βίον ἐπιτωθάζουσα, παλίνστροφόν τε τὸ ἦθος C καὶ μηδαμῇ μηδὲν ὑγιὲς ἔχοντα, καὶ τιθεμένη διὰ παντὸς ἀσχολίας πάσης ἀνώτερον σπούδασμα ὅπως μετάθοιτο τὴν γνώμην ὁ βασιλεὺς ἣν εἶχεν ἐπ αὐτῷ κυρωσάμενος. Ἐνιαχοῦ δὲ καὶ λόγου πρόφασιν τὸν Βρυένιον παρεισφέρουσα, παντοίοις αὐτὸν ἐπαίνοις κατέστεφεν ἅτε εἰπεῖν ἐκανώτατον καὶ οὐκ ἐλάττονα διαπράξασθαι, καὶ μαθημάτων ἐλευθερίων μεταλαχόντα, ῥυθμίζειν τὸ ἦθος εἰδότων καὶ πρὸς βασιλείαν ἀδιαλώβητον οὐ βραχέα συναιρομένων τοῖς ἄρχειν μέλλουσιν. Ὁ δ' Ἀλέξιος ταῦτα ἐνωτιζόμενος καὶ τὸ μητρῷον φίλτρον ἐπιστάμενος, πῇ μὲν ἄλλοις ἐκ τοῦ σχεδὸν κατεπείγουσι πράγμασι χαρίζεσθαι τὸν νοῦν πλαττόμενος οὐδὲ προσέχειν ὅλως τοῖς λεγομένοις προσεποιεῖτο, πῇ δ' ἐς σκέψιν ἀπολύων τὰ εἰσηγούμενα μὴ ἂν τὴν αἴτησιν αὐτῆς D παραβλέψασθαι ἰσχυρίζετο. Ἐνίοτε δὲ καὶ τοιοῦτόν τι παθηνάμενος εἴρηκεν· « Ὦ γύναι, κοινωνέ μοι λέχους καὶ βασιλείας, οὐ τὰ πρὸς χάριν παύσῃ τῆς σῆς ὑποτιθεμένη μοι θυγατρὸς, ἁρμονίαν τε καὶ τάξιν ἐπιχειροῦσα λύειν ἐπαινετὴν, ὡς εἴπερ θεοβλαβείας μετέσχηκας; Βάλλ' ἐς τύχην ἀγαθήν· ἢ

Hier. Wolfii notæ.

(7) Ἄρξαντος πρώτως Ἀλεξίου. Respicit ad sua potissimum tempora, ut arbitror: nam longe ante Alexium Isaacius Comnenus post Michaelem Stratioticum imperavit; cui Constantinus Ducas successit, ut refert Zonaras.

μᾶλλον δεῦρο κοινῇ συνδιασκεψώμεθα, καὶ γνωσόμεθα τίς ἐξ ὁπάντων τῶν πρώην τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα παρειληφότων, υἱὸν ἔχων ἁρμόδιον εἰς ἀρχὴν, τοῦτον μὲν παρεβλέψατο, γαμβρὸν δὲ ἀνθεῖλετο; Εἰ δέ ποτε καὶ τοιόνδε τι ξυμβέβηκεν, οὐ νόμον, ὦ γύναι, τὸ σπάνιον ἡγησόμεθα. [P. 5.] Ἐπ' ἐμοὶ δὲ καὶ μάλα καπυρὸν γελάσειε τὸ Πανρώμαιον, καὶ τῶν φρενῶν κριθείην ἀποπεσὼν, εἰ τὴν βασιλείαν οὐκ ἐπαινετῶς εἰλῃφὼς ἀλλ' αἵμασιν ὁμογενῶν καὶ μεθόδοις Χριστιανικῶν ἀφισταμέναις θεσμῶν, δεῆσαν ταύτης ἀφεικέναι διάδοχον, τὸ μὲν ἐξ ὀσφύος ἀποπεμψαίμην, τὸν δὲ Μακεδόνα εἰσοικισαίμην, » τὸν Βρυένιον οὕτω λέγων, ἐπεὶ καὶ ἐξ Ὀρεστιάδος ὥρμητο· μία δ' αὕτη τῶν εὐδαιμόνων καὶ κρατίστων παρὰ Μακεδόσιν πόλεων. Τοιαῦτα πρὸς τὴν βασίλισσαν Εἰρήνην ἐμβριθῶς ὁ Ἀλέξιος φάμενος, ὅμως καὶ πάλιν τὸν μηδαμῶς ἀπειπόντα ὑποκρινόμενος, διῆγε τὴν γυναῖκα σκηπτόμενος ἀεὶ τὸν σκεπτόμενον· ἦν γὰρ, εἰ καὶ τις ἄλλος, κρυψίνους ὁ ἀνὴρ οὗτος, καὶ σοφὸν ἡγούμενος ἀεὶ τὸ περίεργον, μηδὲ τὰ πολλὰ ἐξάγγελτικὸς τοῦ ποιητέου δεικνύμενος. Ἐγγίζοντος δέ οἱ τοῦ τέρματος τῆς ζωῆς ὁ μὲν ἔκειτο πνέων τὰ λοίσθια ἐν τοῖς κατὰ τὴν μονὴν τῶν Μαγγάνων λαμπροτάτοις οἰκοδομήμασιν, ὁ δὲ παῖς Ἰωάννης τὸν πατέρα ὁρῶν τῇ τελευτῇ πλησιάζοντα, καὶ τὴν μητέρα εἰδὼς ἀποστέργουσαν καὶ τῇ ἀδελφῇ τὴν βασιλείαν μνωμένην, κοινοῦται τὸ ποιητέον τοῖς ἐκ τῆς συγγενείας ἐκείνῳ φίλα φρονούσιν, ὧν τὰ κράτιστα ἦν ὁ ἀδελφὸς Ἰσαάκιος. Καὶ δὴ λαθὼν τὴν μητέρα εἴσεισι τὸν κοιτῶνα τὸν πατρικὸν, καὶ προσπεσὼν ὡς δῆθεν θρηνήσων ὑφαιρεῖται λάθρα τῆς ἐκείνου χειρὸς τὸν σφραγιστῆρα δακτύλιον. Εἰσὶ δ' οἱ κατὰ γνώμην τοῦ πατρὸς αὐτόν φασι τόδε πεποιηκέναι, ὡς δίδωσιν ἐννοεῖν τὰ μετὰ βραχὺ ῥηθησόμενα. Αὐτίκα τοίνυν ὁ Ἰωάννης τοὺς συνίστορας ἠθροικὼς καὶ τὸ πραχθὲν ἠγγελκὼς ἐπὶ κέλητος μεθ' ὅπλων πρὸς τὸ μέγιστον ἀρχεῖον ἐξώρμησε, κατ' αὐτὴν τὴν τῶν Μαγγάνων μονὴν καὶ τὰς ἀγυιὰς ὁμοίως τῆς πόλεως ὑπὸ πλήθους τοῦ σύμφρονος καὶ τῶν κατὰ φήμην τῶν δρωμένων συναλιζομένων ἀστυπόλων βασιλεὺς αὐτοκράτωρ ἀνευφημούμενος. Ἡ βασιλὶς δὲ Εἰρήνη καὶ μήτηρ τοῦ Ἰωάννου (8) πρὸς τῶν οὕτω γινομένων ἐκθαμβηθεῖσα στείλασα μετεπέμπετο τὸν υἱὸν, καὶ παρῄνει τῶν ἐν χερσὶν ἀποσχέσθαι. Ὡς δ' ἦν ὅλος τῶν δρωμένων ὁ Ἰωάννης καὶ κατ' οὐδένα τρόπον τῆς μητρὸς ἐπεστρέφετο, τὸν Βρυέννιον ἐπιῤῥώννυσιν ἐπιθέσθαι τῇ βασιλείᾳ συναρηγούσης αὐτῆς. Ὡς δ' οὐδ' οὕτω τὰ κατὰ σκέψιν ἐώρα προβαίνοντα, πρόσεισι τῷ ἀνδρὶ ἐπὶ κλίνης ἐῤῥιμμένῳ καὶ βραχείαις ἀναπνοαῖς τὸν ζῶντα ὑποσημαίνοντι, καὶ

A rum alienis occuparim, toti Romano imperio risui sim futurus et pro insano habendus, si in deliberatione successionis, germano filio repudiato, Macedonem in solio collocaro. » Sic autem appellabat Bryenium Orestiade beata et præstantissima urbe Macedoniæ oriundum. Quibus verbis cum Irenæ petitionem graviter refutasset, tamen deinde eum præ se ferens qui haudquaquam negasset, mulierem perpetua deliberationis simulatione differebat, quippe homo, si quisquam alius, occulti animi, qui sapientiam in dissimulando positam ratus raro admodum, quid facturus **10** esset, præ se ferret. Instante autem obitu cum in splendidissimis Manganiæ regiæ substructionibus decumberet, Joannes et ejus rei et materni odii gnarus, B quæ imperium in sororem conferre niteretur, negotium cum cognatis sui studiosis communicat, quorum princeps erat frater Isaacius : et clam matre paternum cubiculum ingressus, et tanquam morbum ejus deplorare vellet, prostratus annulum de manu ejus surripit. Sunt tamen qui id eum de sententia patris fecisse affirment ; idque ex iis quæ mox sequentur fit probabile. Cum autem in cœtu suorum rem gestam exposuisset, eques ad maximam regiam properavit, armis stipatus, atque in ipso Manganio monasterio et urbis regionibus a multitudine sui studiosa, et iis qui fama rei exciti in urbe versabantur, imperator salutatus est. Quibus rebus Irene territa filium monuit ut cœptis desisteret· Sed cum is summo studio rem urC geret neque verbis matris quidquam moveretur, Bryennium hortatur ut se adjutrice regnum affectet. Ut vero ne sic quidem res procedebat, ad maritum accedit in lecto decumbentem et tenui spiritu vitam adhuc præ se ferentem, et corpori ejus incumbens clare vociferatur, lacrymis instar fontis exuberantibus, filium **11** ipso adhuc superstite res novas molientem regnum affectare. Ille vero gravioribus rebus occupatus, scilicet in vitæ exitu,et peregrinationi jamjam instanti intentus, oculis ad angelos animorum duces conversis, nihil ad ea respondit. Illa vero acrius urgente et filii facta ægerrime ferente, cum exiguo coactoque risu, manibus in cœlum sublatis, sive eo nuntio delectatus et Deo gratias agens sive delictorum veniam a Deo flagitans, vultu parum blando eam D castigavit quod imperii contentionem in discessu animi a corpore moveret. Mulier itaque haud dubie maritum iis quæ audisset delectatum esse rata, ut jam omni frustrata spe dejectaque prioribus consiliis,cum magno gemitu dixit : « O marite, et vivens omnibus dolis instructus fuisti, aliud dicere aliud

Hier. Wolfii notæ.

(8) Ἡ βασιλὶς δὲ Εἰρήνη καὶ μήτηρ Ἰωάννου. Choniates nimium sollicitus, ut apparet, ne quis error ex propriis nominibus exsistat,epitheta supervacanea adjicit. Irenen esse imperatricem et Joannis matrem satis intelleximus, neque periculum est ne nunc alia Irene intelligatur. Quare has et similes περισσολογίας omittere non dubitavi.Idem etiam feci in supervacanea propriorum nominum repetitione aut pro relativis pronominibus collocatione molesta et odiosa.

sentire solitus; et nunc a vita discedens a consuetudine ista non discedis. » Interea Joannes ad magnum palatium progressus non facilem aditum habuit, custodibus non statim annulo ostenso acquiescentibus, sed aliud quoque evidentius argumentum requirentibus, quo se patris jussu adesse comprobaret. Porta 12 vera palatii aperta, quæ ita parata erat ut cum ex altera parte in summo latis æreis laminis paululum attollebatur, cardine emota humi caderet, facilem ingressum habuit, comitantibus satellitibus et cognatis. Una irrupit etiam promiscua turba; qua obvia quæque diripere aggressa, foribus clausis, et qui extra erant, introitu prohibiti sunt, et qui irruperant, compluribus diebus inclusi cum imperatore vixerunt. Agebatur tum mensis Augusti dies quindecimus, cum imperator Alexius sub noctem vita functus est, anno imperii tricesimo septimo, mense IV cum dimidio. Postridie mane statim mater Joannem ad paternas exsequias vocat, quod corpus ejus mox in monasterium, quod ipse Christo propitio construxisset, efferendum esset. Sed eum dicto audientem non habuit, non quod matris auctoritatem aspernaretur aut patris honorem negligeret, sed quod regno nondum firmato adversarios imperii cupiditate adhuc flagrantes metuebat. Proinde ut polypodes saxis, ita ipse palatio inhærebat, maxima tamen parte cognatorum ad funus patris ornandum ablegata.

A βαλοῦσα ἑαυτὴν τῷ σώματι (9) καταδεῖται λαμπρῶς τοῦ υἱέος, ὡς κρήνη μελάνυδρος (10) τὰ δάκρυα χέουσα, ὅπως αὐτοῦ τοῖς ζῶσιν ἔτι συνταττομένου τὴν βασιλείαν οὗτος κλωπεύει, εἰς ἔργα βλέψας νεώτερα. Ὁ δὲ οὐδέν τι πρὸς τὰ λεγόμενα ἀπεκρίνατο, ἄλλοις καιριωτέροις, οἷα εἰκὸς, τὸ τῆς ζωῆς βραβεύων λειπόμενον, τῆς τε μετ' οὐ πολὺ ἐκδημίας φροντίζων καὶ τοῖς ψυχαγωγοῖς ἀγγέλοις ῥέπων τὰ δίκαια. Ἐγκειμένης δὲ λιπαρεστέρως τῆς βασιλίδος καὶ μὴ ἐνεγκεῖν ὅλως ἐχούσης τὰ παρὰ τοῦ παιδὸς γινόμενα, βραχύ τι παρεμφήνας καὶ βεβιασμένον μειδίαμα ὁ Ἀλέξιος τὰς χεῖρας ἀνέσχεν εἰς οὐρανὸν, ἴσως μὲν ἐπὶ τοῖς [P. 6] ἀφηγηθεῖσι διαχυθεὶς καὶ θύων ὑπὲρ τούτων Θεῷ χαριστήρια, εἰπεῖν δὲ καὶ κέρτομον καὶ σεσηρὸς τῇ γυναικὶ ἐνιδὼν ὡς λόγους ἀνακινούσῃ περὶ ἀρχῆς ὅτε ψυχῆς ἐφειστήκει διάστασις ἐκ τοῦ σώματος, ἣ καὶ τὸ θεῖον ἐξιλεούμενος ἐφ' οἷς που καὶ παρεσφάλη τοῦ δέοντος. Ἡ γυνὴ δ' οὖν ἐκ τοῦ ἀναμφιλέκτου χαίρειν οἰηθεῖσα τὸν ἄνδρα δι' ὅσα παρ' αὐτῆς ἠνώτιστο, ὡς ἤδη τῶν προτέρων ἐλπίδων διεψευσμένη παντάπασι καὶ διασφαλεῖσα τῶν ὑποσχέσεων, βύθιον στενάξασα εἴρηκεν· « Ὦ ἄνερ, καὶ ζῶν παντοίαις μεθοδείαις ἐκέκασο, ἀντίφθογγον τὴν γλῶτταν πλουτῶν τοῖς νοήμασι, καὶ νῦν δὲ ὡσαύτως τοῦ βίου ἀπαλλαττόμενος ἀμεταπτώτως ἔχεις οἷς καὶ πρώην προσέκεισο. » Καὶ τοῦτα μὲν ἐφέρετο τῇδε, ὁ δέ γε Ἰωάννης κατὰ τὸ μέγα ἀρχεῖον γενόμενος οὐχ εὕρισκε ῥᾳδίαν τὴν εἴσοδον, οἷα τῶν φυλάκων μὴ

B πρὸς μόνην ὑπενδιδόντων τὴν τοῦ δεκτυλίου ὑπόδειξιν, ἀλλὰ προσεπιζητούντων καὶ ἄλλο τι τεκμήριον τοῦ κατὰ κέλευσιν πατρικὴν ἐκεῖσε παραγενέσθαι. Αἱ πύλαι τοίνυν (11) τοῦ παλατίου χαλκείαις ῥάβδοις πλατείαις θάτερα τῶν ἄκρων μετεωρισθεῖσαι βραχύ τι κατὰ γῆς βάλλονται, κἀντεῦθεν αὐτὸς τε μετὰ ῥᾳστώνης εἰσεληλύθει καὶ συνεισῆει τὸ ὁπλοφόρον καὶ συγγενές· οὐ βραχεῖς δὲ καὶ τῶν ἐκ τοῦ ξύγκλυδος ὄχλου συνομαρτούντων ἔνδον εἰσήρρησαν, οἳ καὶ διαρπάζειν τὸ προστυχὸν (12) ἐπεβάλοντο. Τῶν δὲ πυλῶν αὖθις ἐπικλεισθεισῶν οἵ τ' ἐκτὸς τοῦ ἐπεισρέειν ἐπαύσαντο, καὶ τὸ εἰσεφρηκὸς ἐξιένα μὴ συγχωρούμενον ἐφ' ἡμέρας συχνας ἐκεῖσε τῷ βασιλεῖ συνδιέτριβεν. Ἦγε μὲν οὖν τότε πέμπτην καὶ δεκάτην ὁ Αὔγουστος μὴν· νυκτὸς δ' ἐπιούσης ὁ βασιλεὺς Ἀλέξιος τοῦ ζῆν ἀπενήνεκται, ἄρξας ἐνιαυτοὺς ἑπτὰ καὶ τριάκοντα, καὶ ἥμισυ μηνὸς σὺν τοῖς τέσσαρσι (13). Κατὰ δὲ τὴν ἕω αὖθις μεταυτέλλεται ἡ μήτηρ τὸν Ἰωάννην εἰς τὴν τοῦ πατρικοῦ σκήνους ἐξιέναι πομπαίαν πρόοδον, αὐτίκα μάλα ἀρθησομένου τε καὶ ἀχθησομένου εἰς ἣν ἐκεῖνος ἐδείματο Χριστῷ τῷ φιλανθρώπῳ μονήν. Οὐκ εἶχε δ' αὐτῇ καὶ πειθόμενον, ἀλλ' ἦν πρὸς τὴν μετάκλησιν ἀνανεύων, οὐ θέσμια μητρὸς παρορῶν ἢ τὴν πατρικὴν τιμὴν ἀπωθούμενος, ἀλλ' ὅτι τὸ νεοπαγὲς ὑπεβλέπετο τῆς ἀρχῆς καὶ τοὺς ἀντιζήλους ἐδεδίει θερμὸν ἔτι ἐγκυμονοῦντας τῆς βασιλείας τὸν ἔρωτα. Ὅθεν αὐτὸς μὲν ὡς οἱ πολύποδες τῶν πετρῶν ἐξείχετοτῶν ἀρχείων, τὸ δὲ πλεῖστον τῆς μεθ' ἑαυτοῦ συγγενείας διαφῆκεν εἰς τὴν πρόοδον τοῦ πατρός.

Hier. Wolfii notæ.

(9) Καὶ βαλοῦσα ἑαυτὴν τῷ σώματι. Pro ἐπικειμένῃ τῷ σώματι τοῦ ἀνδρός.

(10) Ὡς κρήνη μελάνυδρος. *Ut fons nigræ aquæ.* Aptior fuisset Choniates scribendo poemati quam historiæ, propter Homeri diligentem imitationem. Hæc epitheta et εἰκόνες quam historiam deceant nescio. Εἰκονας omittere vix ausim, nisi nimium frequentes et licentes fuerint. Epitheta vero non ubique mihi interpretanda esse duxi. Cujus rei lectorem semel admonitum etiam deinceps meminisse velim, ne quod judicio factum est, inscitiæ aut negligentiæ tribuat.

(11) Αἱ πύλαι τοίνυν. Videntur hic quædam deesse, et Zonaras in Alexii Comneni Vita scribit Barangos nonnisi jurejurando firmata fide de Alexii obitu ingressum palatii concessisse. Quæ de ratione aperiendæ portæ scribit, me non satis intelligere fateor. Illud etiam obiter notandum, ut Latini fores, sic Græcos πύλας plurali numero fere usurpare.

(12) Διαρπάζειν τὸ προστυχόν. Eam consuetudinem Romæ esse ferunt pontifice mortuo.

(13) Τοῖς τέσσαρσι. Sc. μησί.

Γ'. Ἡμερῶν δὲ συχνῶν διαγενομένων τὴν εἰς τὰ ἀρχεῖα πάροδόν τε καὶ ἔξοδον ἀνῆκε τῷ βουλομένῳ παντὶ, τῶν τε κοινῶν πραγμάτων ἐφήπτετο καθάπερ ἠρεῖτο, ὡς ἤδη ἐν τῷ ἀσφαλεῖ καθεστώς. Ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐκ γένους καὶ οἰκειώσεως αὐτῷ προσεγγίζουσι κατὰ τὸ ἀνάλογον αὐτοῖς προσφερόμενος ἁρμοδίους ἑκάστῳ ἀπένεμε τιμάς· τῷ γε μὴν Ἰσαακίῳ τῷ κασιγνήτῳ προστετηκὼς συμφυῆς καὶ ὁμόπνους ἐδείκνυτο, καὶ ὡς φιλοῦντι μὲν ὑπὲρ απαντας, μάλιστα δ' ὡς τὰ πάντα ἢ τὰ πλείω εἰσενέγκαντι πρὸς τὴν ἐπίβασιν τῆς ἀρχῆς· [P. 7] τοῦτον γὰρ καθιστα μένης ἔτι τῆς βασιλείας καθέδρας τε καὶ τραπέζης ἐξ ἴσου κοινωνὸν παρελάμβανε, καὶ μετεδίδου τῆς ἀναῤῥήσεως, οἵα ἐπιπρεπὴς τῷ τοῦ σεβαστοκράτορος (14) ἀξιώματι, ᾧ πρὸς τοῦ πατρὸς Ἀλεξίου τετίμητο Ἰσαάκιος. Καὶ φροντιστὰς δὲ τῶν δημοσίων πραγμάτων προύβάλλετο ἐκ τῶν καθ' αἷμά οἱ προσεγγιζόντων τὸν Κομνηνὸν Ἰωάννην, ὃν καὶ τῷ τοῦ παρακοιμωμένου τετίμηκεν ἀξιώματι, καὶ τὸν Ταρωνίτην Γρηγόριον ὄντα πρωτοβεστιάριον. Ἀλλ' ὁ μὲν, ὅτι μὴ τῷ δακτύλῳ τὸ πᾶν διεπέττευε, σοβαρὰν προφαίνων ὀφρὺν καὶ φρονηματώδης ὡς οὔ τις ἄλλος δεικνύμενος, τὸν φροντιστὴν τῶν κοινῶν ἀπεφορτίσατο τάχιον· ὁ δὲ Γρηγόριος τῆς προκειμένης ἐχόμενος, μηδὲ μακρὰ βιβὰς ἢ γοῦν ἐκτείνων πόδας ὑπερβαθμίους, μονιμωτέρας ἰσχύος μετείληχε. Παρεζεύχθη δ' ἐς ὕστερον τουτῳῖ καί τις Γρηγόριος ἕτερος, ᾧ Καματηρὸς ἡ ἐπίκλησις. Ὁ δ' ἀνὴρ οὗτος ἐλλόγιμος μὲν, τὸ δὲ γένος οὐκ εὐπρεπὴς οὐδ' ἐπίπαν εὐπάρυφος, τῷ βασιλεῖ δὲ προσληφθεὶς Ἀλεξίῳ καὶ τοῖς ὑπογραμματευομένοις καταλεγεῖς τὰ ἐπαρχίας ἀμφεποτᾶτο, κἀκ τοῦ τάσσειν φόρους ταύταις πλοῦτον τιθαιβώσσων βαθὺν ἡράσθη κατὰ κῆδος βασιλεῖ συναφθῆναι. Οὐκοῦν καὶ προσπλακεῖς μιᾷ τῶν ἐκείνου συγγενῶν λογοθέτης τῶν σεκρέτων προύβέβλητο. Ἴσχυε δ' ὑπὲρ πάντας παγὰ τῷδε τῷ βασιλεῖ καὶ τὰς πρώτας ἐκαρποῦτο τιμὰς ὁ Ἀξοῦχος Ἰωάννης, Ἦν δ' οὗτος Πέρσης τὸ γένος, τῆς δὲ Βιθυνῶν προκαθημένης πόλεως Νικαίας τῆς τῶν Περσῶν δυναστείας ἀπαλλαγείσης, ὅτε Βαϊμοῦνδος τῆς ἐς Παλαιστίνην πορείας εἶχετο, συνέχεται καὶ αὐτὸς καὶ τῷ βασιλεῖ Ἀλεξίῳ δῶρον παρέχεται. Ἡλιξ δ' ὢν Ἰωάννῃ τῷ βασιλεῖ συμπαίστωρ αὐτῷ προσείληπτο, καὶ τῶν οἰκιδίων καὶ προκοιτῶν (15) ὁ προσφιλέστατος κρίνεται. Ἐπεὶ δ' ἐπέβη τῆς βασιλείας, πᾶσαν ὑπερανέβη πρεσβυτέραν παραδυνάστευσιν, μέγας τιμηθεὶς δομέστικος, ὡς καὶ πολλοὺς τῶν ἐριτίμων κατὰ γενος βασίλειον ἀποβαίνειν τοῦ ἵππου καὶ τούτῳ ἀπονέμειν (16) προσκύνησιν κατὰ συγκυρίαν ὑπαντιάζοντας. Ἦσαν δὲ τῷ ἀνδρὶ τούτῳ οὐ μόνον χεῖρες δεδιδαγμέναι πρὸς πόλεμον, ἀλλὰ καὶ πρὸς εὐποιΐαν

A III. Diebus compluribus elapsis aditum et exitum palatii cuivis 13 liberum fecit, et rempublicam suo arbitratu administrare cœpit ut rebus jam in tuto collocatis. Cognatis et familiaribus pro dignitate cujusque honorem habuit, Isaacium fratrem tanto amore prosequens, ut a latere ejus nunquam discedere eodemque spiritu uti videretur, tum quod ab eo summopere diligebatur, tum quod ejus unius aut certe præcipuo studio, regnum occuparat. Cujus initio statim pari sella eademque mensa, et ea proclamatione eum dignatus est qualis sebastocratoris honorem decebat, quem a patre Alexio Isaacius acceperat. Reipublicæ curam cognatis mandabat, Joanni Comneno, quem accubitorem legit, et Gregorio Taronitæ protovestiario. Verum alter, quod intolerabile supercilium attollebat, nisi digito verteret omnia, et insigni arrogantia præditus erat cito a reipublicæ gubernaculis est amotus : Gregorius vero negotiis gerendis intentus, et intra muneris sui limites modeste se continens, potestate diuturniore usus est. Huic postea collega datus est alter Gregorius, Camaterus cognomento, vir egregius ille quidem, sed obscuro atque ignobili 14 genere ortus. Is ab Alexio in scribarum numerum allectus provincias peragrabat, et ex ordinatione tributorum magnas opes adeptus imperatoris affinitatem expetivit, ductaque cognata quadam ejus logotheta secretorum designatus est. Cæterum Joannes Axuchus, natione Persa, omnes apud hunc imperatorem auctoritate anteibat, qui principe urbe Bithyniæ Nicæa Persico dominatu liberata, cum Baimundus in Palæstinam contenderet, capitur et ipse, et Alexio dono datus, cum Joanni æqualis esset, in collusorem ejus ascitus fuit et inter domesticos et cubicularios charissimus habitus. Eo vero rerum potito omne dignitatis fastigium supergressus, magnique domestici honore ornatus, eo processit ut multi honoratissimi viri ex regia stirpe, casu obviam facti, equis descendereni eique honorem haberent. Erant autem ei viro manus non ad bellum duntaxat eruditæ, sed et ad beneficentiam expeditæ et promptæ. Unde factum ut generis obscuritatem generosa indoles et liberalitas fere obtegerent, atque Axuchum charum redderent omnibus.

B

C

Hier. Wolfii notæ.

(14) Σεβαιστοκράτορος. Hunc Augustimperatorem fortasse dicere liceret. Malui tamen retinere Græcum, ut et in aliis πρωτοβεστιάριος a thesauris fuisse videtur : nam vetustus codex Augustanæ bibliothecæ, ubi reliqui habent βασιλικὸν ταμιεῖον ἢ χρῦσῶνα, ponit βεστιάριον. Παρακοιμώμενον vel cubicularium vel accubitorem vertere possis. Si paracœmomenon dicas, nescio quomodo aures τὸ κακόφωνον aversantur.

(15) Προκοίτων. Cubicularium verti, generali vocabulo, propter κακοφωνιαν Procœli. Significat eum qui vel ante cubiculum vel ante cubile ministrat. Byzanti palatii dignitates et ministeria omnia non satis intelligi, etiam is fatetur qui τὰ ὀφφίκια τοῦ παλατίου descripsit; quem libellum una cum aliis ad Græcam historiam intelligendam utilibus nobilis et ingeniosus adolescens Raphael Saylerus aliquando, uti spero, in lucem dabit.

(16) Ἀποβαίνειν τοῦ ἵππου, καὶ τούτῳ ἀπονέμειν. Hunc honorem omnidus Turcis a Christiano quolibet necessario habendum esse scribit Bartholomæus Georgievicius.

τῶν δεομένων ὀξεῖαί τινες καὶ εὐκίνητοι. Ἀπὰρ τὸ εὐγενὲς τῆς γνώμης καὶ ἐλευθέριον τὸ μὴ ἔχον οὕτω τοῦ γένους τὰ πολλὰ συνεσκίαζε, καὶ πόθεινόν παρὰ πᾶσι τὸν Ἄξουχον ἀπειργάζετο.

Cæterum anno nondum exacto ex invidia et indignatione cognatorum **15** imperatoris insidiæ comparatæ sunt, quarum ratio ignoratur. Illud constat, eos improba conspiratione inita et fide invicem data ad Bryenium omnes defecisse, eique regnum detulisse ut et liberalibus disciplinis erudito et regia forma conspicuo et ob imperatoris affinitatem præferendo. Nam, ut supra diximus, Annam Cæsarissam, sororem imperatoris, in matrimonio habebat, omnium disciplinarum parenti philosophiæ deditam et omnibus artibus eruditam. Ac imperatorem in equestri circo Philopatio, qui parum a terrestri porta distat, armis noctu oppressissent, jam ante largitionibus portæ custode corrupto : nisi Bryenii innata socordia, et remissior animus, quam regni affectatio postulet, irritum eum conatum fecisset, tum ipso quiescente oblitoque fœderis, tum conjuratorum ardore exstincto. Quo tempore Anna Cæsarissa mariti ignaviam pertæsa, iraque percita, inique secum agi dixisse, et naturam multum accusasse fertur, idque verbis obscenioribus : quod se mulierem, Bryenium virum fecisset. Mane conjuratis deprehensis, nemo eorum mutilatus aut flagris cæsus est, sed omnes multati bonis : quæ tamen aliquando **16** post plerique receperunt, imperatore humanitatem ab ipsa conjurationis principe Anna Cæsarissa auspicato. Cujus rei hæc fuit occasio. Imperator cum omnis generis opes, auri, argenti, et variarum vestium in una domo congestas spectaret, naturæ ordinem inversum esse questus, quod cognatos hostes, alienos amicos habuisset : etiam opes ad amicos transire oportere dixit, et omnia magnum domesticum accipere jussit. Is vero summæ imperatoris munificentiæ gratiis actis, et dicendi quæ vellet potestate petita atque accepta : « Etsi tua soror (inquit), imperator, violentum et iniquissimum facinus ausa, reipsa cognationem abjuravit : tamen non ut affectum, ita etiam appellationem naturalem amisit ; cum igitur adhuc boni imperatoris soror maneat, charitatem, quam nunc dementia perdidit, naturæ adjuta suffragio, pœnitentia recuperabit. Parce igitur sorori, domine, quæ tuam majestatem violavit : eamque humanitate castigato quæ illustri qonitate sua se

Ἀλλ' οὔπω ἐνιαυτὸς ἀκριβῶς τῷ **βασιλεῖ** διεγίνετο, καὶ καττύεται τούτῳ παρὰ τῶν ἐκ **γένους** ἐπιβουλή, καθ' ὃν οὐκ ἔχει τις τρόπον εἰπεῖν, κατ' αὐτοῦ βαρυμηνιώντων καὶ ὅμμα οἱ ἐπιῤῥιπτούντων βάσκανον. Ἀμέλει τοι καὶ σύστρεμμα τεκτήναντες πονηρὸν καὶ πίστεις δόντες ἀλλήλοις τῷ Βρυενίῳ πάντες προστίθενται, καὶ παραχωροῦσι τούτῳ τῆς βασιλείας ὡς λογικῶν μετόχῳ παιδεύσεων καὶ εἴδος τυραννικὸν προφαίνοντι καὶ κατὰ κῆδος προφερεστέρῳ βασιλικόν· ὡς γὰρ φθάσαντες εἴπομεν, τῇ τοῦ βασιλέως ἀδελφῇ τῇ Καισαρίσσῃ Ἄννῃ συνέζευκτο, ἥτις δὴ τῆς τῶν ἐπιστημῶν πασῶν ἐπόχου φιλοσοφίας (17) ἐδείκνυτο μέλημα (18) καὶ πρὸς πᾶσαν ἐῤῥύθμιστο μάθησιν. Τάχα δ' ἂν καὶ νυατὸς ἐπέθεντο μεθ' [P. 8] ὅπλων τῶν φονούργων αὐλιζομένῳ τῷ βασιλεῖ κατὰ τὸ μικρὸν ἄποθεν τῶν χερσαίων πυλῶν Ἱππήλατον Φιλοπάτιον, δώροις προδιαφθείραντες ἀόροις τὸν ἐπὶ τῶν εἰσόδων τῆς πόλεως, εἰ μὴ τὸ εἰωθὸς ὑπόνωθρον καὶ χαλαρὸν πρὸς βασιλείας ἐπίθεσιν τῆς ἐγχειρήσεως ἔπαυσε τὸν Βρυέννιον, αὐτόν τε μένειν κατὰ χώραν παραδιάσαν τῶν ξυνθηκῶν λαθόμενον, καὶ κατασβέσαν τὸ θερμὸν τῶν συνελθόντων φρόνημα, ὅτε καὶ λέγεται τὴν Καισάρισσαν Ἄνναν πρὸς τὸ χαῦνον τοῦ ταύτης ἀνδρὸς δυσχεραίνουσαν ὡς πάσχουσαν δεινὰ διαπρίεσθαι καὶ τὴν φύσιν τὰ πολλὰ (19) ἐπιμέμφεσθαι, ὑπ' αἰτίαν τιθεῖσαν οὐχὶ μικρὰν ὡς αὐτῇ μὲν ἐνδιασχοῦσαν (20) τὸ ἔρθρον καὶ ἐγκοιλάνασαν, τῷ δὲ Βρυενίῳ τὸ μόριον ἀποτείνασαν καὶ σφαιρώσασαν. Φωραθέντων δ' ἡμέρας τῶν συνωμοτῶν οὐδένες μὲν αὐτῶν ἐξ τὸ σῶμα διελωβήθησαν ἢ καθυπεβλήθησαν μάστιξι, τῶν δὲ οὐσιῶν ἐστέρηνται ἁπαξάπαντες. Μετὰ δέ τινα καιρὸν καὶ αὗται τοῖς πλείοσιν αὐτῶν ἀπεδόθησαν, ἐξ αὐτῆς τῆς πρωτεργάτιδος τῆς ἐπιβουλῆς Ἄννης τῆς **Καισαρίσσης** τοῦ βασιλέως ἀρξαμένου φιλανθρωπεύεσθαι. Ἀρχὴν δ' ἔσχε τοιάνδε τὸ οὕτωσὶ γεγονός. Τὴν ἐν χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ καὶ πλουτφαντοδαπῷ καὶ ποικίλοις ἐσθήμασιν οὐσίαν τῆς Καισαρίσσης καθ' ἕνα δόμον συνειλεγμένην ὁ βακιλεὺς Ἰωάννης ἐπιστὰς ἐθεᾶτο, καὶ μὴν καὶ εἰπὼν ὡς « Ἡ τάξις ἐπ' ἐμοί πως ἀντέστραπται· τὸ μὲν γὰρ συγγενὲς πολέμιον εὕρηται, τὸ δ' ἀλλότριον φίλιον· καὶ διὰ τοῦτο χρεὼν καὶ τὰ τοῦ πλούτου πρὸς τοὺς φιλοῦντας μεταῤῥυῆναι, » πάντα εἰληφέναι τὸν μέγαν προσετετάχει

Hier, Wolfii notæ.

(17) Τῆς τῶν ἐπιστημῶν πασῶν ἐπόχου φιλοσοφίας. *Philosophiæ omnibus scientiis insidentis*, id est complectentis aut certe superantis omnes scientias, omnium artium principis et reginæ. Eruditionis hujus Annæ meminit etiam Zonaras ; et Wilbelmus Xylander, doctissimus juvenis, in Augustanæ rei publicæ Græcæ bibliotheca viginti libros de robus gestis Alexis Comneni hujus Annæ nomine exstare mihi dixit, sive illi ab ipsa sive jussu ejus scripti sunt. Nam regibus et principibus non difficile est esse disertis, qui quod per alios fecerint, per se fecisse videntur, ut jurisconsulti statuunt.

(18) Ἐδείκνυτο μέλημα. Id est ἐπεμελεῖτο, **studiosissima** erat, studium præ se ferebat. **Nisi quis** passive accipere malit, « alumna erat philosophiæ, sensu eodem recidente.

(19) Τὰ πολλὰ *plerumque* significat. **Malim hic** πολλὰ sine articulo.

(20) Αὐτῇ μὲν ἐνδιασχ. « Quod sibi membrum introvertisset et excavasset, Bryenio vero extendisset et rotundasset. » Nimium videtur hic φυσικῶς et parum ἠθικῶς philosophari nostra philosopha : alioqui et ambitioni et linguæ suæ imperasset.

δομέστικον. Ὁ δὲ, εὐχαριστήσας ἐπὶ τούτοις τῷ βασιλεῖ φιλοδωρίαν μεγίστην μεταδιώκοντι, ἠτήσεν ἐνδοθῆναί οἱ τὰ εἰκότα διαλεχθῆναι. Ὡς οὖν ἔλαβε τὸ ἐνδόσιμον, « Εἰ καὶ βιαίων, ἔφη, πραγμάτων καὶ πολλῆς ἀδικίας γεμόντων ἤρξεν, ὦ βασιλεῦ, ἡ σὴ ἀδελφὴ καὶ ἔργοις αὐτοῖς τὸ συγγενὲς ἀπωμόσατο, ἀλλ' οὐχὶ καὶ τὴν ἐκ τῆς φύσεως κλῆσιν καθάπερ καὶ τὴν σχέσιν ἀπεβάλετο. Ἀγαθοῦ τοίνυν βασιλέως εἰσέτι κασίγνητος μένουσα ἐκ μετανοίας τὸ φίλτρον αὖθις ἀναλέσεται, ὅ νῦν ἐκ παρανοίας ἀπώλεσε, τῇ φύσει χρησαμένη συλλήπτορι. Φεῖσαι οὖν, ὦ δέσποτα, τῆς τῷ σῷ κράτει προσκεκρουκυίας ὁμογενοῦς καὶ κόλασον τῷ φιλανθρώπῳ λαμπρῶς ἤδη τῆς σῆς ἀρετῆς ἡττᾶσθαι ὁμολογοῦσαν· δὸς δὲ αὐτῇ καὶ τὰ κατ' ὄψιν προκείμενα, οὐχ ὡς ὄφλημα δίκαιον, ἀλλ' ὡς δόμα ἑκούσιον, ἐπεὶ καὶ δικαιότερον ταῦτα ἐμοῦ κτήσαιτο, κλῆρον ὄντα πατρῷον κἀπὶ τὸ γένος αὖθις διαβησόμενα. » Τούτοις ὁ βασιλεὺς πεισθείς, ἢ ἀληθέστερον εἰπεῖν αἰδεσθείς, σὺν προθυμίᾳ περατοῖ τὴν παραίφασιν, φάμενος ὡς « Εἶην ἀνάξιος τοῦ ἄρχειν, εἰ σὺ περὶ τὸ γένος τοὐμὸν κριθείης φιλανθρωπότερος καὶ κέρδους περιττοῦ καὶ προχείρου ἀνώτερος. » Ἀμέλει τοι καὶ δίδωσι πάντα τῇ Καισαρίσσῃ καὶ σπένδεται. Εἰρήνη δὲ ἡ μήτηρ καὶ βασιλὶς κατ' οὐδένα τρόπον ἐλήλεγκται τῆς ἐπιβουλῆς μετέχουσα κατὰ τοῦ υἱοῦ· μᾶλλον μὲν οὖν ἐσέπειτα καὶ σοφόν τι λόγιον γνωματεῦσαι λέγεται, μαθοῦσα [P. 9] τὰ μελετώμενα, ὡς δεῖ βασιλέα μὲν οὐχ ὑπόντα ζητεῖν, παρόντα δὲ μὴ μετακινεῖν, καὶ ὡς « Οἵας μοι τὰς ὀδύνας οἱ σφαγεῖ, ἐχάλκευον τοῦ υἱοῦ, δριμυτέρας δήπουθεν ὧν ἐν τῷ τίκτειν ὠδίνων πεπείραμαι, ὅτι καὶ πρὸς φῶς αἱ μὲν κατήπειγον τὸ κυοφορούμενον, αἱ δ' ἐξ ᾅδου κευθμώνων διὰ μέσων μου τῶν σπλάγχνων χωροῦσαι λυπεῖν ἀθάνατα ἤμελλον. »

Δ'. Ὁ δὲ βασιλεὺς τοὺς Πέρσας ὁρῶν παρ' οὐδὲν θεμένους τὰς πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα ξυνθήκας, καὶ παμπληθεῖ τῶν πόλεων καταθέοντας ὁπόσαι περὶ Φρυγίαν καὶ ποταμὸν τὸν Μαίανδρον ἵδρυνται, ἔαρος ἐπιστάντος ἔξεισι κατ' αὐτῶν, καὶ συμβαλὼν μάχαις πολλάκις ἐκράτησε, τήν τε Λαοδίκειαν χειρωσάμενος τείχεσι περιέβαλε, καὶ τὸν Ἀλπιχαρὰν μετανάστην ἔθετο, ὃς τήν ταύτης φρουρὰν ἐπεπίστευτο. Καὶ τὰ λοιπὰ πρὸς τὸ δέον καταστησάμενος νόστου ἐμνήσατο, καὶ μικρόν τι τῷ Βυζαντίῳ ἐνδιατρίψας σκηνίτης γίνεται πάλιν, τῶν ἀρχείων ἀπαναστάς. Ἦν γὰρ τὰς τῶν βαρβάρων ἐπιδρομὰς φυλαττόμενος, καὶ ὡς ἔχον λυμαίνεσθαι τὸ ἀνέτοιμον ὑφορώμενος. Ὅθεν χρονίζειν ᾑρεῖτο μᾶλλον τῇ θυραυλίᾳ, δύο τὰ κάλλιστα κατορθοῦν ἐντεῦθεν οἰόμενος, τήν τε φυλακὴν τῶν οἰκείων χωρῶν, ἣν ὡς τὰ πολλὰ βραδεύει τὸ ὕπαιθρον, καὶ τὴν ἐς τὰ πολέμια ἔργα τριβήν τε καὶ ἄσκησιν τῶν ταγμάτων ἀφισταμένων τοῦ οἰκουρεῖν, καὶ ὡς βαφῇ σίδηρος (21), τοῖς ἐκ τῆς καυστηρᾶς δρόσου ἱδρῶσι παγιουμένοις. Χειρωσόμενος τοίνυν ἀπῄει τὴν κατὰ Παμφυλίαν Σωζόπολιν. Ὡς δὲ δυσάλωτος ἐδόκει τις εἶναι διά τε τὸ ἐγκαθήμενον ἔνδον ὁπλιτικὸ, καὶ τὸ δυσέμβολον τῆς θέσεως καὶ περίκρημνον, τοιόνδε τι μηχάνημα κατὰ θεῖον σκοπὸν μέτεισι. Δύναμιν ἱππικὴν Πακτιαρίῳ τινὶ παραδοὺς ἐντέλλεται οἱ συνεχῶς τῇ Σωζοπόλει ἐνιπ-

victam fatetur ; dato ei etiam quæ in medio posita sunt, non ut justum debitum, sed ut donum voluntarium, quæ quidem, ut patrimonium suum, et in familiam reditura justius quam ego possidebit. » Hac oratione imperator, ac 17 potius verecundia, impulsus, alacriter Axuchi monitis obtemperat : se regno indignum fore professus, si ille cum tanti tamque parati emolumenti contemptu erga familiam suam humanior judicaretur. Ac reconciliata gratia, Cæsarissæ omnia restituit. Irene vero mater imperatoris, nullo modo conscientiæ insidiarum convicta, sed potius memorabilem sententiam elocuta esse fertur, nec imperatorem qui absit quærendum. nec qui adsit pellendum esse. Atque illud etiam dixisse : « Heu ! quantos cruciatus filii percussores mihi sunt moliti, acerbiores utique iis doloribus quos in pariendo toleravi. Nam ii fetum ad lucem urgebant : isti vero ex infernorum barathro per media viscera mea penetrantes immortalem mihi luctum attulissent.

IV. Post hæc imperator cum Persas, fœdus cum patre suo initum nihili facientes, urbes Phrygiæ, ad Mæandrum fluvium sitas magnis copiis incursare cerneret, primo vere egreditur ; multisque prœliis victor Laodiceam capit et mœnibus cingit, ejecto Alpichara, qui urbi cum præsidio præerat ; cæterisque rebus ordinatis domum 18 rediit. Nec diu Byzantii commoratus, denuo relicta regia in tabernacula se confert ad barbarorum incursiones præcavendas. Nam quia facile detrimenta capi ab imparatis videbat, expeditionibus immorari maluit, unde duos fructus pulcherrimos caperet, alterum suarum provinciarum incolumitatem, quæ militibus in aciem eductis potissimum defenditur, alterum exercitationem legionum et moram in re bellica, qua relicta umbra, prœliis ut tinctura ferrum roborareutur. Abiit igitur ad Sozopolim, Pamphyliæ urbem, subigendam ; quæ cum et ob militum præsidium et ob loci naturam, præruptis et inaccis saxis saxis muniti, expugnato difficilis putaretur, divinitus hujusmodi consilium capit. Pactiario cuidam copiis equestribus traditis, mandat ut subinde ad Sozopolis mœnia adequitet et sagittas in ea conjiciat. Quod si hostes egrediantur, terga det nec eis pugnæ copiam faciat, sed silvosas semitas et impeditas, quæ parum ab

Hier. Wolfii notæ.

(21) Βαφὴν σιδήρου. Utrum intelligat, cum ferrum candens aqua exstinguitur, an injunctionem aliquam aut colorem, non satis scio.

magis omnes quam alios aquæ aspersione. Neque vero hæc duntaxat senatui, magistratibus et exercitibus narrat, sed illud etiam adjungit, quemadmodum Siciliæ tyrannus instar marinæ belluæ oram maritimam infestet, ut ad Romana oppida appellat et obvia quæque vastet, prohibente nemine. Deinde turres et propugnacula urbis omnemque mœnium ambitum instaurat; exercitui loricas dat, ferratis hastis milites armat, equis velocibus eorum animos excitat, et pecuniæ distributione confirmat, quam ex antiquis quidam rerum nervos rectissime appellavit. Ita legionibus, Deo et matre **83** Virgine custode urbis adjuvante, ad vim hostilem propulsandam instructis, alias ad præsidium urbis retinet atque in mœnibus disponit, alias exercitum Alemannorum haud longo intervallo subsequi jubet, et eos coercere qui extra aciem ad prædam et rapinas evagentur; idque facere pacate, non hostiliter. Ac in remotiori itinere nihil memorabile inter utrumque exercitum accidit. Ut autem Alemanni ad Philippopolim castra metati sunt, ne ibi quidem dissidium incidit. Nam ejus provinciæ pontifex, Italicus Michael, vir eloquens et omni doctrinæ genere perpolitus, in congressibus ita suavis ut ab ejus ore omnes penderent, elatum regem verborum illecebris et linguæ dulcedine, aliud dicendo, aliud sentiendo, ac Protei instar pro Romanorum utilitate se transformando, ita devinxit ut eum dicto audientem haberet, ad epulas invitaret et propinaret. Qui quidem in ejus gratiam crudelissime tractabat eos qui pecunia non numerata commeatum alicunde in castra advehebant.

Ε'. Ἐν δὲ τῷ μεθίστασθαι ἐκεῖθεν καὶ προβῆναι τὸν ῥῆγα τοῖς ἔμπροσθεν, ἐκ τῶν κατ' οὐρὰν Ἀλαμανῶν καὶ Ῥωμαίων δίκη μὲν τὰ πρῶτα παῤῥησιάζεται ὡς δῆθεν κακῶς πασχόντων τινῶν· εἶτα ἐξωθεῖ ταύτην ἡ φιλοτάραχος τῶν πολλῶν ἔνστασις, καὶ τραχύνεται ταῖς βοαῖς. Ταύταις ἐφομαρτεῖ (58) τὸ παῤῥησιαστικὸν καὶ φιλόνεικον. Ὁπλίζει τοῦτο τὰς χεῖρας εἰς πόλεμον. Ἡ Ἐνυὼ ἐφέπεται, καὶ τῆς Φυλόπιδος ξυλλαβομένης ἡ μάχη λαμπρῶς ἐκορθύετο. Φιλαυξὴς δὲ οὖσα αὕτη καὶ ἀεὶ τῶν ἄνω

V. Cum autem rex inde progrederetur, inter extremum agmen Alemannorum et Romanorum **84** disceptatio orta est, quod aliqui male tractarentur. Mox vulgi importunitate clamor et rixa sequitur, donec ad manus et ad arma ventum est. Unde haud dubie atrox pugna exstitisset, nisi idem pontifex regem jam mutatum et bellum spirantem ac instar feræ truculentæ concitatum mature placasset ac præter exspectationem cohibuisset. Cum autem exercitus ad Adrianopolim conve-

Hier. Wolfii notæ.

(58) Ταύταις ἐφομαρτεῖ. Hic verba scrupulose persequi non necesse habui.

οἰκτειρόντων αὐτοὺς ὡς ἐπήλυδας, μήτε τι κατατιθεμένων ὡς ὁμοπίστοις οἴκουεν, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ προσαφαρπαζόντων ἐκ τοῦ σφῶν φάρυγγος ὅσα πρὸς σύστασιν σώματος. Οἱ δὲ χείριστοι τῶν οἰκητόρων, καὶ ὅσοις τὸ ἀπάνθρωπον περιεσπούδαστο, οὐδὲ τὸ βραχύτατον γοῦν διεχάλων, ἀλλὰ τὸ χρυσίον ἀνερειψάμενοι ἢ τὸ ἀργύριον ἀνιμησάμενοι [P. 45] καὶ τῷ κόλπῳ ἐνθέμενοι ἀφανεῖς ἦσαν, οὐκέτι ἐν τοῖς μεσοπυργίοις ἐποπτανόμενοι. Εἰσὶ δ' οἳ καὶ τοῖς ἀλφίτοις ἐμφύροντες τίτανον ἐποίουν τὰ σῖτα ὀλέθρια. Τοῦτο δὲ εἰ μὲν ἀληθῶς ὁ βασιλεὺς ἐπέταττεν, ὡς ἐλέγετο, ἀκριβῶς οὐκ ἴσημι· παρηνομεῖτο δ' οὖν ὅμως καὶ ἀνοσίως ἐπράττετο. Ὁ δὲ τοῦ βασιλέως βούλευμα (63) ἦν οὐκ ἀμφίλογον οὐδὲ ψεύδους παραπετάσματι σκιαζόμενον, ἀργύριον ἀδόκιμον εἰς νόμισμα κέκοφε, καὶ τοῦτο προβάλλεται τοῖς ἐκ τοῦ τῶν Ἰταλῶν στρατεύματος ἀποδόσθαι τι θέλουσι. Καὶ συντόμως εἰπεῖν οὐδὲν ἀπῆν τῶν δεινῶν ὃ οὐκ ἦν ἐπιτεχνώμενος αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς καὶ τοῖς ἄλλοις δρᾷν διακελευόμενος, ὡς ἂν εἴη ταῦτα καὶ τοῖς ἐξ αὐτῶν ὀψιγόνοις μνημεῖα δήπουθεν ἀνεξάλειπτα καὶ δίους σπέρματα, τὴν κατὰ Ῥωμαίων ἐκτρέποντα κίνησιν.

VI. Idem et Turci imitati sunt, Manuelis litteris ad bellum Alemannis faciendum concitati. Itaque circa Bathym, Pamplano quodam duce, prælio victores multos occiderunt. Sed cum eam quoque partem aggressi essent quæ Phrygiam præteribat, opinione sua decepti interitum longe remotum ultro sibi accersiverunt, in foveam illapsi quam suis manibus effoderant. Neque enim omni injuria abstinentes **90** lacessendi erant, nec ad iram, ad cædes concitandi. Verum illi densata phalange in ripis Mæandri fluminis stantes Latinorum exercitum transitu prohibebant; qui cum omnibus temporibus ob vortices et varios anfractus non ubique facile superetur, tum plane transiri non poterat. Ibi Occidentales copiæ ipsa re declararunt patientia sua factum esse quo minus Romanorum phalanges prædæ essent eorumque urbes exscinderentur et cives pecudum instar mactarentur. Nam cum rege ad fluminis ripas accedente neque naves præsto essent neque pons, et Turci equites et pedites permisti in ulteriore ripa se ad pugnam paratos esse ostenderent, et sagittis frontem exercitus fluvium prætereuntis attingerent, tunc quidem paulum acie a fluvio subducta extra teli jactum castra posuit, atque omnes ubi cœnarint, in equis armatos esse et currus curare jussit, ut diluculo cum Turcis dimicaturos. Surgit igitur ante ortum solis, in tenebris adhuc et ipse ad pugnam exornatus et exercitus omnis armatus. Idem et Barbari fecerunt, instructaque acie, et sagittariis **91** in ripa dispositis, et equitatu ut visum erat ordinato, cum Itali in ripa progrediebantur, pugnam ciebant eminus. Rex vero aciem obiens milites hoc modo cohortatus est: « Expeditionem hanc a nobis propter Christum, et divinæ, non humanæ gloriæ parandæ causa, susceptam esse scitis utique, commilitones. Hac enim de causa, spreta domi jucunda vita, ultro a propinquis nostris sejuncti per alienas regiones ærumnas toleramus, periculis exponimur, fame tabescimus, frigore horremus, æstu solvimur; cubile terram, tectum cœlum habemus; quamvis nobiles, illustres, in-

ζ'. Παρόμοια δὲ καὶ τοῖς Τούρκοις ἐπῆλθε ποιεῖν κατὰ τῶν Ἀλαμανῶν, τοῦ Μανουὴλ αὐτοὺς ἐπαλείφοντος γράμμασι καὶ διανιστῶντος εἰς πόλεμον. Καὶ τοίνυν περὶ τὸν Βαθὺν ὑπερτερήσαντες, Παμπλάνου τινὸς ἡγουμένου τοῦ σφῶν στρατεύματος, πολλοὺς διέφθειραν. Ἐπεὶ δὲ καὶ τῇ μοίρᾳ ἐπέθεντο ἥτις τὴν Φρυγίαν παρώδευεν, εἰς κενὸν αὐτοῖς τὸ βούλευμα ἔσχασε, καὶ τὸν ὀλεθρον ἑκουσίως κατὰ τῶν κεφαλῶν αὐτῶν καὶ πόρρωθεν ὄντα μετάπεμπτον ἀτεχνῶς ἐποιήσαντο, καὶ εἰς βέθυνον κατώλισθον ὃν ταῖς οἰκείαις χερσὶν ἐβάθυναν. Τῷ τοι καὶ δίον μηδὲν παρενοχλοῦντας οὐχὶ λυπεῖν, μηδ' ἀναγκάζειν τὸ τοῦ θυμοῦ θηρίον ἀφυπνίζειν τὸ τέως κοιμώμενον, ἢ πρὸς ἀνδροκτασίας διαῤῥένοῦν, οἱ δὲ εἰς φάλαγγας πυκνωθέντες καὶ ταῖς ὄχθαις ἐφεστῶτες τοῦ ποταμοῦ (Μαίανδρος οὗτος ἦν) οὐκ εἴων ὅλως τὰ Λατινικὰ στρατεύματα διελθεῖν. Ἔστι δ' οὗτος καὶ τὸν μὲν ἅπαντα χρόνον οὐ ῥᾴδιος ἀπανταχοῦ τὴν περαίωσιν, τότε δὲ καὶ τέλεον ἦν ἄπορος, εἰς δίνας ἑλιττόμενος καὶ μεταχωρῶν εἰς στροφάλιγγας, ὅτε κἀκ τῶν πραγμάτων αὐτῶν αἱ δυσμικαὶ δυνάμεις ὑπέδειξαν ὡς αὐτῶν ἀνεχομένων αἱ φάλαγγες Ῥωμαίων εἰς προνομὴν οὐκ ἐξέκειντο καὶ αἱ τούτων πόλεις ἀδῄωτοι παριππεύοντο, οὐδὲ βοσκημάτων δίκην οἱ τούτων οἰκήτορες ἀναιρούμενοι ἐσφακέλιζον. Ὡς γὰρ τῇ ὄχθῃ τοῦ ποταμοῦ προσάγοντος τοῦ ῥηγὸς οὔτε νῆες παρῆσαν ποταμίαι οὔτε γέφυρα πρὸς διάβασιν ἔζευκτο, καὶ οἱ Τοῦρκοι ἀναμὶξ πεζοὶ καὶ ἱππεῖς ἐς τὸ ἀντιπέραν φαινόμενοι δῆλοι ἦσαν ἀκροβολίζοντες, καὶ τὰ τοξεύματα διικνεῖτο τῶν παριόντων τὸν ποταμὸν καὶ ἐνέπιπτον εἰς τὸ τῆς φάλαγγος μέτωπον, τότε μὲν ὀλίγον ἐπαναγαγὼν ἀπὸ τῆς ὄχθης τοῦ ποταμοῦ στρατοπεδεύεται, ὅσον μὴ εἶναι βέλους ἐντός, καὶ ἐπιτάττει πάντας δειπνοποιήσαντας ἱπποκορυστὰς γενέσθαι καὶ τῶν ἁρμάτων (64) αὐτῶν ἐπιμεληθῆναι ὡς ἐς νέωτα (65) τοῖς Τούρκοις πολεμίζοντας πρωϊαίτερον. Σκοταῖος τοίνυν διαναστὰς, καὶ τοῦ ἡλίου μήπω τὸ ἅρμα ζεύξαντος, αὐτός τε ὡς πρὸς πόλεμον ἔσταλτο καὶ ἡ λοιπὴ τὰ ὅπλα ἐνεδίδυτο στρατιά. Καὶ οἱ βάρβαροι ὁμοίως [P. 46] διαπραττόμενοι καὶ αὐτοὶ παρετάττοντο, τούς τε τοξότας τῇ

Hier. Wolfii notæ.

(63) Βουλεύματα. Alter addit καὶ συντάγματα.

(64) Ἅρματα. An hic pro curribus ponat an vero pro armis more barbarico, incertum mihi est.

(65) Ὡς εἰς νέωτα. Videtur hic posuisse pro εἰς τὴν ἐπιοῦσαν. Alter codex habet tantum πρωΐ.

ὄχθῃ παρέτεινον, καὶ τὸ ἱππικὸν ὡς αὐτοῖς ἐδόκει παρεσκευάζετο, καὶ τοῦ ἀκροβολισμοῦ εἴχοντο, εἴ ποτε προὐχώρουν οἱ Ἰταλοὶ κατὰ τὸν ποταμόν· ὅτε καὶ τὰς τάξεις ἐπιπαρίων ὁ ῥὴξ καὶ παρακλήσεις τοῖς σφετέροις ποιούμενος τοιάδε ἔφασκεν· « Ὅτι μέν, ὦ συστρατιῶται, ἡ ἡμετέρα αὕτη κίνησις διὰ Χριστὸν, καὶ ὡς εἰλόμεθα τὴν προκειμένην μὴ τὴν ἐξ ἀνθρώπων ἀλλ' ἐκ Θεοῦ δόξαν θηρώμενοι, ἴσησι δήπουθεν καὶ ὑμῶν ἅπας σαφῶς· πῶς γὰρ οὔ; οἳ τούτου ἕνεκα τοῖς μὲν ἐπ' οἴκου ἐνευπαθεῖν ἀπειπάμεθα, καὶ τῶν οἰκείων ἐκόντες ἀπεξενώμεθα, καὶ διὰ τῆς οὐχ ἡμεδαπῆς παροδεύοντες θλίψεσι προσομιλοῦμεν, κινδύνοις παραβαλλόμεθα, λιμῷ τηκόμεθα, κρύει πηγνύμεθα, θαλπωρῇ ἐκλυόμεθα, κλιντῆρα ἔχοντες τὴν γῆν, στέγην τὸν οὐρανὸν, οἱ εὐγενεῖς, οἱ εὐπάρυφοι, οἱ ἐπὶ δόξης καὶ πλούτου, καὶ πολλῶν ἐθνῶν κυριεύοντες. Τὰς δὲ πολεμικὰς σκευὰς ἐς ἀεὶ περικείμεθα ὥσπερ ἀκούσια δεσμὰ, καὶ κάμνομεν αὐτὰς ἀνέχοντες ὡς ὁ τῶν ὀπαδῶν Χριστοῦ μέγιστος Πέτρος πάλαι ἀλύσεσι διτταῖς κακουχούμενος καὶ τέσσαρσι στρατιωτῶν τετραδίοις φρουρούμενος. Ὅτι δὲ καὶ οἱ ὡς ἐν μεταιχμίῳ τῷ πορθμῷ τούτῳ ἀποδιιστάμενοι ἡμῶν βάρβαροι ἐχθροί εἰσι τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ, οἷς πάλαι νόμῳ πολέμου συμβαλεῖν ἐγλιχόμεθα καὶ ὧν τοῖς αἵμασι δαυϊδικῶς ἐπηγγελλόμεθα νίψασθαι, οὐδὲ τοῦτο φιλοχρίνειν θελήσει τις, εἰ μὴ προδήλως παρακοπεὶς τὸ φρονεῖν ὁρῶν ἄντικρυς οὐχ ὁρᾷ καὶ ἀκούων οὐδαμῶς ἐνωτίζεται. Εἴπερ οὖν τῆς αὐθὶ τῶν ἀθανάτων μονῶν πορείας μέλον ὑμῖν (οὐδὲ γὰρ ἀδικος ὁ Θεὸς, ὡς μὴ τὸ τῆς ὁδοῦ ταύτης ὁρᾷν αἰτιώμενον, μηδ' ἀκηράτων μεταδιδόναι λειμώνων καὶ σκιερῶν ἐν τῇ Ἐδὲμ καταπαύσεων, οἳ τὰ οἴκοι καταλιπόντες ἀνθειλόμεθα τοῦ ζῆν τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ θανεῖν), καὶ εἰ μνήμη δέ τις ὑμᾶς ὑπεισέρχεται ἃ καθ' ὥραν οἱ ἀπερίτμητοι οὗτοι τὴν καρδίαν εἰς τοὺς ἐκ τοῦ γένους παροινοῦσιν ἡμῶν, καὶ οὓς αὐτοῖς ἐπιτρίβουσι κονδύλους ταῖς φρεσὶν ἀναφέρετε, καὶ τοῦ ἐκκεχυμένου ἀνευθύνως αἵματος μαλάσσει τις ἔλεος, στῆτε γενναίως ἄρτι καὶ ἐῤῥωμένως διαγωνίσασθε. Μηδέ τι δέος ἐκπλῆσσον ἐκκρουέτω τοῦ καθηκόντος ἀμύνασθαι, ἀλλὰ γνώτωσαν ἀληθῶς οἱ ἀλλόφυλοι ὡς ὅπου Χριστὸς ὁ καθηγητὴς ἡμῶν καὶ διδάσκαλος ὑπέρκειται προφήτου λαοπλάνου καὶ μυοῦντος σφᾶς τὰ ἀπόβλητα, τοσοῦτον καὶ ἡμεῖς αὐτῶν κατὰ πάνθ' ὑπερφέρομεν. Ἐπεὶ οὖν παρεμβολὴ ἁγία ἡμεῖς καὶ στρατὸς θεόλεκτος, μὴ φιλοψυχήσωμεν ἀγεννῶς πρὸς φιλόχριστον καὶ ἀείμνηστον τελευτήν. Εἰ Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανε, πόσῳ ἡμεῖς τεθνάναι δι' αὐτὸν ἐσμεν δικαιότεροι; ἀγαθῆς ταυτησὶ πορείας ἀγαθὸν ἔστω καὶ τέλος ἐφομαρτοῦν. Μαχεσώμεθα μετὰ τῆς ἐν Χριστῷ πεποιθήσεως καὶ τοῦ εὖ εἰδέναι ὡς τοὺς ἐχθροὺς τροπωσόμεθα, ὅτι μηδὲ δυσχερὴς [P. 67] ἡ νίκη γένοιτο οἷα μηδένων ὑποστησομένων τὴν προσβολὴν, ὡς πεποίθαμεν, ἀλλὰ πάντων ἐνδωσόντων καὶ πρὸς τὴν πρώτην ὁρμήν. Εἰ δ', ὅπερ ἀπείη, πεσούμεθα, καλὸν ἐντάφιον τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ τελευτᾶν. Βαλέτω με τοξότης Πέρσης ὑπὲρ Χριστοῦ· ἀφυπνωτέον μετ' ἐλπίδων χρηA cliti, divites, multis gentibus imperantes, thoraces semper tanquam vincula necessaria gestamus, iisque latigamur, quemadmodum maximus Christi servus Petrus duabus catenis oppressus et quatuor militum quaternionibus custoditus. Barbaros autem, qui flumine a nobis dividuntur, crucis Christi esse hostes, quos bello aggredi olim cupivimus, in quorum sanguine, ut David loquitur, nos loturos esse promisimus, quis est qui nesciat, nisi plane vecors nec apertis oculis videre nec patentibus auribus **92** audire velit? Quodsi recta in cœlum ascendere studemus (neque enim injustus est Deus, ut hujus viæ causam ignoret, aut immortalia prata et umbrosa Edemi domicilia non retribuat nobis, qui relictis ædibus pro ipso mortem oppetere quam vivere maluimus), si memoria repetitis quæ quibusque temporibus isti corde incircumcisi in populares nostros admittant, et quas eis alapas impingant recordamini, et sanguinis innocenter effusi aliqua misericordia tangimini, state jam fortiter, et strenue pugnate, neque ullus vos terror moveat quominus alacriter resistatis. Cognoscant Barbari, quantum Christus magister noster et præceptor seductorem prophetam et impiæ religionis antistitem superat, tanto et nos rebus omnibus superiores esse. Cum igitur castra sancta simus et divinitus collectus exercitus, ne turpiter vitam amemus, nec obitum memorabilem pro Christi charitate reformidemus. Si enim Christus pro nobis mortuus est, quanto justius nos pro illo oppetemus? honestæ huic expeditioni etiam finis honestus imponatur: Christo freti pugnemus, cum certa spe victoriæ **93** non difficilis. Neque enim quisque, ut confidimus, impetum nostrum tolerabit, sed omnes primæ aggressioni cedent. Sin (quod absit) occubuerimus, honesta sepultura erit, ubicunque pro Christo occubuerimus. Me sagittarius Persa pro Christo feriat: cum spe bona moriar, eaque sagitta tanquam vehiculo ad requiem illam perveniam: quod mihi potius erit quam si morte ingloria in peccatis opprimerer. Jam tandem ulciscamur eos quorum impuris conculcati pedibus et consanguinei nostri et Christiani fratres in communem illum sacrum locum abierunt, in quo defunctorum contubernalis factus est Christus, Patri æqualis et assessor. Nos sumus potentes illi, nos omnes gladios strinximus, qui vitale divinumque sepulcrum tanquam Salomonis cubile circumsistimus. Agarenos igitur ancillæ filios nos liberi tollamus e medio, et tanquam lapides offensionis e via Christi removeamus: quos haud scio cur Romani tanquam lupos in suam cædem alunt et per dedecus suo crudore saginant, cum excitatis animis, et cogitatione cordato viro digna suscepta, tanquam feræ a gregibus, sic illi ab ipsorum provinciis atque urbibus pellendi essent. **94** Jam quia fluvius hic, ut cernitur, nonnisi nova ratione transiri potest, ego ipse hujus exempli monstrator ero, meumque consilium primus exsequar. Acie con-

trajicit, id quoque 98 promontorium citra sanguinem, quemadmodum paulo ante Corcyram, occupaturus. Sed cum in viros cordatos et libertatis dulcedinem expertos incidisset, ita repulsus est ac si in petram immobilem impegisset, infectaque re, remis dissimulandæ fugæ causa ad puppim conversis, discessit. Vitatoque Maleensi trajectu, ventorum contrariis procellis infesto, de quo proverbium usurpatur, Ad Malæam cum accesseris, eorum quæ domi habes obliviscere, fretum interius ingreditur. Et latus ejus utrumque pervagatus, non aperta loca duntaxat populatus est, sed opportuna etiam et munita partim in deditionem accepit, partim vi subegit ; atque Acarnania, Ætolia, quæ nunc Artinia dicitur, totaque ora maritima vastata, Corinthiacum sinus intrat. Et in Crissæum portum invectus, in Mediterranea impressionem facere ausus est, cum neminem adversarium parem haberet. Præterea classis præfectus gravi et levi armatura in aciem e navibus educta, cetorum instar qui pabulum utrinque petunt, in Bœotiam irrupit, et interjectis oppidis obiter direptis Thebas cepit, et cives inhumaniter tractavit, qui cum ex antiquo rumore divites haberentur, 99 homo insatiabilis, qui nullum cupiditati statuerat modum, nisi eum ut naves omnes aut saltem plurimas pecuniæ pondere ad tertium usque cingulum demergeret, et opifices exhausit, et sordidi oboli curiosus indagator, potentes, illustri genere natos, ætate venerabiles et dignitate præstantes viros, variis afflixit modis, nullius verecundia aut misericordia motus, homo prorsus inexorabilis, non vindictam inevitabilem, non Cadmeam victoriam timens. Denique sacris libris propositis, singulos cinctis lumbis ingressos, inspectisque libris, cum jurejurando suam rem familiarem declarare eaque abjurata discedere coegit. Sic omni auro, omni argento, omni pretiosa veste navibus imposita, ne corporibus quidem eorum pepercit quos spoliarat ; sed primoribus delectu ex optimatibus habito comprehensis, et matronis pulcherrimis ac dissimilis et texendi peritissimis selectis, inde discessit. Ita rebus prospere succedentibus, neque terra neque mari ullo resistente, Corinthum tendit, urbem divitem, in 100 Isthmo sitam, duobusque commodissimis ad exportationem et importationem ac commutationem mercium portubus nobilem ; in quorum alterum ex Asia, alterum ex Italia appellitur. Cum autem mercatum, quæ inferior urbs est, vacuum reperisset, Acrocorinthum etiam (omnes enim esculenta omnia, omnes opes sive sacras sive profanas eo contulerant) tentandum censuit, et si fieri posset, expugnandum. Fuit autem Acrocorinthus veteris urbis arx, nunc vero castellum munitum est, monti alto impositum in acutum cacumen fastigiato, ipsum vero fastigium planitiem habet mensæ forma, firmis mœnibus circumdatum ; intus non pauci sunt aquæ pellucidæ et potabilis puteoli, et fons Pirene, cujus etiam Ho-

A ἀλώπεκος ἐπὶ ῥητοῖς ὁμολογίαις εἶσω δέχονται Σικελιῶτιν φρουρὰν, εἰς χιλίους ἀριθμουμένην φρακτούς. Καὶ οἱ μὲν κανὸν φορολογίας ἀποδιδράσκοντες ἔλαθον ὑπὸ χαυνότητος νοῦ τῷ τῆς δουλείας ἐμπεσόντες πυρὶ καὶ Ῥωμαίοις ἐνσενεγκόντες πόλεμον οἱ χαλίφρονες χρόνιον ὁμοῦ καὶ βαρύτατον· ὁ δὲ τὸ φρούριον κρατυνάμενος, καὶ ὡς εἶχεν αὐτὸ ποιήσας δυσαλωτότερον καὶ οἷον ἀπροσμαχώτερον, ἐκεῖθεν ἀναχθεὶς τῇ Μονεμβασίᾳ προσίσχει, ἐλπίσι θαλπόμενος ὡς λήψεται καὶ ταυτηνὶ τὴν ἄκραν ἀναιμωτὶ ὥσπερ πρὸ τρίτης τὴν Κέρκυραν. Ἀλλ' ἀνδράσιν ἐντυχὼν νῷ διοικουμένοις καὶ τὴν τῆς ἐλευθερίας οὐκ ἠγνοηκόσι Παφίαν, ἀπεκρούσθη ὡς εἰ καὶ προβόλῳ προσέβαλεν ἀτινάκτῳ, καὶ πρύμναν κρουσάμενος ἐκεῖθεν ἀνάγεται [P. 50] ἄπρακτος.

B Ὑπέρβας δὲ τὸν ἐπὶ Μαλέαν πλοῦν, ἀντιπνοίας γέμοντα πάσης, περὶ οὗ καὶ ταῦτα παροιμιάζεται, « Μαλέαν δ' ἐπικάμψας ἐπιλάθου τῶν οἴκαδε, » τὸν ἐσέχοντα πορθμὸν ἀνάγεται, καὶ τὰ τούτου ἑκατέρωθεν ἐπιὼν οὐ τὰ εὐχείρωτα μόνον κατέδραμε λείαν τιθέμενος, ἀλλὰ καὶ τὰ ἄλλως ἐπικαιρότατα καὶ δυσάλωτα, τὰ μὲν ὁμολογίᾳ χειρούμενος τὰ δὲ πολέμῳ δουλούμενος, Ἀκαρνᾶνάς τε καὶ Αἰτωλοὺς τοὺς νῦν λεγομένους Ἀρτινοὺς, καὶ ὅσα πάραλα ἀμαυρῶν τὸν Κορινθιακὸν κόλπον εἰσέπλευσε. Καὶ τῷ Κρισσαίῳ λιμένι προσορμισθεὶς τοῖς ἐν μεσογείῳ θαῤῥεῖ προσβαλεῖν, οὐδένα ἔχων ἀντίπαλον ἰσοστάσιον. Ἀμέλει καὶ ὁ τοῦ στόλου ἀρχηγὸς τὸ ὁπλιτεῦον καὶ ψιλὸν τοῦ στρατοῦ εἰς τάξεις διειληφὼς, καὶ χερσαῖος φανεὶς ὁ τέως θαλάττιος κατὰ τῶν κητῶν τὰ ἀμφιβοσκόμενα, τῇ Καδμείᾳ γῇ παρενέβαλε,

C καὶ τὰς ἐν μέσῳ κωμοπόλεις ὁδοῦ πάρεργον ληϊσάμενος ταῖς ἑπταπύλοις Θήβαις προσέβαλεν, ὧν καὶ γενόμενος ἐγκρατὴς ἀπανθρώπως τοῖς ἐκεῖ προσηνέχθη. κατὰ γὰρ παλαιὰν φήμην τῆς πόλεως ὡς πλουσίους τρεφούσης οἰκήτορας εἰς χρημάτων ἁπληστίαν ὑπονυττόμενος, καὶ μηδένα κόρον φιλοπλουτίας εἰδὼς, ἀλλ' ὅρον τιθέμενος τῆς ἐφέσεως τὸ καὶ εἰς τρίτον ζωστῆρα τῇ ὁλκῇ τῶν χρημάτων τὰς πάσας ἢ τὰς πλείους νῆας βαπτίζεσθαι, τούς τε χειρώνακτας ἐξεπίεζε, περὶ τοῦ ῥύπου τῶν ὀβολῶν πολυπράγμων γινόμενος, καὶ τοὺς δυνατοὺς καὶ λαμπροὺς τὸ γένος καὶ σεμνοὺς τὴν ἡλικίαν καὶ περίφανεῖς κατ' ἀξίωσιν διαφόροις κακώσεσι καθυπέβαλλε, μηδενὸς λαμβάνων αἰδὼ καὶ φειδὼ, μὴ δυσωπούμενος τὴν δυσώπησιν, μὴ τὴν Ἀδράστειαν σύλλεβούμενος αὐτοῦ που λαβοῦσαν ἀρχὴν, ἢ τὴν Καδμείαν

D λεγομένην νίκην ὑποβλεπόμενος. Τέλος δὲ τὰ ἱερὰ προθεὶς γράμματα ἠνάγκαζεν ἕκαστον, τὴν ὀφὼν ὑπεζωσμένον εἰσιόντα, τὴν οἰκείαν οὐσίαν οἷς ἐνθυμεῖται μεθ' ὅρκου διασαφεῖν καὶ ταύτην ἐξομνύμενον ἀπιέναι. Καὶ οὕτω πάντα χρυσὸν, ἄργυρον πάντα διεκφορήσας, καὶ τὰς χρυσοϋφεῖς ὀθόνας ταῖς ναυσὶν ἐνθέμενος, οὐδὲ τῶν σωμάτων αὐτῶν τῶν ὑπ' αὐτοῦ καλαμωθέντων ἀπέσχετο, ἀλλὰ καὶ τούτων ἀριστίνδην τὸ προῦχον συλλαβὼν, τῶν τε γυναικῶν ἀποκρίνας ὅσαι τὸ εἶδος καλαὶ καὶ βαθύζωνοι καὶ τοῖς νάμασι πολλάκις τῆς καλλικρούνου Δίρκης λουσάμεναι καὶ τὰς κόμας διευθετισάμεναι καὶ τὴν

ἱστουργικὴν κομψότητα καλῶς ἐπιστάμεναι, οὕτως ἐκεῖθεν ἀνάγεται. Κατὰ ῥοῦν δὲ τῶν πραγμάτων αὐτῷ προχωρούντων, καὶ μηδένα τοῦ καιροῦ ἀντίμαχον ἔχοντος, οὐ κατὰ χέρσον, οὐ κατὰ θάλασσαν, τοῦ πρὸς Κόρινθον ἔχεται πλοῦ, πόλιν ἀφνειὸν καὶ κειμένην πρὸς τῷ Ἰσθμῷ καὶ ὀλβιζομένην ὑπὸ λιμένων δυοῖν, ὧν ὁ μὲν τοὺς ἐξ Ἀσίας ναυλοχεῖ καταίροντας, ὁ δὲ τοὺς ἐξ Ἰταλῶν εἰσπλέοντας, καὶ ῥᾳδίους ἑκατέρωθεν τὰς εἰσαγωγάς τε καὶ ἐξαγωγὰς τῶν φορτίων ἔχουσαν καὶ τὰς πρὸς ἀλλήλους ποιουμένην ἀμοιβάς. Καὶ δὴ τὸ ἐμπόριον εὑρὼν ἔρημον, ὅπερ ἡ κάτω πόλις ἐπονομάζεται, ὡς ἁπάντων ἀνασκευασαμένων εἰς τὸν Ἀκροκόρινθον [P. 51] καὶ συνηθροικότων εἰς αὐτὸν ὄψον πᾶν, ὄλβον ἅπαντα, ὅσος τε ἰδιώταις ᾠκείωτο καὶ ὅσος Θεῷ ἀφιέρωτο, ἔγνω δεῖν καὶ αὐτοῦ τοῦ Ἀκροκορίνθου πειραθῆναι, καὶ τοῦτον, εἰ οἷόν τε, ἐξελεῖν. Ἔστι δὲ ὁ Ἀκροκόρινθος τῆς μὲν πάλαι πόλεως Κορίνθου ἀκρόπολις, νυνὶ δὲ φρούριον ὀχυρὸν, αὐτὸ δὲ ὄρος ὑψηλὸν, εἰς ὀξεῖαν τελευτῶν κορυφὴν, αὕτη δὲ εἰς τραπεζῶδες χωρίον ἀποτελευτῶσα ἐπίπεδον, τετειχισμένον ἀσφαλῶς. Ἔνδοθεν δέ εἰσι ποτίμου ὕδατος καὶ διαυγοῦς οὐκ ὀλίγα φρεάτια καὶ ἡ Πειρήνη κρήνη, ἧς ἐν ῥαψῳδίᾳ Ὅμηρος μέμνηται. Ἀσφαλῆ δ' οὕτω καὶ ἀνεπιχείρητον ὄντα τὸν Ἀκροκόρινθον (καὶ φύσις γὰρ καὶ θέσις τοῦ τόπου καὶ περίβολος ἀῤῥαγὴς συνδραμόντα δυσάλωτον ἢ ἀνάλωτον αὐτὸν ἀπειργάσαντο) οἱ Σικελοὶ ἀπονητὶ τὸ πλεῖον εἰσῄεσαν, βραχὺν ἀναλωκότες καιρὸν εἰς τὴν παράστασιν τοῦ ἐρύματος. Καὶ καινὸν οὐδὲν τὸ συμβὰν, οὐδὲ θαυμάζεσθαι ἄξιον· οὐ γὰρ ἐπήρκεσεν ἂν αὐτὸ ἑαυτῷ τὸ φρούριον, κἂν ἦν ἀπροσμάχητον καθ' αὑτὸ, οὐδὲ τοὺς ἐπιόντας ἐχθροὺς ἀπετρέψατο μὴ ἔνδον ἔχον φρουροὺς καὶ τὸ φυλακικὸν ἀξιόμαχον. Ἀλλ' εἶχε μὲν ἀριθμῷ καὶ τούτους πολλοὺς, εἰς ἄνδρα δ' οὐδένα συναλειφομένους ἀγαθὸν πρὸς φύλακα πόλεως· οἵ τε γὰρ ἐκ βασιλέως ἔνδον προσέμενον μετὰ τοῦ σφῶν ἀρχηγοῦ (ἦν δ' οὗτος ὁ Χαλούφης Νικηφόρος) καὶ τῶν Κορινθίων οἱ προὔχοντες, κἀκ τῶν πέριξ κωμοπόλεων οὐ βραχεῖαι μοῖραι ὡς εἰς καιριωτάτην τοῦ πολέμου ἀλεωρὴν εἰσεληλύθασι τὸν Ἀκροκόρινθον. Ὁ τοίνυν τριηράρχης ἔνδον τοῦ φρουρίου γενόμενος, καὶ τὴν φύσιν τούτου κατασκεψάμενος ἁπανταχόθεν οὖσαν ἀνεπιχείρητον, σὺν Θεῷ πολεμῆσαι ἔφη, καὶ Θεὸν εἶναι τὸν τοιοῦτον αὐτῷ χῶρον κατασχεῖν παρασχόμενον, κακῶς φάσκων τοὺς ἔνδον καὶ πλύνων ὀνείδεσιν ὡς ἀγεννεῖς τὰ πολέμια, μάλιστα δὲ τὸν Χαλούφην, ὃν καὶ γυναικὸς ὠνόμαζε μαλακώτερον μηδὲν ἐπισταμένης πλέον τῆς ταλασιουργοῦ γυναικωνίτιδος. Ὡς δὲ καὶ τὸν ἐκεῖσε πλοῦτον ἐνέθετο ταῖς τριήρεσι καὶ τοὺς γένει λαμπροτάτους τῶν Κορινθίων ἐδουλαγώγησεν, ἐξῃχμαλώτισε δὲ καὶ τῶν γυναικῶν ὅσαι κάλλισταί τε καὶ βαθύκολποι, μηδ' αὐτῆς τῆς εἰκόνος τοῦ ἐν μάρτυσι μεγίστου καὶ διαβοήτου ἐν θαύμασι Θεοδώρου τοῦ στρατηλάτου ἀποσχόμενος, ἀλλὰ καὶ ταύτην τῷ αὐτοῦ τεμένει ἀνακειμένην ἀνελόμενος, οὐρίῳ καὶ φορῷ χρησάμενος ἀνήγετο πνεύματι, ὡς εἶχε, καὶ τὴν τῶν Κερκυραίων ἄκραν ἐν τῷ διάπλῳ πρὸς τὸ ἀσφαλέστερον καταστησάμενος, ὅτε καὶ τὰς Σικελιώτιδας τριήρεις ἰδών τις εἶπεν ἂν σκοπιμώτατα μὴ νῆας εἶναι πειρατικὰς, ἀλλὰ μυριοφόρους φορταγωγοὺς, πολλῶν καὶ καλῶν χρημάτων οὔσας ὑπερβριθεῖς καὶ τῆς ἄνω εἰρεσίας ἐγγύς που βαπτομένας τῷ ῥεύματι.

A merus in Odyssea meminit. Id castellum, quamvis et natura et manu adeo munitum, adeo tutum ac pene inexpugnabile, Siculi Franci citra laborem fere sunt ingressi, exiguo tempore ad deditionem coactum. Neque vero novum hoc est aut mirandum; neque enim ipsum castellum sine justo præsidio se ipsum defendere **101** aut hostes propulsare potuit: quamvis enim multi custodes in eo essent, nullus tamen inter illos fuit vir fortis, cui recte civitatis custodia crederetur. Nam imperatorii milites cum suo duce Nicephoro Chaluphe et Corinthiorum proceres ibi desidebant; et ex vicinis oppidis non pauci eo tanquam in certissimum asylum se receperant. Classis autem præfectus, munitione potitus, ejusque natura considerata, ad quam op- B pugnandam nusquam pateret aditus: « Deo duce, inquit, pugnavimus: Deus nobis hunc locum occupandum præbuit. » Eos vero qui intus erant derisit et ut imbelles exagitavit, Chaluphem in primis ut femina molliorem et ad colum et lanam tractandam aptiorem. Illius quoque loci opibus in triremes impositis, Corinthiorum nobilissimos et matronas fortissimas et ditissimas in servitutem abduxit. Ac ne Theodori quidem martyris miraculis clari imagine abstinuit: sed ea quoque ex templo abrepta, secunda navigatione usus in reditu Corcyræorum arcem firmavit. Tum si quis Siculas triremes multis pulchris rebus onustas et C ad summum usque remigium **102** depressas vidisset, rectissime dixisset non naves esse piraticas sed onerarias mercium omne genus vehentes.

Β'. Ταῦτά τε οὖν ἐν ὠσὶν ἔνηχα ὄντα ἐλόπει τὸν αὐτοκράτορα Μανουὴλ, καὶ κατὰ Δία ἐποίει τὸν Ὁμηρικὸν ἀτεχνῶς, συχνὰ τὸ ποιητέον ταῖς φρεσὶ μερμηρίζοντα, ἢ τὸν Νεοκλέους Θεμιστοκλῆν, ἀεὶ ἐπὶ συννοίας ὁρώμενον καὶ ἀΰπνους νύκτας ἰαύοντα καὶ πρὸς τοὺς πυνθανομένους ἀποκρινόμενον ὡς καθεύδειν οὐκ ἐῴη Μιλτιάδου τὸ τρόπαιον. Ξυνεκάλει τοίνυν εἰς τὴν τοῦ γενησομένου βουλὴν πάντα τὸν τακτικῶν ἐπιστήμονα καὶ δημηγόρον εἰδότα λέγειν τῶν νιφάδων πυκνότερον. Μία οὖν ἐκ πολλῶν ἀρίστη δέδοκτο βουλὴ καὶ τῷ αὐτοκράτορι ἐπεψη-

D II. Quo nuntio turbatus Manuel imperator non secus ac Homericus ille Jupiter, aut Themistocles insomnes noctes ob Mitiadis tropæum agens, sollicite quid agendum esset animo agitabat. Igitur viris et rei militaris peritis et eloquentia claris accersitis, unum e multis consilium approbavit. Siculos terra marique bello petendos, eoque majore apparatu, quod id bellum spe non optima niteretur et multa impedimenta habiturum videretur, quippe de quo ex sententia conficiendo veteres quoque imperatores desperassent. Convocantur

radians, sic ipsa inter virtutes reliquas eluebat, adeo ut aliquando pallium et tunicam et lineam calyptram capitis pauperibus misericordia motus distribueret, nec de suo tantum largiretur, sed alios etiam ut pauperum inopiæ subvenirent impelleret. His de causis ille vir omnibus erat venerabilis. Isaacius vero Manuelis frater sebastocrator ei tantum non immolabat, id Deo gratum et faciendum judicans, quod patriarcha monebat, contra vero invisum Deo et absminandum, quod is velabat. At factio pontificum virtutis inimicorum et huic sanctissimi viri instituto adversantium eum apud imperatorem deferunt, quasi Isaacio fratri regnum conciliare studeret manifestos illius **107** in sacrum palatium ingressus ut clandestinos, et pueæ palam colloquebantur, tanquam occultas conspirationes calumniantur. Manuel igitur, ut ambitiosus adolescens, cui facile a patriarchæ accusatoribus persuadebatur fratrem regnum affectare, hunc throno deturbare cupiebat. Et quia nihil tam sanctum est quod calumnia tentare non audeat, et omnes ad nocendum procliviores esse constat, de successore ei dando agitur, per causam quod cum Nephone quodam monacho perperam sentiret. Erat is monachus ei familiaris, et sæpe mensa ejus iisdemque ædibus utebatur. Crimini autem ei dabatur prava opinio, et rasa erat in longum maxilla, et a patriarcha Michaele in carcerem conjectus fuerat, Itaque Cosmas etiam ut sectator ejus et suffragator in crimen venerat. Qua speciosa calumnia freti adversarii patriarcham aperte incursabant, et vi superare ac in ordinem cogere manifestis suffragiis nitebantur. Proinde in judicium adductus, ac potius præjudicio condemnatus, cum ea rogaretur quæ ignorabat, ob eaque per ostracismum quemdam pelleretur, indignatione plenus imperatricis uterum exsecratur, ne mares liberos pariat, **108** et ex proceribus quosdam censura ecclesiastica notat ; et concilium ejiciendi sui causa indictum, ut quod palatii fores frequentaret et personarum rationem haberet, seque per injuriam et contra instituta majorum sede et grege pelleret, insectatus est. Contostephanus autem, unus ex iis qui sellam imperatoris circumsistunt et familiarius cum eo colloquuntur, ægerrime ferre se herilis uteri exsecrationem ostendebat ; et simulata ingenti præ cæteris omnibus indignatione, ira æstuans patriarcham aggreditur quasi alapam impacturus, quamquam ab eo sibi temperavit. Id nec imperatori cordati hominis factum esse visum : quod suum judicium iracundia declaravit ; et consanguinei imperatorii et senatus Contostephani facinus nefarium reprehenderunt, qui tellurem vasto ore hominibus adeo iniquis inhiantem non horreret. Ipse vero

A τῶν ἀρετῶν ὁρμαθοῦ πλέον ἠῦχει τοὐπίσημον. Μαλιστα δὲ τῷ πολλῷ τῆς ἐλεημοσύνης ἐκίκαστο, ἥτις ὡς ἐν περιδερράιῳ κόσμῳ πολυτελεῖ προσπεπηγυῖα τῇ ποικιλίᾳ τῶν ἀρετῶν δίκην ἀκτινώδους λίθου ἐπάμφαινεν· οὕτω γὰρ τὸν εἰς ἀνθρώπους ἔλεον ἔρρωτο ὡς καὶ τὸν ἐπενδύτην αὐτὸν καὶ τὸν χιτῶνα ἑαυτοῦ τοῦ σώματος καὶ τὴν ὀθονοσκεπῆ καλύπτραν τῆς κεφαλῆς διαδιδόναι πένησι καὶ πράγματα παρέχειν τοῖς ἀφ' ἑστίας μὴ διφῶσι μόνον αὐτὰ, ἀλλὰ καὶ πρὸς εὐπορίαν ἄλλων τυρβαζομένοις. Διὰ ταῦτα καὶ παρὰ πᾶσι μὲν ἦν αἰδέσιμος ὁ ἀνήρ· ὁ δὲ σεβαστοκράτωρ Ἰσαάκιος ὁ τοῦ βασιλέως Μανουὴλ αὐτόαιμος μόνον οὐκ ἐπίθυεν ὡς Θεῷ, ἐκεῖνο θεοφιλὲς καὶ πρακτέον οἰόμενος ὅπερ ἦν ὁ πατριάρχης ὑποτιθέμενος, κἀκεῖνο αὖθις θεομισὲς καὶ ἀπώμοτον

B ὅπερ οὑτοσὶ ἀπηγόρευεν· Ἡ γοῦν φατρία (72) τῶν τότε ἀντιδόξων τῆς ἀρετῆς ἀρχιερέων καὶ τοῦ ἱερωτάτου τούτου ἀντίθετος μοῖρα ἐνδιαβάλλουσι τὸν ἄνδρα τῷ βασιλεῖ ὡς τῷ ἀδελφῷ Ἰσαακίῳ τὴν βασιλείαν μνώμενον, λαθραίας τὰς προόπτους εἰς τὸ ἱερὸν ἀρχεῖον ἀνόδους τοῦ σεβαστοκράτορος ὀνομάζοντες, καὶ κρυφιώδεις συσκευὰς τὰ οὐκ ἐν μυχῷ γῆς καὶ παραβύστῳ, ἀλλ' ἐφ' ἡλίῳ συλλαλούμενα μάρτυρι. Ὁ τοίνυν Μανουὴλ νέος ὢν ἔτι καὶ αὐτάρεσκος, καὶ ἄλλως ὑποβλέπεσθαι τὸν ἀδελφὸν ὑπὸ τῶν τοῦ πατριάρχου κατηγόρων ὡς βασιλειῶντα ἐναγόμενος, ἀνατρέψαι τοῦτον τοῦ θρόνου ἐζήτει. Κάπειδὴ ἅπτεται μῶμος καὶ τῶν ἀψαύστων, ὡς οἴδαμεν, καὶ ἅπας, ὡς καὶ τοῦτο ἴσμεν, εἰς τὸ κακόν τι δρᾷν προσκλινέστερος, καθαιρέσει κάθυπο-

C βάλλεται ὡς συναιρετίζων μοναχῷ τινι Νήφωνι. Ἦν δὲ ὁ Νήφων συνήθης μὲν τῷ πατριάρχῃ καὶ πολλάκις ἐκ τῆς αὐτοῦ τραπέζης ἐστιαθεὶς καὶ στέγης ὁμοίως μετειληχὼς, διεβέβλητο δὲ ὡς οὐκ ὀρθὸς εἴη τὰ ἐς πίστιν, καὶ τὴν σχοινοτενῆ γένυν ἐκέκαρτο καὶ δεσμωτηρίῳ ἐνείρχθη παρὰ τοῦ πατριάρχου Μιχαήλ. Ἦν οὖν ὁ Κοσμᾶς δι' αὐτὸν ὑπ' αἰτίαν ὡς ὁμόφρων τε καὶ ὁμόδοξος, καὶ οἱ ἀντίδοξοι τῷ Κοσμᾷ εὐπροσώπου ταύτης ἀφορμῆς λαβόμενοι κατέκρεχον ἤδη καὶ λαμπρῶς ἐπέκειντο, κατὰ κράτος αἱρήσειν καὶ ὅλαις καθελεῖν ψήφοις αὐτὸν ἐπειγόμενοι. Κρινόμενος οὖν, ἢ μᾶλλον κατακρινόμενος, καὶ ἃ οὐκ ἐγίνωσκεν ἐρωτώμενος, καὶ διὰ ταῦτα τοῦ θρόνου ἐξοστρακιζόμενος, ζήλου πίμπλαται, καὶ τὸ συνέδριον ἐκεῖνο περισκεψάμενος τῇ μὲν μήτρᾳ τῆς

D βασιλίδος ἐπιτιμᾷ μὴ παῖδα τεκεῖν ἄῤῥενα, ἀφορίζει δὲ καὶ τῶν περὶ τὸν βασιλέα τινὰς καὶ τὴν τότε συνελθοῦσαν εἰς αὐτοῦ καθαίρεσιν σύνοδον ὡς βασιλείους θύρας ἐκτρίβουσαν καὶ πρόσωπα λαμβάνουσαν, κἀκ τούτου μὴ κανονικῶς, ἀλλ' ἀθέσμως καὶ θρόνου καὶ ποίμνης αὐτὸν ἀπελαύνουσαν. Τότε τοίνυν ὁ Κοντοστέφανος εἰς ὢν τῶν κυκλούντων θρόνον τὸν ἀνακτορικὸν, τῶν ἐγγιζόντων τε βασιλεῖ καὶ προσδιαλεγομένων θαῤῥαλεώτερον, δεινὰ πάσχοντι

Hier. Wolfii notæ.

(72) Ἡ γοῦν πληθὺς τῶν βακίστων ἀρχιερέων, τῶν μὴ τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν ἀποδεχομένων, διαβάλλουσι τὸν πατριάρχην τῷ βασιλεῖ, ὡς τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν ἐπὶ τὸ ὕψος τῆς βασιλείας ὁ πατριάρχης ἀναβιβάσαι βούλεται Λόγους γὰρ ὁμιλοῦσι κατὰ μόνας ἀμφότεροι, καὶ νύκτας ὅλας ἀγρύπνους διατελοῦσιν ἐν ταῖς συντυχίαις αὐτῶν καὶ συσκευὰς κατὰ σοῦ ἐργάζονται.

ἐψκει διὰ την τῆς δεσποινικῆς νηδύος ἐπιτίμησιν, καὶ τὸν ζηλωτὴν ἐπὶ τούτοις ὑπὲρ τοὺς παρεστῶτας πάντας παρακαιρίως ὑποκρινάμενος ἐφίσταται τῷ πατριάρχῃ βράττων θυμῷ καὶ πύξ πατάξαι τοῦτον διανοούμενος, κἂν ἐπέσχεν ἑαυτὸν τῆς ὁρμῆς. Τοῦτο δὲ οὔτε τῷ βασιλεῖ ἐχέφρονος ἔργον ἔδοξε, καὶ ἔδειξεν, οἷς ἠγανάκτησε, βαρέως ἐνεγκὼν τὸ γενόμενον· καὶ οἱ καθ' αἷμα δὲ τῷ βασιλεῖ συναπτόμενοι καὶ τὸ ξυμπαρεστὸς γερούσιον ὡς ἀνόσια δρῶντι τῷ Κοντοστεφάνῳ ἐπέπληττον, μήτε μὴν πεφρικότι τὴν εὐρὺ μάλα τοῖς τὰ τοιαῦτα παρανομοῦσιν ἐπιχαίνουσαν γῆν. Αὐτὸς δὲ ὁ πατριάρχης πραεῖᾳ οὕτωσί πως ἔφησε τῇ φωνῇ. « Ἄφετε αὐτὸν, ὅσον οὔπω τὴν οἰκείαν πετραίαν λῆψόμενον, » τὸν ἐκείνου μόρον ὅτῳ ξυμβαίη τρόπῳ γριφολογῶν ὧδε καὶ αἰνιττόμενος. Εἰ δὲ καὶ ἡ Βασιλὶς διὰ ταυτηνὶ τὴν ἐπιτίμησιν τοῦ πατρὸς οὐκ ἤκουσε παιδὸς μήτηρ ἄρρενος, τοῦ Θεοῦ τιμῶντος τὸν αὐτοῦ θεράποντα καὶ θηλυτεκοῦσαν ἐκτελοῦντος καθ' ὅλον τὸν ταύτης βίοτον, αὐτὸς μὲν σαφῶς οὐκ ἴσημι· ὅγε μὴν βασιλεὺς εὐγνωμενῶν, ὡς ἔδειξε, καὶ τῷ ἔνδον καὶ οἰκείῳ κριτηρίῳ πληττόμενος, οἷς ἄνδρα δίκαιον θεσεσβῆ τε καὶ ἄμεμπτον καὶ μηδέν τι καθαιρέσεως ἄξιον διαπραξάμενον παρέλυσε τῆς, ἀρχῆς αἰνίαν ταύτην, οὐκ ἐτέραν τὴν τῆς υἱοτοκίας διετείνετο στέρησιν.

A patriarcha leni voce dixit : « Sinite istum jamjam suam Petræam accepturum. » Quibus verbis per ambages innuebat quo mortis genere periturus esset. An vero imperatoris conjux ob istam patris exsecrationem mares non pepererit, Deo servum suum honorante atque efficiente ut illa per omnem ætatem tantum puellas eniteretur, equidem non satis scio. Imperator autem recte sentire visus, cum a sua conscientia argueretur, ob virum **109** justum, religiosum et criminis expertem istaque ignominia minime dignum solio deturbatum, hanc et non aliam causam esse censuit cur nullos filios procrearet,

Δ'. Ἡσσόντος δὲ, ὡς ἔφημεν, τοῦ Κοντοστεφάνου, ὁ μέγας δομέστικος Ἰωάννης τῆς τριηραρχίας ἐπιλαμβάνεται, οὐχ ὥστε καὶ μέγας δοὺξ ὀνομάζεσθαι, ἀλλ' ὅσον τοῦ στόλου ἐξηγεῖσθαι καὶ τοῖς γινομένοις ἐπιστατεῖν ὡς στρατηγίᾳ διαπρέπων ἀνὴρ καὶ κατὰ χεῖρα γενναῖος καὶ νοῦν ἡγεμονίας πλουτῶν ἀξιώτατον. Ὁ δὲ βασιλεὺς κατατρίβειν ἐπιεικῶς τὸν καιρὸν εἰκῇ ἐν δεινῷ τιθάμενος, καὶ τὰς ἡμέρας εἰς οὐδὲν ἀναλίσκειν οὔκουν βουλόμενος, ὡς ὁ Κεφαλλήνων βασιλεὺς Ὀδυσσεὺς τὰς ἡλίου πρότερον βοῦς, εἰς νῆα ἐνέβη τὴν στρατηγίδα, καὶ κύκλῳ τὴν Κερκυραίων πᾶσαν κατωπτευκὼς, ᾗ προσβάλοι ἐπιμελῶς κατεσκέπτετο. Ἐς γὰο μῆνας τρεῖς ἡ πολιορκία παρεξετείνετο, ὅτι μηδ' εἶχε τὴν Ὄσσαν ἀνασπᾶν ἢ τὸν Ἄθων ἐπικυλίνδειν, καὶ ἀνατιθέναι τὰ ὄρη ἐπάλληλα, καὶ τὴν ἄκραν οὕτω ποιεῖν ἁλώσιμον. Ταῦτα γὰρ μεγαλσυργία μυθικὴ καὶ ἀπίθανος. Ὡσ δὲ πάντοθεν ἦν ἀπορούμενος, ἔδοξε κατά τινα φάραγγα εὐέφοδα καὶ προσιτὰ τιθεῖσαν τὰ ἔνδοθεν βαλέσθαι ξυλίνην κλίμακα, ἐς σχῆμα πύργου τεκτονηθεῖσαν κυκλόθεν. Ἡρμόττοντο οὖν ναυπηγήσιμα ξύλα, καὶ ἱστοὶ μεγάλων νεῶν συνεπήγνυντο, καὶ οἱ μὴ ἐξικνούμενοι τοῦ ὕψους βλῆτρα ἐδέχοντο. Ὡς δὲ ἔδει ποτὲ ἀρθῆναι καὶ παρὰ τὴν ἄκραν τεθῆναι τὴν πυργοειδῆ ταύτην κλίμακα, ἡ μὲν κορυφὴ αὐτῆς ῥαχίᾳ πέτρας καὶ πάγῳ προσήγγιζεν ὀκριόεντι, ὅθεν ὁ τῆς πόλεως τειχισμὸς ἀρχόμενος βάσιν ἐνεδίδου τοῖς ἀπυβαίνειν ἐκ τῆς κλίμακος μέλλουσι καὶ πρὸς τοὺς ἐπὶ τοῦ τείχους ἀντιφέρεσθαι, ἡ δ' ὑποβάθρα πλοίοις ἐπανέκειτο εὐ ἀραρυῖα καὶ πεπηγυῖα πρὸς τὸ ἔμπεδον καὶ ἀκράδαντον. Ἐπιλέγδην οὖν οἱ ἐπ' αὐτῆς ἀναβησόμενοι ἐπεκρίνοντο, καὶ οἱ ἁπάντων ἔξοχοι ἄλλων καὶ ἄλκιμοι κατὰ πόλεμον, ὅτι καὶ, « Ὁ τὸν βασιλέα φιλῶν καὶ φιλότιμος ἐν δεινοῖς ἀναβαινέτω, » βασιλεὺς αὐτὸς προεκήρυττεν. Οὐδένα μὲν οὖν συνηγηκεῖ τὸ τοιοῦτον διακηρύκευμα, ἀλλὰ πάντες ἀνέυευον πρὸς τὴν ἄνοδον, τὸ τοῦ κινδύνου μέγεθος εὐλαβούμενοι, ἕως Πετραλεῖφαί τινες αὐτάδελφοι τέσσαρες, ἐκ τοῦ

IV. Sed Contostephano, ut diximus, occiso magnus domesticus Joannes præfecturam classis sine tamen magni ducis cognomento, suscipit, atque omnia administrat ut homo rei militaris peritissimus, et manu promptus et ingenio ad principatum aptissimo. Imperator vero frustra se tempus terere ægre ferens, et dies, ut olim Cephalenum rex Ulysses solis boves, frustra consumere nolens, navi conscensa et Corcyra undique perlustrata diligenter considerat qua parte oppugnari posset. Nam obsidio tertium mensem jam durabat. Neque enim Ossam revellere aut Athon advolvere et montes montibus imponere poterat, quo arcem facilius expugnaret, ut poetica magniloquentia fabulatur. Ut vero omni consilio destituebatur, visum est in valle, qua ad interiora facilis patebat aditus, ligneam scalam turris forma in orbem fabrefactam mœnibus admovere. Proinde trabes nauticæ et magni mali coagmentantur; et qui tantæ altitudini **110** erant impares, commissuris aliorum lignorum æquantur cæteris. Ea scala cum tandem attolleretur et ad arcem applicaretur, fastigium ejus asperam cautem attingebat, in qua mœnia urbis incipientia aditum e scala descensuris præbebant, ubi vestigia figere et hostes aggredi possent. Basis vero scalæ probe compacta, itaque defixa ut minime agitaretur, navigiis incumbebat. Deliguntur fortissimi quique et bellis celeberrimi ; et ipse imperator proclamat : « Qui imperatorem diligit et pericula non reformidat, ascendat. » Nec tamen eo præconio quisquam evocabatur, sed periculi magnitudine territi ascensum detrectabant omnes, donec quatuor fratres Petraliphæ, ex Francica gente oriundi, qui Didymotœchi habitabant, dicto imperatoris audientes primi scalam conscenderunt. Quorum audacia incitati alii non pauci, ac ante eos Pupaces, magni domestici satelles, quasi numine afflatus prosiliens, consecuti sunt. Quibus omnibus imperator ob alacritatem collaudatis, selectisque ad 400

eorum quos sæpe in acie stetisse et viros esse fortes compertum habebat, eos ascendere jussit, prolixe prius cohortatus ad rem fortiter gerendam, et 111 ipsis eorumque liberis ampla præmia et mutuam benevolentiam pollicitus : « Sive enim vitam periculo evitato servaveritis, inquit, certamine isto feliciter superato, me supra opinionem vestram pro domino et imperatore patrem fidelissimum habebitis : sive pro patriæ honore vestraque gloria mortem oppetieritis, etiam sic ea quæ ad ornandum obitum vestrum pertinebunt non negligam, sed vestræ familiæ, uxorum et liberorum eam rationem habebo, ut beati et felices sint judicandi, et ipsi magnum sitis mortis solatium habituri, si quis modo sensus defunctis superest, nec omnium ante actarum rerum oblivio obrepit, ac præclusa est rerum post actarum cognitio. » Primus igitur Pupaces, ut dixi, cum se cruce signasset, ascensum auspicatur. Sequuntur Petraliphæ fratres, deinde alii, donec in scalis omnes constiterunt. Nemo fuit quin insuitato isto et horrendo spectaculo consternatus, ejulatu et lacrymis oppletus percusso pectore Deum invocarit. Illi clypeis, quo tutiores essent, supra capita elatis strictisque gladiis, cum ad hostes appropinquassent, acriter dimicant. Qui quamvis omnis generis telis et grandibus saxis eos peterent, nihil proficiebant ; nam cum ut incudes malleis, ita ipsi crebris 112 telis ferirentur, indefessi, immobiles et in periculis imperterriti perseverabant. Atque in certamen exitum pulcherrimum habuisset magnamque Romanis gloriam peperisset, nisi casus quidam inauspicatus et nimiis successibus invidens optimum principium et spem initio bonam infelici exitu terminasset. Nam cum Pupaces jam de scala descendisset et gradu in rupe firmato cum hostibus dimicaret, scala confracta cæteri miserabiliter in fluctus saxa et navium tabulata præcipitati, superne etiam saxis obruti plerique perierunt, ac pauci ex multis illis evaserunt incolumes. At Pupaces cum hostes mœnibus pepulisset ac parvam portam apertam reperisset, per eam in castra rediit ; quæ res non Romanis tantum et imperatori, sed hostibus etiam stupori et admirationi fuit. Quibus cum inhumanitas 113 et animi feritas objiceretur, quod de scala dejectos saxis obruerent, destiterunt, fortitudinem eorum admirati.

A τῶν Φράγγων γένους ὁρμῶμενοι καὶ κατὰ τὸ Διδυμότοιχον τὴν οἴκησιν ἔχοντες, ἐπέδησαν πρῶτοι τῆς κλίμακος, τῷ βασιλεῖ πειθαρχήσαντες. Τούτων γὰρ ἀποτεθαρρηκότων πρώτως τὴν ἄνοδον, μάλιστα δὲ πρὸ αὐτῶν τοῦ Πουπάκη, ὃς δορυφορῶν τὸν μέγαν δομέστικον ὅλος ἦν ἐνθεάζων πρὸς τὸ ἔργον τότε καὶ προαλλόμενος, καὶ ἕτεροι οὐκ ὀλίγοι κατὰ ζῆλον ἐπηκολούθησαν. Πάντας μὲν οὖν ἀγάμενος ἦν τῆς προθυμίας καὶ τοῦ ταχέος ὁρμήματος ὁ κρατῶν, ἀφορίσας δὲ οὓς ἤδει παρ' ἀσπίδα πολλάκις ἐνιδρωκότας καὶ ἄντικρυς Ἄρεα πνέοντας, καὶ ἐς τετρακοσίους ἠριθμηκὼς, ἀναβαίνειν διαφῆκε, πολλὰ πρότερον ἐς ἀνδρίαν παρακαλοῦντα τούτοις διαλεχθεὶς, καὶ αὐτοῖς καὶ τέκνοις αὐτῶν ὁδρὰ γέρα καὶ ἀμοιβαίαν ἐπαγγειλάμενος εὔνοιαν. « Εἴτε γὰρ, »

B φησὶ, « τοῖς ζῶσι σύνεστε, τὸν ἐφεστῶτα κίνδυνον διαδράντες καὶ ἀρίστως ἀγῶνα τὸν προκείμενον ἀεθλεύσαντες, εὑρήσετέ με καὶ ὑπὲρ δόκησιν ἀντὶ δεσπότου καὶ βασιλέως πατέρα κηδόμενον· εἴτε τὸ ζῆν καταλύσετε, πατρίδι τιμὴν καὶ κλέος αὐτοῖς ἀρνύμενοι, οὐδ' οὕτως τῶν εἰς δόξαν καὶ κειμένων ὑμῶν ἀφέξομαι, ἀλλ' οὕτως εὖ διαθήσομαι τὰ κατ' οἶνον καὶ τέκνα καὶ ὁμολέκτρους ὡς ζηλωτέα τοῖς ἔτι περιοῦσι καὶ μακαριστέα δοκεῖν, καὶ αὐτοῖς δὲ ὑμῖν ὑπαπιοῦσι καθ' ᾅδην ἀσπάσια, εἴ τις τέως καὶ ἐν νεκροῖς αἴσθησις, μηδὲ τὸ τῆς λήθης ποτὸν ἐγχεόμενον οὐ μόνον τὴν τῶν προλαβόντων ἀπαλείφει μνήμην, ἀλλὰ καὶ τὰ κατὰ τὸν βίον ἐπιγινόμενα οὔκουν ἐς ᾅδου ἐπεισρέειν ἀφήσιν, ὅπως τοῖς θανοῦσιν εἴησαν γνώριμα. » Πρῶτος οὖν ὁ Πουπάκης,

C ὡς ἔφην, τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ διατυπώσας ἐν ἑαυτῷ τῆς ἀναβάσεως ἄρχεται, καὶ μετ' αὐτὸν οἱ Πετραλεῖφαι κασίγνητοι, καὶ καθεξῆς, ἕτεροι, ἕως πάντας ἡ κλίμαξ ἐδέξατο. Οὐδεὶς οὖν τῶν θεωμένων ἦν ὅς ἐπὶ τῷ πραττομένῳ τούτῳ ἔργῳ οὐκ ἀνωλόλυξεν ὡς ἐπὶ καινῷ καρδιαλγήσας θεάματι, οὐδέ δακρύων ὑποπλησθεὶς καὶ πατάξας τό στῆθος ἐθεοκλύτησε· Καὶ ἦν γὰρ ἀληθῶς τὸ ὁρώμενον καταπλῆττον τὸν θεατὴν ὀφθαλμόν. Οἱ μὲν γὰρ τοὺς θυρεοὺς ὑπὲρ κεφαλῆς ἐς τὸ ἀσφαλὲς ἀνατείναντες καὶ τὰ ξίφη σπασέμενοι, τοῖς ἐκ τοῦ φρουρίου προσηγγικότες ἐκθύμως διημιλλῶντο· οἱ δὲ πάσαις κατ' αὐτῶν ἐχρῶντο βολαῖς καὶ λίθους ἀπερρίπτουν χειροπληθεῖς. Ἀλλ' οὐδὲν ἦνυτον· οὗτοι γὰρ, ὅσα καὶ ἄκμονες ῥαϊστῆρσι, παντοίοις τυπτόμενοι βλήμασιν ἀκάμαντες ἦσαν καὶ ἀπερίτρεπτοι καὶ τὴν

D ἰσχὺν ἀνένδοτοι κάπὶ τοῖς παροῦσι δεινοῖς ἀκατάπληκτοι. Καν κάλλιστον εἴληφει τέλος τὰ τοῦ ἀγῶνος τοῦδε, καὶ Ῥωμαίοις ἐγεγόνει πάντη κυδαντικὸν δ' ἀλλ' ἡ ταῖς τῶν πράξεων μεγίσταις ἐπεισερχομένη ἀγεννὴς περίπτωσις καὶ τὸ ἄγαν δεί πως παρακολούουσα, ἀρχὴν ἀρίστην ὑποθεῖσα τῷ ἔργῳ καὶ τῇ προθέσει κατὰ βραχύ πως ὑποφθίπουσα, περὶ τὸ πέρας ἠγνωμόνησε τὸ ἐπέραστον. Ἤδη γὰρ τοῦ Πουπάκου τῆς κλίμακος ἀποβάντος καὶ τὼ πόδε ταῖς πέτραις ἐνερείσαντος, ὅθεν καὶ τοῖς ἐκ τῶν εἰχῶν διεφέρετο, ἡ κλίμαξ ἀποκαυλίζεται. Καὶ οἱ μὲν ἄλλοι πάντες κύμβαχοι ἐπὶ βρεγμόν τε καὶ ὤμους ἐλεεινὸν ἐπανετρέπεντο θέαμά καὶ ἄπιστος ὄψις οἰκτίρμοσιν ἀφθαλμοῖς, καὶ κοκῶς παραπώλλυντο τοῖς τῶν κυμάτων διαύλοις φερόμενοι καὶ πέτραις καὶ νεῶν προσαραττόμενοι καταστρώμασι, κἀκ τῶν ὑψόλεν λίθοις καταχωννύμενοι, ὡς βραχεῖς ἀπ' ἐκείνων δὴ τῶν πολλῶν τὸν κίνδυνον διεκφυγεῖν· ὁ δέ γε Πουπάκης τοὺς ἐν τοῖς τείχεσι διασοβήσας καὶ πυλίδα ἀναπεπταμένην εὑρὼν δι' αὐτῆς ἐξέθορεν εἰς τὸ στράτευμα. Καὶ ἦν τοῦτο οὐ Ῥωμαίοις μόνον καὶ βασιλεῖ δι' ἐκπλήξεως, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὑπεναντίοις αὐτοῖς διὰ θαύματος, οἳ καὶ τὸ ἀπάνθρωπον ὀνειδισθέντες καὶ τὸ τῆς γνώμης ἀνήμερον ἐπεγκληθέντες οἷς καταλιθοῦντες ἄνωθεν ἦσαν

τοὺς ἀνατραπέντας ἐκ τῆς κλίμακος, ἀπέσχοντο τοῦ δρᾶν οὕτωσὶ, τοὺς ἄνδρας αἰδεσθέντες τῆς γενναιότητος.

Ε'. Ἀλλ' οὔπω ἀκριβῶς τὸ ἀτύχημα τοῦτο Ῥωμαίοις διεθρηνήθη καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ τοῦ βασιλέως λύπην ὁ πάντα μαραίνων χρόνος διαφορήσας ἐλέανε, καὶ ἄλλην τις ἐπισυμπλέκεται συμφορὰ χείρων τῆς πρώτης καὶ κακὸν ἐπεισκυμάζει ἀξιοπένθητον ἕτερον. Διαστασιάζονται Ῥωμαῖοι καὶ Βενέτικοι κατὰ μέσην τὴν ἀγορὰν, καὶ ἡ στάσις οὐκ ἐρεσχελίαι παρ' ἑκατέρων πίπτουσαι τῶν γενῶν, οὐδ' ἔπος αἰσχρὸν, ὁποῖον ἐρρέθη, τοιοῦτον ἐπακουόμενον, οὐδ' ἐβωμολοχεύοντο πρὸς ἀλλήλους ἢ κερτόμοις οἱ στασιασταὶ ῥήμασιν ἐκομψεύοντο, οὐδ' ἔβαλλον ὕβρεσι καὶ ἐπλύνοντο σκώμμασιν, ἀλλ' αἱ χεῖρες εἶχον τὰ ὅπλα καὶ ἡ μάχη ἀγχώμαλος ἐκορθύετο. Συχνοὶ οὖν οἱ κατὰ φήμην τοῦ κακοῦ μεθ' ὅπλων ἑκατέρωθεν ἐπεισρέοντες καὶ τοῖς ὁμογενέσιν ἀρήγοντες, πολλοὶ δὲ καὶ οἱ ἐκεῖσε μὴ ὁπλενδυτοῦντες παρενέβαλον, γένει βασιλείῳ διαπρεπεῖς καὶ λαμπροὶ κατ' ἀξίωσιν. Καὶ τῶν Βενετικῶν δὲ ἀφίκοντο οἱ γεραίτατοι ὡς σβέσοντες τὸ κακὸν καὶ διαλλακτῆρες ἐσόμενοι. Ἀλλ' οὐκ ἦν τῶν λεγομένων ἐπιστροφὴ, οὐδέ τις εἰσῄει τούτους αἰδὼς τῶν συνειλεγμένων μεγίστων ἀνδρῶν· ὁ γὰρ Ἄρης ἐκπάγλως ἐμαίνετο, καὶ προχύσεως αἱμάτων ἐρῶν ἐπισυνίστη μάλιστα τοὺς ὁπλίτας, καὶ τούτους ἐκ τοῦ τῶν Βενετίκων πλέον στρατολογήματος, καὶ κατεῖχεν οὐδὲν οὐδ' ἐπέστρεφεν. Ὅσον γὰρ ὁ μέγας δομέστικος τοὺς Ῥωμαίους ἀνέκοπτε τῆς ὁρμῆς καὶ τὰς τούτων ἐπισυνδρομὰς ἐπετείχιζε, τοσοῦτον ἐβαρυμηνίων Βενέτικοι τῷ θυμῷ σφαδάζοντες κάκ τῶν τριηρέων ἐξεχέοντο. Ἰδὼν τοίνυν ὁ ἀνὴρ ὡς οὐδὲν ὠφελεῖ διαλλαγὰς μετιὼν καὶ ὡς ἄγει ἀναγκαία (73) τὰ γένη μάχῃ διακριθῆναι, τοὺς ἰδίους μεταπέμπεται δορυφόρους, οὓς ἐπὶ καιρὸν μάχης εἶχε χρησίμους ἑαυτῷ καὶ ὁπλίταις ἀγαθοῖς ἐκέχρητο, καὶ διαφίησι τοῖς Βενετίκοις. Ἐξάγει δὲ καὶ μέρος τῆς στρατιᾶς. Ἐπ' ὀλίγον οὖν οὗτοι ἀντισχόντες, τὰ νῶτα μεταβαλόντες προτροπάδην φεύγουσι καὶ ταῖς ναυσὶν ἄκοντες συνωθοῦνται, βαλλόμενοί τε καὶ ἀναιρούμενοι. Πλὴν οὐδ' οὕτω τῆς βαρβάρου γνώμης ἠρέμησαν ἢ τὰ ὅπλα μετὰ τὴν ἧτταν κατέθεντο, ἀλλὰ κατὰ τὰ δυσθάνατα τῶν θηρίων ἐφαλλόμενοί τε καὶ προαλλόμενοι ἐν δεινῷ τίθενται ὅτι μὴ Ῥωμαίων αὐτῶν ὑπερίσχυσαν. Ἀμέλει καὶ κατὰ χέρσον μηκέτι δυνάμενοι μάχεσθαι ἀποσαλεύουσι τὰς νῆας καὶ ἐξόρμους, τιθέασι· καὶ κατά τινα νῆσον ἀναχθέντες ἀμφίβρυτον (ἡ Ἀστερὶς αὕτη οἶμαί ἐστιν, ἣν φασιν οἱ πάλαι κεῖσθαι μέσον Ἰθάκης καὶ τῆς τῶν Κεφαλήνων τετραπόλεως) ἐπιτίθενται ὡς πολέμιοι τοῖς ἐκεῖσε ἐξ Εὐβοίας παρορμῶσι πλοίοις Ῥωμαϊκοῖς, καὶ τὸ ναυτικὸν κακῶς διαθέμενοι, ὅ συνεπλήρουν οἱ Εὐβοεῖς μάλιστα, τέλος καὶ αὐτὰ τὰ σκάφη πῦρ ἐμβαλόντες ἠθάλωσαν. Τῷ κακῷ δὲ τούτῳ ἕτερον ἀτοπώτερον ἐπιφέροντες τὴν βασιλίδα νῆα κλοποφοροῦσι, καὶ παρ' ἑαυτοῖς θέμενοι πρῶτα μὲν τὰς

V. Ejus cladis luctu vixdum finito et imperatoris dolore temporis spatio cuncta consumentis utcunque lenito, alia calamitas ingruit superiore pejor, et malum funestum suboritur. Inter Romanos et Venetos in medio foro seditio oritur, nec dicteriis et conviciis certatur, sed manibus et armis. Confluunt, ea audita, utrinque armati ad opem suis popularibus ferendam ; accessere item multi inermes, regio genere clari et dignitatibus illustres. Advenerunt et Venetorum primores motum illum sedaturi et pacem conciliaturi. Sed verbis iis movebatur nemo : nemo concilium illud maximorum virorum curabat. Mars enim atrociter sæviens et sanguinis effundendi cupidus gravis armaturæ milites, eosque potissimum Venetæ factionis, ita concitabat ut nulla re coerceri possent. Nam quo magis magnus domesticus Romanorum impetum reprimebat, eo magis Veneti ira perciti e triremibus erumpebant. **114** Cum igitur videret se pacificando nihil proficere et populos prælio dirimi necesse esse, suos satellites accersit, quorum fideli opera in acie utebatur, eosque in Venetos immittit. Educit et copiarum partem. Illi igitur cum paulisper restitissent, arrepta fuga inviti jaculis et cædibus in naves compelluntur. Verum ne sic quidem ferocia mitigata, arma nec post acceptam cladem posuerunt, sed instar belluarum ægre morientium insilientes et prosilientes indignati sunt se ipsis Romanis non fuisse superiores. Et cum non amplius terra pugnare possent, in quamdam insulam provecti, Asteridem opinor, quam veteres inter Ithacam et Cephalenum tetrapolim sitam esse tradunt, hostilem in modum Romanas naves illac transeuntes invadunt. Ac male tractata classe, Euboica præsertim, denique ipsas naves cremaverunt. Neque hoc malo contenti aliud gravius adjungunt : imperatoriam navem suffurati, primum conclavia imperatoria **115** peplis auratis et purpureis tapetibus exornant, deinde homuncionem perditum, nigrum quemdam Æthiopem, in eam introductum et splendida corona exornatum ut Romanorum imperatorem cum magnifico comitatu per ludibrium celebrarunt, deridendi Manuelis causa, qui non flavam comam haberet ut maturæ segetes, sed fuscus esset instar sponsæ illius in Canticis, quæ se nigram sed formosam esse ait, ut a sole nonnihil adustam. Quamvis autem imperator Barbaros statim justo supplicio afficere posset, tamen veritus ne intestino bello commoto plura incommoda sequerentur, missis e sua familia quibusdam Venetis injuriarum tam sibi quam Romanis hostiliter illatarum veniam pollicetur, cum ultionem, aliis rebus urgentibus, intempestivam esse cerneret. Nihilominus ira animo, tanquam igne sub oneribus, pressa atque

Hier. Wolfii notæ.

(73) Puto ἀναγκαία pro ἀνάγκη esse positum, ut Καλλιόπεια pro Καλλιόπη.

atque in præsentia dissimulata, tum eos ultus est cum res patiebantur, ut suo loco exponemus.

A ἐν αὐτῇ βασιλικὰς διαιτήσεις κοσμοῦσι πέπλοις χρυσοῦφέσι καὶ ἀλουργοῖς τάπησιν, ἔπειτα δ' αὐτῇ ἐμβιβάσαντες ἀνδράριον ἐπίτριπτον, κελαινοχρῶτά τινα Αἰθίοπα, εὐφήμουν ὡς βασιλέα Ῥωμαίων, περιάγοντες μετὰ λαμπρᾶς στεφανηφορίας καὶ προπομπῆς, τὰ τῆς βασιλείας σεμνὰ διαπαίζοντες, καὶ καταμωκώμενοι τοῦ ἄνακτος Μανουὴλ ὡς μὴ ξανθίζοντος τὴν κόμην ὡς θέρος, ἀλλ' ὑπομελαινομένου τὴν μορφὴν κατὰ τὴν τοῦ ᾄσματος νύμφην τὴν λέγουσαν· « Μέλαινά εἰμι καὶ καλή, ὅτι παρέβλεψέ με ὁ ἥλιος. » Ἀλλ' εἶχε μὲν ἀξίαν ἐπιθεῖναι δίκην τοῖς βαρβάροις ἐκ τοῦ παραυτίκα ὁ βασιλεύς· δείσας δὲ μὴ ἐμφυλίου κινηθέντος πολέμου εἰς πλεῖον προχωρήσει τὰ ἄτοπα, πέμψας τῶν ἐξ οἰκείου γένους τινὰς ἀμνησίαν δίδωσι τοῖς Βενετίκοις ὧν τε εἰς αὐτὸν ἠνομήκασι καὶ ὧν εἰς Ῥωμαίους ὡς δυσμενεῖς ἐκακούργησαν, ἐπεὶ τὰ τῆς ἀμύνης ἐώρα πως οὐκ ἀκίνδυνα, πρὸς ἄλλα τοῦ καιροῦ ῥέπειν ἐπείγοντος. Ὅλην εἰ καὶ τὸν χόλον αὐτῆμαρ κατέπεψεν, ἀλλ' ὡς ἐν σποδιᾷ ἔνευσμα τὸν κότον ἐνέθαλπε τῇ ψυχῇ ἕως τῶν πραγμάτων ἐνδιδόντων αὐτὸν ἐξεπύρσευσεν, ὡς κατὰ καιρὸν τὸν οἰκεῖον ῥηθήσεται.

Tum autem reconciliatis exercitibus ad oppugnationem educit legiones ; et urbe, qua res ferebat, mari circumsessa, nihil intentatum relinquit, quasi secum ipse certans, an eam vel ad deditionem **116** compellere vel per vim exscindere posset. Igitur ex machinis grandia saxa crebro torquebantur, et sagittarii summa contentione sagittas hibernis nivibus crebriores in mœnia conjiciebant. Quidam etiam in multis munitionis partibus per valles instar caprearum arrepserant. Sed id unum proficiebatur, ne ignavus esset exercitus. Nam obsessi et ipsi fortiter se defendebant : at in campum descendendum et cominus cum Romanis pugnandum minime censebant, sed de mœnibus vim propulsabant, et saxis omnique telorum genere hostes obruebant. Ut igitur animadvertit ea se conari quæ ad exitum perducere non posset, inde recedere et obsidionem affectam relinquere noluit, ignominiosum sibi fore ratus, si post multos labores, nec paucis cohortibus amissis, unum castellum, idque non ita pridem Romanis obnoxium, expugnare non posset, atque in sua ditione mille prædones aleret, Corcyra relicta, quæ Siculis triremibus navale ac receptum præberet. Obsidionem igitur, quoniam nulla spes melior affulgebat, ducendam esse statuit, et diuturnitate temporis præsidiarios ad deditionem compellendos. Nec eum fefellit hæc opinio, neque spes frustrata est. Hostes enim, **117** aliquot diebus post, per legatos petunt spatium sibi dari cum armis cæterisque rebus suis discedendi. Ut enim videbant se per imperatorem ibi manere non posse atque inani spe subsidii regii lactari, famis præsertim periculo paulatim instante, id consilii ceperunt, Theodori Capellani potissimum impulsu, præsidii præfecti, viri non sanguinarii, sed pro grege Christi solliciti ; cui pax dissensione antiquior et Romani chari erant, ut postea demonstravit. Imperator igitur arrectis auribus eo nuntio audito statim etiam rei exitum videre cupiebat : sed priusquam lætum responsum daret, asperitatem simulat et nescio quid minatur, nisi ea facerent quæ legati pollicerentur. Ut igitur tandem accedebant, ac ne tum quidem universi,

ζ'. Ἀλλὰ γὰρ οὐχ ὑπερβήσομαί τι καὶ ἄλλο τῶν ἀξίων εἰρῆσθαι, τοῦ ἱστορεῖν ἐνταῦθα γενόμενος. Ἦν τις εὐνοῦχος ἀρχιερατικῶς προεδρεύων τῆς τῶν Χωνῶν πόλεως, Νικήτας τοὔνομα, πάσης ἀρετῆς καταγώγιον, οὕτω δὴ προφητικὸς καὶ προβλέπων τὰ ἔμπροσθεν ὡς τοῖς μεγίστοις τῶν ὁρώντων ἐγκρίνεσθαι καὶ εἰς θαῦμα κεῖσθαι παρ' οἷς ὁ ἀνὴρ ἐγνώριστο, εἴπερ ἡ καθ' ἡμᾶς γενεὰ πονηρὰ οὖσα καὶ μοιχαλὶς τοιοῦτον ηὐτύχησεν ἀγαθόν. Ἀμέλει καὶ τοῦ βασιλέως τούτου ἐξ Ἀρμενίας παριόντος τὰς Χώνας ἀρτιστεφοῦς καὶ τῆς πατρῴας διαδόχου ἀρχῆς, καὶ τὸν ἀρχαγγελικὸν νεὼν εἰσελθόντος καὶ χειρὶ τοῦ ἀρχιερέως τούτου εὐλογηθέντος, ἐπειδὴ καὶ περιώνυμος ἦν ἐκ τῆς ἀρετῆς καὶ τοῖς ἅπασι διὰ στόματος, ἦσαν οἳ τῶν ἐντρόφων τοῦ βήματος, καὶ τούτων οἱ ἐς νοῦν βάπτοντες, ἐν ἀπόρῳ ἐτίθεντο εἰ νέος ὢν ὁ Μανουὴλ [P. 142] καὶ ἄρτι πρώτως χνοάζων τὸν ἴουλον διακυβερνήσειν ὅλως τὴν βασιλείαν δυνήσεται, ἥτις τὸ πολὺ δεῖται ἀνδρὸς πολιοῦ μὲν τὸ φρονεῖν, λαχνήεντος δὲ τὸν πώγωνα, ἔτι γε μὴν εἰ τὸν κασίγνητον καταπαλαίσειεν Ἰσαάκιον δικαιότερον ὄντα πρὸς τὴν ἀρχὴν καὶ τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων ἔνδον ἰζάνοντα. Ὁ δὲ μέγας ἐκεῖνος ἀνὴρ καὶ ὄντως ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ, λύων τὸ ἄπορον καὶ διασαφῶν τὸ παρ' ἐκείνοις ἀμφιγνοούμενον, « Ναί, » φησί, « καὶ τὴν βασιλείαν ὁ μεῖραξ οὗτος δυθυνεῖ, καὶ αὐτῷ ὑποπεσεῖται ὁ ἀδελφός· οὕτω γὰρ Θεῷ δέδοκται καὶ προώρισται. Ἵνα δὲ εἰδῆτε καὶ περὶ ὧν οὐδ' ὅλως με ἤρεσθε, τὸν οἰκεῖον πάππον, λέγω δὴ τὸν αὐτοκράτορα Ῥωμαίων καὶ προπάτορα ἐκείνου Ἀλέξιον, ὑπερβήσεται οὗτος βραχύ τι κατὰ τοὺς τῆς ζωῆς χρόνους. Τῆς δὲ τελευτῆς αὐτῷ ἐγγιζούσης μανήσεται. » Ἦν οὖν ἡ πρόῤῥησις αὕτη καὶ ἐμοὶ τῷ συγγραφεῖ Νικήτᾳ σὺν ἄλλοις πλείστοις γνώριμος, ὅτι καὶ ἐμὸς ὁ προφάντωρ (6) ἀνάδοχος ἐκ τοῦ θείου βαπτίσματος. Τίς δὲ ἄρα ἔσται ἡ μανία καὶ οἷος ὁ τρόπος αὐτῆς, οὐδεὶς εἶχεν ἀκριβῶς συμβαλέσθαι τῶν εἰδότων τὸ προαγόρευμα· οἱ μὲν γὰρ ἐς τὸ χρυσομανὲς ἀνέφερον τὸ προφοίβασμα, οἱ δ' ἐς ἄλλο τι σαρκικὸν ἐλάττωμα ἠχμαλώτιζον. Τοῦ δὲ προσεχῶς εἰρημένου δόγματος κινηθέντος, καὶ παραβόλως ἐνισταμένου τὰ πρῶτα τοῦ βασιλέως ἀληθῆ δοξάζειν Θεὸν τὸν παρὰ τῷ Μωάμετ ὁλόσφυρον καὶ μὴ γεγεννημένον ἢ γεννήσαντα Θεὸν, πέρας εἰληφέναι πάντες τὴν προθέσπισιν ἔφασκον, ἐπεὶ καὶ μανίαν ἀτεχνῶς ὀρθήν τε καὶ χειρίστην τὴν δόξαν εἶναι ταυτηνὶ ὡς τῆς ἀληθείας ἐπίπαν ἀντίθετον.

Κατήρξατο μὲν οὖν τῷ βασιλεῖ τὰ τῆς νόσου πρὸ τοῦ Μαρτίου μηνὸς, τῆς ἐνισταμένης τότε ιγ' ἰνδικτιῶνος, ὅτε καὶ τὰ περὶ τοῦ δόγματος ἐπεκύμαινε. Καὶ αὐτὰ μὲν ἀφύβρισαν περί που μῆνα τὸν Μάϊον, ὁ δ' αὐτοκράτωρ ἐπιστάντος τοῦ Σεπτεμβρίου τὸ ζῆν ἐξεμέτρησεν. Οὐδὲν δ' ἔτι κάλλιστον περὶ τῆς βασιλείας διῴκησεν, ἀλλὰ νωθέστερον ἦν διακείμενος πρὸς τὴν τῶν μετὰ τὴν μετάστασιν αὐτοῦ γενησομένων διαταγήν τε καὶ ὑποτύπωσιν. Τὸ δ' αἴτιον· οὐ παρεδέχετο ὁπωσοῦν ὡς ἤγγικεν ἐκείνῳ τὸ τελευτᾶν, ἀλλ' εὖ εἰδέναι διετείνετο ὡς

A 7. Adjiciam etiam aliud memoratu dignum, postquam huc progressus sum. Fuit eunuchus Nicetas, Chonarum episcopus, omni genere virtutis ornatus, futurarum rerum ita præscius ut inter maximos vates haberetur et omnibus qui eum norant admirationi esset, quod nostræ ætati improbæ atque adulteræ tantum bonum contigisset. Cum autem hic imperator recens diademate redimitus, paterni imperii successor, ex Armenia revertens Chonis Archangeli ædem **285** ingressus faustam comprecatiouem ab hoc pontifice accepisset ut ob virtutem ubique gentium celeberrimo, quidam sacerdotes, iique prudentissimi, dubitabant an Manuel adhuc adolescens ac pene imberbis tantum imperium administrare posset, quod virum senili prudentia præditum et maturum postularet.

B Deinde an fratrem Isaacium, qui urbem imperatricem obtineret, superaturus esset, cui meliore jure imperium deberetur. Tum magnus ille vir et vere divinus homo in hunc modum respondit : « Omnino adolescens iste et imperium gubernabit et fratrem superabit : sic enim a Deo decretum et constitutum est. Ut autem ea quoque sciatis de quibus non interrogastis, avum Alexium ætate paulum superabit : sed instante obitu insaniet. » Id præsagium et mihi et aliis plurimis fuit notum : is enim vates ex divino baptismate me suscepit. Quæ autem ea insania et cujusmodi futura esset, nemo tum recte conjicere potuit : nam alii id præsagium ad insanam auri cupiditatem, alii ad libidinis intemperantiam detorquebant; sed cum hæc, quam dixi, controversia agitata esset, imperatore temere principio contendente holosphyrum illum Machometi **286** verum esse Deum, qui nec genitus esset nec genuisset, omnes id oraculum eo retulerunt, quod illa opinio a veritate alienissima germana et pessima esset insania.

D Imperator autem nocte, mense Martio, morbo correptus, indictione decima quinta, quo tempore dogma illud in quæstionem vocatum est et mense Maio demum sopitum, mense Septembri obiit, nec de imperio quidquam præclari ordinavit, in iis quæ post suum obitum facienda essent, mandandis et præscribendis segnior. In causa fuit quod nequaquam credebat instare sibi mortem, sed scire se affirmabat XIV vitæ annos adhuc restare. Idque ad ipsum patriarcham Theodosium dixit, a quo monebatur ut pro paterna pietate rei publicæ cu-

Hier. Wolfii notæ.

(6) Alter codex de compatriatu, ut vocant, alter de administratione baptismatis loqui videtur.

ram integris adhuc sensibus mature susciperet, et curatorem fidelem filii successoris, impuberis adhuc, et imperatricis quæreret. Sed pestilentes impostores astrologi imperatorem paulo post ex morbo recreatum vacaturum esse amoribus, et barbaricas **287** urbes eversurum, impudenter asserebant; et quod incredibilius est, homines præcipiti lingua et assueti mendaciis, motum universi orbis et maximorum siderum congressus et concursus ventorumque procellas ingentes et universitatis rerum pene mutationem prædicebant, engastrimythi potius quam astrologi. Neque vero annos duntaxat et menses et hebdomadas numerabant, sed dies etiam et horæ punctum designare non verebantur, quæ suæ potestati reservavit Pater, et Servator discipulos suos percontantes castigavit. Proinde non ipse modo imperator speluncas et meatus subterraneos contra ventorum impetum inquirebat et ad habitandum præparabat, et palatiorum fastigia demoliebantur, ut minus impetu ventorum læderentur; sed et ministri et cognati et adulatores ejus iisdem rebus intenti partim terram formicarum instar effodiebant, partim tentoria tripliciter consuebant et vectes cubitales, quo minus tabernacula **288** concuterentur, acuebant. Sed morbo, ut dixi, ingravescente, balneo usus cognovit spem vitæ evanescere et terminum instare inevitabilem; ac pauca cum astantibus de Alexio filio locutus, oratione suspiriis interpolata, quia prævidebat quæ post suum obitum tempestates impenderent, patriarchæ monitu brevi chartæ de astrologia subscripsit, mutata pristina sententia. Denique admota ad arteriam manu et pulsu pertentato, cum alto suspirio femur percussit, et monasticum habitum postulavit. Quo dicto cum, ut fieri solet, tumultus esset ortus, et spiritualem vestem nigro panno omnis ornatus expertem, ministri nescio ubi nacti, mollibus et regiis vestibus detractis, et aspero illo divinæ vitæ indumento illi inducto, in spiritualem eum convertunt militem, et galea thoraceque insigniore ornatum in cœlestis imperatoris catalogum referunt. Ea lacerna, quippe brevior, crura heroici illius corporis non tegebat, ut nemo qui id cernebat a lacrymis sibi temperaret. humanæ imbecillitatis cogitatione et vilitate corporis in morte, quo animus tanquam testa **289** inclusus coalescit. Sic igitur et vita et imperio cedit, quod annos triginta octo gubernavit, tribus mensibus demptis. Ad quod imperii spatium vetustissimum illud oraculum alludere videtur: « Tui prehendet te postrema nominis. » Nam ηλ, postrema syllaba nominis Manuelis, apud Græcos tantum numerum complectitur. Sepultus est in obliquo latere monasterii Pantocratoris, juxta templi fores, in sacello adjuncto, qua templi muro in fornicem circumflexo latus circa tumulum ingressus distinguitur. Lapis eum tegit nigricans et mœstum aliquid præ se ferens, qui in septem vertices assurgit. Non procul inde basi impositus adoratur

A ἐνιαυτοὶ ζωῆς καὶ ἕτεροι δεκατέσσαρες αὐτῷ ἐπιδαψιλεύονται. Καὶ τοῦτο πρὸς αὐτὸν εἴρηκε τὸν σοφὸν καὶ τρισμάκαρα πατριάρχην τὸν Θεοδόσιον, ὁποτιθέμενον πατρικῶς φροντίδα τῶν τῆς βασιλείας θέσθαι πραγμάτων, ἕως ἔτι καιρὸς κἀκείνῳ ἔῤῥωται τὸ φρονεῖν, καὶ διφῆσαι τὸν ἀνθεξόμενον ἀκριβῶς τοῦ τῆς ἀρχῆς κληρονόμου παιδὸς οὔπω παραγγείλαντος εἰς ἥβην, καὶ πιστῶς προστησόμενον τῆς βασιλίδος καὶ οἷον μητροκομήσοντα. Οἱ δὲ παντοδήλητοι ἀστροφένακες καὶ περὶ ἐρωτικὰ, κατ' αὐτοὺς εἰπεῖν, τὸν βασιλέα σχολάσειν ἀπετόλμων λέγειν ἀνασφήλαντα τῆς νόσου μετὰ βραχὺ, καὶ πόλεων ἀλλοφύλων εἰς χώμα τεθησομένων καθαιρέσεις ἀπηναιδεύοντο. Τὸ δὲ δὴ παραλογώτερον, πρόγειροι τὴν γλῶτταν ὄντες καὶ τῷ ψεύδει ἐνειθισμένοι καὶ συγκίνησιν προὔλεγον τοῦ παντὸς συνδρομάς τε καὶ
B συνόδους τῶν μεγίστων ἀστέρων καὶ ἀνέμων ἐξαισίων ἐκῤῥήξεις, καὶ σχεδὸν τοῦ παντὸς μεταστοιχείωσιν προεφοίβαζον, ἐγγαστρίμυθοι πλέον ἢ ἀστεροσκόποι δεικνύμενοι. Οὐ χρόνους δὲ μόνον καὶ μῆνας ἠρίθμουν καὶ ἑβδομάδας κατέλεγον, ἐφ' ὧν ταῦτα γενήσεται, καὶ βασιλεῖ διεσήμαινον, ἀλλὰ καὶ ἡμέρας ἠκριβολόγουν καὶ τὸ τῆς ὥρας ἀκαριαῖον ἐβωμολόχουν, ὡς εἴπερ σαφῶς ἤδεσαν ἅπερ ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ ἔθετο ὁ Πατὴρ, καὶ περὶ ὧν ἐπετίμα πυνθανομένους τοῖς μαθηταῖς ὁ Σωτήρ. Ἀμέλει τοι οὐ μόνον αὐτὸς ὁ βασιλεὺς σπήλαια καὶ καταδύσεις ἀλεξηνέμους διηρευνᾶτο καὶ προητοίμαζεν εἰς ἐνοίκησιν, καὶ οἱ τῶν βασιλικῶν οἰκοπέδων καθηροῦντο ὕελοι, ὡς εἶεν ἀπαθεῖς ταῖς τῶν ἀνέμων
C ἐκθησαυριζομέναις πνοαῖς, ἀλλὰ καὶ ὁπόσοι τῇ θεραπείᾳ τούτου καὶ συγγενείᾳ ἐνεγραφοντο, καὶ οἱ κολακικῶς αὐτὸν ὑπεισήρχοντο, τοῖς αὐτοῖς ἐπιμελῶς ἐνέκειντο, ὡς τοὺς μὲν γεωρυχεῖν κατὰ μύρμηκας, τοὺς δὲ σκηνορράφειν καὶ σχοινία περιδέειν ἔντριτα καὶ πασσάλους ἀποξύνειν πηχυαίους εἰς ἀκράδαντον ἔρεισμα τῶν σκηνῶν. Ἀλλ' ὅπερ ἔλεγον, ἐπειδὴ τὰ τῆς νόσου τῷ βασιλεῖ ἐπέτεινε, παραβόλως βαλανείῳ ἐχρήσατο, καὶ γνοὺς ἔτι πλέον ἐντεῦθεν τὰς τοῦ ζῆν ἀπαλειφομένας ἐλπίδας καὶ οἷον καθ' ὑγρῶν τυπουμένας καὶ τὴν προθεσμίαν ἀνυπεξάλυκτον ἐφεστῶσαν ὀλίγα περὶ τοῦ παιδὸς Ἀλεξίου τοῖς περιεστῶσι διείλεκται, κεράσας οἰμωγαῖς τὰ ῥήματά ἐκ τοῦ προορᾶν οἷον τὰ μετὰ τὴν ἐκείνου συμβησόμενα ἔξοδον. Ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς ἀστρονομίας ὑποθήκη τοῦ πατριάρχου βραχύν τινα χάρτην
D ὑπεσημήνατο, πρὸς τὴν ἐναντίαν δόξαν μεθαρμοσθείς. Τέλος δὲ καὶ αὐτὸς τῇ ἀρτηρίᾳ προσάγων τὴν χεῖρα καὶ τὰς κινήσεις τοῦ σφυγμοῦ γνωματεύων, βύθιόν τι στενάξας καὶ πλήξας τῇ χειρὶ τὸν μηρὸν τὸ μοναδικὸν σχῆμα ᾔτησε. Θορύβου δὲ, ὡς εἰκὸς, ἐπὶ τῷ ῥήματι τούτῳ ἀρθέντος, καὶ τῆς πνευματικωτέρας ἀμφιάσεως ἐχούσης τὸ ἀπαράσκευον, τριβωνίου μέλανος οἱ περὶ τὸν βασιλέα ὀθενοῦν εὐπορήσαντες περιδύουσι μὲν αὐτὸν τὰ μαλακὰ καὶ ἀρχικὰ ἄμφια, ἐπενδύουσι δὲ τὸ τραχὺ τῆς κατὰ Θεὸν πολιτείας ἔνδυμα, εἰς ὁπλίτην μετημειφότες πνευματικὸν κράνει τε θειοτέρῳ καὶ θώρακι σεμνοτέρῳ, τῷ οὐρανίῳ στρατολογήσαντες ἡγεμόνι. Τὸ δὲ ῥάκος

μὴ ποδῆρες ὂν μήτε μὴν δι' ὅλου τοῦ ἡρωϊκοῦ ἐκείνου καταβαῖνον σώματος εἶα τὰς κνήμας ἀκαλυφεῖς, ὡς μηδένα τῶν ὁρώντων εἶναι ἀδάκρυτον, ἐν νῷ βαλλόμενον τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν καὶ τὴν ἐν τῷ τελευτᾷν τὸν βίον τοῦ σώματος ἀχρειότητα, ὅπερ ἡμῖν ὡς ὄστρεον περιπλάττεται καὶ συμφύεται τῇ ψυχῇ. Τοῦ βίου γοῦν οὕτω καὶ τῆς βασιλείας μεθίσταται, τριάκοντα καὶ ὀκτὼ χρόνους γεγονὼς ἐν τῇ βασιλείᾳ, λειπόντων μηνῶν τριῶν. Πρὸς ἣν οἶμαι παράτασιν τῆς ἀρχῆς καὶ τὸ παλαίτατον ἐκεῖνο λόγιον ἀφορᾷν, ὃ διέξεισιν οὑτωσί· « Ἀλλ' ὑστάτη σε κερδανεῖ λαβὴ λόγου· » ἡ γὰρ τελευταία τοῦ ὀνόματος συλλαβὴ τὸν ὀκτὼ καὶ τριάκοντα διασημαίνεται ἀριθμόν. Τέθαπται οὖν παρὰ πλάγιον πλευρὰν τῷ τὸν νεὼν εἰσιόντι τῆς τοῦ Παντοκράτορος μονῆς, οὐκ ἐν αὐτῷ τῷ τεμένει, ἀλλ' ἐν τῷ περὶ τοῦτον ἠρῴῳ. Τοῦ δὲ τοίχου τοῦ νεὼ εἰς ἀψῖδα περιαχθέντος ἡ περὶ τὴν σορὸν εὐρεῖα διαστέλλεται εἴσοδος. Συνέχει δὲ τοῦτον λίθος τὴν μελανίαν ὑποκρινόμενος καὶ διὰ τοῦτο στυγνάζοντι ἐοικώς, ὃς καὶ εἰς ἑπτὰ διέσχισται λοφιάς. Παράκειται δέ οἱ ἐπὶ κρηπῖδος καὶ προσκύνησιν δέχεται λίθος ἐρυθρὸς ἀνδρομήκης, ὃν εἶχε πρότερον μὲν ὁ κατ' Ἔφεσον τὴν πόλιν ναὸς, ἐκεῖνον εἶναι διαθρυλούμενον ἐφ' οὗ Χριστὸς μετὰ τὴν ἀπὸ σταυροῦ καθαίρεσιν νεκροταφίοις εἰλημμένος ἐσμυρνίσθη. Ὁ δὲ βασιλεὺς οὗτος διακομίσας ἐκεῖθεν, καί οἱ τὸν νῶτον ὑποστρώσας ὡς ὁμόθεον σῶμα καὶ γεγονὸς ὅπερ τὸ χρῖσαν (7) βαστάσαντι, ἐκ τοῦ κατὰ τὸν Βουκολέοντα λιμένος εἰς τὸν ἐν τῷ φάρῳ τοῦ μεγάλου παλατίου νεὼν τοῦτον ἀνήγαγε. Μετ' οὐ πολλὴν μέντοι ἐν ὑστέρῳ χρόνου περίοδον τοῦ βασιλέως τὸν βίον ἀπολιπόντος καὶ ὁ λίθος οὗτος ἐξήρθη τῶν ἀνακτόρων, καὶ μετενήνεκται ἔνθα δὴ ἀρτίως ἐμνήσθην, κεκράξων, οἶμαι, καὶ διατρανωσόμενος ὁπόσα ὁ τῇ σορῷ σιωπῶν εἰργάσατό πως καὶ ἠγωνίσατο.

A lapis purpureis, viri magnitudine, qui ante fuit Ephesi; et is esse dicitur, in quo Christus de cruce sublatus et fasciis involutus conditus fuerit. Eum lapidem imperator inde advectum humeris suis, quippe qui divinum corpus ipsumque Christum gestasset, a portu Bucoleontis usque ad ædem **290** quæ in turri palatii est, pertulit. Sed non multo post imperatoris obitum saxum illud e palatio ad sepulcrum illius est translatum, ut clara voce defuncti res gestas et certamina proclamet.

Hier. Wolfii notæ.

(7) Quid sit illud ὅπερ τὸ χρῖσαν, non intelligo. Et qualemcunque sententiam conjectura sum secutus.

ΒΑΣΙΛΕΙΑ
ΑΛΕΞΙΟΥ ΤΟΥ ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝΗΤΟΥ
ΤΟΥ ΥΙΟΥ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΑΝΟΥΗΛ.

—

IMPERIUM
ALEXII COMNENI PORPHYROGENITI
MANUELIS IMPERATORIS FILII.

—

α'. Καὶ οὕτω μὲν ὁ βασιλεὺς Μανουὴλ ὁ Κομνηνὸς καταλύει τὸν βίον, βασιλεύει δὲ μετ' αὐτὸν ὁ ἐκείνου παῖς Ἀλέξιος, οὔπω καθαρῶς τῆς ἥβης ἁψάμενος, ἀλλ' ἔτι παιδοκόμων καὶ τιθευτρίας δεόμενος. Πλημμελῶς τοίνυν καὶ ἀχρείως τὰ Ῥωμαίων ἐφέρετο πράγματα, καὶ χειρόνως ἢ ὅτε ὁ Φαέθων τὴν ἐν ἄστροις οὐρανοῦ τέμνειν ὁδὸν ἐπεβάλλετο, τοῦ πατρικοῦ καὶ χρυσοκολλήτου ἐπιβὰς ἅρματος. Αὐτὸς μὲν γὰρ ὁ κρατῶν διὰ τὸ τῆς ἡλικίας ἀτελὲς καὶ τοῦ τὰ συνοίσοντα φρονεῖν ἐνδεὴς οὐδενὸς ἦν τῶν καθηκόντων ἐπιστρεφόμενος, κούφοις δὲ μόνον τρεφόμενος πνεύμασι καὶ τὸ χαίρειν καὶ τὸ λυπεῖσθαι μήπω μεμαθηκὼς ἀκριβῶς κυνηγεσίοις προσανεῖχε

B **291** 1. Manuele Comneno ad hunc modum defuncto, filius Alexius fere impubis adhuc et puer, qui pædagogi et nutricis opera non satis commode carebat, successit. Itaque Romana res publica perperam administrabatur, et pejus se habebat quam cum Phaeton paternum currum per cœlum regere conatus est. Nam imperator ob immaturam ætatem et inopiam consilii nullam officii rationem habebat, **292** inani superbia elatus, et vix satis gnarus quæ res tristes aut jucundæ essent, venationi et equitationi incumbebat; puerorum cum quibus colluderet, familiaritate utebatur, vita pessime instituta. Paterni vero ejus cognati et amici,

aliis rebus intenti, illius educationem aliis rebus omnibus antevertendam negligebant, nec interitum rei publicæ curabant. Nam alii imperatricis amore flagrabant et ejus pudicitiam haud dissimulanter tentabant ; calamistris, unguentis puerilibus, mitris mulieribus, aureis torquibus ornati, defixos in illam oculos habebant et mutuum illius amorem captabant. Alii, homines avari et rapaces, cum luxuriosissime viverent, fiscum depeculabantur, ut crumenam immodicis sumptibus exhaustam pecunia resarcirent. Alii ad imperii cupiditatem omnia referebant, Denique tanquam strenuo et gravi pædagogo sublato, confusa erant omnia, dum suum quisque negotium agit et alteri adversatur ; aut velut columna firma revulsa, in partem contrariam omnia inclinabant. Proinde cum **293** potentissimi quique, et cognati imperatoris, æqualitatem spernerent, rei publicæ cura defecit, congressus et concilia deserta sunt. Cum autem protosebastus et protovestiarius Alexius Comnenus, Manuelis patruelis, pueri imperatoris matrem sibi conciliasset, et crebro ejus consuetudine uteretur, cæterosque omnes auctoritate vinceret, ii qui eadem orti erant familia et Manuelo imperante parem potestatem obtinuerant, maximis dignitatibus prædíti, molestissime illa ferebant. Quidam etiam cum tyrannidem suboriri cernerent, protosebastum suspectum habebant, non tam de imperatoris Alexii salute solliciti, quam ne ipsi comprehenderentur metuentes. Quapropter exspectatione rerum futurarum suspensi, modo ipsi tuti essent, cæteros minus curabant. Fama enim, ut loquax est, jam vociferabatur Alexium imperatrici adhærere cum eaque conspirasse, multos sibi officiis et largitionibus conciliare, et imperatore ejecto regnum affectare et matris ejus nuptias ambire. Atque ita sese res imperti habebant, confusionis et turbarum plenæ, non aliter quam in fabulis de serpente illo traditur, qui cauda surda et cæca non sine multis **294** offensionibus progrediebatur. Is rerum status monstro illo sub Manuelis obitum edito præsignificatus fuit. Nam mulier quædam in Propontide habitans puerum peperit, cætera perexilem et imbecillem, sed capite Ingenti. Id principatus multorum, quem omnis imperii et disciplinæ contemptus sequitur, omen habitum.

καὶ ἱππηλασίοις προσέκειτο, παιδαρίοις συμπαίγμοσι συγγινόμενος καὶ τὸ ἦθος ἐν τοῖς χειρίστοις τυπούμενος. Οἱ δέ γε πατρῷοι τούτῳ ἑταῖροι καὶ οἱ **καθ'** αἷμα δή που προσήκοντες, ἑτέροις τὸν νοῦν προσέχοντες, τῆς τούτου καλλίστης κατημέλουν ἀγωγῆς καὶ τροφῆς καὶ τὰ κοινὰ ὀθειρόμενα παρεβλέποντο. Οἱ μὲν γὰρ τῆς βασιλίδος ἤρων καὶ ἐπείρων μάλα λαμπρῶς, ἐπαφροδίτως βοστρυχιζόμενοι, καὶ τὸν ταύτης ἀντέρωτα θηρώμενοι ἐμυροῦντο νηπιωδῶς καὶ ἐμιτροῦντο γυναικωδῶς περιδερράιοις λιθοκόλλοις, καὶ ὅλοις ὀφθαλμοῖς εἰς αὐτὴν ἐνητένιζον· οἱ δὲ χρηματιστικοὶ ὄντες καὶ δημοβόροι παρενοσφίζοντο τὰ δημόσια, ταῖς τε ἐφευρημέναις δαπάναις ἀφειδέστερον χρώμενοι καὶ νέας προσεφευρίσκοντες, ἵν' ἔχοιεν οὕτω τὸ χθὲς κενὸν καὶ σύσπαστον βαλάντιον πλῆρες καὶ διφθηκὸς σήμερον· οἱ δὲ τοῦ βασιλεύειν ἔχοντες ἔφεσιν πρὸς τοῦτο τὸν οἰκεῖον σκοπὸν συνέτεινον ἅπαντα. Ὡς γάρ τινος παιδαγωγοῦ γενναίου καὶ ἐμβριθοῦς ἐκποδὼν γενομένου ἀταξίας τὸ πᾶν ἐπεπλήρωτο, ἑκάστου τὸ οἰκεῖον μεταδιώκοντος ἐφετὸν καὶ ἀλλήλοις ἁπάντων ἀντιπραττόντων, ἢ κίονος ὑποσπασθέντος ἑδραίου καὶ ἀστραβοῦς πρὸς ἐναντίαν φορὰν ἀπονενεύκεισαν ἅπαντα. Τῆς δὲ ἰσοτιμίας ἀτιμασθείσης παρὰ τοῖς τότε τὰ μέγιστα δυναμένοις καὶ κατὰ γένος συναπτομένοις τῷ βασιλεῖ, αἵ τε ὑπὲρ τῶν κοινῶν φροντίδες ἐξέλιπον καὶ αἱ συνδρομαὶ καὶ σύνοδοι ἠφαντώθησαν. Καὶ τοῦ πρωτοσεβαστοῦ δὲ καὶ πρωτοβεστιαρίου Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, ὃς ἀνεψιὸς ἦν πρὸς πατρὸς τῷ βσσιλεῖ Μανουὴλ, τὴν τοῦ παιδὸς καὶ βασιλέως μητέρα ὑποποιησαμένου καὶ θαμὰ αὐτῇ ὁμιλοῦντος καὶ ὑπὲρ πάντα ἰσχύοντος ἕτερον, οἱ τοῦ αὐτοῦ μεταλαχόντες αἵματος καὶ ἰσοκρατεῖς εἶναι παρὰ τοῦ βασιλέως Μανουὴλ ἐαθέντες καὶ ἀξιώμασι μεγίστοις ἐμπρέποντες ἔστιν ᾗ ἀπεπνίγοντο τοῖς γινομένοις, ἔστι δ' ᾗ καὶ τυραννίδα φυομένην ὁρῶντες τὸν πρωτοσεβαστὸν ὑπεβλέποντο, οὐ τοσοῦτον μὴ ὁ βασιλεύων Ἀλέξιος ἀηδές τι **πάθοι** περὶ πλείστου ἔχοντες, ὅσον μὴ αὐτοὶ **συλληφθεῖεν** ὑφορώμενοι. Καὶ διὰ ταῦτα καραδοκοῦντες τὸ μέλλον, τὸ **καθ'** αὐτοὺς ἀσφαλὲς τοῦ πέλας **προετίθεσαν**. Ἤδη γὰρ ἡ φήμη λάλος ἦν καὶ **διαῤῥήδην** κραυγάζουσα ὡς Ἀλέξιος τῇ μητρὶ τοῦ **βασιλέως** σύμφυτος μικροῦ καὶ σύμπνους γενόμενος **μέτεισι** τοὺς πολλοὺς φιλίᾳ καὶ χρήμασι, καὶ **καθελεῖν μὲν** αὐτὸν τῆς βασιλείας ἐν νῷ τίθεται, ἑαυτὸν δ' ἐπιβήτορα ταύτης, ὥσπερ δὴ καὶ τῆς τεκούσης, γενήσεσθαι σκέπτεται. Καὶ οὕτω μὲν τὰ κατὰ τὴν βασίλειον αὐλὴν πάσας ὄντα συγχύσεως καὶ παντοίου χειμῶνος ἔμπλεα, καὶ τὸ τοῦ μυθικοῦ δράκοντος πράγμασιν αὐτοῖς ὁρώμενον ἦν, ὃς κακῶς διετίθετο κωφῷ καὶ τυφλῷ μέρει **τῷ οὐραίῳ** διεξαγόμενος. Ἡ τὸ τέρας πέρας ἐλάμβανεν, ὅ τὸν βίον τελευτῶντος **ἐπιφάνη** τοῦ αὐτοκράτορος **Μανουὴλ. Γυνὴ** γάρ τις κατὰ τὴν Προποντίδα λαχοῦσα τὴν οἴκησιν παιδίον ἀπέτεκεν ἄῤῥεν, τὸν μὲν λοιπὸν ἄνθρωπον **ἐκτῤῥωμένον** καὶ λίαν βραχυμερέστατον, τὴν δέ γε κεφαλὴν χρῆμά τι ἐπὶ τῶν ὤμων ἀνέχον μέγα τε καὶ ἐξαίσιον, ὅ καὶ συλλελόγιστο πολυαρχίας εἶναι σημαντικὸν, ἥτις μήτηρ ἀναρχίας ἐστίν.

2. At Comnenus Andronicus imperatoris Manuelis patruelis, de quo in illius historia copiose scripsimus, cum imperatoris mortem et aulæ dissidia Œnæi audivisset, veterem tyrannidis amorem renovat. Sed hæc suo loco commodius referentur : nunc vero, ne ordo historiæ interrumpatur neque quicquam memoratu dignum prætermittatur, paulo

β'. Ὁ δὲ Κομνηνὸς Ἀνδρόνικος ὁ τοῦ **βασιλέως** ἐξάδελφος Μανουὴλ, περὶ οὗ τὸ λέγειν ἐν τῇ **κατὰ** τὸν βασιλέα τοῦτον ἱστορίᾳ κατέῤῥευσεν ἱκανώτατα, διατρίβων τηνικαῦτα κατὰ τὸ Οἴναιον, ἐπεὶ **πύθοιτο** τὸν τοῦ Μανουὴλ θάνατον καὶ διαστασιάζειν ἔγνωκε τὰ βασίλεια, τὸν παλαιὸν τῆς τυραννίδος **ἀνασκάλλει** ἔρωτα. Ἀλλὰ μήπω περὶ τούτων, **καθ'** εἱρμὸν

δὲ προϊὸν τὸ λέγειν ἐκεῖθεν τῆς ἱστορίας τῶν κατὰ τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐχέσθω, ὁπόθεν ἄρχεσθαι ἄμεινον συναφείας ἕνεκα καὶ τοῦ μὴ παραλιπεῖν τι τῶν ῥηθῆναι ἀξίων. Ὁ Ἀνδρόνικος τοίνυν οὗτος τὰς λαβὰς ἐκφεύγων τοῦ Μανουὴλ ἀειφυγίαν εἵλετο, καὶ πόλεις ἀμείψας συχνὰς καὶ πλεῖστα ἐθνῶν ἄστεα κατιδὼν τέλος, ὡς εἰπόντες ἔχομεν, καταλύει παρὰ τῷ Σαλτούχῳ· τοπάρχης δ' ἦν οὗτος εἰς ἀρχὴν ἔχων ἐξαιρεθεῖσαν τὴν τῇ Χαλδαίᾳ προσεγγίζουσαν χώραν, Ῥωμαίοις μὲν πάλαι ὑπόφορον, τότε δὲ τοῖς Τούρκοις καὶ τοῖς τούτων ὑπείκουσαν ἔθεσι. Καὶ παρειληφώς τι φρούριον αὐτοῦ ἐκόντος, καὶ τῇ φυσικῇ τούτου ἐρυμνότητι τὴν ἀπὸ τῆς τέχνης προσθεὶς, ἐκεῖσε προσέμενε, συμπλανῆτιν ἔχων ἑαυτῷ καὶ συνέκδημον τὴν Κομνηνὴν Θεοδώραν, ἥτις ἀθεμίτως αὐτῷ συνηνάζετο θυγάτηρ Ἰσαακίου οὖσα τοῦ σεβαστοκράτορος· ἐξ ἀδελφῶν δ' ἔφυσαν ἄμφω, Ἰσαάκιος καὶ Ἀνδρόνικος. Ὁ τοίνυν αὐτοκράτωρ Μανουὴλ συνειληφέναι οὐκ ἔχων Ἀνδρόνικον, ἀλλ' ὅσα καὶ Ἰξίων Ἥρας τούτου ἀποπλαζόμενος, ὡς γοῦν νεφέλην τὴν ἀνεψιὰν Θεοδώραν περισχεῖν διὰ φροντίδος ἐτίθετο, καὶ τοῦ κατὰ σκοπὸν ἐπιτυχὴς γεγονὼς διὰ τοῦ τότε τὴν ἀρχὴν τῆς Τραπεζοῦντος ἀνεζωσμένου Νικηφόρου τοῦ Παλαιολόγου, μετὰ βραχὺ καὶ αὐτὸν ἐπισπᾶται Ἀνδρόνικον, ὅσα καὶ δελητίῳ τῇ Θεοδώρᾳ κατασπώμενον καὶ τῷ ταύτης ἀγκιστρευόμενον ἔρωτι, οὐ μικρῶς καὶ τῷ τῶν παίδων πυρὶ δαπανώμενον οὓς ἀπέτεκεν αὐτῷ Θεοδώρα. Στείλας τοίνυν πρέσβεις εἰς βασιλέα αἰτεῖται ὧν πεπαρῴνηκεν ἀμνηστίαν, πρὸς δὲ καὶ ἀσφάλειαν ὡς οὐδέν τι πείσεται θυμαλγὲς ἀφικόμενος. Καὶ τοῦ βασιλέως πρὸς ἄμφω οὐκ ἀπατηλῶς καταμνεύσαντος, μετά τινα καιρὸν προσχωρεῖ. Πολυμήχανος δ' ὢν Ἀνδρόνικος καὶ παντοίοις δόλοις καζόμενος ἁλύσει σιδηρέᾳ πολυταλάντῳ διαλαμβάνει τὸν τράχηλον, καὶ ταύτην ἔνδον συσχὼν καὶ περιθάλψας τῷ ἱματίῳ ἐς τὰ τῶν ποδῶν ἔσχατα καταβαίνουσαν, ὡς εἴη βασιλεῖ τε ἀφώρατος καὶ τοῖς τὸ βῆμα τούτου πληροῦσιν ἀθέατος, λαβὼν τοῦ ὀφθῆναι τῷ αὐτοκράτορι καὶ θεάσασθαι τὸ ἐνδόσιμον, ἐπεὶ καθάπαξ ἐκείνῳ εἰς θέαν κατέστη, μέγας μεγαλωστὶ κατὰ τοῦ δαπέδου ἐκτείνεται προτείνας τὴν ἅλυσιν, καὶ δακρύοις τέγγων τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐδεῖτο θερμότερον καὶ περιπαθῶς καθικέτευε συγγνώμην εὑρεῖν ἐφ' οἷς δή που παραλελύπηκεν. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπὶ τοῖς ὀρωμένοις ἔκθαμβος γεγονὼς αὐτός τε πρὸς δάκρυα προήχθη καὶ τοὺς ἐξεγεροῦντας ἐπέταξεν. Ὁ δὲ οὐκ ἀναστῆναι τῶν κάτω διισχυρίζετο, εἰ μὴ βασιλέως ἐπιτεταχότος αὐτόν τις τῶν παρεστηκότων διὰ τῆς ῥυμοτομίας ἑλκύσει τοῦ βήματος λαβόμενος τῆς ἁλύσεως, καὶ προσουδίσει τῷ θρόνῳ τῷ βασιλείῳ. Ἀμέλει καὶ γέγονεν ὡς ἐδεῖτο Ἀνδρόνικος. Ὑπουργήκει δὲ πρὸς τοῦργον τοῦτο Ἰσαάκιος ὁ Ἄγγελος ὁ καθελὼν τῆς τυραννίδος Ἀνδρόνικόν ὕστερον· καὶ θαυμάσας ἄν τις τὸ τελεσθὲν τηνικάδε καιροῦ οὐκ εἰς ἄλογον συγκυρίαν ἢ αὐτόματον ἀπολύσει τεῦτο περίπτωσιν. Τῷ δ' οὖν τότε λαμπρότατα προσδεχθεὶς ὁ ἀνὴρ καὶ φιλοφροσύνης μεγαλοπρεποῦς ἀξιωθεὶς, ὡς ἔδει τηλικοῦτὸν ἄνδρα χρόνιον ἐπανήκοντα, πρὸς τὸ Οἴναιον ἀποστέλλεται, ἐκεῖσε τὰς διατριβὰς τελέσων καὶ τὴν μακρὰν ἀνακωχεύσων περιοδείαν καὶ τὸν πολυετῆ καταπαύσων πλάνον. Ἤδεσαν γὰρ ἀμφότεροι τὰ τῆς ἐν ταὐτῷ συνουσίας εἰς τὰς προτέρας ἐπαναλύσοντα συμφοράς· μηδὲ γὰρ ἂν ἠρεμή ειν ὅλως τὸν φθόνον καὶ οἷς ἔργον τῷ φιλαιτίῳ τὴν παρὰ τοῖς κρατοῦσιν οἰκείωσιν ἄρνυσθαι καὶ ταῖς τῶν ἄλλων διαβολαῖς ἑαυτοὺς ἐπικρατύνειν καὶ εἰς μείζους πρόσπαίρειν τιμάς.

A allius exordiamur. Hic Andronicus, ut Manuelis casses evitaret, cum perpetuum sibi exsilium indixisset, multis urbibus, multis provinciis peragratis, tandem ad Saltuchum, ut diximus, divertit. Toparcha is erat, cui regio Chaldææ vicina in portionem cesserat, olim Romanis tributaria, tum autem Turcicæ ditionis **295** et religionis ; et castello illius voluntate occupato, atque ad naturalem loci situm artis munitione adjuncta, ibi se tenebat, Theodora Comnenia, Isaacii sebastocratoris filia, quam incesto amore prosequebatur, fugæ comite : orti autem fratribus erant Isaacius et Andronicus. Manuel vero cum eum non magis comprehendere quam Junonem Ixion posset, Theodoram, tanquam ille nubem, capere studuit ; atque ejus voti per B Trapezuntis principem Nicephorum Palæologum compos factus, paulo post ipsum etiam Andronicum, Theodoræ amore tanquam esca illectum et non mediocri filiorum, quos illa ei pepererat, desiderio flagrantem, attraxit. Missis enim ad imperatorem legatis delictorum veniam et fidem publicam postulavit : et utraque re impetrata, aliquanto post in urbem reversus, ut erat solers et callidus, gravi catena ferrea collo circumvoluta et sub veste ad pedes usque demissa, ne vel ab imperatore vel ab astantibus cerneretur, cum in ejus conspectum venisset, humi porrectus quantus erat, prolata catena et lacrymis oppletus offensarum veniam magna contentione, supplici et miserabili gestu, flagitavit. Imperator **296** eo spectaculo stupefactus et ipse in lacrymas erupit, eumque levari jussit. Ille vero C se surrecturum esse negavit, nisi jussu imperatoris ab aliquo ex astantibus catena ad tribunal imperatorium attraheretur atque procumberet. Factum est ut petiit Andronicus, Angelo Isaacio, a quo post et imperio et vita privatus est, ministro : admiratione digna res, quæque non fortuito accidisse videri queat. Tum autem splendidissime et magnificentissime susceptus et humanissime tractatus, ut decebat tantum virum ex diuturna peregrinatione reversus, Ænæum ablegatur, ut ibi habitaret et ex longinquis erroribus se recrearet. Ambo enim norant, si una degerent, fore ut veteres simultates recrudescerent. Neque enim quieturam invidiam, neque otium acturos eos quibus studio est criminando principum captare benevolentiam, D et alios calumniando suas opes firmare et ad altiorem dignitatis gradum ascendere.

3. Erat igitur Andronicus procul a Jove et a fulmine, in voluntario **297** exsilio, sed ærumnis illis errorum liber, et imperatoria munificentia fruebatur. Eo loco degens cum Manuelis obitum et palatina dissidia et Alexii equitationes et lusus, quibus puerilia ingenia capiuntur, audisset, curatores vero ejus patricios partim ut apes crebro in provincias evolare et pro melle pecuniam congerere, partim, ut capræ frondes, ita imperium continenter appetere, partim porcorum imitatione sordidis proventibus pinguescere, laudis vero et rei publicæ nullam prorsus rationem habere, sed in turpitudine et flagitiis omnibus volutari comperisset, speciosam invadendi regni causam quæritat, ac post varias cogitationes et multiplices conatus jurisjurandi libellum, quod Manueli et filio ejus Alexio dederat, legit. In quo cum verba non in alium sensum detorquenda essent, sed in sua nativa significatione accipienda, illi huic clausulæ : « Si quid videro, aut intellexero, aut audivero, quod honori imperio et saluti **298** vestræ fraudi sit, id et vobis indicabo et ipse pro virili mea prohibebo, » ut muscæ ulceribus inhæsit, opportunæ admodum ad tyrannidem, quam jam olim parturiebat. Et ut homo acer erat et imperiosus, crebras litteras ad imperatorem et nepotem Alexium et ad patriarcham Theodosium ac cæteros, in quibus aliqua scintilla amoris erga Manuelem defunctum apparebat, mittit, in quibus infamiam exaggerabat, seque indignari simulabat, quod protosebastus non adempta potentia ad moderatiorem fortunam redigeretur, tum quod haud dubium imperatori exitium jamjam inde impenderet, tum ob turpissimum rumorem et ipsis auribus gravem, qui in summis mœnibus clamitet, et in foribus principum versatus totum orbem terrarum pervagetur. Hæc cum summa gravitate et splendore loquendo et scribendo (erat enim litterarum apprime peritus, et divini oratoris Pauli Epistolas subinde in ore habebat) omnes in suam sententiam pertraxit ; atque id consecutus est, ut tanquam rei publicæ studiosissimus et longo tempore ac usu rerum diuturno perpolitus summam **299** auctoritatem obtineret. Itaque Œnæo relicto Cpolim proficiscitur ; et quocunque venit, jusjurandum suum profert ; rogatus profectionis suæ causam exponit. Homines autem novarum rerum cupidi, et qui veteri famæ Andronico regnum vaticinanti credebant, ad illum tanquam ad aquilam monedulæ confluentes irrita verba fundebant. Hoc modo usque in Paphlagoniæ partes pervenit, et ubique ut servator divinitus missus honorificentissime excipitur.

A γ'. Ἦν οὖν Ἀνδρόνικος Διός τε πόρρω καὶ κεραυνοῦ, παρὰ τοσοῦτον οὐ τὸν πρώτην ἔλκων πονηρὸν βίοτον παρ' ὅσον οὐ τῆς Ῥωμαίων ἐπλάζετο ὑπερόριος καὶ δωρεῶν ἐνεφορεῖτο βασιλικῶν. Ἐκεῖσε τοίνυν ὢν τὸν τοῦ Μανουὴλ ἠνωτίσατο θάνατον καὶ τὰς ἐν τοῖς βασιλείοις νόσους ἠκρίβωκε, καὶ ὡς ὁ βασιλεὺς Ἀλέξιος ἱππασμοῖς διαχεῖται καὶ προστέτηκε παιδιαῖς ὁπόσαις φιληδοῦσιν οἱ παιδαριώδοις τὴν φρόνησιν, τῶν δὲ παιδοκομούντων αὐτὸν εὐπατριδῶν οἱ μὲν κατὰ τὰς μελίσσας συχνὰ πρὸς τὰς ἐπαρχίας λύουσι τὸ πτερὸν καὶ ὡς μέλι τὰ
B χρήματα τιθαιβώσουσιν, οἱ δὲ κατὰ τὰς αἴγας τοῦ τῆς βασιλείας ἐρῶσι θαλλοῦ καὶ συνεχῶς ἐρωτιῶσι τουτονὶ δρέπεσθαι, ἔνιοι δὲ τὰς ὗς μιμούμενοι ἐκ τῶν ῥυπαρωτέρων προσόδων λιπαίνονται, πρὸς μὲν τὸ ἐπαινετὸν καὶ τῆς κοινῆς πατρίδος ὠφέλιμον οὐδ' ἀναθρεῖν ὅλως οὐδ' ἀνακύπτειν αἱρούμενοι, ταῖς δὲ μυσαραῖς ἐγκυλινδούμενοι πράξεσι καὶ συωδῶς πρὸς ἅπαν ἐγκυπτάζοντες χείριστον. Αἰτίαν οὖν ἐφιλοκρίνει καὶ ἀνηρεύνα περιεργότερον, δι' ἧς εὐαφόρμως τῇ βασιλείᾳ ἐπίθοιτο· καὶ πολλοὺς λογισμοὺς ἀνελίξας καὶ πᾶσαν μηχανὴν μετελθὼν τέλος τὸ τοῦ ὅρκου βιβλίον ἔπεισιν ὃν τῷ Μανουὴλ καὶ τῷ υἱῷ ἐκείνου Ἀλεξίῳ εἶχεν ὁμωμοκὼς, καὶ μεθ' ἑτέρων εὑρὼν ῥημάτων καὶ ταῦτα ἐγκείμενα. — Χρεὼν δὲ μὴ ὑπονοθεύειν (8) ἑτέρᾳ φράσει τὰ ῥήματα, ἀλλ' ὡς ἐπὶ λέξεων εἶχον, οὑτωσὶ καὶ δηλοῦν. Διεξῆσαν δὲ ὧδε· « Καὶ εἴ τι δὲ ἴδω ἢ νοήσω ἢ ἀκοῇ
C παραλήψομαι ε'ς ἀτιμίαν ὑμῶν καὶ λύμην τοῦ ὑμετέρου φερόμενον στέμματος καὶ ὑμῖν τὴν περὶ τούτου διδοὺς ἐσοίμην εἴδησιν, καὶ αὐτὸς δὲ, ὡς ἐξόν μοι, τοῦτο κωλύω. » Καὶ τοῖς ῥήμασι τούτοις ἐπικαθίσας ὡς αἱ μυῖαι τοῖς μώλωψι, πάνυ χρησίμοις οὖσι πρὸς ἣν πάλαι ὤδινε τυραννίδα ἐμβριθέστερον ἔχων τὸ ἦθος καὶ τὸ φρόνημα ἀρχικώτερον, ἐπάλληλα τὰ γράμματα ἔστελλε πρός τε τὸν ἀνεψιὸν καὶ βασιλέα Ἀλέξιον καὶ τὸν τῆς μεγίστης ἱερωσύνης κοσμήτορα Θεοδόσιον καὶ τοὺς λοιποὺς οἷς ζώπυρον φιλίας ὑπῆν πρὸς τὸν κατοιχόμενον βασιλέα τὸν Μανουὴλ, ἐν δεινῷ τιθέμενος τὰ τῆς ἀσχήμονος φήμης περιλαλήματα, καὶ τὸν ἀγανακτοῦντα ὑποκρινόμενος εἰ μὴ ὁ πρωτοσεβαστὸς τῆς
D δυναστείας παραλυθείη καὶ τὴν μετριωτέραν τυχὴν εἴη μετειληφὼς, καὶ διὰ τὸν προσέρποντα μὲν ἐντεῦθεν καὶ ἤδη καθιστάμενον προδηλότατον τοῦ βασιλέως Ἀλεξίου ὄλεθρον, ἀλλὰ δὲ καὶ τὴν ἀπρεπῆ οὐχ ἥκιστα φήμην καὶ ὡσὶν ἡμετέροις οὐκ εὐπαράδεκτον, ἥτις ἐπ' ἄκρων τειχέων κηρύσσεται καὶ πύλαις δυναστῶν ἐφεδρεύει καὶ πρόσεισι παγκόσμιον περιήχημα. Καὶ ταῦτα λέγων καὶ γράφων μεθ' οἵας οὐκ εἴποι τις ἂν πειθανάγκης καὶ λαμπρότητος (ἦν γὰρ, εἰ καί τις ἄλλος, γραμμάτων ἔμπειρος καὶ ἀνὰ στόμα φέρων ἀεὶ τοῦ πνευματορήτορος Παύλου τὰ ἐπιστόλια) εἶχε πάντας τῇ αὐτοῦ γνώμῃ προστιθεμένους καὶ πρὸς ἐκεῖνον νενευκότας μονώτατον ὡς φιλορώμαιον ἄνδρα καὶ χρόνῳ μακρῷ

Hier. Wolfii notæ.

(8) Χρεὼν δὲ μὴ ὑπονοθεύειν. Possunt hæc verba etiam ad scriptorem ipsum referri per parenthesin προκαταληπτικὴν, hoc modo : *In quo hæc etiam verba præter cætera continentur : neque vero adulteranda sunt aliena dictione, sed ita ut scripta sunt referenda : si quid*, etc.

καὶ πείρᾳ πολιωτέρᾳ τὰ κάλλιστα συλλεξάμενον. Καὶ αὐτὸς δὲ τοῦ Οἰναίου ἀπάρας πρὸς τὴν τῶν πόλεων βασιλίδα μετέβαινε, τὸν οἰκεῖον καθ' οὕς ἐπισταίη ὅρκον ἀναπτύσσων, καὶ τοῖς πυνθανομένοις διεξιὼν τὸ τῆς κινήσεως αἴτιον. Καὶ περὶ ἐκεῖνον ὅσα καὶ ἀετὸν ὑψινεφῆ καὶ γαμψώνυχα κολοιοὶ ἐγάρυον ἄκραντα οἱ πραγμάτων νεωτέρων τρέφοντες ἔφεσιν, καὶ οἷς ἡ πάλαι φήμη περιεσπούδαστο, ἥ δή που βασιλεύσειν Ἀνδρόνικον προηγόρευε. Καὶ εἶχεν αὐτὸν οὕτω μεταβάντα ἡ τῶν Παφλαγόνων μερὶς, καὶ ὅσα καὶ σωτῆρα καὶ κατὰ θεῖον ἥκοντα προσδεχόμενον ἐριτίμως.

δ'. Ὁ δὲ πρωτοσεβαστὸς Ἀλέξιος τὴν τῶν ὅλων διοίκησιν εἰς ἑαυτὸν ἐπεσπᾶτο, τῷ ἰδίῳ φυσιούμενος κράτει καὶ τῇ παραδυναστείᾳ τῆς δεσποίνης καταχρώμενος, ὥσπερ καὶ ὁ πολλὰ πολλάκις ἐδηδοκὼς φάρμακα δράκων καὶ γενόμενος δυσαντίβλιπτος. Οὐκοῦν οὐκ ἦν τι τῶν ἁπάντων ὃ μὴ δι' αὐτοῦ ἐπεραίνετο. Εἴ δέ τι καὶ διεπεπράχει λαθὼν ἕτερος, ἢ τῆς βασιλίσσης δεηθείς, ἢ τὸν βασιλέα καρυατιζόμενον εὑρὼν ἢ ῥιμμῷ λιθιδίων καταλαβὼν προσανέχοντα καὶ τῷ καιρῷ πρὸς περάτωσιν τοῦ αἰτουμένου χρησάμενος, οὐδὲ τοῦτο τῶν ἐκείνου ἐκπεριίστατο ὀφθαλμῶν· σκεψάμενος γὰρ τρόπον δι' οὗ τὰ παρ' ἄλλων διηνυσμένα πρὸς ἐκεῖνον ἐπαναλύσουσιν ὡς εἰς στροφάλιγγα περιδινούμενα ῥεύματα, δόγμα ἐκ βασιλέως ἐξήνεγκε μὴ ἄλλως εὐπαράδεκτα οἴεσθαι ὅσα ἡ βασιλικὴ χεὶρ ὑπογραμμαίνεται γράμματα, εἰ μὴ πρότερον ὀφθεῖεν τῷ Ἀλεξίῳ καὶ οὗτος τὴν δεξιὰν τῷ βατραχείῳ ἐπιδοὺς χρώματι τὴν τοῦ « ἐτηρήθησαν » ἐπισημασίαν βραβεύσειεν. Ἦγεν οὖν ὡς ἠρεῖτο πάντα καὶ μετεπέπτευεν, καὶ ἅπερ οἱ ἐκ Κομνηνῶν πρότερον βασιλεῖς ἱδρῶσι πολλοῖς; εἶπω δὲ καὶ τοὺς πένητας κλαμώμενοι, συλλογιμαίως ἀπεθησαύρισαν χρήματα, ταῦτα τῷ πρωτοσεβαστῷ καὶ τῇ βασιλίσσῃ πρὸς ἀποχέτευσιν προὔκειτο, καὶ τὸ τοῦ Ἀρχιλόχου ἄντικρυς ἐπεραίνετο, ὅ φησιν, εἰς ἕντερον πόρνης πολλάκις μεταῤῥυήσκεσθαι τὰ χρόνῳ καὶ πόνῳ συλλεγέντα μακρῷ. Ἐντεῦθεν ἡ πᾶσα πόλις πρὸς Ἀνδρόνικον ἔβλεπε, καὶ ἡ ἐκείνου ἄφιξις ὡς ἐν σκοτομήνῃ λαμπτὴρ καὶ ἀστὴρ ἀρίζηλος ἐδοξάζετο. Τῷ τοι καὶ ἐνῆγον διὰ γραμμάτων κρύβδην πεμπομένων οἱ μέγα τότε δυνάμενοι καταταχῆσαι τὴν εἴσοδον, ὡς ἀντιταξομένων οὐδένων, οὔτε μὴν πρὸς τὸ ἀντωπὸν τῆς ἐκείνου στησομένων σκιᾶς, ἀλλ' ὀπτίαις ὅλων προσδεξομένων χερσὶ καὶ ἀναπετασόντων ἀσμένως τὰς τῆς καρδίας περιπτυχάς. Διαφερόντως δὲ αὐτὸν πορεκρότει καὶ θαῤῥαλέως προσιέναι διένυττεν ἡ πορφυρογέννητος Μαρία ἡ τοῦ βασιλέως Ἀλεξίου ἑτεροθαλὴς ἀδελφὴ, καὶ ὁ παρ' ἰαύων ταύτῃ Καῖσαρ ἐξ Ἰταλῶν ὁρμώμενος. Αὕτη γὰρ ἀποπνιγομένη μικροῦ τῷ τὴν πατρῴαν βασιλείαν ὑπὸ τοῦ πρωτοσεβαστοῦ συλᾶσθαι, καὶ ἄλλως δὲ θερμουργίαν ἀσπαζομένη καὶ ἀνδρικὴ τὸ φρόνημα οὖσα, προσκτωμένη δὲ καὶ τὸ φύσει πρὸς τὴν μητρυιὰν βαρύζηλον, οὐχὶ στέγουσα δὲ καὶ τὸ παρευδοκιμεῖσθαι καὶ ὡς ἀντικαθισταμένη τις ὑποβλέπεσθαι, τὸν Ἀνδρόνικον τοῖς γράμμασιν ἐμυώπιζεν ὡς ἵππον ἐφ' ὕσπληγγος ἑστῶτα καὶ ὁρμὸν καμπτῆρος πνέοντα, ἐὸν κακὸν ἀμβαγαπῶσα καὶ τὸν οἰκεῖον ὄλεθρον ἐπισπέρχουσα. Τὴν δὲ πρὸς τὸν πρωτοσεβαστὸν οὐχ οἵα τε οὖσα περιστέλλειν ἀπέχθειαν εἰς τοὐμφανὲς αὐτῷ ἀντεφέρετο, καὶ οὐδ' ὀπωσοῦν διελελοίπει, ὅσα οἱ πρὸς λύμην,

4. Cæterum Alexius sebastocrator, sua potentia et imperatoris gratia fretus, summam rerum sibi vindicabat et insolenter se gerebat, ut draco, cujus aspectum post multa venena devorata nemo sustineat. Neque quidquam erat rerum omnium quod per eum non gubernaretur. Quodsi quis alius clam aliquid vel ab imperatrice exorasset, vel occasione usus ab imperatore, nucibus aut lapillis ludente impetrasset, ne id quidem inexploratum relinquebat. Eam enim rationem iniit, qua per alios confecta ad se referrentur, aquarum instar in verticem redeuntium, impetrato edicto quo continebatur, ea quibus manus imperatoris subscripsisset non aliter rata fore, nisi **300** prius Alexius ea vidisset et colore viridi subscripsisset, « Rata sunt. » Itaque suo arbitratu versabat omnia ; et quas pecunias Comnenii imperatores multis sudoribus atque etiam deglubendis pauperibus in thesauros retulerant, eas in se et imperatricem derivabat, ut plane id fieret quod Archilochus scribit, ea sæpe in scorti pudenda confluere, quæ longo labore et tempore sint congesta. Hinc tota civitas Andronicum spectabat : ejus adventus ut fax in tenebris et stella radians exspectabatur. Proceres eum clam per litteras ad accelerandum iter hortabantur : neminem enim fore qui ei adversetur aut umbræ ejus se opponat, sed omnes supinis manibus eum excepturos, et intimos cordium recessus ei libenter revelaturos. In primis vero Maria Porphyrogenita, imperatoris Alexii germana sed non uterina soror, eum confirmabat, et Cæsar ejus maritus natione Italus. Quæ cum ægerrime pateretur paternum imperium sebastocratori prælæ esse ; et alioqui iracunda mulier et virago, naturali etiam in novercam odio incitata, præterea superioris impatiens et se ut **301** adversariam suspectam esse ægre ferens, litteris Andronicum, ut equum in carceribus stantem et ad metam aspirantem, veluti flagellis incitabat ; idque suo malo, accelerato sibi interitu. Et quia sebastocratoris odium dissimulare non poterat, aperte ei adversabatur, et nihil non in ejus perniciem conabatur, conciliatis etiam cognatis suis, quos favere norat Andronico, et protosebasto inimicos esse. Ili erant Comnenus Alexius, nothus Manuelis filius ex nepte Theodora susceptus, Andronicus Lapardas, duo Andronici filii, Joannes et Manuel, præfectus urbis Joannes Camaterus, et alii complures. Ila sua in fratrem et imperatorem fide per conjurationem firmata, et morte protosebasti destinata, ejus aggrediendi tempus cupide observabat. Quam ad rem cum ejus in profundum Rhyacem egressum cum imperatore ad celebrandam Theodori martyris memoriam se-

ptimo primi jejuniorum opportunum fore putaret, facinus instruxit, et percussores subornavit, qui ferrum in ejus sanguine tingerent. **302** Sed casu quodam eo consilio frustrata est. Nam insidiis paulo post deprehensis cæteri ad tribunal imperatoris adducti sunt, ut sententia de eo scelere ferretur; idque specie duntaxat, non revera. Statim enim condemnatio sequebatur; et illi ut muti pisces, non data defendendi sui potestate, in vincula abducebantur.

βυσσοδομεύουσα. Ἀμέλει καὶ ὑποποιησαμένη τῶν πρὸς γένους ἐκείνῃ τινὰς, ὁπόσους δήλαδὴ τῷ Ἀνδρονίκῳ ἤδει προστιθεμένους, φιλεχθροῦντας δὲ τῷ πρωτοσεβαστῷ (ἦσαν δ' οὗτοι ὁ Κομνηνὸς Ἀλέξιος, ὃς ἐκ νοθείας ἀπετέχθη τῷ βασιλεῖ Μανουὴλ, ὁ Ἀπαρδᾶς Ἀνδρόνικος, οἱ δύο τοῦ Ἀνδρονίκου υἱοὶ δ' τε Ἰωάννης καὶ ὁ Μανουὴλ, ὁ τῆς πόλεως ἔπαρχος Ἰωάννης ὁ Καματηρὸς καὶ συχνοὶ ἕτεροι), καὶ διὰ συνωμοσίας τὴν μὲν ἐς τὸν ἀδελφὸν καὶ βασιλέα πίστιν κρατυναμένη, τὸν δὲ τοῦ πρωτοσεβαστοῦ κυρώσασα θάνατον, ἐκαιροφυλάκει τὴν τούτου καθαίρεσιν. Εὔκαιρον δὲ πρὸς τὴν μελετωμένην πρᾶξιν εὑρηκέναι καιρὸν οἰηθεῖσα τὴν εἰς τὸν Βαθὺν Ῥύακα μετὰ τοῦ βασιλέως ἐξέλευσιν τοῦ πρωτοσεβαστοῦ ἐπὶ τῷ τελεσθῆναι τὰ ὅσια Θεοδώρῳ τῷ χριστομάρτυρι κατὰ τὴν ἑβδόμην τῆς πρώτης τῶν νηστειῶν, τὴν μὲν ἐγχείρησιν ἡτοιμάσατο καὶ τοὺς σφαγέας τοῦ ἀντιπάλου ἐπήγετο τὸ φονουργὸν παραγυμνοῦντας σιδήριον, ἐκ δέ τινος περιπετείας τοῦ οἰκείου ἐκκρούεται σκέμματος. Καὶ τῆς βουλῆς ὁμοῦ καὶ τῆς ἐπιβουλῆς μικρῷ ὕστερον φωρᾳθείσης τοὺς μὲν λοιποὺς τοῦ συστρέμματος εἶχε βῆμα βασιλικὸν, καὶ σκέψις τοῦ ἀτοπήματος προὔκειτο σχήμασι μόνοις, ἀλλ' οὐχὶ πράγμασιν· ἐφωμάρτει γὰρ ἡ καταδίκη εὐθὺς, καὶ ὡς ἄφωνοι ἰχθῦες οἱ συσχεθέντες ἀπήγοντο, μηδ' ὅλως δεξάμενοι τὸ ἐνδόσιμον εἰς τὸ τὰ δοκοῦντά σφισιν ἀπολογήσασθαι.

5. Ipsa vero Porphyrogenita cum Cæsare marito ad maximum templum confugit, iratam novercam et ejus acerrimum defensorem et amatorem se fugere vociferans. Non igitur patriarcha solum et collegium sacerdotum ejus sunt miserti, sed plebem quoque promiscuam, quæ eo confluxerat, ita commovit ut vix a lacrymis temperarent. Quo populi affectu freta, et paupere turba æreorum staterum largitione ad seditionem concitata, consuetudinem supplicum contempsit; et veniæ mentionem, quæ ei offerebatur, audire nolens, postulabat ut conjuratis carcere eductis denuo causæ dictio daretur; neque ullo modo ferebat ut sebastocrator rem publicam administraret: cum enim limites transilire et in multas res nefarias impingere et tenebras suis majoribus offundere quærebatur. Nec his contenta ut palatio exigeretur, **303** postulabat, et veluti ramum adulterinum ex nobili stirpe revelli et perdi; qui si una adolesceret imperatorem suffocaturus esset. Cæterum ea desiderabat mulier quæ eventura non erant; nam vir imperatricis thalamo ut polypus petris adhærens, acetabulis passim expansis, nequaquam inde sibi discedendum putabat. Cæterum imperatore sorori Cæsarissæ comminato, nisi ultro templo excederet, vi abstractum iri (cum imperatorem dico, protosebasti et matris imperatoris edicta dico), illa se ultro excessuram pernegat; et verita ne comprehenderetur, custodes in portis collocat et omnes aditus munit, domo precationis in speluncam latronum aut castellum munitissimum et inexpugnabile conversa. Ita subinde progressa in deterius et res illaudatas aggressa copias auxiliares conscribit, et templi ambitum castra facit. Nam et Italicos gladiatores coegit, et magnanimos Iberes ex Oriente conscripsit, qui negotiandi causa in urbe erant; et armatam Romanorum phalangem ascivit, contemptis omnibue qui ad pacem hortabantur, nec ipsum patriarcham **304** verita, qui acriter instabat, et graviter monebat quid agendum esset, et

ε'. Αὐτὴ δὲ ἡ Πορφυρογέννητος σὺν τῷ ἀνδρὶ τῷ Καίσαρι τῷ μεγίστῳ ναῷ προσρύεται, βαρυμηνιῶσαν κατ' αὐτῆς ἐκδιδράσκειν φάσκουσα μητρυιὰν καὶ τὸν ταύτης κάρταμον ἔραστήν. Οἶκτον οὖν οὐ τῷ πατριάρχῃ μόνον ἐμπεποιήκει καὶ τοῖς ὅσοι τῆς ἱερᾶς κιγκλίδος ἐντὸς, ἀλλὰ καὶ πλείστους τῶν ἐκ τοῦ ξύγκλυδος δήμου καὶ σύρφακος οὕτω κατέκαμψε καὶ μετέωρεν ὡς μικροῦ καὶ δακρυρροεῖν ἐπ' αὐτῇ. Ἔνθεν τοι καὶ ταῖς τῶν πολλῶν ἀναθερμανθεῖσα περιπαθείαις, ἐν τῷ μέρει δὲ καὶ αὐτὴ διαδόσεσι στατήρων χαλκέων πρὸς ἀποστασίαν τὸ πτωχεῦον πλῆθος ἐξαγριαίνουσα, τὰ τοῖς πρόσφυξιν ἠδόξει βραβευόμενα ἔθιμα, καὶ προτεινομένης ἀμνηστίας ὧν ἐάλω δρῶσα κακῶς οὐδ' ἐπαΐειν ὅλως ἠνείχετο, ἀλλ' ἀπῄτει παλινδικίαν τῶν ταύτης συνωμοτῶν καὶ ἄνεσιν τῶν καθείρξεων. Τὸν τε πρωτοσεβαστὸν τῆς τῶν κοινῶν ἔχεσθαι διοικήσεως οὐδαμῶς φέρουσα ἦν, ἀλλ' ἀποφλαυρίζουσα τουτονὶ πόδα ὑπερβάθμιον τείνειν ἔφασκε τοῖς οὐκ ἐφικτοῖς καὶ κατολισθαίνειν εἰς πράξεις μηδαμῇ θεμιτὰς, καὶ τὸ γένος οἱ ἐντεῦθεν ἐπιθολοῦν. Ὁδῷ δὲ προϊοῦσα καὶ τῶν βασιλείων ἀποσκορακισθῆναι τοῦτον ἐνέκειτο ἐξαιτοῦσα, καὶ οἷά τι παρεκφυὲν ζιζάνιον τὴν εὐγενοῦς ἀποσπασθῆναι φυτειᾶς καὶ ζημιωθῆναι ὁλέθρῳ, συναναβαῖνον καὶ συμπνῖγον ὡς σῖτον τὸν αὐτοκράτορα. Ἦν δὲ ἔντεκτος ὁριγνωμένη ἃ μὴ τελέεσθαι ἔμελλεν. Ὁ γὰρ ἀνὴρ οὗτος τοῖς ἀνακτορικοῖς θαλάμοις ὡς πολύποδες ταῖς πέτραις καθάπαξ ἐμφὺς καὶ τὰς κοτυληδόνας κύκλῳ διαφεὶς οὐδ' ὅλως μεταβαίνειν ἐκεῖθεν ἠβούλετο. Καὶ δήποτε τοῦ βασιλέως καὶ ἀδελφοῦ διηπειλημένου τῇ κασιγνήτῳ Καισαρίσσῃ τὴν ἐκ τοῦ νεὼ ἀφαίρεσιν καὶ κατάσπασιν, εἰ μὴ ἑκσταίη ἑκοῦσα τοῦ ἱεροῦ (βασιλέα δὲ λέγων τὰ τοῦ πρωτοσεβαστοῦ φημι [P. 152] ἐπιτάγματα καὶ τῆς τοῦ βασιλέως μητρὸς), τὸ ἑκοῦσα εἶναι μηδαμῶς προελθεῖν ἀντηπείλησεν. Ἔνθεν τοι καὶ δεδοικυῖα μὴ συλληφθείη, ταῖς τε πύλαις τοῦ νεὼ ἐφίστησι φύλακας καὶ πάσας τὰς εἰσόδους διαλαμβάνει φρουραῖς, τὸν τῆς προσευχῆς οἶκον διασκευάζουσα πρὸς ληστήριον ἢ

φρούριον ἐχυρὸν καὶ ἀπότομον, δυσάλωτον τοῖς προσβάλλουσιν. Ἀεὶ δ' ἐπεκτεινομένη τοῖς χείροσι καὶ προβαίνουσα τοῖς οὐκ ἐπαινετέοις, καὶ ξυμμαχικὸν τάγμα ξενολογεῖ καὶ τίθησι στρατόπεδον τὸν θεῖον περίβολον. Καὶ Ἰταλιώτας γὰρ συναγήοχεν ὁπλομάχους, καὶ μεγαθύμους ἴφους ἐστρατολόγησεν Ἴβηρας κατ' ἐμπορίαν τῇ πόλει περιβαλόντας, καὶ Ῥωμαίων ὁπλιτεύουσαν ἐπεσπάσατο φάλαγγα, ἐμπαζομένη μηδενὸς τὰ πρὸς εἰρήνην αὐτῇ κατεπᾴδοντος, μητ' αὐτὸν τὸν πατριάρχην ὑποστελλομένη ἐμβριθῶς ἐγκείμενον καὶ μάλα πρακτικῶς ὑποτιθέμενον τὸ πρακτέον, πολλάκις δὲ καὶ πρὸς ὀργὴν ἐπιπλήττοντα. Καὶ ξύμπαν μὲν οὖν ἑτέρας πόλεως τὸ λαῶδες πλῆθος ἀλογίᾳ χαίρει καὶ τὴν ἐπί τι ῥοπὴν δυσμαχώτατόν ἐστι· τὸ δὲ τῆς Κωνσταντίνου ἀγοραῖον φιλοταραχώτατον μάλιστα, προπετείᾳ χαῖρον καὶ σκολιάζον ταῖς ὁδοῖς, ὅσῳ καὶ ἐκ διαφόρων πολιτεύεται γενῶν καὶ τῇ τῶν τεχνῶν ποικιλίᾳ συμμεταποιοῦται, ὡς εἴπῃ τις, τὸ φρονεῖν. Ἐπειδὴ δὲ ἀεὶ τὰ χείρω εἴωθε καὶ ἐν πολλοῖς ὄμφαξι μίαν ῥᾶγα πεπανθεῖσαν μόλις εὑρήσει τις, διὰ τοῦτο οὔτε σὺν λόγῳ τὸ τοῦ πολιτεύματος ἀγοραῖον ἐφ' ὁτιοῦν χωρεῖ οὔτε μετὰ προθυμίας ἐφίσταται οἷς ἐφορμήσειεν οὐ προσήκοντος, ἀλλ' ὅπη μὲν πρὸς στάσιν καὶ φήμῃ μόνῃ μεθαρμοζόμενον πυρός ἐστι δραστικώτερον, χορεῦον οἷον κατὰ ξιφῶν καὶ προβλῆσι καὶ κύμασι κωφοῖς ἀνθιστάμενον, ὅπῃ δὲ κατεπτηχὸς ὡς ψοφοδεὲς καὶ τὸν αὐχένα παντὶ τῷ βουλομένῳ παρέχει πατεῖν. Εἰκότως οὖν ὡς ἀστασίαν ἤθους νοσοῦν καὶ παλιμβολώτατον διαβέβληται. Οὔτε οὖν ἑαυτοῖς ποτε τὰ κάλλιστα πεφώραται πράξαντες οἱ τῆς Κωνσταντίνου σύγκλυδες ὄχλοι, οὔθ' ἑτέροις εἰσηγουμένοις τὰ κοινωφελῆ καὶ σωτήρια ἐπειθαρχήσαν, ἀεὶ δὲ ταναντία ταῖς εὐδαιμονούσαις παρακαθιστάντες πόλεσιν, ὅσα γῆ καὶ θάλασσα τούτοις δωροφορεῖ, ἐπ' ἀνηνύτοις εἰς ἑτέρας πόλεις ἀλλοεθνῶν διαφέρουσι καὶ μεταγγίζουσι. Τὸ δὲ πρὸς τοὺς κρατοῦντας ἀδιάφορον ὡς ἔμφυτον αὐτοῖς κακὸν συντετήρηται· ὃν γὰρ ὡς ἐννόμως σήμερον ἐξαίρουσιν ἄρχοντα, τοῦτον ὡς κακοεργὸν ἐς νέωτα διασύρουσι, τοῦτό τε κἀκεῖνο παριστῶντες μὴ σὺν λόγῳ ποιεῖν, ἀνεπιστημοσύνῃ τοῦ κρείττονος καὶ τῷ εὐριπίστῳ τοῦ φρονήματος.

ς'. Ἦν οὖν τηνικαῦτα ὁρᾷν καὶ κατὰ συλλόγους ἀθροιζομένους καὶ ἀγειρομένους κατὰ συστήματα, οἳ καὶ πρῶτα μὲν ἠλευθεροστόμουν, τὴν μὲν πορφυρογέννητον Μαρίαν δῆθεν οἰκτείροντες ὡς παρ' ἀξίαν πάσχουσαν, τοῦ δὲ πρωτοσεβάστου καταβοώμενοι ὡς μὴ σὺν λόγῳ εὐπραγοῦντος μηδ' ὡς χρὴ τῇ τύχῃ χρωμένου. Καὶ κατὰ τῆς τοῦ βασιλέως ἠγανάκτουν μητρός. Κατὰ μικρὸν δὲ προϊόντες καὶ εἰς στασιασμὸν ἀνερρώγεσαν, καί τις [P. 152] τῶν ἱερέων ἔκτυπον τοῦ Χριστοῦ ἐπ' ἀγορᾶς ἐνεγκὼν καὶ ἄλλος ἄρας σταυρὸν ἐπωμάδιον καὶ ἕτερος σημαίαν ἱερὰν ἀνεμώσας ὡς γλάγος μυίας τοὺς στασιαστὰς ἐπεσπάσαντο. Καὶ ὥσπερ ὑφ' ἑνὶ συνθήματι κινηθέντες τὸν μὲν βασιλέα εὐφήμοις ἐδεξιοῦντο φωναῖς, τοῦτο δὲ τὸ τῶν ἐς νεώτερα χωρούντων ἔργα τεκμήριον, ἐκ καλλίστης καταρχομένων ἀρχῆς, τὰ μέντοι τελευταῖα βλεπόντων εἰς ἐπανάστασιν, τὸν δὲ πρωτοσεβαστὸν καὶ τὴν δέσποιναν καθυπέβαλλον ἀναθέματι. Οὐκ ἐς αὐτὸ δὲ μόνον ἔδρων ἀθροιζόμενοι ταῦτα τὸ Μίλιον, ἀλλὰ καὶ κατ' αὐτὴν τὴν τῆς λαμπρᾶς ἱπποδρομίας σφενδόνην παραγενόμενοι καὶ ἀφορῶντες εἰς τὰ ἀνάκτορα τὰ οὕτως ἁπρεπῆ διεπράττοντο. Καὶ τοῦτο ἐφ' ἡμέρας συχνὰς γινόμενον ἐξεκύμαινε τὸν δῆμον καὶ εἰς στάσιν ἀνέφλεγε. Καὶ εἰς αὐθάδειαν οἱ πολλοὶ τραχυνόμενοι οἴκους λαμ-

sæpe etiam iracunde objurgabat. Est profecto morbus hic omnium civitatum, ut plebs sit temeraria et magno impetu feratur. Sed Cpoli turba circumforanea omnium turbulentissima est, et rectis consiliis eo minus gaudet quo ex pluribus gentibus constat, et artium varietate quodammodo ingenia mutat. Et quia pejora vincere solent et in multis immaturis uvis vix unus maturus acinus reperitur, neque consilio quidquam aggreditur, neque æquo animo ab inhonestis conatibus desistit ; et interdum fama tantum seditionis impulsa, igni magis exæstuat, in enses, in præcipitia, in marinos scopulos cæco furore ruit. Contra, cum perterrita est, ad quemvis strepitum expavescit, cuivis collum calcandum præbet. Recto igitur inconstantiæ et temeritatis nomine reprehenditur. Nam colluvies illa populi neque ipsa sibi recte consulere, neque aliis bene præcipientibus **305** auscultare solet ; et contra fortunatarum urbium consuetudinem, quidquid terra marique importatur, nullo cum fructu in peregrinas urbes effundit. Levitas vero et perfidia erga imperatores natura eis insita est. Quem enim hodie ut legitimum magistratum extollunt, eum perendie pro maleficio traducunt. Unde satis apparet eos nihil cum ratione agere, sed temeritate quadam et levitate ingenii.

6. Tum igitur in manipulos et cohortes centuriari ; ac primum Mariam miserari, quod alia fortuna esset quam ejus dignitas postularet ; et in protosebastum vociferari, quod præter meritum felix fortuna abuteretur ; imperatoris etiam matri succensere, ac paulatim in seditionem erumpere. Et quidam sacerdos Christi imagine in forum allata, alter cruce in tergum sublata, alius sacro vexillo arrepto, seditiosos attraxerunt ut Cæcias nubes, ut velut ex composito omnes imperatorem laudarent, et qui seditiosorum mos est, a bono principio ad malum finem delapsi, protosebastum et dominam exsecrarentur. Hoc non in Milio duntaxat fecerunt, sed nec in circo equestri, palatium **306** intuentes, a tanta fœditate abhorruerunt. Quod diebus compluribus continuatum populum ad seditionem concitatavit. Proinde vulgus, omni metu posito, splendidissimas ædes eorum quos protosebasto et dominæ in primis charos esse norant diripuit et diruit ; inter quas insignis domus Theodori Pantechni, præfecti urbis, domestici secretarii et prætoris, destructa est. Ac ipse quidem fuga salutem quæsiit ; sed instrumento omni direpto, nec publicis commentariis, quibus jura civitatis a veteribus descripta imperatoribus con ebantur, abstinue-

Interim Iconii sultanus Clizasthlanis felici senecta ultra annum LXX progressus, cum Andronici interitum, cui successisset Isaacius, audivisset, et ea quæ in imperatorum mutationibus accidere solent, **481** præsertim si bellum ab Occidente gravissimum urgeat, sagacissime divinasset, lectissimo equitatu et armis instructissimo in Thraciam impressionem facit, Samo Amera duce. Qui cum Celbianum tractum bellicosis viris vacuum inveniset (omnes enim torrentis instar ad Isaacium recens imperio potitum confluxerant), multos homines cepit, armenta et greges omnis generis abegit et multis manubiis suum exercitum locupletavit.

'Πρεμήσάντων δὲ καὶ τῶν ἑῴων ἐθνῶν ἄλλοις τε προσκαίροις φιλοτιμήμασιν, ἀλλὰ δὴ καὶ ἐτησίων ἀπολήψεσι φόρων (οὕτω γὰρ οἱ ἐς ἡμᾶς ὑπερκαθήμενοι 'Ρωμαίων μετιέναι ἴσασι τὸ ἀλλόφυλον, τὴν οἰκουρίαν μεταδιώκοντες ἴσα καὶ θαλαμηπόλοις νεάνισιν, αἳ περὶ ταλασίαν διαπονοῦνται), ἠθέλησεν ἐξ ἀλλοεθνοῦς γένους ἑαυτῷ μνηστεύσασθαι γαμετήν· ἦν γὰρ ἐμνηστεύσατο πρότερον, θανάτῳ ἀπεδάλετο. Καὶ δὴ κοινολογησάμενος διὰ πρεσβέων τῷ τῆς Οὐγγρίας ῥηγὶ τῷ Βελᾷ ἄγεται εἰς γυναῖκα τὴν ἐκείνου θυγατέρα, τῆς δεκαετηρίδος οὔπω ἀκριβῶς ἀψαμένην. Τὰ δὲ γαμοδαίσια θύειν ἀπὸ χρημάτων δημοσίων σμικρολογούμενος ἀγισθὶ ταῦτα ἐκ τῶν οἰκείων συνέλεγε χώρων· καὶ ἔλαθε διὰ σμικροπρέπειαν καὶ ἄλλας μὲν πόλεις καλαμησάμενος, αἳ κατ' 'Αγχίαλον συνῳκίζοντο, ἑαυτῷ δὲ μάλιστα καὶ 'Ρωμαίοις ἐκπολεμώσας τοὺς κατὰ τὸν Αἷμον τὸ ὄρος Βαρβάρους, οἳ Μυσοὶ πρότερον ὠνομάζοντο, νυνὶ δὲ Βλάχοι κικλήσκονται, Οὗτοι γὰρ ταῖς δυσχωρίαις πεποιθότες, καὶ τοῖς φρουρίοις θρασυνόμενοι ἃ πλεῖστά τέ εἰσι καὶ ὀρθὰ κατ' ἀποτόμους κείμενα πέτρας, καὶ ἄλλοτε μὲν κάτα 'Ρωμαίων ἐμεγαλαύχησαν, τότε δὲ πρόφασιν εὑρηκότες, ὅ δὴ λέγεται, Πάτροκλον τὴν τῶν οἰκείων θρεμμάτων ἀπαγωγὴν καὶ κάκωσιν ἑαυτῶν, ἐς ἀποστασίαν [P. 237] λαμπρὰν ἀνεσκίρτησαν. Ἦσαν δὲ οἱ τοῦ κακοῦ πρωτουργοὶ καὶ τὸ ἔθνος ὅλον ἀνασείσαντες Πέτρος τις καὶ 'Ασὰν, ὁμογενεῖς καὶ ταυτόποροι, οἳ καὶ μὴ δρῶντες τὴν νεωτέρισιν ἀπροφάσιστον προσίασι βασιλεῖν σκηνουμένῳ ἐν τοῖς Κυψέλλοις, αἰτούμενοι συστρατολογηθῆναι 'Ρωμαίοις καὶ διὰ βασιλείου γράμματος σφίσι βραβευθῆναι χωρίον τι βραχυπρόσοδον κατὰ τὸν Αἷμον κείμενον. 'Αλλ' ἀπέτυχον τοῦ αἰτήματος· ἦν γὰρ ἡ θεία ἐπικρατεστέρα κίνησις· Ὑπετονθόρυσαν οὖν ὡς παροφθέντες, εἰκαίως δὲ καὶ τὴν αἴτησιν ἐπανατεινάμενοι παρέπτυσάν τι καὶ ῥῆμα θερμότερον, τὴν

Ubi Orientales gentes cum aliis pro tempore muneribus, tum annuis tribuis placatæ quieverunt (sic enim nostra ætate Romanorum imperatores cum Barbaris agere solent, domi instar nentium puellarum desidentes), uxore defuncta alienigenam ducere statuit, et per legatos Belæ Hungariæ regis filiam, nondum decem annos natam, ambit. Sed dum ex tenacitate nuptias ex fisci pecunia celebrare **482** reformidat et sumptus illos ab urbibus et provinciis affatim exigit, cum alias urbes, præsertim Anchialo finitimas, afflixit, tum Barbaros Hæmi montis accolas sibi et Romano imperio infestissimos reddidit, qui olim Mysi, nunc Blachi nominantur. Hi enim angustiis et castellis freti, quæ plurima habent præruptis saxis inædificata, cum prius etiam Romanos parum curarent, tum per causam abacti pecoris et vexationum quas tolerassent aperte defecerunt. Ejus defectionis principes et auctores fuere duo ex illa gente fratres, Petrus et Asan : qui ne sine causa res novas moliri viderentur, imperatorem Cypsellis degentem adeunt, petentes ut in Romanas legiones referantur, et sibi prædium exigui reditus in Hæmo monte situm assignetur. Ea re non impetrata (nam fatorum vis prudentiam humanam superabat), submurmurabant ut contempti et voti impotes ; et verbum audacius emiserunt, quo defectionem et ea quæ domum reversi acturi essent innuebant, Asan præsertim, homo audacior et crudelior, cui ob impudentiam Joannis sebastocratoris jussu colaphus **483** infringitur. Ita non infecta modo re dimissi, sed contumeliis etiam irritati homines isti nefarii et conscelerati quomodo contra Romanos grassati sint, quis verbis consequatur ? quæ oratio tantum malorum pelagus complectatur ? Sed nondum de his, ne historiæ series interrumpatur.

ἀποστασίαν ὑπεμφαῖνον καὶ ὅσα ἐπανιόντες οἴκαδε δράσουσι, καὶ τούτων μάλιστα ὁ Ἀσὰν ὁ καὶ θρασύτερος καὶ ὠμότερος, ὃς καὶ τύπτεται κατὰ τῶν προσώπων ἐπιταγῇ τοῦ σεβαστοκράτορος Ἰωάννου, ἐπιπλαγθεὶς εἰς ἀναίδειαν. Καὶ οἱ μὲν ἄπρακτοι οὕτως ἐπανῆλθον καὶ περιόβριστοι· ὅσα δὲ κατὰ Ῥωμαίων οἱ ἀνοσιουργοὶ οὗτοι καὶ μιαροὶ διεπράξαντο, τίς ἂν ἐφίκοιτο λόγος, ἢ ποία διήγησις τοσαύτας κακῶν Ἰλιάδας συμπεριλήψεται ; ἀλλὰ μήπω περὶ τούτων, τὸ δὲ λέγειν προβαινέτω μοι καθ' εἱρμόν.

5. Comneno Isaacio Cyprum adhuc tenente, a qua neque pecuniæ pollicitationibus neque imperatoris reverentia abstrahebatur, neque de crudelitate erga insulares quidquam remittente, sed subinde nova supplicia excogitante, classem contra eum imperator mittere statuit, et LXX longis navibus Joannem Contostephanum, hominem senem, et Alexium Comnenum (qui etsi vir fortis et integræ ætatis erat et imperatoris nepos, tamen ob effossos ab Andronico oculos ad id munus non modo inutilis, sed malum omen quoque ab omnibus judicabatur) navarchos præponit. Ac navigatio in Cyprum periculi expers fuit, secundis et lenibus ventis aspirantibus. Sed ubi in portubus appulerunt, atrocissimam tempestatem sunt experti. Nam Isaacius Cypri tyrannus eos et vicit et cepit ; et potissimus pirata **484** Megarita, qui opem ferebat Isaacio, clam naves vacuas militibus ad terrestre prælium egressis occupavit. Itaque trierarchæ non modo nullum illustre facinus ediderunt, sed denique etiam in hostium manus venerunt ; et Megaritæ arbitrio permissi ab Isaacio paulo post ad Siciliæ tyrannum, ad quem ille ut dominum suas actiones referebat, sunt perducti. Isaacius vero post victoriam multos Romanos in suas cohortes retulit, multos crudelibus pœnis affecit, ut erat tortor inexorabilis, atque inter cæteros Rentacenum Basilium, cui alterum pedem a genu securi resecuit. Erat is vir bellicosissimus, et ut Achillem Phœnix, ita ipse olim Isaacium et in eloquentia et in re militari erudierat. Ac tali præmio Isaacius omnium mortalium maxime iracundus, et in ira lebetis instar exæstuans, ac tremente mento absurde loquens, pædagogum suum est remuneratus. Nauticam vero turbam, quo quisque vellet, abire sivit. Qui tanquam ex diuturno naufragio, sero domum redierunt, si **485** qui ex tribus malis uno, videlicet mari, fame aut morte, non perierant.

Ε'. Ἔτι τοῦ ἐκ Κομνηνοῦ Ἰσαακίου κατατυραννεύοντος τῆς Κύπρου, καὶ μήτε χρημάτων ὑποσχέσεσιν ἀποσχέσθαι ταύτης προτιθεμένου μήθ' ὑποκλινομένου τῷ βασιλεῖ, οὔτε μὴν τὰ δεινὰ μετριάζοντος ὅσα ἐκακούργει κατὰ Κυπρίων ἀεὶ καινοτέρας κολάσεις ἐπινοῶν, ἔγνω κατ' αὐτοῦ στόλον καταρτύσειν ὁ βασιλεύς. Καὶ ἐπειδὴ μακραὶ νῆες ἡτοιμάσθησαν ἑβδομήκοντα, ναύαρχοι ἀναδείκνυνται ὁ Κοντοστέφανος Ἰωάννης, οὐδοῦ ἐπιβὰς γήραος. καὶ ὁ Κομνηνὸς Ἀλέξιος, ὃς εἰ καὶ εὐήλιξ (25) ἦν καὶ ἀνδρεῖος καὶ τοῦ βασιλεύοντος ἐξανεψιός, ἀλλ' ἐκκοπεὶς τὰς κόρας ὑπ' Ἀνδρονίκου ἀχρεῖος πρὸς τῶν ὅλων εἰς τὴν τότε στρατήγησιν συλλελόγιστο, ναὶ μὴν οὐδ' αἴσιος ἐκρίνετο οἰωνός. Καὶ δὴ ὁ μὲν ἐς Κύπρον πλοῦς ἀκίνδυνος καὶ τὸ πνεῦμα λίαν φορὸν, ῥέμα πως ἐμπίπτον τοῖς λαίφεσι, τὰ δ' ἐξῆς καὶ μετὰ τὸ προσσχεῖν εἰς τοὺς Κυπρόθι λιμένας ἀπάσης ἀγριώτερα λαίλαπος· αὐτούς τε γὰρ ὁ τῆς Κύπρου κρατῶν Ἰσαάκιος συλλαβὼν ἐτροπώσατο, καὶ ὁ τῶν τότε κατὰ θάλατταν πειρατῶν κράτιστος, ὁ Μεγαρείτης καλούμενος, ἐπαμύνων Ἰσαακίῳ ἀνωΐστῳ ἐπέθετο ταῖς ναυσὶ, κεκενωμένας εὑρὼν τῶν ἀνδρῶν εἰς τὸν χερσαῖον ἐξιόντων πόλεμον. Οἱ δὲ τριηράρχαι οὐ μόνον οὐδέν τι γεννᾶιον κατώρθωσαν, ἀλλὰ καὶ χερσὶ τῶν ἐναντίων εὐμαρῶς ἑάλωσαν. Καὶ αὐτοὺς μὲν τῷ Μεγαρείτῃ ἐκδίδωσιν Ἰσαάκιος ἐς ὅ τι βούλεται χρήσασθαι· καὶ εἶχε τούτους μετὰ μικρὸν Σικελία καὶ ὁ ταύτης τύραννος, εἰς ὃν ὡς δεσπότην ὁ Μεγαρείτης ἀνέφερε τὰ ἑαυτοῦ. Ὁ δ' Ἰσαάκιος πολλοὺς μὲν τῶν Ῥωμαίων μετὰ τὴν ἧτταν τοῖς οἰκείοις κατέλεξε τέλεσι, πολλοὺς δὲ καὶ ἀγρίαις ποιναῖς καθυπέβαλεν, ὁποῖος οὗτος ἀπαραίτητος ὢν κολαστὴς, ἐν οἷς καὶ τὸν Ῥεντακηνὸν Βασίλειον, [P. 238] πελέκει ἐκ τοῦ γόνατος θάτερον τῶν ποδῶν ἐκτεμών. Ἦν δὲ ὁ ἀνὴρ οὗτος ἄριστος τὰ πολέμια, καὶ τῷ Ἰσαακίῳ τούτῳ ὡς Ἀχιλλεῖ ποτε Φοῖνιξ μύθων τε ῥητὴρ καὶ τῶν πολεμικῶν ἔργων διδάσκαλος πεφηνώς· ὀργιλώτατος δ' ὢν ἀνθρώπων ὁ Ἰσαάκιος καὶ κατὰ λέβητα καχλάζων ἀεὶ τῷ θυμῷ, παράφορά τε φθεγγόμενος ἐν τῷ χολᾷν καὶ τὴν κάτω γένυν τρομαλέαν δεικνὺς, καὶ ἄλλως δὲ οὐχ ἱλαρα θρέπτρα ἐκτίνειν εἰδὼς, τοιαύτῃ τιμωρίᾳ τὸν ἑαυτοῦ καθυποβάλλει παιδαγωγόν. Τὸ δὲ ναυτικὸν πλῆθος ἔνθα οἱ πρὸς βουλῆς διαφῆκεν ἴεσθαι, οἳ καὶ ὡς ἐκ ναυαγίου μακροῦ χρόνιοι τὰ οἴκοι κατέλαβον, ὅσοι τέως μὴ τριῶν ἑνί τινι κακῷ θαλάσσης καὶ λιμοῦ καὶ τελετῆς ἀπεγένοντο.

Cum Mysti aperte defeciesent, ab iis quos dixi impulsi, imperator bellum eis infert. Sed nec illud prætereundum est. Cum Blachi principio ab eo conatu ad quem a Petro et Asane inducebantur, rei difficultate territi, abhorrerent, fratres, ut po-

Τῶν δὲ Μυσῶν ἀποστασίαν μελετησάντων περιφανῆ, καὶ ἀρχηγῶν τοῦ κακοῦ τοῦδε ὧν εἴρηκα γεγενημένων, ἔξεισι βασιλεὺς κατ' αὐτῶν. (26) Χρὴ δὲ κἀκεῖνα μὴ παριδεῖν ἀνιστόρητα. Οἱ Βλάχοι ὤκνουν τὰ πρῶτα καὶ ἀπεπήδων πρὸς τὴν ἀπόστα-

Hier. Wolfii notæ.

(25) Posset τὸ εὐήλιξ etiam ad corporis proceritatem referri, quia ἡλικία et ætatem et staturam significat.

(26) Ita describitur hic locus, ut non satis appareat utrum subornata an vera illorum insania fuerit. Si simularunt, atrox est et fere plus quam Iberica simulatio ferro se lacerare. Si insanierunt, quo pacto edoceri potuerunt ut ea dicerent quæ Asani et Petro placebant?

σιν εἰς ἣν ἐνήγοντο πρὸς τοῦ Πέτρου καὶ τοῦ Ἀσὰν, τὸ τοῦ πράγματος μέγεθος ὑφορώμενοι. Τῆς δὲ δειλίας ταύτης τοὺς ὁμογενεῖς ἀπάγοντες οἱ ταυτόαιμοι εὐκτήριον ἐδείμαντο οἶκον ἐπ' ὀνόματι Δημητρίου τοῦ καλλιμάρτυρος, εἰς ὃν πολλοὺς τῶν δαιμονολήπτων συνηθροικότες ἐξ ἑκατέρου γένους, αἱμωποὺς καὶ διαστρόφους τὰς κόρας, λυσιχαίτας, καὶ τἄλλα ἀκριβῶς διασώζοντας ὁπόσα οἱ τοῖς δαίμοσι κάτοχοι διαπράττονται, τοιάδε τούτοις ἐνθουσιῶσιν ὑπετίθουν φθέγγεσθαι, ὡς ὁ Θεὸς τοῦ τῶν Βουλγάρων καὶ τῶν Βλάχων γένους ἐλευθερίαν ηὐδόκητε καὶ τοῦ χρονίου ζυγοῦ ἐπένευσεν ἀπαυχένισιν, οὗ χάριν καὶ τὸν Χριστομάρτυρα Δημήτριον ἀπολιπεῖν μὲν τὴν Θεσσαλονικέων μητρόπολιν καὶ νεὼν τὸν ἐκεῖ καὶ τὰς παρὰ Ῥωμαίοις διατριβάς, ἐς δ' αὐτοὺς ἀφικέσθαι ὡς ἐπαρήξοντα καὶ συλλήπτορα τοῦ ἔργου ἐσόμενον. Ἀνακωχευόμενοι δὲ ἠρὸς βραχὺ οἱ πάραφοροι οὗτοι, καὶ ἄφνης τὸ πνεῦμα πλεῖον συλλέγοντες, ἐπιληπτευόμενοι αὖθις διεσοβοῦντο καὶ ἐδόων ἐνθεαστικὸν καὶ διάτορον μὴ εἶναι τὸ ἀπὸ τοῦδε ἕδρας ἀκμὴν, ἀλλ' ὅπλα μετὰ χεῖρας λαβεῖν καὶ Ῥωμαίοις ὁμόσε χωρεῖν, τοὺς δὲ γε συλλαμβανομένους κατὰ πόλεμον μὴ ζωγρεῖν, ἀλλ' ἀποσφάττειν καὶ κατακαίνειν ἀνηλεῶς, μηδ' ἐπὶ λύτροις ἀφιέναι, μηδ' ἐπικάμπτεσθαι δεήσεσι, μηδὲ γονυκλισίαις θηλύνεσθαι, ἀλλ' ὥσπερ τινὰς ἀδάμαντας πρὸς πᾶσαν ἀνενδότους εἶναι παράκλησιν καὶ φθείρειν ἁπαξάπαντας τοὺς συλληφθέντας. Ὑπὸ θεοπρόπων οὖν τοιούτων ὅλον τὸ γένος ἐξομιληθέντες τῶν ὅπλων ἅπαντες γίνονται. Καὶ ὡς αὐτίκα εὐημερήθη τούτοις τὰ τῆς ἀποστασίας, ἔτι μᾶλλον ἔθεντο τῇ ἐλευθερίᾳ σφῶν ἐπευδοκεῖν τὸν Θεόν. Καὶ μικρὸν ἡγησάμενοι τὸ καθ' ἑαυτοὺς ἄνετον καὶ ἀπόλυτον, καὶ κατὰ τῶν ἄποθεν τοῦ Αἵμου κωμοπόλεων καὶ συγκτήσεων ἐμπλατύνονται. Ἄτερος δὲ τῶν ὁμαιμόνων ὁ Πέτρος καὶ στεφανίσκῳ χρυσέῳ διαδεῖται τὴν κεφαλὴν, καὶ τοῖς ποσὶν ὑποβράπτει καὶ περιτίθησι κοκκοβαφὲς πέδιλον. Τῇ δὲ Πρισθλάβᾳ προσβαλόντες (πόλις δ' αὕτη ὠγυγία, ἐκ πλίνθου πᾶσα ὀπτῆς, καὶ πλείστην ὅσην περὶ τὸν Αἷμον τὴν περίμετρον ἔχουσα) ὡς οὐκ ἀκίνδυνον ἑώρων τὴν πολιόρκησιν, αὐτὴν [P. 239] μὲν ἀντιπαρέρχονται, τὸν δ' Αἷμον ὑποκατέρχονται, Ῥωμαϊκαῖς δ' ἑτέραις ἐπικαταβάγέντες ἀπροσδόκητοι κωμοπόλεσι πολλὰ μὲν σώματα Ῥωμαίων ἐλεύθερα, πολλοὺς δὲ βόας καὶ ὑποζύγια καὶ τῶν ἄλλων βοσκημάτων χρῆμά τι οὐκ ἐλάχιστον διαρπάζουσιν. Ἔξεισι τοίνυν κατ' αὐτῶν Ἰσαάκιος, Οἱ δὲ τῶν δυσχωριῶν καὶ ἀπροσβάτων αὖθις ἐπιλαβόμενοι ἀντέσχον ἐπὶ πολύ. Γνόφου δὲ παρὰ δόξαν ἀναβάντος ὑπὸ Θεοῦ, ὃς σκότος τίθησι τὴν οἰκείαν ἀποκρυβὴν, καὶ τὰ ὄρη καλύψαντος ἃ ἐτήρουν οἱ Βάρβαροι τὰς τῶν παρόδων στενὰς προλοχίσαντες, ἔλαθον Ῥωγαῖοι λάθρα αὐτοῖς ἐπιστάντες, καὶ διασκεδάζουσιν οὕτω καταπλῆγας θέμενοι. Καὶ οἱ μὲν ἀρχηγοὶ τοῦ κακοῦ καὶ τῆς στρατιᾶς, ὁ Πέτρος δηλαδὴ καὶ Ἀσὰν, καὶ ὅσον περὶ αὐτοὺς ἑταιρικὸν ἀποστατικὸν, κατὰ τὴν τῶν εὐαγγελικῶν χοίρων ἀγέλην ὡς εἰς θάλασσαν τὸν Ἴστρον ὥρμησαν, καὶ τοῦτον διαπλωϊσάμενοι τοῖς ἐκ πέραν Σκύθαις προσέμιξαν' ὁ δὲ βασιλεὺς κατὰ πολλὴν τοῦ κωλύσοντος ἐρημίαν πᾶσαν τὴν Μυσίαν ἔχων περιελθεῖν καὶ φρουρὰν ἐπιστῆσαι ταῖς ἐκεῖσε πόλεσιν, αἱ πολλαὶ μὲν εἰσι κατὰ τὸν Αἷμον, αἱ δὲ πλείομς ἤ γοῦν ἅπασαι σχεδὸν ἐπιπετρῶν ἀποτόμων καὶ μερινεφῶν γηλόφων πεπολισμέναι, τοιοῦτον μέντοι οὐδὲν τι καὶ διαπέπραχε,

pularibus suis cum metum adimerent, ædem nomine præclari martyris Demetrii ædificarunt, in eamque multos dæmoniacos utriusque sexus coegerunt, qui cruentis et perversis pupillis effusisque crinibus cætera omnia exquisite exprimebant, quæ id genus hominum propria habet; eosque docebant in furore proloqui Deo visum esse ut gens Bulgarorum et Blachorum diuturno jugo excusso libertatem consequatur, eaque de causa Christi martyrem Demetrium, relicta metropoli Thessalonica et æde Romanorumque consuetudine, ad ipsos pervenisse, adjuturum id opus. Igitur vecordes isti homines paulum morati, et subito majore spiritu collecto rursus alienati, exagitabantur, et clara voce **486** quasi numine afflati clamitabant non amplius desidiæ esse locum, sed arreptis armis Romanos invadendos esse; et qui in bello caperentur, non conservandos aut vendendos, sed inclementer occidendos esse, et prece et pretio repudiatis, neque magis ulla obtestatione moveri oportere quam adamantem. Tota igitur gens a talibus vatibus concitata ad arma concurrit; et ut initia defectionis auspicata fuerunt, magis etiam credidere Deum libertati suæ favere. Nec ea contenti in oppida et prædia ab Hæmo remota diffunduntur. Alter vero fratrum Petrus auream corollam imponit capiti et pedibus coccineos calceos inducit. Pristhlabam aggressi (urbs ea Ogygia est, tota latericia et maximum Hæmi spatium complexa) ut oppugnationem non esse tutam videbant, ex præterita ex Hæmo descendunt; et Romana oppida subito adorti multos ingenuos homines, multos boves et jumenta aliarumque pecudum ingentem **487** numerum abducunt. Isaacio adventante rursus in angustiis et inaccessis locis abditi diu restiterunt. Sed caligine præter exspectationem a Deo, cujus latebræ in tenebris sunt, excitata, et montes quos Barbari aditu angustiarum obsesso tuebantur involvente, Romani eos imprudentes oppresserunt; et terrore attonitos ita dissiparunt, ut mali istius auctores et duces cum amicorum cœtu, ut ille porcorum grex in evangelio in mare, ita ipsi in Istrum illapsi ad finitimos Scythas trajicerent. Imperator vero, cum nemine prorsus prohibente totam Mysiam pervagari et præsidia in urbes, quæ pleræque in Hæmo sunt, sed plures ac potius fere omnes in præruptis rupibus et altissimis tumulis exstructæ, introducere liceret, neutrum fecit, sed cumulis frumenti incensis supplicum Blachorum conflictis verbis deceptus statim retro abiit, relictis illis rebus adhuc plane exulceratis. Unde factum ut Barbari Romanis audacius insultarent.

πυρὶ δὲ τὰς θημωνίας τῶν καρπῶν παραδοὺς καὶ τοῖς τῶν ὀφθέντων Βλάχων φενακισμοῖς ὑπαχθεὶς παλίμπους ἐκ τοῦ παραυτίκα γίνεται, ἔτι ὠδίνοντα παρεὶς τὰ ἐκεῖσε. Ὅθεν εἰς πλατύτερον μᾶλλον ἐπῆρε τοὺς Βαρβάρους κατὰ Ῥωμαίων μυκτῆρα καὶ πλειόνως ἠρέθισεν.

488 6. Nam is quidem in urbem reversus ut re bene gesta gloriabatur: quidam vero ex ordine judicum, Monasteriotes Leo, salse dicebat Basilii Bulgaroctoni animam dolere, qui cum Bulgaros funditus delevisset, edixerit, si quando Blachi denuo novis rebus studuerint, suum exemplum imitandum esse, et provincias castris in ea positis peragrandam ei qui bellum cum eis gesserit, eo edicto in Sosthenii monasterio affixo. Quod nunc sit irritum, quod imperator ea quæ ille multis annis confici jusserit, tam exiguo momento absolverit ut illi tale nihil in mentem venerit. Asan vero maximis auxiliaribus Scytharum copiis suo arbitratu delectis reversus cum **489** Mysiam patriam perpurgatam et Romano exercitu vacuam reperisset, factus insolentior et jactantior, Mysiæ incolumitate et dominatu non contentus maxima Romanis detrimenta inferenda et Mysorum ac Bulgarorum dominatum, ut olim fuisset, omni contentione conjungendum esse censuit. Quodsi ipse imperator ut prius, iterum ad bellum exiisset, fortasse res bene gesta esset: verum is alacritate sua in aliud tempus dilata Joannem sebastocratorem patruum suum cum imperio ablegavit; qui exercitu non temere, sed plane laudabiliter gubernato, et hosti, qui contractis in unum copiis in planitiem descenderat, non parvis cladibus illatis, imperium ob affectati regni suspicionem deponere jubetur, et in ejus locum Joannes Cantacuzenus Cæsar, qui imperatoris sororem in matrimonio habebat, sufficitur. **490** Erat is vir procera statura, forti animo, voce magna, bellicosus, sed ob audaciam et arrogantiam fere perpetuo adverso Marte pugnabat, inter alios et ipse ab Andronico excæcatus. Cum autem **491** barbaros vitata planitie in montibus se tenere audivisset, non cogitavit illos reficiendarum virium causa, et quo tutiores sint, ibi commorari: sed id factum timiditatem interpretatus in medio campo castra posuit, neque custodiis neque excubiis accuratioribus usus, neque vallo communito. Itaque noctu a Barbaris oppressus vix evadit,

ζ'. (27) Ὁ μὲν γὰρ τὴν βασιλίδα καταλαβὼν ἐπὶ τοῖς κατωρθωμένοις ἦν βρενθυόμενος, ὡς καὶ τινα τῶν ἐπὶ τῷ δικάζειν (ἦν δὲ οὗτος ὁ Μοναστηριώτης Λέων) παθήνασθαι εἰπόντα τὴν τοῦ Βασιλείου τοῦ βουλγαροκτόνου ψυχὴν, ὅτι τὸ τυπικὸν αὐτοῦ βασιλεὺσ παρεβλέψατο καὶ ὅσα ἐπὶ τῇ τοῦ Σωσθενίου μονῇ ἐκεῖνος διέθετο, καὶ κατὰ τοῦτο νεωτερίσαι τοὺς Βλάχους, ἐρεσχελῶν καὶ διασύρων οὐ καθυφῆκε βραχὺ ὡς δῆθεν σφαλέντα περὶ τὴν πρόῤῥησιν, φάσκων ὡς αὐτὸς αὖθις εἰς τὴν προτέραν ὑποταγὴν καὶ δουλείαν τοὺς ἀποστάτας συνέπεισέ τε καὶ ἐπανήγαγεν ἀκαριαίως οὕτως ὡς οὐδὲ χρονίως ἐκεῖνος, καὶ μάτην αὐτὸν ὡς ἀπὸ δαφνηφάγου λαιν μοῦ καὶ Δελφικοῦ μαντικοῦ τρίποδος ἀπερεύγεσθαι τὰ τοῦ ψεύδους ὀδωδότα καὶ διάκενα θεοπρόπια. Ὁ δὲ περὶ τὸν Ἀσὰν Βάρβαροι τὸν Ἴστρον διαβάντες καὶ τοῖς Σκύθαις συμμίξαντες, πλεῖστον ἐκεῖθεν συμμαχικὸν, καθὼς ἠροῦντο, στρατολογήσαντες εἰς τὴν πατρίδα Μυσίαν ἐπανῆκον, καὶ σεσαρωμένην ἀτεχνῶς εὑρόντες αὐτὴν καὶ Ῥωμαϊκοῦ κεκενωμένην στρατεύματος μετὰ κόμπου ἐπεισέφρησαν μείζονος, οἷα λεγεῶνας πνευμάτων τὴν ἐκ Σκυθῶν ἐπαγόμενοι σύναρσιν. Ὅθεν οὐδ' ἠγάπων εἰ τὰ ἑαυτῶν ἔχουσι σώζειν καὶ τὴν τῆς Μυσίας μόνην περιβαλοῦνται τοπάρχησιν, ἀλλ' εἰ μὴ καὶ τὰ Ῥωμαίων μέγιστα βλάψουσι καὶ τὴν τῶν Μυσῶν καὶ τῶν Βουλγάρων δυναστείαν εἰς ἓν συνάψουσιν ὡς πάλαι ποτὲ ἦν, οὐδαμῶς ἠνείχοντο. Καὶ ἦν ἂν διασούμενα τὰ καλὰ, εἴπερ αὐτὸς καὶ πάλιν [P. 250] ὁ βασιλεὺς κατὰ τῶν ἀποστάντων ἐξώρμησε. Πλὴν ἄλλ' αὐτὸς μὲν τὴν οἰκείαν ὁρμὴν εἰς ἕτερον καιρὸν ὑπερέθετο, τὴν δ' ἀρχηγίαν τῷ πρὸς πατρὸς ἐνεχείρισε θείῳ τῷ σεβαστοκράτορι Ἰωάννῃ. Ὁ δὲ οὐκ ἐπισφαλῶς, ἀλλ' ὡς ἄγαν ἐπαινετῶς διακυβερνήσας τὴν στρατιὰν, καὶ τοὺς πολεμίους ἐν τῷ σαμβαλεῖν λυπήσας οὐχὶ βραχέα εἰς ὁμαιχμίαν συσπειμαθέντας καὶ εἰς πεδία ὑποναταβάντας ἐμπήλατα, μετὰ μικρὸν τὸν στρατηγὸν ἀποζωννυται, ὑποβλεπόμενος βασιλειᾷν. Διαδέχεται δὲ τὴν ἡγεμονίαν ὁ Καῖσαρ Ἰωάννης ὁ Καντακουζηνὸς, γαμβρὸς ὢν τοῦ βασιλέως ἐπ' ἀδελφῷ. Ἀνὴρ (28) δ-

Hier. Wolfii notæ.

(27) Ὡς καὶ τινα. Corruptus hic locus est, aut saltem ita intricatus ut fere nulla certa sententia ex ea possit colligi. Quare vetusti codicis lectionem, etsi nec ipsam talem, qualem ratio grammatica postulat, paulo tamen expeditiorem in convertendo sum secutus. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς τὴν βασιλίδα πόλιν καταλαβὼν ἐγκαυχώμενος ἦν ἐπὶ τοῖς διαπραχθεῖσιν αὐτῷ ἔργοις, ὡς καὶ τινα τῶν κριτῶν (ὑπῆρχε δέ οὗτος ὁ μοναστηριώτης Λέων) λυπηθῆναι ἔφη εἰπόντα τὴν τοῦ βασιλέως Βουλγαροκτόνου ψυχήν. Ἐκεῖνος γὰρ ὅτε τούτους εἰς τέλος διέφθειρε, διετάξατο, εἴπερ πάλιν εἰς ἀποστασίαν ποτὲ τραπῶσιν οἱ Βλάχοι, οὕτως ὀφείλει ὁ μέλλων καταπολεμῆσαι αὐτοὺς πολιῆσαι τὰ αὐτοῦ κατουνοτοπια καὶ εἰσελθεῖν εἰς αὐτοὺς, καὶ τὴν τοιαύτην διάταξιν ἐν τῇ τοῦ Σωσθενίου μο ῇ ἔθηκεν. Ἐψεύσατο γοῦν ἡ τοιαύτη διάταξις, καθότι σὺ, βασιλεῦ, ἃ διὰ πολλῶν χρόνων ἐκεῖνος διετάξατο πληρωθῆναι, οὕτω συντόμως διῆλθες ὡς οὐδὲ εἰς ἐνθύμησιν ἀνέβη ἐκείνου ποτὲ, γελῶν δῆθεν καὶ ἐμπαίζων τὰ παρ' ἐκείνου διατεταγμένα.

(28) Amplius integro folio descripsi ex vetusto codice. (Cæteri duo habebant hæc tantum: ἀνὴρ δ' οὗτος ἀξιοθέατος — σκεπτομνοις πρότερον) Ἦν δὲ ὁ ἀνὴρ τὴν ἡλικίαν μακρὸς καὶ ἀνδρεῖος τὴν ψυχὴν καὶ μεγαλόφωνος καὶ ἐν ποκέμοις δόκιμος, ἀεὶ ποτε δὲ ἐδυστύχει ἐν τοῖς πολέμοις δι' ἣν εἶχε θρασύτητα καὶ ἀλαζονίαν· ἐξωρύχθη δὲ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς παρὰ Ἀνδρονίκου μετὰ τῶν ἄλλων. Ὅθεν κἀὶ τοὺς βαρβάρους ὁ Καῖσαρ ἀκούων ἐν ὄρεσι διάγειν καὶ μὴ εἰς τὸν κάμπον κατέρχεσθαι, μὴ διαλογισαμενος ὅτι διὰ τὴν αὐτῶν ἀνάπαυσιν καὶ ἀσφάλειαν

οὗτος ἀξιοθέατος τὸ εἶδος καὶ πλουτῶν ἐμπειρίαν τῶν τακτικῶν, τότε δὲ οὐ καλῶς τὸν κατὰ Βλάχων διεστρατήγησε πόλεμον. Ὅθεν διαδέχεται τὴν ἡγεμονίαν ὁ Βρανᾶς Ἀλέξιος. Ὁ δὲ καὶ πάλαι μὲν ἐνήδρευε τῇ βασιλείᾳ, ἡνίκα τὸν κατὰ Λατίνων ἐστρατήγει πόλεμον, ὥστε καὶ νύκτωρ τοῦ τεμένους ἄδυτον εἰσιὼν ἀνασείειν πρὸς ἀποστασίαν ἐπειρᾶτο τὸν ὄχλον. Ὡς δ' οὐ προὐχώρει τηνικαῦτα τὰ ἑαυτοῦ διαβούλια, σπονδὰς ἐκ βασιλέως δεξάμενος τὴν μὲν ἔφεσιν καὶ πάλιν ἔτρεφε τὴν αὐτήν, κατέχων βίᾳ καὶ ἄγχων ὡς ἵππον εὐήνιον τὸ ἐνδόμυχον φίλαρχον, τότε δὲ ὡς ξυρὸς ἀκόνης τῆς συνδρομῆς τῶν στρατευμάτων λαβόμενος ὑπέθηξεν ἑαυτὸν πέρας ἐπιθεῖναι τοῖς σκεπτομένοις πρότερον. Καὶ δὴ συμβούλοις εἰς τοῦτο [P. 241] χρησάμενος τοῖς ὅσον κατὰ γένος ἐκείνῳ συνήπτοντο πατριώταις (ἐκ τῆς Ἀδριανοῦ δὲ ὥρμηντο πόλεως), πολλοῖς οὖσι καὶ σώμπασι δυνατοῖς, τὸ ἐρυθρὸν ὑποδύεται πέδιλον, καὶ μεταβὰς ἐκεῖθεν εἰς τὴν πατρίδα καὶ πρὸς παντὸς ἀναγορευθεὶς τοῦ στρατεύματος αὐτοκράτωρ τὴν ἐς τὴν βασιλεύουσαν πόλιν στέλλεται, καὶ περὶ τὸ ἔξω λεγόμενον καταστρατοπεδεύεται Φιλοπάτιον. Περὶ δὲ δείλην μετὰ τῶν εὐοπλοτάτων δυνάμεων τῷ τείχει προσπελάσας τῆς πόλεως, ἵππῳ ἔποχος ὢν παρὰ τοσοῦτον μὴ παντὶ μέλανι παρ' ὅσον λευκαὶ τρίχες ἐς κύκλον σεληναίας περιαγόμεναι φυεῖσαι ἦσαν περὶ τὸ μέτωπον, τοῖς ἐπὶ τῶν τειχῶν βασιλικοῖς καὶ θεαταῖς τῶν δρωμένων ἀστυπολίταις ἀπειλητής ἅμα καὶ παραινέτης ἐδείκνυτο. Τὰ μὲν γὰρ αὐτοῦ φρονοῦντας εὖ παθεῖν ἔφασκεν, ὡς ἄρα

exercitu variis modis afflicto : nam alii jacentes in tentoriis occidebantur, alii inermes in fuga capiebantur. Qui vero usque ad Cæsaris tabernaculum profugerant, majorem ejus quam hostium acerbitatem sunt experti, a quo contumeliis ut proditores proscindebantur. Ut autem susceptum dedecus aboleret, armatus Arabicum equum conscendit, scutoque in manus sumpto in confertos hostes est invectus, vociferans : « Sequimini me, » cum nec videret neque sciret quo iret aut quid in castris fieret. Romanis ita victis et fugientibus, omnia tabernacula sunt direpta et vexilla capta et aureæ Cæsaris vestes ferrugineo colore interpunctæ ; quas Petrus et Asan induerunt, ante exercitum incedentes, et tabernacula sua in planitie fixerunt. Imperio Cantacuzeno Cæsari abrogato, dux totius exercitus declaratus est Branas Alexius, brevi quidem ille statura, sed magno ingenio et prudentia vir, atque illa ætate summus imperator. Qui exercitu suscepto non confidenter sed circumspecte castra metabatur, instructa progrediens acie, atque in id intentus ut et hostem detrimentis afficeret et omnes copias periculi expertes conservaret. Ita multis angustiis superatis, ad locum qui Niger tumulus dicitur pervenit. Ibi castris positis valloque munito res bene gerendæ spem hominibus afferebat. Sed cum regni cupiditate perpetuo æstuaret, tum animum suum deciravit. Nam idem Branas cum primum ab imperatore dux ad bellum Siculum missus, auxilia Ger-

Hier. Wolfii notæ.

ἐν τοῖς τοιούτοις εὑρίσκονται ὄρεσιν, ἀλλὰ δειλίαν τοῦτο κρίνας αὐτῶν, μέσον τοῦ κάμπου ἐποίει τὰ αὐτοῦ κατουνοτόπια, μήτε φυλακὰς ἔχων ἀκριβεῖς ἢ βίγλας, μήτε μὴν βάλλων χάρακα. Νυκτὸς οὖν αὐτῷ οἱ Βάρβαροι ἐπιθέμενοι, μόλις αὐτὸς διασώζεται, καὶ τὸ στράτευμα πολυτρόπως ἐκάκωσαν· οἱ μὲν γὰρ ἐξ αὐτῶν ἐν ταῖς τέντοις κείμενοι ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν καταλαμβανόμενοι ἐφονεύοντο, οἱ δὲ ἀναρμάτωτοι φεύγοντες ἐζωγροῦντο. Ὅσοι δὲ φυγεῖν ἠδυνήθησαν καὶ πρὸς τὴν τοῦ Καίσαρος κατούναν ἐλθεῖν, πικρότερον αὐτὸν ὑπὲρ τῶν πολεμίων εὗρισκον, ὑβρίζοντα καὶ διαβάλλοντα ὡς προδότας αὐτούς. Θέλων γοῦν ὁ Καῖσαρ τὴν ἑαυτοῦ νίκην ἀνακαλέσασθαι, ἡρματώθη καὶ ἐκαβαλλίκευσε Ἀραβικὸν φαὴν, καὶ ἔλαβε καὶ κοντάριον εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ, καὶ ὥρμησε κατὰ μέσον τῶν πολεμίων κράζων καὶ λέγων, Ἀκολουθεῖτέ μοι, μὴ βλέπων, μηδὲ γινώσκων ὅπη πορεύεται ἢ τί ἐν τῷ στρατῷ γίνεται. Νικηθέντων οὖν οὕτω τῶν Ῥωμαίων καὶ φευγόντων, ἡρπάγησαν παρὰ τῶν Βαρβάρων αἱ κάτουναι πᾶσαι καὶ τὰ χρυσοϋφῆ ῥοῦχα τοῦ Καίσαρος, τὰ μετὰ τῶν γερακίων χρωμάτων σεσημειωμένα, καὶ τὰ φλάμουλα, ἅτινα καὶ ἐνεδύσαντο ὁ Πέτρος καὶ ὁ Ἀσάν προπορευόμενοι ἔμπροσθεν τοῦ στρατοῦ αὐτῶν. Καὶ ἐπὶ τὸν κάμπον ἔκτοτε κατελθόντες τὰς τέντας αὐτῶν ἐκεῖ ἔστησαν καὶ κατεσκήνωσαν. Παραλυθεὶς δὲ ἀπὸ τῆς τοιαυτης ἀρχῆς ὁ Καντακουζηνὸς Καῖσαρ, ἀνηγορεύθη στράτηγος τοῦ ὅλου στρατεύματος ὁ Βρανᾶς Ἀλέξιος, βραχὺς μὲν κατὰ τὴν ἡλικίαν, βαθὺς δὲ τὴν γνώμην καὶ ποικίλος τὴν φρόνησιν καὶ τῶν εὑρισκομένων τότε ἀνθρώπων ὁ στρατηγικώτατος. Ἀλλ' οὗτος τὴν στρατιὰν παραλαβων οὐ θρασεως, ἀλλὰ μετὰ ἀσφαλείας καὶ φυλάξεως τὰ τούτου ἐποίει κατουνοτόπια, τακτικῶς τοῖς ἔμπροσθεν προπορευόμενος, καὶ προθυμοποιούμενος θλίβειν τοὺς ἐχθροὺς, ἐπιμελούμενος δὲ ὅπως καὶ ὁ στρατὸς ἅπας ἀκινδύνως διέρχεται. Διελθὼν δὲ τόπους δυσβάτους πολλοὺς φθάνει κατὰ οινα τόπον Μέλανα βουνὸν καλούμενον, κἀκεῖσε κατασκηνοῖ καὶ χάρακα βάλλει, καὶ ἐφαίνετο ὡς καὶ χρηστότερον τε ἐργάσηται. Ἔχων δὲ δι' ἐπιθυμίας ἀεί ποτε καὶ φανταζόμενος εἰς τὸ ὕψος ἀναβῆναι τῆς βασιλείας, τότε τὸν ἅπαντα σκοπὸν αὐτοῦ ἐφανέρωσεν. Ὁ αὐτὸς γὰρ Βρανᾶς καὶ πρῶτον, ὅτε εἰς τὸν κατὰ τῆς Σικελίας πόλεμον στρατηγὸς παρὰ τοῦ βασιλέως κατέστη καὶ τὸ ἐξ Ἀλεμανῶν συμμαχικὸν ἀνελάβετο, διακρίνας ὡς ἀρκετόν ἐστι συνεργῆσαι αὐτῷ πρὸς τὸν σκοπὸν αὐτοῦ (οὐ γὰρ ἐθάρρει τοσοῦτον τὸ στρατιωτικὸν σύνταγμα ὥστε τὴν βουλὴν αὐτοῦ φανερῶσαι), ἔγνω καὶ αὐτὸς βαδίσαι τὴν ὁδὸν ἣν ὁ βασιλεὺς Ἰσαάκιος ἐβάδισε καὶ ἐβασίλευσεν· ἐξελθὼν γὰρ νυκτος καὶ πρὸς τὸν μέγαν τῆς ἁγίας Σοφίας νεὼν εἰσελθὼν καὶ μέσον τοῦ ἱεροῦ στὰς παρεκάλει τοὺς εἰσερχομένους βοηθῆσαι αὐτῷ ἀπὸ τῆς ἀδίκου καὶ παραλόγου τοῦ βασιλέως ὀργῆς, λέγων ὅτι Οὐδὲν προσέκρουσά τι ἢ ὅλως ἔξω τοῦ ὁρισμου καὶ τοῦ θελήματος ἐγενόμην αὐτοῦ. Καὶ ἤρξατο ἐγκαυχᾶσθαι ἐν τοῖς αὐτοῦ στρατηγήμασιν. Οὐ γινώσκετε, ὦ ἄνδρες, ὅσα ἐν πολέμοις ἠνδραγάθησα, καὶ δεύτερον καὶ τρίτον διὰ στρατηγικῶν μεθόδων τοὺς ἐχθροὺς ἐνίκησα Καὶ ἐκίνει πρὸς στάσιν τὸν λαόν. Ὡς δὲ εἶδε μηδὲν πρὸς τὸν σκοπὸν αὐτοῦ γίνεσθαι, ὅρκους ἐκ βασιλέως δεξάμενος τὴν στάσιν διέλυσεν, ἔτρεφε δὲ ὅμως καὶ εἶχε καθ' ἑαυτὸν τὸν τοιοῦτον τῆς ἀποστασίας σκόπόν. Ὡς δὲ τότε καιρὸν ἐπιτήδειον εὗρε καὶ ἔλαβεν ἐξουσίαν τοῦ στρατηγὸς εἶναι ἁπάσης τῆς στρατιᾶς, ἔχων καὶ τὸν ἅπαντα στρατὸν μεθ' ἑαυτοῦ, εἰς φανερὸν τὰ ἐκ κρυπτῷ μελετώμενα ἀνεκήρυξε.

manorum quæ acceperat satis habere virium ad juvandos conatus suos ratus (nam Romanis legionibus tantum non fidebat ut eis consilium suum aperire auderet) eamdem viam et ipse ingredi statuit quæ Isaacium ad imperium perduxisset. Igitur magnum S. Sophiæ templum ingressus, in medio stans opem introeuntium contra iniquam et perversam imperatoris iram, quem nulla re offendisset neque quidpuam præter mandata et voluntatem ejus fecisset, implorat, et res gestas suas celebrare instituit : « An ignoratis, inquit, viri, quam fortiter in bellis me gesserim ? ut hostes iterum ac tertium industria mea superarim ? » Et populum ad seditionem concitat. Ut autem se nihil proficere videbat, promissa ab imperatore impunitate cœptis destitit, eadem cupiditate nihilominus retenta ; cujus **492** tum splendæ occasione data, cum totius dux exercitus esset declaratus, quæ diu animo celarat in apertum protulit. Cognatisque suis in consilium adhibitis, qui Adrianopolim, ut et ipse, patriam habebant, multis et potentibus viris, rubrum calceum induit ; atque inde in patriam digressus, et ab omni exercitu imperator salutatus, ad urbem imperatricem contendit, et castris ad exterius Philopatium positis vesperi cum instructissimis copiis ad mœnia accedit, equo plane nigro insidens, nisi quod in fronte albam maculam instar lunaris orbis habebat, et imperatorios milites et cives, qui ex mœnibus illa spectabant, simul et monet et minis terret. Nam si portis apertis ultro in partes suas concesserint, servatorem et benefactorem habituros ; sin per januam et non aliter ingredi cupienti restiterint, utique si clam ingressus et imperium latrocinio quodam consecutus fuerit, se causam habiturum sic agendi cum eis ut immanes feræ, quæ pulsis pastoribus caulas perfregerint. Quæ cum jactasset, acie velut ad pugnam instructa in castra revertitur. Postridie sole orto **493** rursus ad urbis mœnia accedit ; et exercitu, ad terrestrem portam, quæ Charsii dicitur, in dextrum et lævum cornu instructo, mediam phalangem ipse obtinens copias urbe effusas aggreditur. Imperator enim suos milites non tantum intra portas urbis collocarat, sed et partem quam longissime excurrere extra fossas et cum hostibus congredi et fatigatos hostibus urgentibus ad mœnia refugere jusserat, ut ab iis qui in turribus starent juvarentur. Ac usque ad meridiem sagittis et jaculis utrinque dimicatum est, Branæ factione aliquandiu nonnihil superiore ob belli usum, atque in ea Latinorum peditatu potissimum. Nam qui ex Siculo exercitu adhuc in vivis erant, eos imperator custodia et vinculis liberatos armis datis Branæ ad Hæmum proficiscenti miserat, qui optimam phalangem pedestrem explebant, scuto equestri, prælongo ense et lancea armati. Cum autem equitum quoque turmæ iis opem tulisset, urbani vi pelluntur, et quamvis inviti, fossa superata, ad mœnia se recipiunt, propugnatoribus eos adjutantibus.

A καὶ εἰ διαπετάσαντες τὰς πύλας αὐτὸν εἰσδέξονται σωτῆρά τε καὶ εὐεργέτην εὑρήσουσιν· εἰ δὲ διὰ τῆς θύρας εἰσιόντι καὶ μὴ ἀναβαίνειν ἀλλαχόθεν ἐθέλοντι ἀντιβαῖεν δήπου καὶ ἀντισταῖεν, **πάντως** κλέψας τὴν εἴσοδον καὶ λῃστεύσας τὴν **βασιλείαν** ἐκεῖνα ἀνεπεγκλήτως ἐργάσαιτο ὁπόσα καὶ **ὠμησταὶ** θῆρες τοὺς ποιμένας παρωσάμενοι καὶ **μὴ διὰ** τῆς αὐλῆς τῶν προβάτων, ἀλλ' ἑτέρωθεν εἴσω **παριόν**τες. Ταῦτα καὶ τοιαῦθ' ἕτερα μεγαλαυχήσας, καὶ ἅμα παράταξιν ἐνδειξάμενος ὁποίας **χρεία** τοῖς ἑτοιμασθεῖσιν εἰς πόλεμον, πρὸς τὸ οἰκεῖον στρατόπεδον [P. 242] ὑπενόστησε. Τῇ δ' ἐπιούσῃ ἄρτι τοῦ ἡλίου τὰ ἑῷα φαυσιβολοῦντος πρὸς τοῖς τείχεσιν αὐθις τῆς πόλεως γίνεται, κἀπὶ ταῖς χερσαίαις πύλαις ἀντιτάξας τὴν στρατιὰν, αἳ τοῦ Χαρσίου λέγονται, εἰς δεξιὸν καὶ εὐώνυμον κέρας αὐτὴν διαι-
B ρεῖ, καὶ τὸ μέσον αὐτὸς ἐπέχων τῆς **φάλαγγος** ἐφίησι τοῖς ἐκχεομένοις τῆς πόλεως στρατοῖς συμπλέκεσθαι. Οὐδὲ γὰρ μόνον ἐντὸς τῶν πυλῶν τῆς πόλεως τὸ ὑπερπονοῦν ἑαυτοῦ κατεμέρισε βασιλεὺς, ἔστι δ' ὃ καὶ τῶν τειχῶν ἄνωθεν ἐπέταξεν ἐφεστάναι, ἀλλὰ καὶ μέρος ἀποδιελόμενος ἐπέτρεψεν ἐπεκθέειν ἔξωθεν ἑκαστάτω τῆς τάφρου καὶ τοῖς πολεμίοις ὡς ἐνόν ἀντιφέρεσθαι. Εἰ δέ γε κάμωσιν ἐπιβρισάντων τῶν ἐναντίων, προσρύεσθαι παρῄνει τοῖς τείχεσιν, ὅπως οἱ τῶν πυργοβάρεων ἄνωθεν αὐτοῖς ἐπαμύνωσιν. Ἕως μὲν οὖν σταθηρᾶς μεσημβρίας τοξασμοὶ καὶ ἀκροβολισμοὶ παρ' ἑκατέρων ἐγίνοντο τῶν μερῶν, καὶ βραχύ τι μὲν ἄχρι τινὸς ἐκράτουν τῶν τοῦ βασιλέως οἱ τοῦ Βρανᾶ ὡς
C πολέμων ἔμπειροι, καὶ τούτων μάλιστα οἱ ἐκ τοῦ Λατινικοῦ πεζικοῦ συγκροτούμενοι στίφους, ἐπεὶ καὶ οἵ τοῖς ζῶσιν ἔτι συνεξετάζοντο ἐκ τοῦ ζωγρηθέντος Σικελικοῦ στρατεύματός, τούτους ὁ βασιλεὺς τῆς φρουρᾶς ἀνεὶς καὶ δεσμῶν καὶ ὁπλισμοῖς ὑπαγαγὼν πρὸς Βρανᾶν ἀπέστειλε τὴν ἐς τὸν Αἷμον στελλόμενον, καὶ ἦσαν κρατίστη φάλαγξ τῶν περὶ αὐτὸν πεζικὴ, ἱππικῷ θυρεῷ καὶ ξίφει ἐπιμήκει καὶ δόρατι ἐγχήρει φραττόμενοι. Ἐπιβοηθήσαντος δὲ καὶ τοῦ κατὰ σφᾶς ἱππεύοντος τάγματος, κατὰ κράτος οὕτω τοὺς ἐξ ἄστεος τρέπονται ὡς καὶ τὴν τάφρον ἄκοντας διαβῆναι καὶ προσφῦναι τοῖς τείχεσιν· ἐπήμυνον δὲ αὐτοῖς οἱ τῶν τειχῶν ὑπερφαινόμενοι. Καὶ τὰ μὲν τῆς τόθ' ἡμέρας ἐν τούτοις ἔληξεν· ἀνοχεύσας δ' ἐφ' ἡμέραις πέντε τὰς οἰκείας
D δυνάμεις ὁ τυραννος τῶν αὐτῶν καὶ πάλιν ἔχεται πόνων, τοῖς περιβόλοις ἐπιστὰς τῆς πόλεως. Ποιῶν δ' ἐπίφοβον τοῖς ἀστυκοῖς ἑαυτὸν καὶ διαστασιάζων τὰ ἔνδον πειρώμενος, μοῖράν τινα τῆς ἑαυτοῦ στρατιᾶς παρελόμενος ἐκπέμπει κατὰ τὴν βόρειον ἀντίπορθμον τῆς πόλεως πλευρὰν, ἥτις πόρος Βοὸς κικλῄσκεται, ἀφ' ἧς καταφανὴς ἐστιν ἀκριβῶς ὁ μέχρι τῶν ἐν Βλαχέρναις ἀνακτόρων συρόμενος θαλάττιος ὁλκὸς, καὶ ὅσα πρὸς ἄνεμον Βορρᾶν ἐπινενεύκασι μέρη τῆς πόλεως. Καὶ οἵ γε τὸ ἐπιτεταγμένον τέλει διδόντες, τοὺς ἐκεῖσέ πη μετεώρους γηλόφους ἀνιόντες τὰς σημαίας ἠνέμωσαν. Ὁ δὲ ἥλιος τοῖς θώραξιν ἐμπίπτων καὶ τοῖς τῶν στρατιωτῶν προσβάλλων θώραξι νεοσμήκτοις οὖσι καὶ

λείοις ἐποίει ἀποπάλλεσθαι τούτων κατὰ καμπὴν καὶ ἐπάνοδον τῶν ἀκτίνων σελαγισμάτων ἐκπυρηνίσματα, ὡς καθ' ὁμηγύρεις τὸν ἀστυκὸν συλλέγεσθαι δῆμον εἰς τὰ ἀνεστηκότα τῆς πόλεως γήλοφα καὶ τὰ πραττόμενα θεᾶσθαι καὶ διὰ πλείστου τίθεσθαι θαύματος. Μετὰ δὲ τοῦτο καὶ τοὺς τῆς Προποντίδος οἰκήτορας εἰς ἑαυτοὺς ἐπεσπάσαντο, οἳ μάχης μὲν οὐ πάντες ἵστορες, κώπην δ' ἐλαύνειν παμπληθεὶ ἄριστοι. Ὅθεν τὰ πρὸς ἰχθύων ἄγραν παρ' αὐτῶν ναυπηγούμενα σκάφη εἰς πολεμιστηρίους συνεκρότησαν οὗτοι ναῦς, σανίσι παχείαις ἑκατέρωθεν αὐτὰ διειληφότες, καὶ οἱ μὲν σφενδόναις ὡπλίσαντο, οἱ δὲ τόξα καὶ γωρυτὸν ἀνέλαβον. Καὶ οὕτως εἰς ἀρεϊκοὺς ἄνδρας ἐκ δικτυοπλόκων μετασκευασθέντες κατὰ τῶν βασιλικῶν [P. 243] ἰσχύουσι καὶ κραταιοῦνται τριηρέων, αἳ τὴν πόλιν περιοῦσαι τὰς ἐκ τοῦ στρατεύματος τοῦ Βρανᾶ νυκτερινὰς ἐφόδους ἐσκόπουν καὶ ἐτήρουν ἐπιμελῶς τὸν πορθμὸν, μή πως τὴν διὰ τῶν χερσαίων πυλῶν πάροδον ὁ τύραννος ἀπογνοὺς διὰ τῶν παρακτίων λάθοι ἔνδοθεν παρεισδύς. Οἱ δ' ἐπὶ τῶν μακρῶν νηῶν τὰ μὲν πρῶτα μαίνεσθαι ᾤοντο ἀτεχνῶς τοὺς τῶν ἰχθύων ἀγρευτὰς, εἰ οὕτως ἐπὶ τῶν ἁλιάδων μόλις σαλεύοντες ἐγχρίψειν αὐτοῖς ἀπεθάρρησαν· ὡς δὲ καιρὸς ἐνειστήκει τοῦ βάλλειν καὶ βάλλεσθαι, αἱ μὲν μετὰ βυκάνων καὶ σαλπίγγων ἔξορμοι γίνονται, τὰ δὲ τῶν ἀσπαλιευτῶν πορθμεῖα σιγῇ, καὶ οἱ ἐπ' αὐτῶν μένεα πνέοντες ἔτυπτον τὴν θάλασσαν ἐρετμοῖς, καὶ συμβαλόντες ὑπερτεροῦσι τῶν ἀντιπάλων μεγίστων σκαφῶν καὶ ταῖς τῆς πόλεως ἠόσι συγκλείουσι. Τὰ μὲν γὰρ διὰ τὸ μήκιστα εἶναι καὶ δυσδιέλικτα οὐκ ἐκ τοῦ αὐτίκα ἐκάκουν τὸ ἀνθιστάμενον, τὰ δὲ συμφορηδὸν ἐπιόντα καὶ πολλὰ μίαν τριήρη συμμίγδην περιόντα, ἔκ τε πρύμνης καὶ πρώρας καὶ παρ' ἑκάτερον τοῖχον μαχόμενα, ὡς ἐν στενοπόρῳ πορθμῷ τὴν νίκην εἶχον ἐπινηχομένην αὐτοῖς καὶ λαμπρὸν ἀνίστων τρόπαιον (29). Ἀλλ' οὐκ ἐς πολὺ τὸ ἐκ τῆς ἥττης αἶσχος ὑπενεγκόντες οἱ τοῦ στόλου τοῦ βασιλέως παλίωξιν τῶν λεμβαδίων τιθέασι. Τάχα δ' ἂν καὶ τῷ ὑγρῷ πυρὶ τὰ πορθμεῖα ἠφάνισαν, εἰ μὴ ἐκ τοῦ σχεδὸν ἑστῶτες ἐπεβοήθησαν οἱ τοῦ Βρανᾶ ὁπλομάχοι, ἐκ τῶν λόφων καταβάντες καὶ τὸν αἰγιαλὸν ἐπιπορευόμενοι ἕνεκα τοῦ ἐπαρήγειν τῷ ναυτικῷ.

ζ'. Ἰδὼν δὲ ὁ ἀποστάτης ὡς οὔτε κλέπτειν ἔχει τὴν πάροδον οὔτε μὴν πολέμῳ ἢ πειθοῖ ἀνύσιμά εἰσίν οἱ τὰ μελετώμενα, ἄλλην τραπέσθαι διενοεῖτο· ἢ γὰρ λιμῷ τὴν βασιλίδα παραστήσασθαι πόλιν, μεγίστην ἐπιστήσας αὐτῇ καὶ κρατίστην ἐλέπολιν τὴν τῶν ἐδωδίμων ὑποσπάνισιν (ἤδη γὰρ ἡ ἑῴα τε καὶ ἑσπέριος ὑπὸ Ῥωμαίους λῆξις αὐτῷ προσεχώρησε), μηδεμίαν ἐπισκήψας νῆα σιταγωγὸν καταίρειν εἰς τὸ Βυζάντιον, ἢ προσβαλεῖν μετ' ἀκμαιοτέρου στόλου καὶ πλείονος. Ἐκεῖνα δ' ἦν ἀνελίττων κατὰ νοῦν ἃ μὴ τὸ Θεῖον ἐπιτελῇ γενέσθαι κατένευσεν. Ὁ γὰρ

A Tyrannus vero suis ad **494** dies v recreatis rursus eosdem labores oppugnandi mœnia capessit, simul ut se urbanis formidabilem præberet, simul etiam ut dissidium inter cives exitaret, ac partem copiarum ad septentrionale latus urbi obversum mittit, qui Bosporus dicitur. Unde tractus maris qui usque ad Blachernium palatium pertinet aperte cernitur, cæteraque partes urbis quæ ad Aquilonem vergunt. Ii ergo jussa exsequentes, vexillis in altum elatis, tumulos occupant. At solis radii qui in thoraces et arma militum recens polita et lævia incidebant, refracti ignis instar relucebant. Itaque urbanus populus turmatim in editiores colles urbis illius spectaculi gratia convolans, summa admiratione afficitur. Deinde Propontidis etiam incolas B attraxerunt, non in re militari sed in remis agendis maximo numero exercitatissimos. Ii scaphas ad piscium capturam fabricatas in naves bellicas mutarunt, **495** crassis tabulis utrinque affixis, alii fundis, alii arcubus et pharetris armati. Atque ita ex piscatoribus in Mavortios viros mutati cum imperatoriis triremibus fortiter dimicant. Quæ urbem circumeuntes nocturnas Branæ impressiones observabant, ac fretum diligenter, tuebantur, ne forte tyrannus desperato per terrestres portas ingressu clam per littorales ingrederetur. Ac principio piscatores insanire visi, quod ægre in naviculis fluctuantes impetum in longas naves facere auderent : ubi ad arma ventum est, maximas hostium naves cum buccinis et tubis invectas tacite quidem sed fortiter adorti superant et in urbana littora C compellunt. Nam eæ quia longissimæ erant et tardæ, lembis piscatorum non statim nocere poterant : hi vero quia confertim irruebant et multi unam triremem circumdabant, a puppi et **496** prora et utroque latere pugnantes, in angusto freto victoria potiti illustre tropæum erexerunt. Sed imperatorii classiarii, non diu eo dedecore tolerato, naviculas vicissim fugant; easque forsitan igni Græco absumpsissent, nisi Branæ milites ex collibus ad littora digressi suppetias illis tulissent.

D 7. Cæterum ubi seditionis auctor animadvertit se neque clam penetrare nec aperta vi consilium suum exsequi posse, alia via rem aggrediendam censuit, ac imperatricem urbem aut fame ad deditionem compellendam, annonæ penuria machina firmissima et acerrima admota (jam enim et Orientales et Occidentales provinciæ ad eum defecerant, quibus edixerat ne qua frumentaria navis Byzantium appelleret), aut cum firmiore et majore classe impetum faciendum. Verum ea volvebat animo quæ Deus haud concessurus erat. Nam imperator cum

Hier. Wolfii notæ.

(29) Turpiter fugiunt imperatorii, et inter navalia se includunt, si modo ἐξάρτυσις ἀντὶ ναυνταθμοῦ intelligi debet.

urbanum populum sibi addictum esse ac Branam adeo **497** aversari cerneret ut etiam exsecraretur, Dei Genetricis imagine, quæ ab Hodegio monasterio Rodegetria nuncupatur, in mœnia pro vallo inexpugnabili translata, cum suapte industria ad pugnam incitatus est, quod diuturnam obsidionem e re sua non esse et aliquid adversi novarumque rerum studium allaturam putabat, tum Conradi Cæsaris hortatu maxime impulsus. Erat is vir genere Lombardus, Montisferrati domini filius, prudentia et fortitudine tantum excellens ut non apud Romanos duntaxat esset celebris, Manueli præsertim charus, ut ab ipsa natura et ingenii et manuum dexteritate luculenter ornatus, sed apud populares quoque suos inclytus. Hic est, qui maximis largitionibus a Manuele impulsus Alemannorum regi restitit, et Moguntinum episcopum cancellarium regis superavit, qui cum maximis copiis impressionem in Italiam fecerat ; eumque in vincula conjectum aliter se dimissurum negavit, nisi a Romanorum imperatore juberetur. Tum autem cum imperator Isaacius ad fratrem ejus Bonifacium legatos misisset de sorore Theodora illi despondenda, is vero jam cum alia nuptias celebrasset, legati magnæ felicitatis loco **498** habuerunt, quod hic conjugem amisisset, ac bonum longe majus judicarunt quam si id confecissent cujus gratia venerant, et Conradum maximis pollicitationibus impulsum secum adduxerunt. Cum vero non multo post eas nuptias Branas defecit, in imperatoris animum erigere et bona spe sustentare jam labascentem et remollescentem confirmare non destitit ; quippe qui iis monachis qui nudis peditus incedentes et humi cubantes veluti columnis ultra humum efferuntur, in palatium congregatis, Deo supplicaret ut civile bellum propulsaret nec alteri traderet imperium, rem vero bellicam penitus negligeret, omni spe sua in armis spiritus collocata. Cæterum Conradus eum, ut cancer pinnam, subinde vellicabat et excitabat, monens ne in mendicis istis omnem fiduciam collocaret, sed rei militaris etiam rationem haberet et armatis phalangibus seditioso occurreret, nec dextris duntaxat armis, hoc est sanctorum virorum intercessionibus, sed sinistris **499** etiam, quæ ense et thorace constarent, hostes ulcisceretur. Neque parcendum esse pecuniæ, sed ad conscribendum militem impendendam. Nam præter cognatos imperatoris, et eos qui in urbe habitabant, cæteri omnes Branæ se submiserant, neque foris copiæ parari poterant. Quibus Cæsaris verbis velut assiduis stimulis torpore illo et socordia excussa, auxilia contrahere instituit. Et quia sibi pecuniam deesse querebatur, vasa ex impera-

A βασιλεὺς ὁρῶν αὐτῷ προσκείμενον τὸ τῆς πόλεως πλήρωμα, καὶ μὴ μόνον οὐκ ἀνεχόμενον βασιλεύειν Βρανᾶν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἀναθέματι καθυποβάλλον ἐκεῖνον, ἄνω τῶν τειχέων ἀναγαγὼν οἷά τε ἄμαχον ὀχύρωμα καὶ ἀνάλωτον χαράκωμα τὴν εἰκόνα τῆς θεομήτορος, ἥτις ἐκ τῆς τῶν Ὁδηγῶν μονῆς, καθ' ἣν προσκεκλήρωται, Ὁδηγήτρια ἐπικέκληται, ἠρρενώθη μὲν καὶ οἴκοθεν πρὸς ἀντιμάχησιν, κρίνας ἀλυσιτελῆ τὴν χρόνιον ἐντὸς σοῦ ἅστεως κάθειρξιν, καὶ ἀπευκταῖον δέ τι καινοποιήσουσαν ἐφ' αὑτῷ, πλειόνως δ' ὑπεῖξε ταῖς ἐπιπλήξεσι Καίσαρδς τοῦ Κορράδου. Ἦν δὲ ὁ ἀνὴρ οὗτος τὸ μὲν γένος Ἰταλιώτης. πατρὸς δ' ἐξέφυ τοῦ τὴν χώραν τῆς Μόντης φεράντης κατέχοντος. Τοσοῦτον δ' ἐπ' ἀνδρίᾳ καὶ συνέσει διέφερεν ὥστε οὐ παρὰ Ῥωμαίοις μόνον ἦν

B περιώνυμος, καὶ μάλιστα τῷ βασιλεῖ Μανουὴλ ἐπιπόθητον ἄκουσμα ὡς φύσεως λαχὼν [P. 244] εὐκληρίαν καὶ διανοίας ὀξύτητα καὶ χειρῶν δραστηριότητα, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς ὁμογενέσιν αὐτῷ περικλεῖστός. Οὗτός ἐστιν ὁ μεγίστοις φιλοδωρήμασι παρὰ τοῦ βασιλέως Μανουὴλ ἐπαρθεὶς καὶ ἀντάρας χεῖρας τῷ τῆς Ἀλαμανίας ῥηγὶ, καὶ μάζῃ τὸν ἐπίσκοπον Μαγέντζης νενικηκὼς καγκελλάριον ὄντα τοῦ ῥηγὸς καὶ κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἐμβαλόντα μετὰ πλείστων δυνάμεων, συνειληφώς τε αὐτὸν καὶ δεσμοῖς περιβαλὼν, καὶ οὐκ ἄλλως ἀπολύσειν ἰσχυριζόμενος εἰ μὴ εἴη τοῦτο καὶ τῷ Ῥωμαίων βασιλεῖ προσταχθέν. Τότε δὲ τοῦ βασιλέως Ἰσαακίου τὸν αὐτοῦ ὁμαίμονα Βοτιφάτιον διὰ πρέσβεων μεταστειλαμένου, ὡς κατὰ γάμον συναφθείη Θεοδώρᾳ τῇ

C αὐτοῦ κασιγνήτῳ, ἐπεὶ νύμφην ἐκεῖνος ἡρμόσατο καὶ ᾗσας εἶχε προσεχῶς τὸν ὁμέναιον, οὗτος τὴν τοῦ βίου κοινωνὸν θανάτῳ ἀποβαλόμενος ὡς ἕρμαιον τοῖς πρέσβεσι κρίνεται καὶ τὸ πάρεργον τοῦ ἔργου μεῖζον κατὰ πολύ. Ναὶ μὴν ὑποσχέσεσιν οἱ πρέσβεις μεγίσταις τὸν Κορράδον κουφίσαντες σὺν αὐτῷ ἐπανέζευξαν, καὶ ὡς εἰστιάκει τοὺς γάμους ὁ βασιλεὺς, μετὰ μικρὸν δὲ ἡ τοῦ Βρανᾶ ἐπηκολούθησεν ἐπανάστασις, οὐ διέλιπε τὸ τοῦ βασιλέως διανιστῶν φρόνημα καὶ ταῖς χρηστοτέραις ἀναθάλπων ἐλπίσιν ἀπεσβηκὸς ἤδη καὶ εἰς ἀγεννῆ καταβληθὲν χαλαρότητα, καὶ ὥσπερ ἀκόνη τῷ βασιλεῖ πρὸς τὸν τοῦ πολέμου ξυρὸν γινόμενος. Ἀμέλει καὶ βασιλεὺς μὲν τοὺς γυμνόποδας καὶ χαμαιεύνας τῶν μοναχῶν ἠθροικὼς, καὶ ὅσοι κίοσι (30) τῆς γῆς ὑπερήρθησαν

D εἰς τὰ ἀρχεῖα συνηθροικὼς, ἐδεῖτο δι' αὐτῶν τοῦ Θεοῦ διασκεδασθῆναι τὸν ἐφεστῶτα ἐμφύλιον πόλεμον καὶ μὴ μεταβῆναι ἢ ἀποπτῆναι τὸ κράτος ἐφ' ἕτερον, τῶν δὲ κατὰ πόλεμον, ἠτημέλει παντάπασι, τὰς ἐλπίδας πάσας ἐπανάπτων τῇ παντευχίᾳ τοῦ πνεύματος· ὁ δὲ ὡς ὁ καρκίνος τὴν πίνναν πολλάκις τοῦτον διύπνιζε καὶ ὑπονύττων διανίστα, πείθων μὴ πάντα τοῖς ἀβίοις τούτοις θαῤῥεῖν, ἀλλ' ἐν τῷ μέρει καὶ στρατῶν ἐπιμέλεσθαι καὶ φάλαγξιν ὁπλομάχοις κατὰ τοὺ ἀντιστάτου κεχρῆσθαι, ὅπως εἴη μὴ μόνον

Hier. Wolfii notæ.

(30) Ὅσοι κίοσι. Fortassis ὡσεὶ κίοσι, vel κίονες.

διὰ τῶν δεξιῶν ὅπλων, τῶν συνάρσεων δηλαδὴ τῶν ἁγίων ἀνδρῶν, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν ἀριστερῶν τῶν κρατυνομένων ξίφει καὶ θώρακι τὸν ἀντικαθήμενον πολέμιον μετιών, μηδὲ χρημάτων ὁποτιθεὶς φείδεσθαι, ἀλλὰ καὶ ταῦτα διαφθείρειν εἰς στρατευμάτων συναγωγήν, ἐπεὶ καὶ ἄνευ τῶν καθ' αἷμα τῷ βασιλεῖ συναπτομένων καὶ τῶν ὅσοι τὰς οἰκήσεις μὴ ἐκτὸς εἶχον τῆς πόλεως, πάντες ὑπέκυψαν τῷ Βαρανῇ, κἀκ τῶν ἔξωθεν οὐκ ἦν ἐπεισενέγκασθαι στράτευμα. Οἷς δὴ τοῦ Καίσαρος λόγοις καθάπερ ἐνδελεχεῖ βουπλῆγι τιτρώμενος ἀνένηψέ τε τοῦ κάρου καὶ τῆς ἀκηδίας μεθήρμοττο, καὶ ἤρξατο συλλέγειν συμμαχικόν. Μὴ εὐπορεῖν δὲ λέγων χρυσίων, ἐκ τῶν βασιλικῶν ταμιείων ἀργύρεα σκεύη ἀνελόμενος παρακατέθετο ταῦτα τοῖς χρυσίου εὐπορουῦσι τεμένεσι, καὶ τὰ ἐκεῖθεν πορισθέντα χρήματα εἰς συλλογὴν διέδωκε στρατιᾶς, κἂν ὕστερον μετὰ τὴν νίκην καὶ τὸ χρυσίον οὐκ ἀπέδωκε καὶ τὰ παρακατατεθέντα ἀνείλετο. Ἀμέλει καὶ ἐν βραχεῖ καιρῷ ὁ μὲν Κορράδος ἀπὸ τῶν κατὰ τὴν πόλιν συναγήοχε Λατίνων ἱππότας [P. 245] περὶ τοὺς δὶς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα, πάντας ἀρειμανίους, καὶ πεζοὺς πεντακοσίους. Οὐκ ὀλίγοι δ' ἐστρατολογήθησαν καὶ ἀπὸ Ἰσμαηλιτῶν καὶ τῶν ἐψων Ἰβήρων, κατ' ἐμπορίαν στειλαμένων τὴν ἐς τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων. Τὸ δὲ περὶ τὸν βασιλέα ἐπίσημον τῷ γένει καὶ ἄλλως περὶ τὴν βασιλειον αὐλὴν εἰλούμενον περὶ τοὺς χιλίους ἠρίθμητο. Τοσαύτην δ' ὁ Κορράδος ὑπὲρ τοῦ κρατοῦντος εἰσηνέγκατο σπουδὴν ὥστε θεύπεμπτον ἀγαθὸν κατὰ καιρὸν τῷ βασιλεῖ ἐπιστάν τοῖς ἅπασιν ἐλογίζετο. Ἔστι δ' ὅτε τῷ βασιλεῖ ἐσθίοντι ἐποφθείς, « Εἶθε οὕτως, » ὑποστενάξας εἶρηκε, « τῶν κατὰ τὸν ἐφεστῶτα πόλεμον ἐπεμέλου, ὥσπερ γίνῃ τρεχέδειπνος, ἐπὶ τὰ προκείμενα βρώματα λιχνευόμενος καὶ δλην τὴν φροντίδα τοῖς παρακενουμένοις διαχαλῶν δκιτρεύμασιν. » Ὁ δὲ ἐρυθριάσας ἐπὶ τῷ ῥήματι τούτῳ καὶ πυρρωπότερος φανεὶς ἑαυτοῦ καὶ μειδιάσας βεβιασμένον ἐπελάβετο τῆς χλανίδος τοῦ Καίσαρος, καὶ διασεσοβηκὼς εἶπεν ὡς « Κατὰ καιρὸν, ὦ οὗτος, ἑστιαθησόμεθά τε καὶ μαχεσόμεθα. » Ἐγένοντο δὲ καὶ διοσημεῖαι τηνικαῦτα· ἡμέρας γὰρ ἀστέρες ἐφάνησαν, καὶ ὁ ἀὴρ ταραχώδης ὤφθη, καὶ περὶ τὸν ἥλιον πάθη τινὰ συμβεβήκασιν ἃ φασιν ἅλωνας, ὡς μηδὲ τοῦτον καθαρὸν καὶ ἀθόλωτον, ἀλλ' ὠχρότερον ἀποδισκεύειν τὸ φῶς. Τοσαύτην δ', ὡς ἐνεδίδου τὰ πράγματα, συνηθροικὼς ὁ βασιλεὺς στρατιὰν ἔγνω μὴ ἀναδύεσθαι καὶ μέλλειν εἰσέτι καθήμενος ὑπωρόφιος, ἀλλ' ἐν τῷ μέρει καὶ αὐτὸς ξιφήρης ὀφθῆναι τῷ ἀποστάτῃ. Στὰς τοίνυν θωρακοφόρος ἔσω τοῦ περιβόλου τῆς πόλεως, ὃν ὁ βασιλεὺς ἀνήγειρε Μανουὴλ ἔρυμα τῶν ἐν Βλαχέρναις ἀρχείων, παρεθάρρυνε λόγοις τὸ συγγενὲς καὶ τὸ παρεστὼς ἐγγύθεν ὁπλιτικὸν, τοιάδε παρακελευόμενος· « Κρεῖσσόν ἐστι δήπουθεν, καὶ παρά γε Θεῷ ἀνεπίγκλητον, τοῦ ἐννόμως κρατοῦντος προκινδυνεύειν τοὺς ὑπ' ἀρχὴν, ἢ γοῦν προσρέπειν ἀνδρὶ νεωτεριστῇ καὶ κατ' ἀλλήλων ἐκπολεμώσαντι τὸ ὁμόγλωττον. Εἰ δέ τινες εἶεν μετακυβευομένην ἔχοντες τὴν γνώμην καὶ ἀμφιτάλαντον

A toriis scriniis deprompta templis, quæ aurum habebant, oppignoravit, et pecuniam inde acceptam ad colligendum exercitum distribuit, quamvis post victoriam nec pecuniam restitit et vasa illa abstulit. Conradus vero exiguo tempore equites Latinos in urbe circiter CCL coegit omnes viros bellicosissimos, et pedites D, nec pauci ex Ismaelitis, et Orientalium Iberum multi, qui negotiandi causa in urbem venerant, nomina militiæ dederunt. Ex genere illustribus et alioqui palatium frequentare solitis ad mille connumerati sunt. Conradus vero tanta contentione **500** imperatoris partes tuendas

B suscepit, ut ab omnibus divinitus missus esse tempore maxime necessario crederetur. Atque aliquando ad imperatorem comedentem ingressus cum suspirio dixit : « Utinam ita rem bellicam curares, ut alacriter ad cœnæ lauticias accurris et animum in patinis habes. » Eo dicto imperator erubuit, et prehenso illius pallio cum risu coacto dixit : « Heus tu, suo tempore et cœnabimus et bellabimus. » Tum quoque ostenta apparuerunt. Nam stellæ interdiu sunt conspectæ, aer turbulentus fuit, circuli quas arcas vocant solem ambiverunt ; unde lumen ejus non purum sed pallidius emicuit. Imperator vero tanto exercitu coacto quantum res sinebant, non diutius cunctandum et sub tecto desidendum esse ratus est, sed vicissim arma seditiosis inferenda. Itaque thoracatus intra ea

C mœnia quibus Manuel imperator Blachernium palatium muniit, stans hujusmodi oratione cognatos et proxime astantes milites confirmavit : « Omnino præstat, Deoque gratius est, ut subditi pro legitimo imperatore **501** pugnent quam cum seditioso ac civilis belli auctore se conjungant. Si qui vero sunt quorum animi vacillent ac fluctuent, aut omnino ad seditiosum magno impetu amoris ferantur, et quem heri ut mancipia dominum coluerunt, eum hodie rejiciant, ab iis impetratam velim rem omnino æquissimam, ut domi sedentes neutri opitulentur, donec prælio dirempta fuerit controversia, ac tum ut cæteri cum victore se conjungant ; aut statim ante pugnam ad hostem abeant ac pro ejus salute dimicent, quo gratiam ab eo victoriam adepto majorem ineant. Nam me quidem labiis honorare, corde vero alteri addictos esse ac

D omne studium deferre, haud scio an ab ullo probari aut Deo placere possit, qui æquitatis amans in animorum recessus inquirit. Nam ab eo quod iis pejus est ac omnium impudentissimum, animus quoque abhorret, videlicet ne qui pugnæ tempore ad tyrannum deficiant et probatos etiam viros exemplo suo corrumpant. Id quod in avibus quæ gregatim volant cernitur. Nam ubi una subvolarit, reliquæ omnes una avolant : ubi una consederit, reliquæ etiam consident. » Hæc propterea dicebat, quod Joannem **502** sebastocratorem patruum suum suspectum habebat ut et veteri necessitudine et recenti affinitate cum Brana conjunctum, cujus filiam non ita pridem filio suo desponderat. Quibus

verbis cum omnes alii doluerunt, tum sebastocrator, ut omnem suspicionem a se amoveret, omnem faimiliam suam et semetipsum atrocissimis diris devovebat,si unquam ad Branam deficere in animp habuisset. Neque enim se ita esse officii rudem aut senio delirare, ut fratris filium imperatorem, a quo ab alia dignitate ad aliam promotus esset, advenæ sub dio versanti, cujus animum erga se inexploratum haberet, ob filii nuptias posthaberet.

τῆς ἐπὶ τὰ πρόσω εἶχετο. Συγκεκεφαλαίωτο δὲ ἡ dat nec multiplicetur. His ita ordinatis, Iconium
τῶν ἀνδραποδισθέντων πληθὺς εἰς πέντε χιλιάδας rediit. Ea tamen humana denuntiatio neminem pa-
ἀνθρώπων. Ἐν δὲ τῇ ἀπαγωγῇ ταύτῃ ἐμέλησε τῷ triæ meminisse pœna est, sed multos etiam a Persa
βαρβάρῳ καὶ ὅπως τῶν ζωαρκῶν μὴ σπανίζωνται non captos Philomilium attraxit, cum audissent
οἱ αἰχμάλωτοι, καὶ σῖτον αὐτοῖς διαδοὺς οὐδὲ τὸ τῆς quomodo cognati et populares eorum a sultano
ὥρας ψῦχος παρῆκεν ἀνήκεστον (48)· πέλεκυν γὰρ tractarentur. Sic ab ortu Romanorum ad nostra
ἐγχείριον ἔχων καὶ αὐτουργῶν εἰς σχίδακας διῄρει, C usque tempora non modo sancti defecerunt et ve-
τυχὸν οὕτω, χρόνῳ ἀνατραπὲν γεράνδρυον. Ἀλλὰ ritas imminuta est, verum etiam ob iniquitatem
καὶ τοῖς συνδραμοῦσι πρὸς τὴν θέαν Πέρσαις multiplicatam charitas vulgo refrixit, ut integræ
ὁμοίως δρᾶν ὑπετίθετο, προσεπάγων ἅμα καὶ ὑπο- civitates Græcæ, patria cupide relicta, ad Barbaros
βάλλων τὸ τῆς ἐργασίας αἴτιον καὶ τὸ πρὸς τι εὔ- in colonias abierint. Nam crebræ tyrannides sub-
χρηστον αὐτοῖς ἐπιλέγων· Πέρσαις μὲν γὰρ ἐξεῖναι ditis sobriam vivendi rationem extorserunt; et
διὰ παντὸς ἐξιέναι τῆς παρεμβολῆς καὶ ξυλεύεσθαι, plerique imperatores, rapinis assueti, nihil in suos
ὅτι μηδ' ἔσται τις αὐτοῖς προσιστάμενος, Ῥωμαίοις moderati vel cogitarunt vel fecerunt. Jam videa-
δὲ οὐχί, φυλαττομένοις τὸ μὴ δοκεῖν ἀποδιδράσκειν mus quid imperator gesserit. Andronicum Ducam
καὶ τὰ ἐκ τοῦδε ὀφορωμένος ὡς φυγάσιν ἐπικεισό- adolescentulum adhuc mittit ad bellum Persæ
μενα δεσμά. Ἐπεὶ δὲ τὸ Φιλομίλιον κατέλαβεν, inferendum. Is cum suis Persas sero tandem ag-
ἐπαύλεών τε μοτέδωκε καὶ γῆς ἐπεμέτρησε μέρος greditur, et noctu pastores et armenta cujusdam
πρὸς ἐργασίαν ἀγαθῆς, σίτόν τε αὖθις διέδωκε καὶ Ameræ Arsanæ adortus **658** non multo post re-
ὅσα τῶν ἡμέρων καρπῶν σπόριμα. Καὶ μὴν ἐλπίδων cessit. Sed et ipse imperator ab amœnis Propon-
χρηστῶν ἐνέπλησε, τέλος εἰπὼν ὡς αὐτοῦ καὶ βα- tidis locis ægre tanquam a loto aut cantu sire-
σιλέως αὖθις φιλιωθέντων καὶ πρὸς τὰς πρότερον num avulsus, Nicæam et Prusam est profectus,
σπονδὰς ἀπιδόντων προῖκα καὶ αὐτοὶ τὴν ὁδὸν D non ut Persas ulcisceretur, sed ne ex Batho digressi,
ἐπάνοδον ἔξουσιν· εἰ δέ τι ἕτερον μεταβουλεύσεται ubi magnus eorum numerus stativa habebat, urbes
βασιλεὺς, ἐπὶ πέντε ὅλοις ἐνιαυτοῖς ἀδασμολόγητοι et agros finitimos popularentur. Nec amplius uno
καθεδοῦνται, μηδένα τὸν ὁποιονοῦν ἀπόδομα εἰσ- mense ibi exacto, Byzantium rediit. Inchoante
πράττοντα ἔχοντες, μετέπειτα δὲ καταβαλοῦνται ὃν vere denuo cum summa festinatione coguntur
αὐτὸς ἀνεπαχθῆ διατάξαιτο σφίσι φόρον, οὐχ ὑπερ- exercitus. Milites enim frequentibus eodem anno
βαίνοντα τὸν ὅρον, ὡς εἴθεται Ῥωμαίοις οὐδὲ expeditionibus fatigati ea molestia carere et diu-
πρὸς τὸ πολλαπλάσιον κορυφούμενον. Καὶ ὁ μὲν tius domi manere cupiebant. Concurrunt igitur ut
ταῦτα οὕτω διατετραχὼς ἐπανῆκε πρὸς τὸ Ἰκόνιον.

Hier. Wolfii notæ.

(48) Alter ait Sultanum Turcos suo exemplo ad juvandos captivos incitasse, alter eum captivis secures dedisse ad ligna cædenda, et Turcos ea re prohibuisse.

ultra dimicaturi, et aut superaturi Barbaros aut pro patria occubituri. Ita copiæ Cypsella ut in una castra convenerunt.

A τὸ δὲ φιλάνθρωπον τοῦτο διάγγελμά οὐδένα τ
αἰχμαλώτων πατρίδος ἀφῆκε μνήσασθαι, ἀλλὰ
πρὸς πολλοὺς ὁπόσοι πρὸς Περσῶν οὐγ ἑάλωσαν ἐς
Φιμομίλιον ἐφειλκύσατο, ἀκηκοότας ὅσα τοῖς καθ' αἷμα καὶ πατριώταις ὁ Πέρσης εἰργάσατο. Οὕτως ἐκ
τῶν εἰς ἡμᾶς Ῥωμαίων γενεᾶς οὐχ ὅπως ἐκλέλοιπεν ὅσιος, καὶ ὠλιγώθησαν αἱ ἀλήθεαι, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ πλ
θυνθῆναι τὴν ἀνομίαν ἀπεψύγη τῶν πολλῶν ἡ ἀγάπησις, ὡς τὴν παρὰ βαρβάροις ἀποικίαν πόλεις ὅλας Ἑλ
νίδας ἐλέσθαι καὶ τῆς πατρίδος ἀσμένως ἀλλάξασθαι· αἱ γὰρ συχναὶ τυραννίδες τότε ὑπ' ἀρχὴν τῆς σώφρο
διαίτης ἐξέκρουσαν, καὶ ταῖς ἁρπαγαῖς τῶν κρατούντων οἱ πλείους ἐγγυμνασάμενοι οὐδέν τι τ
τοὺς ὁμοφύλους μέτριον ἐνενόουν καὶ διεπράττοντο· ἀλλ' οἷα καὶ τὰ [P. 321] παρὰ βασιλέως πρὸς
οὑτωσὶ συμβάντα διῳκημένα. Στέλλει τὸν Δοῦκαν Ἀνδρόνικον νεανίαν πρώτως ὑπηνήτην τῷ Πέ
συμπλακησόμενον. Ὁ δὲ μεθ' ὧν ἡγεμόνευεν, ὀψὲ ποιεῖται τὴν κατὰ τῶν Τούρκων ἔφοδον. Ἀμέλει
νυκτὸς ἐπιθέμενος ποιμνίταις καὶ βουκολίοις ἀμηρᾶ τινος Ἀρσανῆ μετ' οὐ πολὺ ἐπανέςεξεν. Ἀλλὰ
βασιλεὺς αὐτὸς ὡς ἀπὸ λωτοῦ καὶ Σειρήνων τῶν τρυφερῶν χωρίων τῆς Προποντίδος μόλις ἀποσ
σθεὶς κατὰ Νίκαιαν καὶ Προῦσαν ἀφίκετο, οὐκ ἀντιμετρήσων ἢ ἀνταποδώσων τοῖς Πέρσαις ὅ ἐμέτ
σαν καὶ ἀνταπέδωκαν ἡμῖν ἀνταπόδομα, ἀλλ' ἵνα μὴ τὰς ἐκεῖσε πόλεις καὶ χώρας κακῶς διάθων
τῶν τοῦ Βάθους ἐξαναστάντες μεσῶν, ἐν οἷς οὐ μέτριοι τότε κυλίζοντο. Πλὴν καὶ βασιλεὺς μ
τοῖς ἐκεῖσε ἕνα προσδιατρίψας ὀξέως ἐπάνεισιν εἰς Βυζάντιον. Ἀνατείλαντος δ' ἔαρος γίνονται
λιν συνδρομαὶ τῶν στρατευμάτων καὶ συλλογαὶ μεθ' ὅσης οὐκ εἴπῃ τις ἂν ὁρμῆς καὶ συντονωτά
ἐπειγωλῆς· ἐπεὶ καὶ ταῖς πολλάκις τοῦ ἔτους συνόδοις καὶ ταῖς συχναῖς συντάξεσιν ὁ στρα
ἀποκναίσαντες στῆναί τε τῶν ἐπαλλήλων συνελεύσεων ἥρων καὶ τῆς οἴκοι ἀναβολῆς ἐγλίχοντο. Ἀ
ὑπὲρ ἰσχὺν τοίνυν ἀγωνιούμενοι συνελέγησαν, καὶ ἢ κρείττους τῶν ἀλλοφύλων ἐσόμενοι ἢ μετ' εὐκλεία
ὑπὲρ τῶν πατρίδων ἀποθανούμενοι. Καὶ οὕτω μέν αἱ δυνάμεις ὡς εἰς ἕν στρατόπεδον τὰ Κύψελλα συ
ηθροίζοντο.

5. Ausus est imperator sua sponte id quod jam dicam. Morbo articulari per certa intervalla laborabat, et dolore pedum in primis affligebatur, pejore materia eo delabente et cruciatus intolerabiles **659** excitante, qui et motum adimebant et acres febres inflammabant. Quadam ergo die foribus cubiculi clausis arcanum nemini præterquam cubiculariis indicat; et ferramentis candentibus in tibias profunde impressis principio dolores animo philosophico perfert et contumeliosis dictis medicos repudiat, quod in solis purgationibus versari didicissent, neque quidquam remedii ultra evacuationes adhibere scirent. Deinde vero ustionibus inflammatis, et majoribus doloribus subsecutis, medici non singulatim, sed omnes simul convocati sunt, cognatis ejus metuentibus ne decursus humorum ad crura impeditus principali aliquo membro insesso necem illi subito inferret, et imperium præter exspectationem ad alium transferretur. Ac medici pharmaca ei præbere decreverunt, ut commotio simul et redundantia humorum egestionibus sisteretur. Itaque medicamenta singulis fere diebus temperabantur, neque sane frustra erant. At imperatrix Euphrosyne, quamquam de valetudine mariti ut par erat **660** sollicita, tamen cum iis quibus arcana sua committebat de successore imperii magis deliberabat, ne is sibi inimicus et infensus esset, sed potius amicus. Nam imperator filium non habebat, sed duas duntaxat filias, easque viduas: nam Irenes maritus Andronicus Contostephanus obierat, Anna vero ut natu minor, ita forma præstantior, Isaacio Comneno nupta fuerat

B ε'. Ὁ δὲ βασιλεὺς αὐτογνωμονῶν ἀποθαῤῥεῖ δ
ὁ λόγος λέξων ἔρχεται. Ἔπασχε τὰ ἄρθρα τοῦ σώ
τος κατὰ κύκλον οἱονεὶ καὶ περίοδον (49), τοὺς
πόδας καὶ μάλιστα ὕλης ἐνσκηπτούσης μοχθηρ
ρας καὶ ὀδύνας δυσποίστους ἀποτικτούσης, ἐξ
ἀκινησίαι τε προσεπήγοντο τοῦ πάθους φλεγμ
νοντος καὶ λάβροι πυρετοὶ πολλάκις ἐπήγιζον. Κ
τινα οὖν ἡμέραν τὰς θύρας τοῦ κοιτῶνος ἐπιςυ
σας, ἄλλῳ μὲν οὐδενί, τοῖς δὲ προκοίτοις ἐκφή
τὸ ἀπόῤῥητον, σιδήρια πυρακτωθέντα τοῖς κνήμ
ἐπιτίθησι, καὶ εἰς βάθος τὸν καυτῆρα ἐπαγαγὼν
μὲν πρῶτα φιλοσοφῶν, τὰς ὀδύνας πρὸς τὰς κάτ
τῶν ποδῶν ἀπεμάχετο, μεθ' ὕβρεών τε τοὺς ἰατρ
ἀπεπέμπετο, περὶ μόνα τὰ καθάρσια τούτους λέ
ἀεὶ στρέφεσθαι καὶ μηδέν τι πλέον τῶν κενωσίμ
C εἰδέναι, καὶ μετιέναι τοῖς κάμνουσιν ἴαμα. Τὰ
ἐωεξῆς φλεγμοναὶ τῶν καυτηριῶν καὶ περιωδυ
τῶν πρώην δριμύτεραι. Ἰατροὶ· ἐπὶ τούτοις εἰσ
κλημένοι οὐχ ὁ μὲν ὁ δ' οὔ, ἀλλὰ πάντες κοινῇ
Πρὸς δὲ τούτοις καὶ δέος ὑποθρᾶττον τὸ αἷμα,
πως τὸ τῆς ὕλης μεθιστάμενον, τῆς περὶ τ
πόδας καθόδου ἀνακοπὲν, εἰς τι καίριον ἐνσκή
μέρος τοῦ σώματος, καὶ αὐτὸν μὲν παρασύρῃ τ
ζῆν αἰφνηδὸν, ἡ δ' ἀρχὴ μεταπεσεῖται παρὰ δέξ
πρὸς ἕτερον. Οἱ μὲν οὖν τῶν σωμάτων φροντισ
ρες φαρμακεύειν αὐτὸν ἐγνώκεσαν. Οὕτω τὸ
τὸ τῆς ὕλης κινούμενόν τε ἅμα καὶ πλεονάζον ἠ
λιγιάσειε ταῖς κεώσεσι. Καὶ ἦν τὰ φάρμακα ἡμ
παρ' ἡμαρ σχεδὸν κεραννύμενα, καὶ τὸ ἀνύσιμον ε
τοῖς ἐφωμάρτει. Ἡ δὲ βασιλὶς Κύφροσύνη ἐφρόντ
μὲν καὶ τῆς ὑγείας, ὡς εἰκὸς, [P. 322] τοῦ εὐνέτ
D ἐσκέπτετο νὺ πλέον μετὰ τῶν συνήθων, καὶ οἷς

Hier Wolfii notæ.

(49) Dubium utrum de lunæ eclipsi, an diminutione loquatur.

κρυφιώδη τῶν βουλευμάτων προσανετίθει καὶ τοῦ στήθους ἀνεμήρυε τὰ ἀπόρρητα, καὶ περὶ τοῦ παραληψομένου τὴν βασιλείαν, ὡς ἔσται τις αὐτῇ μὴ ἀνάρσιος μηδ' ἀπεχθὴς ἀλλ' ἀσπάσιος. Βασιλεῖ μὲν γὰρ οὐκ ἦν διάδοχος υἱὸς τῆς ἀρχῆς, δυάζουσαι δὲ θυγατέρες, καὶ αὗται τῶν συνεύνων μικροῦ σπανιζόμεναι· ἡ μὲν γὰρ προφερεστέρα καθ' ἡλικίαν Εἰρήνη θανάτῳ μαλακῷ δαμέντα τὸν σύλλεκτρον Ἀνδρόνικον τὸν Κοντοστέφανον ἀπεβάλετο, Ἄννα δὲ ἡ κατὰ γένεσιν ἑφεπομένη, τῷ δὲ κάλλει προτερεύουσα, Ἰσαακίῳ συνῴκει τῷ Κομνηνῷ, ὃς κατὰ Μυσίαν ἐναπέθανε τοῖς δεσμοῖς, ὡς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις εἰρήκειμεν. Ἐπιλογαὶ τοίνυν καὶ ψηφοφορίαι τῶν ἀρξόντων ἄλλαι τε παρ' ἄλλων ἐγίνοντο, καὶ πᾶσαι πρὸς τὸ τῶν προβαλόντων ἐτελοῦντο χρήσιμον. Τοῦ δ' ἀξίως βασιλεύσοντος Ῥωμαίων καὶ ὡς ἄριστα τὰ κοινὰ διακυβερνήσοντος πράγματα οὐδεὶς οὐδένα λόγος εἰσήρχετο, ὥστε ὑπὸ τῶν ἀβελτέρων καὶ νήπια ἔτι ἐν γάλαξιν ὄντα καὶ σπαργάνοις ἐνειλημένα πρὸς τὴν ἀρχὴν ἐπεκρίνετο. Αὐτῶν μέντοι τῶν ἐν γένει καὶ πλούτῳ περιβλεπομένων ὁ μὲν πρωτοστράτωρ Μανουὴλ ὁ Καμύτζης τῷ πρός μητρὸς ἐπεκάθητο θείῳ τῷ σεβαστοκράτορι Ἰωάννῃ, οὗτος δ' αὖθις κατ' αὐτοῦ ἀντωφθάλμει, Οἱ δὲ τοῦ βασιλέως κασίγνητοι τρεῖς ὄντες καὶ παρ' Ἀνδρονίκου τυφλωθέντες, ἀλλὰ δὴ καὶ ὁ ἐπὶ τῇ ἀδελφῇ αὐτῶν γαμβρὸς ὁ Καντακουζηνὸς Ἰωάννης ἐξόμματος καὶ αὐτὸς δεικνύμενος, παισὶ τοῖς ἑαυτῶν τὴν ἀρχὴν ἠνδρολόγουν. Ἦσαν δ' οἱ χθές τε καὶ πρώην διαμασσώμενοι τὰ δρυόκαρπα καὶ τὰ Ποντικὰ ὕεια κρέα ἐπὶ στόματος ἔτι φέροντες ἐπείρων καὶ ἤρων τῆς βασιλείας μάλα λαμπρῶς, καὶ ὅλοις ἐς αὐτὴν περιέργοις ἐνητένιζον ὄμμασι, προαγωγοῖς καὶ προμνήστορσι χρώμενοι ὁπόσοι τῶν ἀγοραίων ὠνιοι χρημάτων καὶ κοιλιόδουλοι, ὡς μακρῷ κάκιον τοῦ καθ' ἕνα τὸ κοινῇ γινόμενον ψήφισμα. Ὦ περίπυστον πρᾶγμα Ῥωμαίων ἀρχή, καὶ πᾶσιν ἔθνεσι ζηλωτὸν καὶ προσκυνητὸν ἀξίωμα, οἵους ὑπήνεγκας βιαστάς! Οἷοί σοι ἐπανέστησαν ὑβρισταί! Οἷοί σοι ἐπεμάνησαν ἐρασταί! Οἵους ἐνηγκαλίσω! Οἵοις ὑπέθηκας ἑαυτὴν καὶ φιλοτήτων μετέδωκαι, ἐταινιώκεις τε τῷ στεφάνῳ καὶ περιέβαλες τὸ διάδημα καὶ τὸ φοινικόχρουν περιέδησας πέδιλον! Θυμαλγέστερά εἰσιν ὄντως τὰ σὰ ὧν πέπονθε Πηνελόπη παραλληλιζόμενα, καὶ κατ' οὐδὲν ἀπέοικας βασιλείας γυναικὸς πανευδαίμονος, σεμνῆς τὸ κάλλος, εὐφυοῦς τὸ μέγεθος, εὐπρεποῦς τὴν ὄψιν, ἐαλωκυίας μέντοι χερσὶν ἐραστῶν ἀναιδῶν, μηδὲ τιμωμένων ὀδυλοῦ παρ' ἐχέφροσιν, οὔτε μὴν ἐχόντων τὸ μεγαλοπρεπὲς αὐτῆς συνιδεῖν, μηδ' εὐλαβουμένων τὸ ὕψος, μηδ' ὑποστελλομένων τὸ εὐγενές, ἐνίοτε δὲ καὶ πρὸς ὕβριν περιελκόντων καὶ εἰς κοίτην ἀπαγόντων ἀθέμιτον. Αἲ τῆς αἰσχρουργίας! Οἷα πέπονθας, οἷα τεθέασαι! Ὁκοίης πόρνης ἐγένετό σοι χρῆμα περίπυστον [P. 323] καὶ πρᾶγμα περίδοξον. Καὶ φροῦδον μὲν σοι τὸ ἀπείριττον ἐκεῖνο κάλλος καὶ τὸ τοῦ προσώπου αἰδῆμον καὶ ἡ σώφρων καὶ προτέρα ἐγκρατὴς δίαιτα, περίεργον δὲ καὶ μετεγγραφὴν ἐντρίψεσι καὶ φαρμάκοις τὸ σὸν πρόσωπον, καὶ διεσκεύασαι πρὸς τρυφὴν καὶ πρὸς ἦθος ἀκόλαστοι μετερρύθμισαι· οἱ γάρ σε διασάμενοι τὴν πρώην ἀπεριέργως καλὴν καὶ τὸ εἶδος ἀγαστὴν καὶ ἐπέραστον πρὸς τὸ ἑταιρικὸν μετεπλάσαντο σχῆμα. Πότε ἀνανεύσεις τῆς ἀμόρφου ταύτης εὐμορφίας

qui in Mysia in vinculis obiit, ut supra narravimus. Igitur alii atque alii imperatores nominantur, sed omnes qui iis opportuni essent a quibus nominabantur. De eo vero deligendo qui rempublicam optime et e dignitate Romanorum administraret, nemini quidquam in mentem veniebat. Unde vecordes homines etiam infantes in cunis adhuc vagientes designabant. Ex nobilitate et opibus claris Manuel Camizes protostator avunculo suo Joanni sebastocratori adversabatur. Is vero vicissim illum impediebat. Tres vero imperatoris fratres ab Andronico excæcati, et eorum sororius Joannes Cantacuzenus, et ipse orbus oculis, filiis suis favebant. **661** Erant etiam qui Ponticarum nucum et suillarum carnium reliquias adhuc in dentibus gestantes, imperium haud dissimulanter et amarent et ambirent, et curiosos in id oculos defigerent, sed pronubis seu lenonibus utentes hominibus circumforaneis, qui ventri serviebant et pecunia facile corrumpebantur. Quanto deterius est suffragium multorum quam unius! o celebre Romanorum imperium, et omnibus gentibus admiranda et adoranda majestas, quales tyrannos pertulisti! quibus injuriis exagitata es! quales amatores in te insanierunt! quales homines es amplexa! qualibus te substravisti et oscula præbuisti! quales corona et diademate et purpureo calceo exornasti! graviora utique ab illis pertulisti quam Penelope a procorum frequentia. Nimirum ab omni parte similis es regiæ matronæ felicissimæ, forma venerabili, justa magnitudine, vultu venusto, sed captæ impudentium amatorum manibus, quos cordati homines vix centusse liceantur, qui magnificentiam illius æstimare nequeant celsitudinem **662** non revereantur, nobilitate nihil moveantur, aliquando etiam eam per contumeliam in nefarium cubile pertrahant. Hei dedecus, hei flagitium, qualia perpessa es! qualis visa es! facies meretricis, o inclyta et celebris majestas, contigit tibi. Evanuit naturalis illa tua pulchritudo et vultus verecundia et frugi pridem et modesta vitæ ratio. Nunc facies tua luxu et fucis est corrupta; ad delicias exorbitasti, ad mores dissolutos deflexisti. Nam qui tibi vim fecerunt pridem citra curam formoseæ, vultu admirabili et amabili præditæ, ad meretricium habitum te redegerunt. Quando istam deformem formam exues? quando accersitum aspectum et gressum mutabis? qui te a tyrannicis istis amplexibus per vim vindicabit, et ad veterem castimoniam et libertatem reducet? Nam nunc quidem parum abest quin te rideamus potius quam miseremur, eorum utentem consuetudine qui dedecent; atque id opprobrium intuentes, vereamur ne prorsus delearis et ad extremum corruas.

καὶ τοῦ δυσειδοῦς εἴδους καὶ τοῦ ἐπιποιήτου βλέμματος καὶ βαδίσματος; Ἢ τίς ὁ ἐξάξων σε τῶν πρὸς βίαν τυραννικῶν τούτων περιπλοκῶν καὶ πρὸς τὴν πρώην ἐπανάξων ἀκαπήλευτον καὶ ἐλευθέραν διαγωγήν; Ὡς νῦν γε καὶ τὸν οἶκτον εἰς γέλων μετενεγκεῖν κινδενεύομεν, οἷς οὐ δεῖ συμφερομένην ὁρῶντές σε. καὶ τὰ τῆς ἀσχημοσύνης προβλέποντες δεδίαμεν μὴ εἰς τέλος ἀφαντωθείης καὶ καῤῥαγείης εἰς πτῶμα τὸ δυσανόρθωτον. Ἀλλ' εἶεν.

Sed ad institutum redeamus Imperator, nondum plane recuperata valetudine, cum pedibus nondum insistere posset, Cypsella abit rebus ad bellum gerendum necessariis instructus. Verum illo adhuc **663** male affecto, Scythæ cum cohorte Blachorum Istro trajecto Thracia oppida Mesenæ et Zurulo finitima in ipso divi Georgii martyris festo subita incursione populantur. Ac decrevisse Barbari et eam tesseram a ducibus accepisse ferebantur, ut Cuperii convenirent. Locus is est non procul Zurulo dissitus, ubi tum festum martyris magna hominum frequentia celebrabatur. Sed mane humili nebula orta, maxima Barbarorum pars in alia loca est delata et usque ad maritimam Rædestum descendit, Pars tamen eorum quædam in Cuperium irrupit. Cæterum multitudo quæ ad festum convenerat, pstius rata vim propulsare quam tolerare, curribus templum vallavit, et primæ Barbarorum incursioni aditum facile interclusit, cum Scythæ pagos oppugnare non solerent, et nunc etiam urbium munitiones declinent, ut qui turbinis instar primo duntaxat impetu obviis quibusque vastatis domum sese recipiant. Eos tamen qui omisso templo Zurulum **664** petebant omnes interceperunt. Verum universi malorum expertes fuissent, nisi perditissimus Racendytes, qui colligendi vectigalis ergo venerat, Branæ Theodori, qui ei provinciæ præerat, monita sprevisset. Edixerat autem ne populus ad festum conveniret, et Scytharum incursionem indicarat, optione data utrum dicto audientes et incolumes esse, an spretis suis monitis perire mallent. Nunc is qui mundo prorsus renuntiarat, qui plane a terrenis rebus avulsus erat, Christiano pallio ultro induto, veritus ne sibi æreus stater disperso populo elaberetur, litteras eas in sinu abdidit et in nigra veste tanquam in tenebris occultavit; et populo prædixit, quasi vates esset homo corradendi nummos et nundinandi peritior, eos nihil mali passuros: famam sæpe veritatem opprimere, neque certi quidquam afferre. Scythas autem cum magna præda recedentes Romanus exercitus, qui Byziam tuebatur, aggreditur, cædit, in fugam conjicit, **665** maximam prædæ partem recuperat, eam tamen non diu tenet. Nam Romanorum naturalis et insana et in rebus minime convenientibus contumax avaritia victoriam corrupit; qui cum toti in eo essent ut Scythis prædam ex agro Romano receptam extorquerent, eos qui fugiebant in se converterunt et vicissim fugati sunt.

A Ὁ δὲ δὴ αὐτοκράτωρ μήπω καθαρῶς ἀνασφήλας τῆς νόσου μηδ' ἐπὶ τῶν ποδῶν στῆναι δυνάμενος ἕξεισι καὶ ἄπεισι πρὸς τὰ Κύψελλα, ἐξαρτύσας ὅσα πρὸς πόλεμον ἄραρεν. Αὐτοῦ δ' ὄντος ἐν καχεξίᾳ, Σκύθαι μετὰ μοίρας Βλάχων τὸν Ἴστρον διαβάντες τοῖς Θρᾳκικοῖς πολίσμασιν, ὁπόσα περὶ Μεσήνην καὶ Τζουρουλὸν, καὶ τὰ ἔτι τούτων ἐχόμενα ἐξ ἐφόδου ἐκειρον κατ' αὐτὴν τὴν ἐτήσιον μνήμην Γεωργίου τοῦ Χριστομάρτυρος. Ἦν μὲν οὖν, ὡς ᾔδετο, τοῖς Βαρβάροις σκέμμα καὶ σύνθημα πρὸς τῶν ἡγεμόνων τῆς ὁδοῦ δοθὲν ἐς τὸ Κουπέριον ἀφικέσθαι (τὸ δὲ ἐστιν ἐκ γειτόνων τῆς Τζουρουλοῦ διακείμενον, ἔνθα ἤγετο τηνικαῦτα τῷ μάρτυρι ἑορτὴ καὶ πανήγυρις συγκεκρότητο(, ὁμίχλης δὲ περισπασθείσης ἔωθεν χαμαιφερῶς τὸ μὲν πολὺ τῶν
B Βαρβάρων τῆς προκειμένης ἀποῤῥαγὲν εἰς χωρία μετέῤῥευσεν ἕτερα, μέχρι καὶ τοῦ παράλου Ῥαιδεστοῦ κατιὸν, μοῖρα δὲ τις αὐτῶν περὶ τὸ Κουπέριον ἐνσκήψασα εἰς μὲν τὸν ναὸν καὶ τὸ περίαυλον οὐκ εἰσήλθοσαν· τὸ γὰρ συνελθὸν πλῆθος ἐπὶ τῷ τὰ ὅσια τελέσαι τῷ μάρτυρι, δρᾶται τι μᾶλλον φθάσαν ἢ παθεῖν ἀναμεῖναν κεκρικὸς δέον, ἁμάξας ἀγηοχὸς καὶ τὸν νεὼν περιφραγμῶσαν κατὰ τὴν πρώτην εὐθὺς τῶν Βαρβάρων ἐπέλευσιν τὰ ἐκεῖσε πεποίοκεν ἄβατα ἄλλως τε καὶ τοῖς Σκύθαις ἀπείρηται τειχομαχεῖν τὰ ἐν κώμαις ἐκτρεπομένοις ἐς δεῦρο καὶ πόλεσιν ὀχυρώματα, ὡς οἷα πρὸς τὴν πρώτην ὁρμὴν κατὰ λαίλαπος κίνησιν ἀναῤῥιπτόντων τὰ ἐν ποσὶ καὶ πρὸς ἤθη τὰ οἰκεῖα μεταχωρούντων. Τοὺς δὲ γε τοῦ νεὼ ἀφεμένους καὶ πρὸς τὸ πόλισμα τὸν Τζουρουλὸν ὡς ἔχον σῶσαι μεταχωρή-
C σαντας πανδημεὶ ᾐχμαλώτευσαν, μὴ λαβέσθαι φθάσαντας τοῦ ἐρύματος. Ἦσαν δ' ἂν ἅπαντες τοῦ κακοῦ τῆς αἰχμαλωσίας ἀπείρατοι, εἰ μὴ ὁ κάκιστ' ἀπολούμενος ῥακενδύτης ὃς ἐκ τῆς Ἀντιγόνου μονῆς ἐκεῖσε ἀφίκετο τελωνήσων τὴν πανήγυριν, παρ' οὐδὲν ἔθετο ὅσα ἦν ἐπιστείλας ὁ Βρανὰς Θεόδωρος, ὃς τῶν ἐκεῖθι χωρῶν ἡγεμόνευεν, ἀπαγορεύσαντα μὲν τὴν τῶν πολλῶν ἐς τὸ Κουπέριον συνδρομὴν, τὴν δ' ἐπιδρομὴν τῶν Σκυθῶν [P. 324] ἀπαγγέλλοντα καὶ προτιθέντα αἵρεσιν, ἢ κακῶν ἀπαθεῖς εἶναι τοὺς συνελθόντας τῶν ἐντελλομένων ἀκούσαντας ἢ τεθνάναι παρακούσαντας, Νῦν δὲ ὁ τοῖς ἐν κύτμῳ ἐπίπαν ἀποταξάμενος καὶ λαμπρῶς τῶν κάτω ἀπεῤῥαγεὶς, τὸ δὲ κατὰ Χριστὸν τριβώνιον ἐθελοντὴς ὑποδὺς, δείσας μὴ χάλκεος στατὴρ αὐτὸν διαδράσειε
D τοῦ λεὼ διασπαρέντος, τὴν μὲν δέλτον τῷ κόλπῳ ἐνέβυσε καὶ ὡς ἐν σκότει τῇ μελανειμονίᾳ [παρι-πεμψε, τοῖς δ' ἀγειρομένοις προὔλεγεν, ὡς εἰ καὶ προφήτου ἦν περισσότερος ὁ τῆς ἐννοίας, ἔνθα τὸ κέρδος, ἐμπορικὸς καὶ δριμύπατος, ὡς οὐδὲν τι πείσονται ἀηδὲς καὶ ὁποῖον αἱ φῆμαι τὰ πολλὰ τὴν ἀλήθειαν τυραννοῦσαι μὴ διακριδὸν καταγγέλλουσι. Καὶ οὕτω μὲν οἱ Σκύθαι λείαν ἐλάσαντες πολλὴν ἀνεζεύγνυον, ὁ δὲ τὴν Βυζίην φυλάσσων Ῥωμαϊκὸς στρατὸς, μαθὼν ἐπανιέναι τοὺς Σκύθας, τὴν ἐπ' αὐτοὺς ἐτράπετο. Ἐπεὶ δὲ καὶ συνέβαλον ἀμφότερα

τὰ στρατεύματα, κρατεῖ τὸ ἡμέτερον, φόνος τε καὶ τροπὴ γίνεται τῶν Σκυθῶν, καὶ τὸ τῆς αἰχμαλωσίας πλεῖστον ἀνίεται, καὶ τοῦτ' ἐπὶ βραχύ· ἡ γὰρ σύμφυτος καὶ μανιώδης κἀπὶ τοῖς μηδαμῶς καθήκουσιν ἀμετάθετος Ῥωμαίων λίχνευσις τὴν νίκην διέφθειρεν· Ὅλοι γὰρ τοῦ ἁφαρπάζειν καὶ μεταφέρειν γινόμενοι ἅπερ ἦγον οἱ Σκύθαι τὰς Ῥωμαϊκὰς χώρας πορθήσαντες, τὸ ἀπιὸν καὶ δραπετεῦον πολέμιον ἐπέστρεψε καθ' ἑαυτό, καὶ παλίωξιν ἐντεῦθεν εἰργάσαντο.

ΤΟΜΟΣ Γ

ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΑΛΕΞΙΟΥ ΤΟΥ ΚΟΜΝΗΝΟΥ.

IMPERII ALEXII COMNENI

LIBER TERTIUS

α', Καὶ τῇδε μὲν καὶ ταῦτα συμβέβηκε, βασιλεὺς δ' [P. 325] ἀπάρας ἐκ τῶν Κυψέλλων τῇ Θεσσαλονίκῃ ἐφίσταται, κἀκεῖθεν ἀναστὰς κατὰ τοῦ Χρύσου ὁρμᾷ. Οὗτος γὰρ τὴν Στρούμμιτζαν ἰδιωσάμενος, Βλάχος ὢν τὸ γένος, καὶ φρούριόν τι ἀπολαβὼν λεγόμενον Πρόσακον ἐς τυραννεῖον ἑαυτῷ κατεσκεύασε, κρατύνας παντοίως τὸ ἕρυμα, ὅπερ ἡ μὲν φύσις ἀρχῆθεν φιλοτίμως ἐξεῦρέ τε καὶ ἀνέδωκε· πέτραι γὰρ εἰσιν ἀπορρῶγες δισχιδεῖς, συνεπτυγμέναι ἀλλήλαις, μία δ' ἐς αὐτάς ἐστιν ἄνοδος στενὴ καὶ βίαιος καὶ ἀμφίκρημνος, ἡ δὲ λοιπὴ περίμετρος τῶν πετρῶν αἰγίλιψ ἅπασα καὶ ἀπρόσβατος, καὶ ποταμὸς βαθυδίνης ὁ Ἄξιὸς ἀμφιπερικλώμενος ἐπιτειχίζει ταύτας παραλογώτερον· ἐλθοῦσα δ' εἰς ὕστερον ἡ τέχνη ἀνθαμιλλήτρια τῇ φύσει ἀνελώτους αὐτὰς μικροῦ ἐτεκτήνατο. τείχη γὰρ ἀῤῥαγῆ διειληφυῖα κατὰ τὴν ἐνδοθεῖσαν ἄνοδον ὑπερφυὲς τετέλεκεν ὁρμητήριον. Ἀλλὰ τὸ τοιοῦτον ἕρυμα τὸν Πρόσακον Ῥωμαῖοι μὲν πάλαι παρεῖδον, Βουλγάρων ἀφροντιστοῦντες, καὶ κατέλιπον ἔρημον, ὁ δὲ Χρύσος ἐπιποιήσας εἶχε κατὰ Ῥωμαίων ἀπρόσμαχον οἰκητήριον, πᾶν ὅτι περ ὅπλοις τρόφιμον ἐκεῖσε συνηλικὼς, ἀφετήριά τε ὄργανα περιστήσας καὶ τὰ πρὸς τὸ ζῆν ἐνθέμενος ἄφθονα, ποίμνιά τε καὶ βουκόλια κατ' ἀγέλας ταῖς ἀκρωνυχίαις ἀνεὶς νέμεσθαι· οὐ γὰρ εὐπερίληπτος ἡ τοῦ φρουρίου τοῦδε περίμετρος, ἀλλ' ἐς ὅτι πλεῖστον εὐρύνεται καὶ μηκύνεται, καὶ ἄλσεσιν ἐς ὄμβρων κομᾷ, καὶ χωρίοις δρυμώδεσι βέβριθεν, ἐνὸς δὲ τινος καλοῦ, καὶ τούτου ἀπαραιτήτου, καλλίστου καὶ κρατίστου τὸ φρούριον στέρεται· οὐδὲ γὰρ βραχεῖά τις ὕδατος λιβὰς ἐκεῖ που ἐκδίδωσιν, οὐδὲ φρεάτιά εἰσιν ὀρυκτὰ, ἀλλὰ δεῖ ἐς τὸν ποταμὸν κατιέναι καὶ ὑδρίαις ἀρύσασθαι τὸν ποτόν. Τοιούτον τοίνυν ἐρύματος ἐγκρατὴς ὁ Χρύσος γενόμενος πρὸς οὐδὲν ὅτι κατ' αὐτοῦ βασιλεὺς ἔπεισιν ἐτετάρακτο, ἀλλ' ὡς ἀντιταξόμενος ἡτοιμάσατο. Τοῖς μὲν οὖν ἐν πείρᾳ πολέμου Ῥωμαίοις, εἴ τις που τέως καὶ ὑπολέλειπτο, καὶ οἷς ἡ τῶν ἐκεῖσε θέσις χωρῶν οὐδαμῶς ἠγνόητο, δέον ἐκρίνετο καὶ τῷ βασιλεῖ συνεβούλευον παραλλάξαι μὲν τὸν Πρόσακον, μετελθεῖν δὲ τὰ λοιπὰ πολίσματα καὶ

A 1. His ita gestis, imperator Cypsellis Thessalonicam proficiscitur. Inde contra Chrysum iter intendit qui Strumiza sibi vindicata castellum quoque Prosacum, et natura et opere munitissimum, pro regia occupavit. Sunt enim solidæ rupes bifidæ, inter se contiguæ, **666** in quas unus patet aditus angustus, difficilis et præceps : reliquus ambitus rupium vel capreolis inaccessus est, et Axius profundus amnis eas, quod mirere, circumfluit. Deinde ars æmula naturæ pene inexpugnabiles eas fecit, et firmissus mœnibus in aditu structis mirabile propugnaculum absolvit. Id castellum Romani olim nihil de Bulgaris solliciti desertum et neglectum jacere passi sunt. Chrysus vero domicilium ibi tutissimum constituit. Præsidio veteranorum imposito, tormentis in circuitu B dispositis et commeatu abunde importato, greges et armenta in verticibus montium vagari et pasci sivit. Neque enim castelli ambitus facile comprehendi potest, qui longe lateque patet, saltibus etiam et nemoribus floret. Uno tamen bono **667** eoque summe necessario et præstantissimo caret, quod ne una quidem aquæ gutta ibi scaturit, nec fossiles putei sunt, sed ad flumen descendendum et hydriis aqua haurienda est. Chrysus igitur tali castello potitus, imperatoris contra se expeditione nihil territus, ad resistendum se paravit. Romani vero rei militaris periti, si qui forte supererant, et situs locorum non ignari, monebant imperatorem ut præterito Prosaco reliqua oppida et pagos Chrysi invaderet, et iis expugnatis de- C mum ad illud castellum accederet. Sic et exercitum fore fidentiorem victoria et præda ex minus firmis castellis parta, et ipsum Chrysum vi belli urgente aut consilium mutaturum remissa pertinacia, aut de rebus suis desperaturum : cæterum in arcem inexpugnabilem principio facere impetum et cum præruptis petris dimicare cum vanum esse, tum cruentis sudoribus et multis ærumnis et cædibus plenum. His spadones, Georgius Œnæotes in primis, et imberbes adolescentuli acriter ad-

versati, imperatori persuaserunt ut recta ad Prosacum adduceret exercitum, quo capto nihil deinceps posse resistere, præsertim cum nihil impediret quominus arcem 668 belli invaderet, nec quidquam esset quod hostem per ambages quærere cogeret. Præterea neminem esse qui in barbaricis et fœdis illis locis diutius commorari sustineat, nullo aut exiguo cum fructu, ficuum et peponum tempore instante, et cæteris pomis maturescentibus, quibus Propontis ut paradisus Dei manibus consitus abundet « Utinam, inquiunt, in Rhegii planitie essemus, et Aphameam cerneremus, ut sacra Cpoli salutata in Propontidis amœnitates navigaremus, quam lenes et fecundæ Aquilonis auræ jugiter perflant, ubi pisces recentes palpitant, ubi delphines jucundissime saltant, ubi lavacra passim arrident, ubi limpidorum rivulorum flexus spectatorem exhilarant, ubi auribus obambulantium garritus hirundinum et cantus lusciniarum cæterarumque avium blandiuntur. » Igitur imperator laxis habenis ad Prosacum fertur, quasi oculis ea usurpasset quæ auribus acceperat. Obiter tamen castella quædam eversa sunt, et horrea et segetes incensæ, et a Persis, quos Ancyranus satrapa imperatori auxilio miserat, Blachi aliquot capti. Eum orthodoxæ fidei 669 cultores imperatorem obtestati sunt ne a Turcis homines qui eumdem Deum colant, quem nos veneraremur, abduci ullo modo pateretur, ne religionem abjurare coacti Deum contra eos a quibus dediti essent instigarent : sed Blachis in Romanorum servitia distributis Persæ, qui eos cepissent, aliis largitionibus placarentur. Verum ille plane renuit ; et castris ad Prosacum positis statim oppugnationem tentare instituit. Ac Romani opera edebant præmio et admiratione digna, spem omnem alacritate superantes. Nam alii clypeis et strictis ensibus muniti, alii arcus et sagittas gestantes in arduos castelli tumulos arrepebant, et mœnium defensores facti propiores impetebant. Denique post fatigationem et cædem multam barbaros munitione recens portis obducta depulerunt. Erant etiam qui per præcipites tramites funibus sese attollentes, et in rupibus instar caprearum hæsitantes, mœnia transcendere et in ipsam arcem evadere niterentur. Sed cum propugnatoribus profligatis et in castellum compulsis se rem salutarem et pulcherrimam confecisse putarent, tum demum laboris sui vanitatem intellexerunt. Nam cum ligones ad mœnia diruenda postulassent, 670 nemo fuit qui ea instrumenta suppeditaret. Cæterum nihilominus in opere perseverantes fabrum præfecto succensebant, et manibus ac gladiis pro ligonibus usi saxa e compagibus eruebant, et pinnas assiliendo revellebant. Sed cum res tardius procederet et ipsi ex superiore loco male tractarentur, vix tandem armamentario præfectus spado ligones in unum fascem

A τὰς κώμας ὁπόσαι κατήκοοι χρύσῳ γεγόνασι, μετὰ δὲ τὴν τούτων χείρωσιν τῷ Προσάκῳ παρεμβαλεῖν. οὕτω γὰρ ἐσεῖσθαι καὶ τὸ στράτευμα εὐθαρσέστερον, τὰ εὐχείρωτα καταστρεψάμενον πρότερον καὶ λείαν ἐκεῖθεν περιβαλόμενον, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν Χρύσον τῇ βίᾳ τῶν πραγμάτων ἀγχόμενον [P. 326] μεταβουλεύσασθαί τι χρηστότερον, ἐνδόντα τῶ ἄγαν ἢ καὶ ἀπογνόντα τῶν καθ' αὐτόν. Τοῦ δὲ τι κατὰ τὴν πρώτην ὁρμὴν τοῖς ἀπροσμάχοις εὐθὺς προσβαλεῖν καὶ πρὸς ὄρη διαμιλλᾶσθαι ἀπότομα, μὴ καὶ εἶναι μάταιον ἔλεγον, καὶ ἄλλως ἰδρῶτας ὁρᾷν αἱματόεντας καὶ προσκείμενον πόνον πολὺν, καὶ φαντάζεσθαι κόρσας ἀναύχενας τῶν μαχουμένων ἀνδρῶν. Καὶ οἱ μὲν ταῦτα παρῄνουν, ἀντέστησαν δὲ γενναιότερον οἱ μὴ ἐνόρχαι τοῦ βασιλέως πρόκοιτοι, ὧν ἐπρωτίστευεν ὁ Οἰανώτης Γεώργιος, καὶ τὰ
B ἐπὶ τῆς θεραπείας λειογένεια μειράκια. Οὗτοι γὰρ περιστάντες τὸν βασιλέα παλαιοὶ καὶ πανδέξιοι ἔπεισαν ἐς τὸν Πρόσακον εὐθυώρους ἄγειν τὴν στρατιάν, καὶ κατ' αὐτοῦ τοῦ Χρύσου ἀντίον τὰ ὅπλα ἄγειν καὶ τὸ δόρυ διαγκωνίζεσθαι, ὡς « Εἰ οὗτος ἁλώσεται, οὐκ ἔστιν ὅστις ἐς τὸ ἑξῆς ἀντιστήσεται. Καὶ ἄλλως δέ τί τὸ προσιστάμενον μὴ κατὰ τοῦ καιρίου μέρους αὐτίκα χωρεῖν, ἀλλ' ἐκ περιόδων καὶ κύκλων μετέρχεσθαι τὸ πολέμιον ; πρὸς δὲ τούτοις τίς ἂν ἀνέξεται ὄγως ταῖς βαρβαρικαῖς ταύταις καὶ ἀχαριτώτοις χώραις διατρίβειν ἐπὶ πολὺ δι' οὐδὲν ἢ μικρὸν ὄφελος, τῆς τῶν συκίων καὶ τῶν πεπόνων ὥρας ἐφισταμένης καὶ τῶν ἄλλων περκαζόντων εὐφρόνων
C τῆς γῆς, οἷς ὑπερβέβριθε Προποντὶς ὅσα καὶ παράδεισος χειρὶ θεοῦ φυτευθείς ; Εἶθε ὑπὸ πλακὶ Ῥηγίου γενοίμεθα καὶ Ἀφάμειαν θεασαίμεθα, ὅπως προσείποιμεν τὴν ἱερὰν Κωνσταντινούπολιν, κἀκεῖθεν ἐς τὰ τοῦ πρὸ τοῦ Πόντου τρυφερὰ χωρία προσαναπλεύσαιμεν, ἔνθα πραεῖά τις αὔρα βόρειος καὶ ζωογόνος προσβάλλει διὰ παντός, καὶ ἰχθύες νεαλεῖς περίσκαίρουσι, καὶ δελφῖνες ἡδιστον ἀναθρώσκουσι, λουτρῶν τε χάριτες διαγελῶσιν ἁπανταχῆ, καὶ ἀργύρεα πλανώμενα ὕδατα τὸν θεατὴν διαχέουσι, καὶ τὰς ἀκοὰς τῶν δεῦρο κάκεῖσε περιφοιτώντων ἐστιῶσι κατακηλοῦσαι κωτίλλουσαι χελιδόνες καὶ μελεάζουσαι ἀηδόνες καὶ πᾶν ἕτερον ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ τρύζον ἐν ταῖς λόχμαις καὶ τιτυβίζον μουσικὸν πτερόν. » Ὅλῳ τοίνυν ῥυτῆρι πρὸς τὸν Πρόσακον φέρεται βασιλεὺς, εἴπερ ἐς ἴσον αὐτῷ κατέστη τῇ θέᾳ ὁ λόγος. Ὅθεν τινὰ μὲν ἐρύματα πάρεργον
D ὁδοῦ κατεστράφησαν, θημωνίαι τε καρπῶν καὶ λῆϊα πυροφόρα κατηθαλώθησαν, καὶ Περσῶν τέλειοι Βλάχοι δορύκτητοι, οὓς ὁ τῆς πόλεως Ἀγκύρας πτράπης ἐπικούρους ἀπέσταλκε βασιλεῖ, ὅτε καὶ τὸ μὲν περὶ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν ὑγιὲς καὶ θερμότερον τὸν βασιλέα ἐξελιπάρησε μὴ συγχωρῆσαι ὅλως τοῖς Τούρκοις οἴκαδε ἀνθρώπους μετενεγκεῖν θεὸν ὃν ἡμεῖς πρεσβεύομεν σεβομένους, ἵνα μὴ τὴν πίστιν ἄκοντες μεταθέμενοι τὸ θεῖον κατὰ τῶν ἐκδόντων ἐκμήνωσιν, ἀλλὰ τὸ μὲν Βλαχικὸν αἰχμάλωτον ἐς οἰκετικὸν ἀποδοθῆναι Ῥωμαίοις, αὐτοὺς δὲ τοὺς χειρωσαμένους Πέρσας φιλοφρονηθῆναι δεξιώσεσιν ἑτέραις βασιλικαῖς· ὁ δέ οὐδ' ὅλως ἐπένευσεν. Ἐπεὶ

δὲ καὶ ἐς αὐτὸν ἐφθάκει τὸν Πρόσακον, βαλὼν ἐκεῖ που στρατήγιον ἔγνω τοῦ φρουρίου αὐτίκα πειράσασθαι. Καὶ ἦν ἔργα πρὸς Ῥωμαίων τηνικαῦτα τελούμενα κατιδεῖν γέρατος καὶ θαύματος ἄξια· ὑπὲρ γὰρ ἐλπίδας διηγωνίσαντο. Οἱ μὲν γὰρ θυρεοῖς καὶ γυμνοῖς φραξάμενοι [P. 327] ξίφεσιν, οἱ δὲ τόξα καὶ βέλη φέροντες περὶ τὰ ἀνάντη τοῦ φρουρίου ἀνῤῥιχῶντο γεώλοφα, καὶ τοῖς ἀπὸ τειχῶν καὶ τῆς ἄκρας μαχομένοις ἐπεγχρίπτοντες ἔβαλλον. Ἀμέλει καὶ μετὰ κάματον καὶ φόνον πολὺν ἐξέκρουσαν τοὺς Βαρβάρους τοῦ προτειχίσματος, ὅπερ προφύλαγμα τῶν ἐκεῖσε πυλῶν ἐπῳκοδόμητο νεωστί. Ἦσαν δ' οἳ καὶ διὰ τῶν κρημνωδῶν ἀνιμώμενοι ἀνόδων ἠκροβάτουν ὡς αἴγαγροι, πειρώμενοι γενέσθαι εἴσω τειχῶν καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν ἄκραν ἀναδραμεῖν. Ἀλλ' ὅτε τι διανύσαι ἔργον ᾠήθησαν σωτήριόν τε ἅμα καὶ κάλλιστον, τοὺς ἐπὶ τῶν τειχῶν ἀμυνομένους τρεψάμενοι καὶ εἴσω συγχλείσαντες, τότε εἰκαίως διαπονούμενοι ἔγνωσαν· αἰτήσαντες γὰρ σκαπάνας εἰς τὴν τῶν περιβόλων καθαίρεσιν οὐδένα εἶχον τὸ αἰτηθὲν ὅπλον προσάγοντα. Ἐπιμένοντες δὲ καὶ οὕτω τῷ μόχθῳ καὶ κατὰ τῶν ἐπὶ τῶν βασιλικῶν ὅπλων ἀγανακτοῦντες, χερσί τε καὶ ξίφεσιν ὡς ἀμάλαις χρώμενοι, τοὺς λίθους ἀπέσπων τῆς ἁρμογῆς καὶ τὰ θωράκια καθῄρουν ἀναθορνύμενοι. Σχολαίτερον δὲ τοῦ ἔργου προβαίνοντος, καὶ αὐτῶν προσπασχόντων κακῶς ἐκ τῶν ἐπικειμένων ἄνωθεν ἀντιπάλων, ὀψὲ καὶ βραδέως ὁ τοῖς ὅπλοις ἐφεστὼς θλαδίας ἀφίκετο, σκαπάνας κομίζων εἰς ἕνα ὁρμαθὸν διὰ μηρίνθου συμβεβλημένας. Δέον οὖν αὐτίκα καταποντισθῆναι νὸν ἐπίῤῥητον, ἢ γοῦν δυσφόρως καὶ χαλεπῶς τὸν κρατοῦντα ὑπενεγκεῖν τὸ πραχθὲν εἰς βραχεῖαν ἀνάψυξιν τῶν μάχῃ καὶ δίψει καὶ πνίγει κακουχουμένων διὰ τὸν ἐξ ἡλίου καύσωνα, ὁ δὲ μόνῃ ἐπιπλήξει, καὶ ταύτῃ ἀκκισμῷ κατεχούσῃ, καὶ τῇ περιψοφήσει τῶν χειλέων τὸν ἀγανακτοῦντα ὑποκρινάμενος κατέβαλεν οὕτω τὰ τῶν γενναίων ἐκείνων ἀνδρῶν φρονήματα. Ἐπὶ δὲ τούτῳ καὶ κλίμακας αἰτησάμενοι, ὅπως δι' αὐτῶν ἐς τὰ ἄνω γένωνται νῶν τειχῶν, οὐδὲ τούτων αὐτίκα ἠμοίρησαν. Ὅθεν μὴ ἐπ' ἀνηνύτοις εἰσέτι μογεῖν ἀνεχόμενοι μετέβησαν ἐκεῖθεν οὐχ ἑκοντί. Ἐκ τοῦ ἀναμφιλέκτου δ' ἂν, ὡς οἱ τειχομαχούμενοι Βλάχοι διετείλοντο ὕστερον, ἐάλω τὸ φρούριον καὶ ὁ Χρύσος συνείληπτο καὶ Ῥωμαίοις εὔφημον τὸ ἔργον τόδε γεγένητο καὶ πολλῶν ἐσέπειτα καμάτων ἀναίρεσις, εἰ τὰ πρὸς τὴν καθαίρεσιν τοῦ τείχους ὀργαναπροητοίμαστο καὶ κατὰ καιρὸν αἰτουμένοις παρείχετο. Νῦν δὲ ἡ τῶν καθηκόντων ἀμέλεια ἦ καὶ Θεὸς αὐτὸς (ἀλλ' ἡμῖν ἵλήκοι Θεὸς, εἴ ἐμπλήκτως τοῖς αὐτοῦ ἐπιβάλλομεν κρίμασι) μὴ ἐν τοῖς τότε ἀνθρώποις ἐπευδοκῶν προσέστη τοῖς ἀγωνίσμασι. Καὶ κατ' ἐκείνην μὲν τὴν ἡμέραν οὕτω Ῥωμαῖοι διημιλλήθησάν τε καὶ διελύθησαν, τὴν δ' ἐπιοῦσαν αὖθις πρὸς δευτέραν ἐξῆεσαν συμπλοκὴν, εὗρον δὲ μετὰ φρονήματος καὶ κόμπου τὸ ἀνθιστάμενον ἀμιλλώμενον διὰ τὰ συνεχθέντα χθιζά. Ἀλλὰ καὶ τὰ πετροβόλα μηχανήματα οἷς ἐχρῶντο οἱ Βάρβαροι, ἀνῆρουν οὐχὶ βραχεῖς, ἐπιτυχῶς καὶ ἀφ' ὕψους τοὺς λίθους διακοντίζοντες.

A colligatos attulit. Cum autem homo exsecrandus statim submergendus fuisset aut saltem graviter objurgandus, ut milites pugna, labore et æstu ex ardore solis afflicti nonnihil recrearentur, imperator prope invito similis, murmure labiorum duntaxat simulata iracundia animos fortium illorum virorum dejecit. Deinde scalæ etiam ad summa mœnia conscendenda flagitantibus vix tandem datæ sunt. Itaque inani labore se conficere nolentes non sponte inde recesserunt. Alioqui castellum, ut Blachi obsessi postmodum affirmarunt, citra controversium expugnatum et Chrysus ipse captus esset, et Romani magnam laudem consecuti multis **671** postea laboribus caruissent, si instrumenta ad diruendum murum idonea B statim in promptu fuissent. Nunc vel officii neglectus vel Deus ipse (is vero veniam concedat in sua judicia temere inquirenti) iis hominibus offensus illis conatibus obstitit. Ac eo die Romani sic a pugna discesserunt, qua postridie renovata, Barbaros fortiter et insolenter ob hosternum casum pugnantes repererunt ; nec pauci ex nostris tormentorum saxis icti, ex superiore loco solerter emissis, ceciderunt. Nam qui eas machinas instruebat, solertissimus artifex, principio Romanis mercede inservierat, tum vero ob non solutum stipendium ad Chrysum defecerat. Neque vero globis duntaxat machinarum, sed saxis etiam superne devolutis nostri affligebantur. Ea quoque saxa quæ primo impetu corpora non attingebant, cum eminentibus rupibus allisa in plurima frusta C dissilirent, huc atque illuc sparsa **672** lethiferum erant malum. Et Barbari noctu clam e castello egressi machinas quas Romani in tumulis disposuerant dejecerunt, et excubias territas ad protovestiarii Joannis tentorium fugientes adepti sunt, ut is quoque somno excussus statim e lecto surgeret et trepidus fugeret. Prædam in ejus tabernaculo repertam partiti, in qua etiam virides calcei erant, insigne dignitatis illius, per totam eam noctem res Romanas deriserunt et subsannarunt. Præterea vacua dolia demittendo sonitu exercitum, quid rei esset in tenebris ignarum, perterrefaciebant. Quamobrem cum imperator non succedere institutum suum cerneret, nec alioqui diutius immorari constituisset, per pactiones Chryso Strummiza et Prosaco finitimisque regionibus D cedit ; et quamvis uxorem habenti quamdam ex cognatione sua se ei desponsurum promittit. Byzantium reversus protostratoris filiam a marito sejunctam Chryso per Sebastum Constantinum Rhadænum mittit. **673** Sponsalibus peractis et nuptiali convivio apposito, Chrysus strenue potabat et comedebat. Uxor vero ejus observata sponsarum consuetudine nihil attingebat ; et cum ab eo vesci jussa non statim paruisset, ira inflammatus, et multis Barbaris verbis per indignationem obmurmuratis, tandem per contemptum græce dixit : « Neque edito neque bibito. »

ἦν γὰρ καὶ ὁ ταῖς τῶν πετρῶν ἀφέσεσιν καὶ τὸν λύγον περιάγων καὶ τὴν σφενδόνην διατιθεὶ
μηχανουργοῖς ἄριστος, Ῥωμαίοις μὲν ἐπὶ μισθῷ τὰ πρῶτα ὑπηρετούμενος, τότε δὲ πρὸς
νοστήσας, ἐκ τοῦ μὴ ἔχειν τὸν μισθὸν χορηγούμενον. [P. 328] Οὐ μόνον δὲ οἱ ἐξ ἀφετη
ἀποσφενδονούμενο. σφαιρωτοὶ λίθοι κακῶς ἐτίθουν τὸ στράτευμα, ἀλλὰ καὶ οἱ κατὰ πρανοῦς ἐ
λιόμενοι. Ἐν πολλοῖς δὲ καὶ τὰ μὴ ἐφικνούμενα σωμάτων ἐκ τῶν μηχανῶν χερμάδια εἰς θάνατον κατῆγο
προσεπόλαζον· ταῖς γὰρ ἀνεστηκυίαις πέτραις προσαρασσόμενα, εἶτα τῇ τοῦ ἀφεικότος βέλους σφοδρ
πρὸς πλεῖστα διαιρούμενα τμήματα, τῇ δέ τε κἀκεῖσε διακριδὸν σκεδαννύμενα θανατηφόρον
κακόν. Καὶ νυκτὸς δὲ λάθρα τοῦ ἐρύματος ἐξιόντες οἱ βάρβαροι τάς τε μηχανὰς διέλυσαν ἃς ἐπὶ
ἐκεῖσε γηλόφων διέστησαν Ῥωμαῖοι, καὶ τὸ νυκτοφυλακοῦν διαθροήσαντες στράτευμα τῇ τοῦ πρ
βεστιαρίου Ἰωάννου σκηνῇ φεῦγον ἐπικατέλαβον, ὡς καὶ τοῦτον θορυβηθέντα ἐξαναστῆναί τε α
τοῦ λέχους, ὡς εἶχε καταδαρθάνων, καὶ ὁρασμῷ χρήσασθαι ὠρακιῶντα καὶ ὑπὸ δέους βαλλόμ
Ἀμέλει καὶ τὰ ἐν τῇ σκηνῇ διελόμενοι, ἐν οἷς ἦν καὶ τὰ βατράχεια τὸ χρῶμα πέδιλα τοῦ πρ
βεστιαρίου, ὅλην ἐκείνην τὴν νύκτα ἐν μωκείᾳ καὶ γέλωτι τὰ Ῥωμαίων ἐτίθεσαν πράγματα. Ἔτ
καὶ οἴνων δοχεῖα τυμπανοειδῆ ἐκ λύγων διάκενα διαχαλῶντες ἄνωθεν ἐξίστων τῷ δούπῳ τὸ σ
τευμα, μὴ εἰδὸς ὡς ἐν σκότει τὸ γινόμενον. Ταύτῃ τοι καὶ βασιλεὺς τὰ κατὰ σκοπὸν οὐχ ὁρῶν πι
νόμενα, ἄλλως τε μηδὲ χρονοτριβεῖν ἐκεῖσε προθέμενος, ἐς ξυμβάσεις τρέπεται. Τοῦ τε οὖν Προσ
καὶ τῆς Στρουμίτζης καὶ τῶν χωρῶν τῶν πέριξ Χρύσῳ ἐξίστανται, καὶ μίαν τῶν ἐκ τοῦ γένους
συνάσαι οἱ συντίθεται, μὴ γυναικὸς σπανίζοντι. Ἀμέλει καὶ εἰσιὼν τὸ Βυζάντιον τὴν
πρωτοστράτορος θυγατέρα τοῦ συνοικοῦντος ἀπέζευζε, καὶ τῷ Χρύσῳ ταύτην ἐκπέπομφε, νύμφαγωγὸν ἀναδι
τὸν σεβαστὸν Κωνσταντῖνον τὸν Ῥαδεινόν. Τελεσθέντων δὲ τῶν νυμφευμάτων καὶ τῆς γαμηλ
δαιτὸς παρατεθείσης ὁ μὲν Χρύσος ἐζωροπότει καὶ ἤσθιε τονθευόμενος, ἡ δὲ γυνὴ τὸν τῶν νεονύμφ
αἰδουμένη νόμον ἐγκρατῶς εἶχε τῶν παρακειμένων. Ἐπιταχθεῖσα δὲ πρὸς τοῦ νυμφίου συμμετὰ
ἐκείνῳ βρώσεως, καὶ μὴ οὕτως αὐτίκα δράσασα, εἰς ὀργὴν ἐκμαίνει τὸν ἄνδρα. Ἀμέλει καὶ πλεῖστα καθ' ἓα
ὁποβαρβαρίσας καὶ θυμομαχήσας ἐφ' ἱκανὸν, μεθ' ὑπεροψίας ἔφησεν ὕστερον, « Μὴ φάγῃς μηδὲ πίῃ
Ἑλληνίδι φωνῇ.

2. Sub id tempus Scythæ in quatuor exercitus divisi, majori cum terrore quam unquam prius per totam Macedoniam sunt grassati. Munitis etiam urbibus, et montium cacuminibus tentatis, ac monte Gano pervestigato, multa monasteria diripuerunt, multos monachos occiderunt, nemine cum eis ob multitudinem eorum ex periculi metu congredi auso.

A β'. Τότε δὲ καὶ Σκυθῶν ἔφοδος ἐγεγένητο με-
τε καὶ φρικαλεωτέρα τῶν πρότερον· εἰς γὰρ τέσ
διαιρεθέντες στρατεύματα πᾶσαν τὴν Μακεδ
ἐπῆλθον, ἀποπειρασάμενοι καὶ πόλεων εὐτειχί
καὶ κορυφὰς ἐπανιόντις ὀρῶν, ὥστε καὶ τὸ Γάνο
ὄρος διερευνησάμενοι πολλὰ φροντιστήρια ἐσκύ
σαν καὶ μονάζοντας ἀπέκτειναν, μηδενὸς εἰς χι
τολμῶντος ἰέναι διὰ δέος, ὅτι καὶ μετ' ἐλαττό
ἔμελλον πρὸς πλείους συμπλέκεσθαι καὶ διὰ τ
τῆς ἑαυτῶν ἐρᾷν οὐκ εἶχον ψυχῆς.

Imperator vero cum filias suas ob adolescentiam et formam secundas nuptias desiderare videret, delectu ex omnibus gentibus Christianis habito, eos principes præferebat cæteris, quos metuebat. Tandem eo consilio omisso, Romanis eas despondit, Irenen **674** Alexio Palæologo, cum prius formosam uxorem repudiasset, Annam Theodoro Lascari, adolescenti animoso et bellicosissimo. Eæ nuptiæ cum sub Carnisprivium celebrarentur, imperator, qui decursionibus equestribus supersedere statuisset, sponsis spectacula flagitantibus, ut et sibi ipsi et generis morem gereret, nec magnum palatium nec stadium ingreditur, sed curribus in Blachernium palatium translatis theatrum ex tempore instituit, organa musica in fornicibus disponit : præfecti urbis personam sustinere jubet eunuchum quemdam opulentissimum et summis magistratibus præditum, ordinis senatorii hominem, cujus nomini libens parco. Is fabrica, quæ vulgo ligneus asinus dicitur, aurato et picturato sago tecta succinctus, extemporale illud theatrum ingreditur. Ac eumdem equitem magnifice incedentem, et equum leniter progredientem et hinnien-

'Ὁ δὲ βασιλεὺς θυγατέρας ὁρῶν ὀργάδας
λέχος δεύτερον διὰ νεότητα καὶ ὥραν σώματος
λοκρίνει τοὺς συζευξομένους αὖθις αὐταῖς, ὥστε
δυνάστας ἐθνῶν ἐξελέγετο τὰ τῶν Χριστιανῶν
δεύοντας, οὓς ὡς πολεμίους [P. 329] ἦν δεδιώς.
B δὲ τῶν τοιούτων σκεμμάτων μεθαρμοσθεὶς Ῥωμ
αὐτὰς ἐκδέδωκε, τὴν μὲν Εἰρήνην συνάψας τῷ
λαιολόγῳ, Ἀλεξίῳ, διαζευχθέντι πρότερον ἧτις
μως αὐτῷ ἐγινώσκετο, ὥρας εὖ ἔχουσα, τὴν δ'
ναν συνηρμόκει Θεοδώρῳ τῷ Λάσκαρι, νεανίᾳ
μητίᾳ καὶ βαγδαίῳ πρὸς ἔργα πολέμια. Ἦν
καιρὸς καθ' ὃν αὗται γεγόνασιν αἱ συνάφειαι
ζοντος ἀπόκρεω, καὶ τοῦ κηδεστοῦ βασιλέως οὗ
ἐνσχολάσαι προθεμένου σταδιοδρόμων ἵππων ἀ
λαις οἱ νεόγαμοι ἐνίκειντο θέατρα ἐξαιτούμ
Διαιτῶν τοίνυν καὶ βασιλεὺς ἑαυτῷ τε καὶ
γαμβροῖς εἰς μὲν τὸ μέγα παλάτιον οὐδαμῶς
κνεῖται, οὔτε μὴν ἐσάνεισι τὸ στάδιον, τὰς δ' ἰ
κὰς ἄντυγας εἰς τὸ ἐν Βλαχέρναις ἀρχεῖον π
τάξας ἐνεχθῆναι σχεδιάζει θέατρον. Καὶ δὴ αἱ
φῦσαι τῶν πολυαύλων ὀργάνων κατὰ τὴν ἐ
C αὔλειον εἰς καμπτῆρας διατίθενται, εἷς δ' ἕπα
τῆς βασιλίδος διασχηματίζεται πόλεως ἐκτομίας

τὸ δ' ὄνομα ἐκὼν παραδράμοιμι, πλούτῳ δ' ἦν οὗτος περιβριθὴς καὶ μεγίστας χειρίζων ἀρχὰς καὶ τοῖς περὶ τὴν βασίλειον γραφὴν ἐγγραφόμενος. Πλεγμάτιον τοίνυν ἐκ λύγων συγκείμενον, ὃ φησιν ἡ δημώδης φράσις ὄνον ξύλινον, χρυσοπάστῳ σάγῃ ζῳωτῷ ἐς τὸ διαμπερὲς σκεπόμενον διαζωσάμενος τὸ σχέδιον ἐκεῖνο θέατρον εἴσεισιν, ὅτε καὶ ἦν τὸν αὐτὸν ὁρᾷν καὶ ὡς ἀναβάτην μεγαλοπρεπευόμενον καὶ ἵππον εὐήνια προποδίζοντά τε καὶ χρεμετίζοντα· μετὰ βραχὺ δὲ καὶ τοὺς πάλαι τῶν δραμάτων ὑποκριτὰς, τὸν ἔφιππον ἀποδυσάμενος ἔπαρχον, τὸν μαπτάριον ὑποκρίνεται. Ἦσαν δὲ οἱ τὸν γυμνικὸν ὑποδύντες ἀγῶνα οὐ τῶν ἐξ ἀγορᾶς καὶ τριόδων τινὲς, ἀλλ' εὐπατρίδαι νεανίαι, πρώτως φύοντες γένειον. Ἐθεᾶτο γοῦν τὰ σκηνικὰ ταῦτα καὶ γελοιώδη ὁ βασιλεὺς παίγνια καὶ ἡ βασιλὶς, καὶ ὅσον αὐτοῖς τοῦ γένους ἐπίσημον, καὶ τὸ τῆς θεραπείας εὐπαρρήσιαστον· τοῖς δ' ἄλλοις πᾶσα πάροδος ἀποκέκλειστο. Ἐπεὶ δ' ἐφειστήκει καιρὸς καθ' ὃν ἔδει πρὸς τὸ τρέχειν γενέσθαι τοὺς τὸν γυμνικὸν ἐκτελέσοντας δίαυλον, ὁ μὲν ὑποδὺς τὸν μαπτάριον εὐνοῦχος, τὴν μέσην εἰληχὼς χώραν, εἰς βραχίονας τὰς χεῖρας ἀνεκάλυψε, καὶ τὸ καταντυγῶλες ἀργύριον κάλυμμα τῇ κεφαλῇ περιθέμενος ἐκ τρίτου ἦν εἰς τὸ θέειν τὰ μειράκια προσκαλούμενος· ἐστὼς δέ τις ἐξόπισθεν νεανίσκος εὐγενὴς, ἀξιώματι λαμπρῷ περίβλεπτος, τοσαυτάκις αὐτὸν τοῦ ποδὸς τῷ ηλατεῖ κατὰ τῶν πυγῶν καὶ τῶς γλοῦτῶν ἔτυπτεν εἰς ἑξάκουστον ὁσάκις συνιζάνων ἐκεῖνος τὸ τοῦ δρόμου παρείχετο σύνθημα.

A tem; et paulo post, ut **675** olim histriones, deposita equestris præfecti persona peditem videres. Qui gymnicos ludos frequentabant, non erant homines circumforanei et triviales, sed adolescentes patricii. Ea scenica et ridicula ludicra imperator et imperatrix spectabant, una cum cognatis et honoratioribus ministris, cæteris omnibus exclusis. Cum tempus currendi adesset, eunuchus medium locum tenens, manibus ad cubitos usque nudatis et argenteo tegmine capiti imposito, tertium adolescentes ad cursum provocabat. Quidam vero nobilis et dignitate illustri præditus adolescens a tergo ejus stans toties ejus nates et femora planta pedis clare feriebat, quoties ille considens certaminis signum dabat.

Ἀλλ' οὔπω ἀκριβῶς διηγώνιστο τὰ μειρακιώδη ταῦτα ἀθύρματα, καὶ οἷκτρά τις ἀγγελία τὴν ἐν τούτοις διαδέχεται χαρμονήν. Ἡ δὲ ἦν τὸ ἀποστῆναι τὸν Ἰβαγκὸν κατὰ τὴν Φιλλιπούπολιν. Ὡς γὰρ ἄνωθεν εἴπομεν, μετονομασθεὶς ὅδε Ἀλέξιος καὶ γαμβρὸς, ἐπὶ θυγατρόπαιδι τῷ βασιλεῖ γεγονὼς καὶ πλείω τῆς δεούσης ἰσχὺν ὑποδὺς στρατηγεῖν εἰλήφει καὶ προεστάναι τῶν τάξεων αἳ τοῖς ὁμογενέσιν αὐτῷ Βλάχοις περὶ τὴν Φιλίππου ἐπαρχίαν ἀντεκάθηντό τε καὶ ἀντεφέροντο. Ἀμέλει καὶ τῶν ἐκεῖσε χωρῶν φανεὶς κύριος ἦγε τὰ πάντα καὶ [P. 330] ἔφερεν, ἀγχίστροφος ὢν καὶ δραστήριος πρὸς ἅπαν σύνδρομον ἔργον τοῖς ἐν τῇ ψυχῇ κινήμασι καὶ βουλεύμασιν. Ἥσκει τε εἰς πόλεμον τὸ περὶ αὐτὸν ὁμόφυλον, δωρεαῖς πιαίνων καὶ ὁπλισμοῖς κρατύνων, καὶ φρουρίων ἐρυμνῶν ἀνεγέρσεσι τὰ ἀντικείμενα τῷ Αἵμῳ ὄρει ἀνεπιχείρητα μικροῦ ἀπειργάζετο. Βασιλεὺς μὲν οὖν ἐπῄνει ταῦτα μανθάνων, καὶ δι' αἰδοῦς ἐτίθετο τὸν Ἀλέξιον, πολλαῖς καὶ μεγίσταις φιλοφρονούμενος αὐτὸν δωρεαῖς, ἡδέως τε αὐτοῦ ἤκουε, καὶ τὰς αἰτήσεις ἐξεπέραινε ῥᾴδιον· τὰ δὲ παρὰ τοῦ ἀνδρὸς τοῦδε πραττόμενα οἱ περὶ τὸν βασιλέα συνορῶντες καλὰ μὲν ἀπεφαίνοντο εἶναι καὶ ἀρίστως ἔλεγον δρᾶσθαι, οὐ μὴ καὶ ἐπὶ σκοπῷ Ῥωμαίοις συνοίσοντα παρὰ τοῦ πράττοντος γίνεσθαι, ὅθεν καὶ παραινέσεις εἴσῃγον τῷ αὐτοκράτορι παραλῦσαι τῆς ἀρχῆς τὸν Ἀλέξιον. Μηδὲ γὰρ ἄν βάρβαρον ἄνδρα μὴ πάνυ πρώην Ῥωμαίοις πολεμιώτατον οὕτως ἐξαίφνης μεταπεσεῖν εἰς ἀκραιφνῆ διάθεσιν, ὡς φρούρια καὶ πολίχνια ἐν τοῖς ἐπικαίροις νεουργεῖν τόποις, καὶ αὔξειν μὲν τὸ ἐμφύλιον αὐτῷ στράτευμα, σμικρύνειν δὲ τὸ Ῥωμαϊκὸν, ἐνιαχοῦ δὲ καὶ ὡς δύσχρηστον τιθέναι ἀπόμαχον, εἰ μή τις αὐτῷ ἐνέσπαρτο τοῦ τυραννίδι ἐπιβαλεῖν ἔννοια, ἐπεὶ μηδὲ τὰ τινων ἐννοήματα φιλεῖν πως ἀεὶ ὡς διὰ πυλῶν τῶν

B His puerilibus ludicris nondum absolutis, tristis nuntius Philippopoli affertur de Ibanci defectione. Is, ut supra diximus, nomine **676** in Alexium mutato desponsaque nepte imperatoris, majorem quam decuit auctoritatem nactus, et cohortibus præfectus quæ Blachis ad Philippopolim resistebant, ac potius locorum illorum dominus factus, suo arbitratu regebat omnia: quippe homo callidus et strenuus, facile quiquid animo destinasset exsequens, et populares suos liberalibus donativis saginatos et armis exornatos ad bellum exercebat, et loca monti Hæmo finitima firmis castellis ita muniebat ut ea hostes pene invadere non auderent. Quamobrem ab imperatore collaudabatur et magni fiebat, multis amplissimis muneribus afficiebatur, audiebatur libenter; quidquid petiisset, impetrabat. C Aulici vero illius viri facta egregia et utilia quidem esse fatebantur, sed ad Romanorum utilitatem referri negabant, et imperatori auctores erant adimendi ei magistratus. Neque enim hominem barbarum, paulo ante Romanis infestissimum, usque adeo subito mutatum esse tantamque benevolentiam concepisse, ut nova castella et oppida in opportunis locis exstruat. Neque eum cohortes Blachicas aucturum, Romanis **677** imminutis et aliquando etiam ut inutilibus a pugna remotis, nisi regni cupiditatem aleret. Neque enim omnes ea quæ pectore lateant ore proferre, sed ipsa facta sæpenumero omni oratione evidentius animi recessus declarare. Verum surdo, ut aiunt, fabula narrabatur. Imperator enim neptis suæ Theodoræ D sponsalia satis firmos quasi obsides ratus, de integritate et fide Alexii nihil dubitabat, malefica quapiam vi hic quoque, opinor, mentis oculos perstringente, cujus impulsu res Romana subinde ruit in pejus. Ut autem non multo post id evenit

quod timebatur, eo inopinato nuntio attonitus et inops consilii ob difficilem exercitus convocationem, ad seditiosum statim spadonem quemdam ei familiarissimum mittit, qui pacta et conventa in memoriam ei revocaret; et quod nihil unquam ex eo tempore, quo se ad Romanos contulisset, molesti aut spei suæ contrarium perpessus esset, admoneret. Neque enim de eo reconciliando desperabat. Eum non longo intervallo secuti sunt imperatoris generi cum omni ministrorum et cognatorum comitatu, et militibus qui in palatio **678** reperiebantur. Sed nefarius spado ad eum profectus non modo nihil quod ad rem pertineret confecit, sed illum sua præsentia ut cœpta persequeretur magis confirmavit, cum temere effutiisset Romanos e vestigio illum invasuros, et monuisset ut campestribus relictis salutem suam et popularium montanis locis committeret. Imperatoris vero generi, et protostrator Manuel Camyzes, alacritate et æmulatione mira seditiosum persecuti sunt: sed opportunitate ob prædam fugatam amissa contentionem remiserunt. Ac fervidioribus sic etiam placebat persequi et in montibus quærere Alexium. Prudentiores autem haud consultum putabant aquilæ vestigia montes et rupes pervolantis consectari, aut volumina serpentis in saxo quæritare, aut aprum dentatum, qui pectus sæpe jaculis obtulerit, ad pugnam irritare; sed oppida ab Alexio instaurata et conlita recuperanda esse. Quo consilio prælato, castellum in loco qui Crizimus dicitur ab Alexio conditum oppugnant; ubi Romani promptissime et fortissime dimicantes multos viros fortes quorum princeps erat **679** Georgius Palæologus, in admovendis ad mœnia scalis amiserunt. Tandem eo expugnato etiam alia quædam oppida deinceps, alia sanguine profuso, alia deditione ceperunt. Alexius vero, callidus homo et solers bellator, cum alia plurima disciplinæ militaris specimina edidit, tum uno insigni stratagemate præter alios ipsum etiam protostratorem cepit. Nam plurimis pecoribus ex speculis in campos agi et a popularibus suis cum parte Romanorum captivorum in Hæmum ad Joannem Zagore principem, cum quo fœdus contra Romanos inierat, muneris loco et grati animi ergo duci jussis, Romanis insidias collocavit, rapacitatis et avaritiæ eorum et charitatis erga suos non ignarus, præ quibus etiam salutem suam neglecturi essent. Nec eum fefellit opinio. Nam paulo post protostrator, eo nuntio accepto, Batrachocastro, ubi stativa habebat, Bactunium profectus, specie rei decipitur; et **680** non animadverso Alexii dolo exercitum ea quæ in conspectu essent spoliare jubet; ipse equo non bellico circumiens spectatorem agit. Tum vero ex insidiis consurgit Alexius, et protostratorem circumventum diductaque suorum acie veluti casibus implicatum capit. Hoc desertoris commento Romani exercitus reliquiæ prorsus enervatæ, il vero qui defecerant elati sunt. Neque jam Romani eum lacessere aut aggredi audebant, sed juxta

Ματζουκάνη, ματζούκιον, ματζοῦκα. Constantinus Tactic. p. 19 : Τζικούρια, βαρδούκια, ματζούκια. Leo Tact. cap. 14 § 84 : Ἡ σικουρίων ἢ ματζουκίων. Stephanus Sachlices : Ματζοῦκα πολιρᾷ τὸν ἄνεμον νὰ δύρω.

Μαῦρος niger. P. 35 d, Τῷ δὲ μέλανι χρώματι. Codex GB, μαύρῳ. Theophanes : Καὶ βαλόντες σαγίον μαῦρον. Hodie quoque in usu est. Vide Meursium ad cap. 12 Constant. De admin. imp.

Μέλιγγος. Vide Meurs.

Μεσάζων. P. 38, Τῶν δημοσίων εἰς φορῶν φροντιστήν. Codex GB μεσάζοντα.

Μιτάτον synagoga Saracenorum. V. Meursium.

Μιτὺς ῥίν, nasus V. Meursium.

Μνῆμαι memoriæ, seu anniversarii SS. dies ad colendam eorum memoriam instituti. Joannes Hierosolymitanus, lib. III in Stratagemata B. Job: *Propterea et memorias Sanctorum facimus, et parentum nostrorum vel amicorum in fide morientium devote memoriam agimus*, etc. Anastasius Bibliothecarius in Historia ecclesiastica: *Festus senator urbis Romæ missus ad Anastasium propter quasdam civiles utilitates, memorias sanctorum apostolorum festivitate majori petiit celebrari.* Μνημεῖα autem, quæ et memoriæ dicta, sunt loca SS. Martyribus dicata. B. Augustinus epistola 137: *Nam et nos novimus Mediolani apud memoriam sanctorum, ubi mirabiliter et terribiliter dæmones confitentur*, etc.

Μονάζων P. 111. b. Καθ' ἑαυτὸν ἰδιάζων· alius codex μονάζων. Hinc monachi seu μονάζοντες dicti, qui solitariam et privatam vitam elegerunt. Gregorius de euntibus Hierosolyma: Ἐπεί τοίνυν εἰσί τινες τῶν τὸν μονήρη καὶ ἰδιάζοντα βίον ἐπανῃρημένων, οἷς ἐν μέρει εὐσεβείας νενόμισται τὸ τοὺς ἐν Ἱεροσολύμοις τόπους ἰδεῖν.

Μονάζων monachus, p. 135 b. Glossarium ms.: μοναδικοὺς ἀναχωρητὰς, ἢ ἁπλῶς μονάζοντας.

Μοναστήριον φροντιστήριον, monasterium. Thomas Magister: Φροντιστήρια τὰ διδασκαλεῖα τῶν φιλοσόφων. Λέγοιντο δ' ἂν οὕτω τὰ παρ' ἡμῖν μοναστήρια, ὡς τῆς ὄντως φιλοσοφίας ἐνταυθοῖ μελετωμένης. Idem fere Manuel Moschopulus in vocum Atticarum ecloga. Idem περὶ σχεδ· Παρθενεῖα τὰ μοναστήρια, et σεμνεῖον τὸ μοναστήριον.

Μονάχικὴ πολιτεία, ut Cedreni p. 329 b, et Curopalatæ pag. 817 c. Nec igitur quidquam mutandum in Hermiæ historia, tametsi aliter visum summo juris antistiti Parat., in cod. tit. 3, lib. I, ut et ibidem docebo.

Μόσχος muscus, aromatis genus. Vide Meursium.

Μοῦλα. P. 295 a, ἡμίονον. Codex GB, μοῦλαν. Alexander Trallianus lib. I, cap. 15: Πεσεῖται δὲ ἐὰν τρίχας ὄνου καὶ μούλης ὑποθυμιάσῃς. Auctor GB μοῦλα κολοστολίστη. Hinc μουλίων mulio in Basilicis, l. LX, § 7 D. loc.

Μουσούριον litteræ Musulmanicæ. Sic μουσουλμανίζειν Musulmanicam religionem profiteri. Vide Meursium in eo verbo.

Μούρτζουφλος superciliosus. Vide Meursium.

N

Νερόν. In Indice ἄντλον, νερόν, aqua. Maximus episcopus Margunii homil. I: Νὰ ἀποδίδεται καὶ εἰς τὸ νερὸν καὶ εἰς τὸ πῦρ. Auctor alius GB, Πῦρηκα μικροπόταμον, καὶ εἰς τὸ νερὸν τὸ μίσον φλὸξ τοῦ πυρὸς ἐξήρχετο.

Νοσοκομεῖον nosocomium. *Locus venerabilis, in quo ægroti homines curantur.* Julianus Antecessor Nov. 7, cap. 1.

Νύκτα nox. p. 127 b, νυκτός. Codex GB, νύκτας Stephanus Sachlices: Τὴν νύκταν πόρνει περπατοῦν καὶ κλέπται καὶ φονίσκοι.

Ξ

Ξενών xenon. P. 285 a, εἰς νοσοκομεῖον. Alius codex ξενῶνα. Justin. Nov. 111, cap. 1, ξενῶσι. Julianus Nov. 104 xenonibus. Sic etiam Nov. Just. 131 c. 10, Jul. 119, c. 11. Menologium Junii 27 de Sampsone: Τῆς ἰατρικῆς γὰρ ἐπιστήμης ἦν ἐν πείρᾳ, καὶ τὸν βασιλέα Ἰουστινιανὸν ἀνιάτῳ πάθει περιπεσοῦντα ἰάσατο. Ἐκ τούτου ὁ βασιλεὺς ὑπεραγασθεὶς τὴν ἀρετὴν τόῦ ἀνδρὸς καὶ σέβας αὐτῷ ἀπονέμων, τὸν μέγιστον οἶκον καὶ περιβόητον δι' αὐτοῦ ἀνεγείρας ξενῶνα κατεσκεύασε, καὶ σκευοφύλακα τῆς τοῦ Θεοῦ Μεγάλης Ἐκκλησίας κατέστησεν. Niceph. Call. 11, 18: Χωρία τὰ κάλλιστα ὧν εἶχεν αὐτόθι, τοῖς αὐτοῦ ξενῶσιν ἀπεχαρίζετο. Manuel Moschopulus περὶ σχεδ· Κοιτῶν κυρίως μὲν οἶκος ὁ περιέχων κοίτας πολλὰς, ὡς οἱ ξενῶνες.

O

Ὁμφίκιον ut in priore editione, pro ὀφφίκιον, ut p. 316 c officium. Vide ad Cedrenum.

Ὀσπίτιον hospitium. Pag. 525 et 347. Idem p. 325 b, ἀπρόσμαχον οἰκητήριον. Codex GB ὀσπίτιον. V. Ind. Astrampsychus: Ἔστι δὲ τὸ ὀσπίτιον τοῦτο εἰς πᾶσαν πρᾶξιν τυχηρόν. Rationale imperii sub imp. Alexio Comneno: Ἐσχιδεύθη τὸ ὀσπίτιον αὐτοῦ ἐγγὺς τοῦ ἱπποδρόμου διακείμενον. Glossarium ms. Ηέταυρα καὶ τὰ σανίδια ἐν οἷς στεγάζομεν τὰ ὀσπίτια. Utitur Georgius Alexandrinus in Vita Chrysostomi, Joannes Cantacuzenus aut sultanus Ægypti, in Epist. ad Cantacuzenum imp. p. 756; Concilium Chalcedon. act. 11; Constantinus. De administ imp., Græcus Interp. Basilic. lib. XLVII, tit. 1, in iterpret. Is; Lucius 32 D. De donat. Hodie σπίτη vel σπίτι dicunt. Auctor GB, Ἐμπένης μὲς ταῖς φαμιλίαις τὰ σπήτια δυσφανίζεις. Alexius Rharturus, doct. 2. Bessarion cardinalis epist. ad pædag. filiorum Thomæ Palæologi.

Οὐννάρχης. P. 47 d in alio codice, Ῥὴξ τῶν Οὔγγρων. Glossarium ms. D. Cancellarii, Οὖννοι οἱ Οὔγγροι. Vide pag. eamd. a.

Ὄψις obses p. 263 b. Eadem p. 263 a βασιλεὺς δὲ δέδωκέ τινας τῶν ἐξ αἵματος ὁμήρους. Codex GB ὄψιδας. Theophanes in Leone: Λέγοντες ὅτι δίδομεν ὁμῖν ὄψιδας τὰ τέκνα ἡμῶν.

Ὀψώνιον opsonium, stipendium. Theodoretus in epistolam Pauli ad Romanos cap. 6: Εἰκότως καὶ τὸν μισθὸν ὀψώνιον κέκληκεν· ὀνομάζειν γὰρ οὕτω φίλον αὐτῷ τὸ στρατιωτικὸν σιτηρέσιον. Andronicus Junior in diplomate pro Monembasiotis: Οὐδὲ αὐτοὶ ὀφείλωσι χάριν μαγειρίας ἢ ὀψωνίου ἢ ἄλλου τινὸς ζητήματος ἀπαιτεῖν τι ἐξ αὐτῶν. V. Glossarium ad Cedrenum.

H

Πακτώνειν pacisci. Vide Meursium ad Constan. de administ. imp. c. 44.

Παλατῖνος. Palatinus p. 156 b. Palatinus quis sit explicat Nicetas. Alias Palatini nomen generale est, eoque omnes continentur qui in sacro Palatio militant. De quibus vide lib. XII Cod. tit. 23 et 28, et ibi Cujacium; Julianum Antecessorem in Scholiis ad Novellam 22, cap. 82, Glossarium Isidori in Basilides. De Palatinis vide etiam Glossarium Nomicum, et quæ ibidem observavimus.

Πάνον pannus, linteum pag. 213 et 365. Basilica lib. XXXV, tit. 1, cap. 22, § 6: Σφραγισθῆναι διαθήκη λέγεται εἰ καὶ τὸ πανίον ἐν ᾧ ἐμβάλλεται σφραγισθῇ. Ex I. 22. D. qui testam fac. poss. nam etiam πανίον dicebant, ut apud Codin. De offic. πανίον κίτρινον. Auctor GB in historica narrat. De Belisario: Πανία χρυσοῦφαντα ἐκρέμασαν εἰς τείχη. Andronicus junior in diplomate pro Monembasiotis: Ἡ πανίου ἢ λινοκόκκου. Idem Nicetas p. 312 πρατὰ τῶν ὀθονῶν. Codex GB πανοπράται.

Παπᾶς ἱερεύς, sacerdos. Cedrenus p. 342 c: Τὸν βαΐουλον αὐτοῦ παπᾶν ἐποίησε. Auctor GB, Κροῦν οἱ καμπάνες δυνατὰ, μαζωνοῦνται παπάδες, καὶ ψάλλουν ἕως τὸν οὐρανόν. Πάπας autem vel πάπα pro pontifice R. sumitur p. 130 b.

Παρακοιμώμενος. Joannes Cantacuzenus, lib. I, c. 2: Τῇ τοῦ παρακοιμωμένου τετιμημένου ἀξίᾳ. Constantin. De adm. imp. cap. 43: Βασιλείου τοῦ παρακοιμωμένου οἶκος. Codinus, De offic. Ὁ παρακοιμώμενος τοῦ κοιτῶνος εὑρίσκεται κεφαλὴ τῶν ἐν τῷ κοιτῶνι παιδοπούλων καὶ τῶν κοιτωναρίων. Leo Grammaticus: Τοῦ δὲ βασιλέως διερχομένου ἐν τῇ προελεύσει, ὑπισθεν Βασίλειος περιεπάτει φορῶν σκαραμάγγιον μετὰ σπαθίου, ὡς ἔθος τοῖς παρακοιμωμένοις. Paracœmomenus igitur gladium et scaramangium imperatoris ferebat. V. Meursium et Glossarium nostrum ad Cedrenum, περὶ τοῦ κοστῶνος προκαθημένου. Vide Cantacuz. I, 48.

Παραμονή. Pag. 364, Πελεκυφόρος βάρβαρος. Codex GB παραμονή. Est autem παραμονή custodia, statio. Stephanus in Commentario in Aristotelis Rhetoricam hactenus inedito, Τυραννίδος δὲ τέλος φυλακὴ ἦγουν λεγόμεναι παραμοναί.

Παραπόρτιον portella. Anastasius Biblioth. de vitis Pontif. Constantinus in Tacticis: Παραπόρτια δὲ μικρὰ περισσότερα. Vide ad Ced.

Παρασκευή. P. 342, Ἡ ἕκτη τῶν ἡμερῶν. Alius codex παρασκευή. Dies sextus, dies Veneris. V. ad Cedr. et Glossarium Arabico-Latinum.

Πασιας *Bassa* apud Turcas. Τὸν Πασιάτην Θεόδωρον. Vide Meursium in v. πασίας.

Πάτος divitiæ, dives. Vide Meursium.

Πάτροκλον excusatio, prætextus. V. Meursium.

Ποδαρούλλιον sella. P. 383 a εἰς ἕδρας. Codex GB ποδαρούλλια, Eustathius ad Odyss. η' p. 1571, n. 20: Δηλοῖ δὲ (ἀνδράχλη) τὸ ἰδιωτικῶς γυναικεῖον ποδαρούλλιον.

Πόρτα pag. 108 et 368. Idem p. 44 πύλας τῶν πόλεων. Codex GB πόρτας. Leo Tact. cap. 11, *§ 48*: Ἔμπροσθεν τῶν πορτῶν. Leo Grammaticus: *Καὶ μηδενὸς ἀνθισταμένου* ἀνοίξαντες τὰς πόρτας *ἰσήγαγον αὐτὸν εἰς* τὴν πόλιν. Auctor GB: Ἦλθε καὶ ἐκατέλαβε τοῦ κάστρου τε τὰς πόρτας, πόρταν ηὕρικεν λαμπρὰν ἐξ ἀδαμάντου λίθου. ad Cedrenum.

Πορφυρογέννητος porphyrogenitus. Ἐν τῇ πορφύρᾳ τεχθείς Christodulus sive Joannes Cant. epist. ad Nilum: In purpura genitus. Idat. Episcop. Fastis Consularibus: *Ipso anno natus est Honorius nobis in purpuris.* Porphyrogeniti dicti vel quod nati purpura exciperentur, pater jam imperatore (huc alludit Proclus orat. 4, quens de Christo: Ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης ἀλουργίδος τὰ σπάργανα), vel a domo in qua gustæ pariebant. Constant. Manasses: Πορφύ ὀνομάζουσιν ἐκεῖνον τὸν οἰκίσκον. Anna Comne Alexiadis, lib. VI: Κατὰ τὸ ἀφωρισμένον κλί ταῖς τικτούσαις τῶν βασιλίδων οἴκημα ἐπὶ ταῖ ὠδῖσιν εὐρηκώς. Πορφύραν τοῦτο ἀνέκαθεν ὀνομ ζουσιν, ἐξ οὗ καὶ τὸ τῶν πορφυρογενήτων ὄνο εἰς τὴν οἰκουμένην διέδραμε. Adde lib. VII, multo post initium. Idem Manasses πορφυ παιδα appellat eum qui in purpura natus in, versibus qui habentur in calce libri cala exarati.

Πορφυρόπαις, γόνος αὐσονάνακτος καρτεροθύμου,
Ἀνδρόνικος μεγάθυμος, ἐϋμμελίης πολεμιστῆς,
Ὦ γέρα πρῶτα σεβαστοκρατορίης νεῖμ' ὁ φυτεύσας

Πρίγκιψ prineeps. Nicephorus Gregoras. Πρίγκιψ Πελοποννήσου καὶ Ἀχαΐας. Menologi mense Maio die 24: Ὧν οἱ μὲν ἦσαν κόμητες δὲ τριβοῦνοι, οἱ δὲ πρίγκιπες. Adde Cantacuz p. 753, Annam Comnen. Alex. lib. III, et qu dicam in Glossario Nomico v. πρίγκιψ.

Προβέα pellis, membrana pag. 281. Idem 235 a καὶ δέρρίν ἐξημμένον. Codex GB, προβ Hodie προβία.

Πρόεδρος pontifex, antistes, præsul p. 140, p. 393 προεδρεύων ἱερατικῶς τῆς πόλεως. A Comnena Alexiad. VII: Ὁρᾷ τὸν τῆς Χαλκηδ πρόεδρον Λέοντα τὴν ἱερατικὴν στολὴν ἐν σμένον. Theophylactus Simocatta, Hist. Mauri næ, lib. III, cap. 2: Μετ' οὐ πολὺ δὲ τὸν τῆς Κω σταντίνης πρόεδρον ὁ στρατηγὸς εἰς τὸ στρατόπε πρεσβευτὴν διεπέμπετο. Alii πρόεδροι erant P tini, de quibus Meursius in hac dictione. A Comnena Alexiad. II: Τῷ τῶν προέδρων τετιμη ἀξιώματι. Erant autem numero plures, et i eos primarius πρωτοπρόεδρος dicebatur. Ea Anna lib. III: Ἐστάλησαν διὰ τοῦ πρωτοπρο Κωνσταντίνου.

Πρόκοιτος. V, Glossar. ad Cedr. in παρα μώμενος.

Πρόκυψις prospectus. Vide ad Codinum officiis.

Προσώψιον faciale. V. Meursium.

Πρωτεκδικεῖον. Vide Gloss. ad Cedrenum i Ἔκδικος, et Meursium in eadem voce.

Πρωτοασηκρήτης. Quis diceretur ἀσηκρή docet Glossarium ad Cedrenum. Suidas in Ety logico ms. penes virum illustrissimum D. Pet Segulerium Franciæ cancellarium: Ἀσηκρ ὑπογραφεὺς ὁ τοῖς τῶν κρατούντων μυστη

ὑπηρετούμενος. Οὕτω παρὰ τῇ Αὐσονίδι διαλέκτῳ τὸ ἀσηκρήτης ἄνομα ἐπὶ τοῖς μυστηρίοις μεθερμηνεύεσθαι βούλεται. Πρωτοασκρήτης autem est primus a secretis : erant enim plures. Protosecretarius in Hypomnestico de Anastasio apocrisiario.

Πρωτονοτάριος notariorum primicerius, primus inter notarios. Vide ad Cedrenum.

Πρωτοστράτωρ. Strator, qui dominum in equum sublevabat, πρωτοστράτωρ primus imperialium stratorum. Anna Comn. Alex. VII : Μιχαὴλ πρωτοστράτωρ αὐτοκράτορος τοῦ δοῦκα. V. Meursium et Glossar. nostrum ad Cedrenum.

P

Ῥάσα rasa, vestes monasticæ. P. 175 c. Καὶ τῆς τῶν ἐσθημάτων μεταβολῆς. Codex GB habebat ῥάσα. Hinc ῥασοφορεῖν. Balsamon ad can. 5 synodi CP. p. 560 a : Εἰσελθόντων εἰς μοναστήρια καὶ ῥασοφορούντων. Et in can. 19 S. Basil. ad Amph. Κἂν γὰρ μὴ ἀποκαρῇ τις, ἀλλὰ ῥασοφορήσῃ. Et ῥασοφόροι. Bals. d. p. 560 b. Vide Hugonem Menardum ad Concordiam regularum sancti Benedicti.

Ῥήξ, ῥήγας rex p. 109 a. Anna Comnen. Alex. VIII : Ῥηγῶν τε καὶ δουκῶν καὶ κομήτων. Theophanes : Ῥῆγα καλέσας ἑαυτὸν γῆς τε καὶ θαλάσσης. Item Πρὸς Ζιλίτβιν τὸν ῥῆγα τῶν Οὔννων. Auctor GB : Γοργὸν πεζεύει πρόσκυνα ὁ Βέλθανδρος τὸν ῥήγαν. Ὁ ῥήγας τοῦτον κατιδὼν πολλὰ γονυκλιτοῦντα. Vide Indicem, et Glossarium ad Cedrenum.

Ῥήτωρ qui scripturas instar oratoris ecclesiastici interpretabatur. Vide Meursium in ea dictione.

Ῥικτάριον. P. 109 a τὸ δόρυ ἔθυνε. Codex GB, ῥικτάριον, hastile, jaculum. Dicebam legendum ῥιπτάριον a ῥίπτω, quod de jaculo dicitur, Glossæ Cyrilli, ῥίπτω ἐπὶ ἀκοντίου, jacio, jaculor, projicio. Glossarium ms. Βηρύτται τὰ ῥιπτάρια. Constantinus in Tact. p. 3 : Ἄλλοι δὲ ἀπὸ μακρόθεν ἐῤῥίπτον, ὡς εἴρηται, τὰ ῥιπτάρια. Et p. 42 : Εἰς τὸ ῥίπτειν ῥιπτάρια καὶ μέναυλα. Hinc ῥιπταρίζειν jaculari. Item Const. p. 4 : Οἷον ἢ τοξεύοντες ἢ ῥιπταρίζοντες. Et p. 14 : Ἵνα ὅπου ἁρμόζει ῥιπταρίζῃ εὐκόλως κατὰ τῶν πολεμίων. Et ῥιπταράτοι, p. 42 : Οἱ δὲ ῥιπταράτοι ὠφελοῦσι καὶ ἔξωθεν τῆς παραταγῆς. Et ῥιπταριστής apud eumdem p. 8. Verum in indice Wolfii scribitur ῥικτάριον. Emendemus obiter Leonem Tactic. cap. 9, § 58, ubi editum est : Τοὺς δὲ λεγομένους ψιλοὺς, σκουτάρια, ἀκόντια μικρὰ, τζικούρια. Legendum enim σκουτάρια, ῥικτάρια, ἀκόντια, μικρὰ τζηκούρια, ut constat ex hac Joannis Checi interpretatione : *Leves autem habeant scuta parva, rhictaria, jacula, tzicuria parva.* Sic etiam legebatur in ejusdem Checi libro cap. 5, § 3, ῥικτάρια, τζικούρια. Nec audiendi sunt viri docti, qui putant ῥιπτάρια melius esse. Glossarium manu exaratum, quod utendum accepi ex bibliotheca illustrissimi Cancellarii : Ἀκινάκις, σπαθομάχαιρον, ῥικτάριν, δόρυ ἢ ἀκόντιον Περσικόν. Sed ei hodie Græci ῥίκτω dicunt pro ῥίπτω. Ut quin vera lectio sit apud Nicetam et recta emendatio apud Leonem, dubitare non liceat. Utrumque igitur et ῥιπτάριον et ῥικτάριον rectum est.

Ῥόγα stipendium, roga. Pag. 38, 79, 271, 327 : Συνήθης διανομὴ τῶν στρατευμάτων, Nicephorus. Leo Grammaticus : Μὴ τοῦ στόλου τὴν νενομισμένην ῥόγαν λαβόντες. Hnastasius Bibliothecarius, in Historia ecclesiastica, anno Heraclii 22 : *Erant autem quidam Arabum juxta positorum, qui accipiebant ab imperatoribus rogas pauxillas ad custodiendum entomia eremi* (sic legitur in 2 mss. : in Thuanæo autem ctomia pro stomia, ut apud Theophanem στόμια, quæ sunt fauces). *Eodem vero tempore venit quidam spado daturus militum rogas. Et cum venissent Arabes secundum consuetudinem accepturi rogam suam*, etc. Theophanes : Λαβεῖν τὴν ῥόγαν αὐτῶν, Anna Comnen. Alex. VI : Τὸν πατριάρχην σφῶν ἠξίωσε μετὰ τῆς ἀλόγου ῥόγας. Hinc ῥογεύειν erogare. Idem : Καὶ σωρεύσας τὸν περισωθέντα λοὸν ἐκ τῶν διαφόρων πόλεων, ἐρόγευσεν αὐτούς. V. varias ad Nicetam, p. 131, et Wolfii Indicem, et Glossar. ad Cedr.

Ῥούτα ruta, multitudo, globus militum. Vide Meurs.

Ῥοῦχον rocus vel roccus, pag. 213, 213, 251, 381. Astrampsychus in Πυθαγορ. λαζεστ. : Ῥοῦχον κόκκινον. Item εἰς τὸ ε'. Ὀσπίτιον δηλοῖ εἰς παῖδας καὶ εἴσοδον καὶ εὐτυχίαν καὶ καῦκαν καὶ ῥοῦχα πολλά. Cyrillus patriarcha CP. : Διὰ νὰ λάβῃ τὰ ῥοῦχα σου, δός του καὶ τὸ ὑποκάμισόν σου. Auctor GB βύσσινα ῥοῦχα καναξαμύτου. Additio 1 Capitul. Carol. c. 22 : *Et pedules paria quatuor, roccum unum.* Sic legitur tomo II Conciliorum Galliæ.

Σ

Σάβανον linteum. Hierocles Artis veterinariæ lib. II, cap. 98 : Λοῦσον τὸν ἵππον καὶ ἀπόμαξον σαβάνοις. Theomnestus ibidem : Τῇ δὲ ἑκτῇ ἐξαγαγὼν τῆς φάτνης λοῦσον καὶ ἀπόμαξον σαβάνοις Vegetius, Art. vet. lib. III, c. 47 : *Sabanis validioribus abstergetur.* Collatio Carthag. II cum Donat. *Cumque intra sabanum volumen schedæ membranarum pro parte descriptum*, etc.

Σάγισμα instratum equi. Leo Grammaticus : Τῶν ἵππων ἀμφοτέρων τῶν μερῶν διερχομένων μετὰ χρυσῶν σαγισμάτων. Item, Εὗρεν αὐτὸν ἐντετυλιμένον ἐν τῷ σαγίσματι τοῦ δεξιοῦ ἵππου.

Σαγίττα. P. 44 d βέλους ἐντὸς. Codex GB σαγίττας. N. Suidam in ἄβλητα. Theophanes in Heraclio : Ἐμειναν ἀπ' ἀλλήλων ἀπὸ δύο σαγίττων. Chronic. Alex. Ἐξ ἧς ἔλαβε σαγίττας. Constantinus in Tact. Leo Tact. cap. 12, § 61 : Ἀπὸ ἑνὸς σαγιττοβόλου. Hinc σαγιττάτωρ sagittator, apud cumd. Leonem c. 4, § 57 et c. 7, § 57 : et σαγιττοποιοί, d. cap. 4, § 50, et Constantinum in Tact.

Σαγμάρια. Num. 116, Τὰ σκευοφόρα. Codex GB, σαγμάρια. Animalia quæ impedimenta et sarcinas veæunt. Constantinus in Tact. p. 16 : Ἔχειν σαγμάριον ἕν. Servius in 1 Eneidos : Et hoc in multis nominibus observandum est, ut genus ex adjectione

formetur, qua detracta in neutrum cadat necesse est, ut piscinalis locus, piscina cella, piscinale; sagmarius mulus, sagmaria mula, sagmarium. Odo Cluniacensis, lib. De vita S. Geraldi : *Interim vero omne stipendium quod in sagmariis Geraldi delatum fuerat, paulatim defecit.* Petrus Blesensis epist. 94 : *Quod si milites nostros ire in expeditionem quandoque oporteat, sagmarii eorum non ferro sed vino, non lanceis sed caseis, non ensibus sed utribus, non hastis sed verubus onerantur.* Et corrupte,*saumarius* Auctor Vitæ S. Gebehardi archiep. Salisburg. : *Angebat e contra non carpento neque trahea, verum solis saumariis necessaria posse inferri.* Saumarius Gallis *bête de somme*, Italis *bestia da somma*. Et sauma pro onere vel sarcinis. Lutprandus LL. Langobard. tit. 59, § 1 : *Et tollant ad saumas suas caballos tres.* Sic Provinciales *saumade* dicunt ; est enim σάγμα. Achmes ὀνειο. cap. 235 : Ἐκαβαλλίκευσεν αὐτὴν μετὰ τὸ σάγμα. Eginardus, in Vita Caroli M. : *Ut sunt cortinæ et stragula, tapetes, fulcra, coria, sagmata.* Inde sagmare. Glossæ veteres : *Sagmat asinum* σάσσει ὄνον. Et *sagmatus* σεσαγμένος, ex emendatione Vulcanii, quem deinde secutus est Cl. Salmasius ad Hist. Aug. p. 354. Corrupte etiam Græci σαῦμα dicunt pro σάγμα. Theophanes : Ἐκάθησαν αὐτὸν ἐπὶ ὄνῳ σαυματομένῳ. Sic legitur in codice ms. Nicolai Fabri Peirescii viri perillustris. Idem διὰ ζώων σαγματομένων. Eustathius σαγράριον accipere videtur pro eo quod sagmariis imponitur : sic enim scribit ad *Odyss.* α'· Ἀστράβη, ὅ σημαίνει σέλλαν καὶ σαγμάριον, ut σέλλα referatur ad equos qui sellam ferunt, σαγμάριον vero ad equos sagmarios,quo mollius vehant. Vegetius sagmam appellare videtur Artis veterinariæ, lib. II, cap. 59 : *Tunc sagmarum vel sellarum mensura conveniens.* Glossarium ms. : Ἀστράβη τὸ σαγμοσέλλιον. Denique σαγμάριον pro sarcinis ipsis ponitur, Leonis Tactic. cap. 9, § 58.

Σακελλάριος sacellarius. Nicephorus Callist. lib. XVIII, cap. 44 : Σακελλάριους τῆς ἐκκλησίας καθεστηκώς. Chronicon Alexandrinum : Σακελλάριος πατριάρχου. Ἀπό τῆς σακέλλης aut σακκουλλίου aut σακκελλίου, a secello. V. Indicem in βουλλεύει. Gregorius Nazianzenus orat. 3 in Julianum : Καὶ τὸ σακέλλιον προβληθήσεται. Sic etiam scribitur, orat. 4. Coripp. 4 :

Gratior Augusti servans pia gaza sacelli.

Hinc σακελλίζειν. Gloss. ms. : Διηθεῖται, ἀφυλίζεται, σακελλίζεται. Vide Glossarium ad Cedrenum.

Σακκούλιον. P. 133 c, Τὰ φασκώλια σφραγῖδι διασημαίνεται. Codex GB, σακκούλια. Glossarium ms. μαρσύπιον τὸ σακκούλιον. Hodie σακκούλι.

Σάλτζα ἔμβαμμα, intinctus, p. 382 d. Italice *salsa*.

Σανδάλιον ἀκάτιον, navicula, p. 85. Vide et d. 242.

Σαπώνις νίτρον, sapo, p. 97 b. Corrupte antea *legebatur* νίπτρον in Indice. Alii σαπώνιον dicunt *vel σαπούνιόν*. Alexias Rharturus doctrina, εἰς τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην | παρασκευήν· ἄρχοντες ἴδετε ποτὲ μόνον τὸ σαπούνιν νὰ καθαρίζει ἄνευ ὕδατος, vel σάπωνα. Excerpta ex veteribus Glossis, saponem σάπωνα.

Σεβαστοκράτωρ. Nicephorus Gregoras 4 : Ὁ μὲν γὰρ σεβαστοκράτωρ ἐς τὸ δεσποτικὸν ἀνάγεται παρὰ τοῦ βασιλέως ἀξίωμα, ὁ δὲ μέγας δομέστικας ἐς τὸ τοῦ Καίσαρος, ὁ δὲ Καῖσαρ ἅμα τῷ πενθερῷ τοῦ δεσπότου ἐς τὸ τοῦ σεβαστοκράτορος. Georgius Logotheta in Chronico CP. : Ἀναγορευθεὶς οὖν Θεόδωρος βασιλικῶς ἐχρᾶτο τοῖς πράγμασι, δεσπότας τε προύβάλετο καὶ σεβαστοκράτορας. Coronæ jus habebat quæ tamen multum ab imperatoris differebat, ut scribit Anna Comnena, Alexiados III, p. 59 editionis primæ.

Σέκρετον secretum, secretarium. Andronicus Junior, in Diplomate pro Monembasiotis : Ἐν τῷ σεκρέτῳ τῆς βασιλείας μου. Vide ad Cedrenum.

Σελέντια κατηχητήριοι λόγοι· V. Meurs. *et Glossarium* nostrum ad Cdr.

Σέλλα sella. ἀστράβη, V. ad Cedr.

Σεντούκια κιβώτια, arcæ, scrinia. V. Meursium.

Σκάλα scala. P. 55 c, βαλέσθαι ξυλίνην κλίμακα. Codex GB σκάλαν, Moschopulus περὶ σχεδῶν. Κλίμαξ ἡ κοινῶς σκάλα. Cedrenus : Τῇ τῆς ἀκροπόλεως σκάλᾳ συνέτριψεν αὐτήν. Constantinus in Tact. Καὶ σκάλας ξυλίνας. Hodie σκαλί, et σκαλοῦνι scalæ gradus.

Σκαλώνειν appellere V. Meurs. Glossarium, *et* notas ejusdem ad Constant. De admin. *imp.* cap. 9.

Σκίγκος perna p. 206 d. V. Meursium.

Σκλάβοι ὠνητοί, *esclaves* pag. 58. Joannes Cantac. IV, 14 : Ἐξ ὧν ἔχει ἀφ' ἡμῶν σκλάβων. Hinc σκλαβοῦν, in servitutem redigere. Cyrillus patriarcha CP. contra Jud. : Καὶ τότε ἐσκλαβώθη ὁ Ἰεζεκιὴλ ὁ προφήτης, καὶ ἐτούταις αἱ δύο σκλαβείαις δὲν ἦσαν τόσον βαρείαις. Auctor GB : Τοὺς δὲ ἄλλους κατεσκλάβωσαν. Et mox : Ὡς ἤκουσεν ὁ βασιλεὺς αὐθέντης ἡμῶν Πέρσίας τὸ πῶς ἔχασε τελῶς τὸ ἄνθος τοῦ φοσσάτου, καὶ ὅσους ἐσκλάβωσε καὶ ὅσους ἐσκότωσαν, οὐκ οἶδεν ὅτι δράσειε. Alii σθλάβους dicunt, ut Nicetæ,pag. 85 in Annotat. Astrampsychus : Καὶ ἀσθένειαν καρδίας, καὶ ἀπὸ γυναικὸς σθλάβων καὶ δούλων ζημίαν. Atque ita intelligendus videtur quod scribit Constantinus Porphyrog. De them. lib. II. them. 6 : Ἐσθλαβώθη δὲ πᾶσα ἡ χώρα. Hinc σθλαβογενῶν. Anna Comnena Alexiadis II: Καὶ μᾶλλον τῶν εἰρημένων δύο βαρβάρων σθλαβογενῶν, τοῦ τε Βορίλου φημὶ καὶ τοῦ Γερμανοῦ.

Σκουτάριον θυρεός, scutum p. 56 d. Glossarium ms. ; Ἀρτήτομος ὁ τελαμὼν ἤτοι ὁ λῶρος, ἐξ οὗ ἧρτηται τὸ βαλάντιον ἢ τὸ σκουτάριον ἢ ἕτερόν τι. Item, ἀσπὶς σκουτάριον. Vide ad Cedrenum.

Σκουτέλλιον scutella. V. Meursium.

Σοῦδα fossa. Constantinus in Tacticis : Ποίησον γύρωθεν σοῦδαν βαθεῖαν, et postea σοῦθαν ὀρύσσειν. Et De administ. imp. Ἐν ᾧ καὶ σοῦδαν οἱ παλαιοὶ ποιησάμενοι. Leo Grammaticus : Κόψας καὶ τὴν σοῦδαν πλατεῖαν.

Σουππέδιον suppedium, suppedaneum, ὑποπόδιον, scabellum quod pedibus subjicitur.

Σπαρτζάμια ἐπανυχένια ἀγλαΐσματα ἐκ τριχῶν συγκείμενα ἱππείων, p. 120 c.

Στούδιον monasterium ab Studio auctore ejus nuncupatum, cujus meminit Justin. Nov. 59 c. 6. Cedrenus : Ὁ τοῦ Στουδίου ἡγούμενος. Theophanes: Πλάτων καὶ Θεόδωρος ἡγούμενοι τῆς μονῆς τοῦ Στουδίου Anastasius ita vertit, *Plato et Theodorus hegumeni Studii.*

Στράτα strata, iter pag. 26. Glossarium ms. : Ὁδὸς ἡ στράτα. Auctor GB, Ἐκράτησας τῆς ξενητείας τὴν στράταν. Italice *strada*, et compositum διστράτον, bivium.

Σχολαρίκιον inutile. Gloss. ms. : Ἐνώτιον σχολαρίκιον.

T

Ταβελλίων tabellio. Procopius ἀνεκδοτ. pr 124 : Ὅνπερ ταβελλίωνα καλοῦσι Ῥωμαῖοι. Vide Glossarium Nomicum.

Ταβλίον κύβος, tabula, p. 358. Auctor GB : Καὶ τὰ ταυλία καὶ τὰ χαρτία καὶ ζάρια νὰ τὰ καύσουν. Glossarium ms. : Πεττοὶ τὰ βόλια ἐν οἷς ταβλίζουσι. Lege ταβλία. Dicebant et τάβλην, ut in Agathiæ Scholastici epigrammate Antholog. lib. I, cap. 61 : Ταύλην φεύγετε πάντες.

Ταβλισμὸς stuprum. Vide Meursium.

Ταξίδιον vel ταξείδιον. Leo Grammaticus : Ἀφόβως συνεξελθεῖν μετ' αὐτῶν ἐν τῷ ταξειδίῳ. Vide Glossarium Cedreni.

Ταρίδες dromones. P. 347 d δρομώνων ἱππαγωγῶν. Codex GB ταρίδων.

Τένδα aut τέντα tentorium, tabernaculum, papilio. P. 240 b, τὴν σκηνὴν εἰσιών. Codex GB τένταν. Leo Tact. cap. 5, § 9 : Φροντίσεις δὲ καὶ ἑτοιμάσεις καὶ τὰς λεγομένας τένδας καὶ ἀτεγείας, *tendas et ategias.* Ategiæ sunt καλύβαι, σκηναί. Josephus ἁλ. 6, ὁ. 31 : Ἐπεὶ σκηνοποιεῖσθαι πάντας ἔθος τῷ Θεῷ. Rufinus Aquileiensis ita vertit lib. VII, cap. 12 : *Quoniam ategias in honorem Dei componi in templo ab omnibus mos est.* Sic legendum. Constantinus Tact. p. 12 et 44 : Theophanes in Theodosio. Leo Grammaticus : Καὶ κατελθὼν εἰς τὴς τοῦ Καίσαρος τένταν. Gloss. Juris : Τένδα τὸ σφαιρικὸν διετεταμένος ὕφασμα· τένδω γὰρ τὸ διατείνω. Promiscue igitur τένδα vel τέντα. Sic Galli *tente*, Itali *tenda.*

Τετραρεῖαι pag. 119, sed Meursius legit πετραρεῖαι. Sunt autem petrariæ machinæ bellicæ.

Τετράς dies Mercurii. Petrus Alexandrinus, can. 15 : Τετράδι γὰρ καὶ παρασκευῇ νηστευτέον, *die Mercurii et Veneris jejunandum.*

Τζαγγάτορες sagittarii, est enim τζάγγρα arcus p. 53 a. Idem p. 87, ἐκηβόλοι Ῥωμαῖοι Cod. GB, μετὰ ζαγγρῶν. Joannes Cantacuzenus, Hist. lib. I, cap. 3, p. 108 : Τῶν ἐκ τόξων Λατινικῶν τῶν λεγομένων τζαγγρῶν ἀφιέντων βέλη. Anna Comnena Alexiad. VIII : Τὸ μὲν οὖν ἀπὸ τῆς τζάγγρας βέλος ἐμπεσὸν εἰς τὸ ἄκρον τῆς κόρυθος, etc. Auctor GB, in Historica narrat. de Belisario : Τζάγγραις καὶ μπαλαιστρερίδες, τόξα καὶ τοξατόρους. Τζαγγροτοξάτας Nicetas vocat p. 348 a et 361 a.

Τζακισθῆναι θραυσθῆναι, sauciari, vulnerari, p. 123 d

Τζεφέτον aromatis genus. V. Meursium.

Τζουκούριον securis. V. Meursium.

Τούβλοι πλίνθοι ὀπταί, lateres cocti, V. Meursium in τούβουλα.

Τούφα τιάρα. Zonaras in Basilio Porphyrog

Τρεναίτιον fibula p. 69. V. in βούκλα.

Τυμπάνιον pilea mulierum Cpolitanarum tympani formam referentia. V. Meursium.

Υ

Ὑποκάμισον, P. 343 b, τὸν ἔσχατον χιτῶνα. Codex GB ὑποκάμισον. Codinus in παρεκβολαῖς· Καὶ τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ καὶ τὸ ὑποκάμισον βρακίον καὶ τό σρικτούριον καὶ τὸ φακεώλιον αὐτοῦ λαβών. Glossarium ms. : Ἐπενδύτης τὸ ἐσώτατον ἱμάτιον, ὃ ὑποκάμισον λέγεται. Vide supra in ῥοῦχον.

Φ

Φλάμουλον flamulum, vexillum, p. 300. Constantinus in Tacticis : Τὰ φλάμουλα ἑκάστης τούρμας ἢ δρούγγου ἰδίας χρόας ἔχειν. Basilius in Naumachicis : Ηροσθετέον δὲ τούτοις καὶ τριηραύλην καὶ κελευστήν· ἔστι δὲ ὁ μὲν ἱδρυκινάτωρ, ὁ δὲ ὁ τὸ φλάμουλον κατάχων. Sic legitur in Regio exemplari et φλαμουλίσκια apud eumdem Constantinum. Dicunt et φλάμμουρα vel φλάμουρα. Manuel Moschop. Περὶ σχεδῶν : Σημαῖα τὸ φλάμουρον, quamquam in alio codice legitur φλάμουλον, ut annotatur in variis. Auctor GB : Καὶ στήσασιν τὰ φλάμμουρα στὸν τεῖχον. Nisi forte legendum sit φλάμπουρα. Idem : Λοιπὸν αὐτοὶ Χριστιανοὶ ἀκρτεροῦν νὰ δοῦσιν σημάδην μέγα φλάμπουρον τὸν σταυρὸν τοῦ Κυρίου. Hinc φλαμπουριάρης. Auctor GB, in Historica narratione de Belisario : Καὶ ἡ σό ἦσε φλαμπουριάρης, flammularius. Verum nihil mutandum. Idem auctor : Ἔῤῥαξε τὸ καράβη, ἔστεσαν φλάμμουρα πολλά. Vide Glossarium ad Cedrenum.

Φεγγάριον luna. Vide Meursium.

Φόρεμα στολή, vestis. Concilium Florentinum sess. 16 : Φοφεμένοι πάντες. Vertunt : omnes cum sacris vestibus.

Φόρος ἀγορά, forum. In diplomate Andronici Junioris : τοῦ σπανίου τοῦ ἐν τῷ φόρῳ πωλουμένου. Occurrit passim.

Φουρκίζειν ἐπὶ σκόλοπος ἀπαιωρῆσαι, V. Harmenop. et Gl. ad Cedr. in φουλκίζειν.

Φωσσάτον ξενικόν. Purior textus ξενολογία. Externi milites. Φωσσάτον pro castris ex exercitu poni dudum observatum est. Idatius episcopus in Fastis consularibus : *Et ipso anno profectus est Valens Augustus ex urbe ad fossatum.* Anna Comnena Alexiad. VIII : Προσέταξεν διὰ παντὸς φωσσάτου διακηρυκεῦσαί τὸν ἐς τὴν αὔριον πόλεμον. Moschopulus, περὶ σχεδῶν· Φωσσάτον ὁ στρατός. Vide Gloss. ad Cedrenum. Hodie φουσσάτο dicunt.

Φρίριος frater, Gallicum frère.

Φροντιστήριον.. Joan. Cantac. I, 22 : Εἰς ἓν τῶν φροντιστηρίων. V. Suidam, et sup. in μοναστήριον.

X

Χαμαιζίκιον instrumenti musici genus. Meursius.

Χαμικηλάδες avium genus. Meursius.

Χαντάκια fossæ. H. 264, τοὺς διώρυκας. Codex GB χαντάκια.

Χαρτουλάριον. In puriore Græco χάρτουλάριον, chartularium, chartophylacium, scrinium.

Χαρτουλάριος chartularius. Vide Gloss. nostrum Nominicum in ea dictione.

Χερνιβόξυστον [583].

Χοιρομάνδριον συφεός, suile, hara.

Χρύσινος solidus, aureus. Theodoret. Hist. Eccl. II, cap. 13 : Ἀπέστειλε πεντακοσίους χρυσίνους αὐτῷ. Epiphan. Schol. ita vertit : *Quingentos solidos destinavit.* Trip. V, cap. 17. Josephus episcopus Metonens. in resp. ad libellum Marii Metropolitæ Ephesi : Τοῖς Φλορεντίνοις μηνύσας δανεῖσαι αὐτῷ τεσσαράκροντα χιλιάδας χρυσίνων. ἀπέστειλεν αὐτοῖς τὴν μίτραν αὐτοῦ ἐνέχυρον. Nicephorus Callistus, XI, 48 : Ὀγδοήκοντα χρυσίνους ἀπαιτεῖσθαι κελεύσας.

Χρυσόβουλλων. Aurea bulla. Pap. 34 c. Τράμμι ἐρυθροσήμαντον. Codex GB, χρυσόβουλλον. Imperator enim ei subscribebat cinnabari. Anna Comnena Alexiad. lib. VIII : Ἠαρὰ τοῦ αὐτοκράτορος χρυσόβουλλον λόγον ἐνσεσημασμένον διὰ κινναλάρεως, ὡς ἔθος, διὰ βασιλικῆς δεξιᾶς λαβών. Constant. *De* admin. imp. χρυσοβουλλίου χωρίς. Niceph. *Call.* lib. XIV, cap. 43. Vide Glossarium ad Codinum.

NICETÆ CHONIATÆ

MAGNI LOGOTHETÆ SECRETORUM, INSPECTORIS ET JUDICIS VELI, PRÆFECTI SACRI CUBICULI

THESAURUS

ORTHODOXÆ FIDEI.

AD CLARISSIMUM VIRUM D. JOANNEM A S. ANDREA, CARCASSONENSIS ECCLESIÆ DECANUM, P. MORELLII EPISTOLA.

Evici tandem, ornatissime vir, quod jampridem votis omnibus exoptabam, atque an umbilicum perduxi monodiam illam Michaelis Choniatæ, præsulis Atheniensis, qua Nicetæ fratris exsequias cohonestat. Ea certe, ut dicam quod res est, diu me suspensum tenuit, propter salebras illas pene continuas: cursumque hactenus remorata est, qua in Nicetæ Thesauro satis feliciter procedebam, quamvis in eo quoque libros aliquot, præsertim priores et posteriores non paucioribus salebris scatentes deprehenderim. Quæ me causa permovit, ut eos primo quoque tempore transcriberem, Latinoque sermone darem, ne si diutius differrem, a blattis ἀνηκέστως exederentur. Eos ad te mittere visum est, ornatissime vir, tanquam laboris, quem te auctore anno Christi 1560 suscepi, primitias; qui si arriserint, operæ dabo ut reliqui sigillatim subsequantur, justumque Thesauri librorum numerum, nempe 27 adimplent atque ita Nicetas ille, quem vel ex Annalibus, qui non ita pridem ab Oporino editi sunt, tanquam ex unguibus leonem, facile cognoscas, nunc tandem tuis auspiciis et sumptibus a tenebris vindicetur. Cujus beneficii nomine bona posteritas tibi gratias immortales habebit, ubi resciverit vetustissimum Thesauri Orthodoxiæ beati Nicetæ Choniatæ exemplar (ut quod a Niceta ipso descriptum sit) post auctoris mortem ad Michaelem Choniatem Atheniensium præsulem velut hæreditario jure transiisse, quo item mortuo in manus Theodori Scutariotæ Levitæ Cyziceni venisse, Cyziceni venisse, Cyzicoque a Turcis vastata in frequentissima illa καλοιερῶν ἁγιορειτῶν monasteria, quæ sunt in Atho monte, deportatum : atque inde tandem Lutetiam adductum, venaleque a Græco quodam expositum nullos aut paucos admodum emptores nactum (propter deformitatem nimirum, ut Æsopum illum fabulatorem olim) præter unum Joannem a Sancto Andrea, cujus e bibliotheca boni auctores, hodie præsertim Græci, non aliter exire possunt, atque ex equo Trojano boni milites, et ex Isocratis schola oratores exiisse ferruntur.

Certe tu de vetussimo illo exemplari idem subodoratus, quod Xanthus ille de Æsopo, pretium Græco numerasti, exemplarque mihi commissum evolvendum curasti, tandem deprehensa ἐπιγραφῇ non carbonum, ut in proverbio est, sed orthodoxæ fidei Thesaurum in paginis illis situ et squalore ita obductis,

ut nisi post multas vigilias legi potuerint, delitescere ostendit. Mox se index quoque aperit, seu clenchus, quo summa librorum Thesauri capita notantur, a Niceta ipso et compositus et scriptus, quemadmodum et libri omnes hujus operis, exceptis duobus ultimis, qui a Theodoro Scutariota scripti sunt, qui Monodiam quoque Michaelis scripsisse videtur. Theodori αὐτόγραφον ex appendice ad indicem libri 25 colligo.

Varia alia opuscula ut Alexii, Michaelis et Josephi Constantinopolitanorum patriarcharum, Eustathii et Germani, Nicænorum præsulum, Eustathii Romani, περὶ δύο ἀδελφῶν λαβόντων δύο ἀδελφάς, hoc est, de duobus fratribus duæ sorores ducentibus, Alexit Comneni imperatoris χρυσόβουλλος, *seu Aurea bulla*: *sacerdotis cujusdam ad Eliam Cretensen* περὶ προσκομιδῆς, etc. (quibus exemplar velut μυροθήκιον quoddam refertum est) quis transcripserit, nulla conjectura prorsus assequi possim. Idem de philosophico quodam Περὶ τῆς τῶν ψυχῶν εἰσκρίσεως, et Ecclesiastico de Armeniorum hæresi commentario, idem etiam de appendice illa sentio, quæ libro secundo adhæret : cum tamen ad 25 pertineat, ut ex verbis pauculis Scutariotæ indici Nicetæ additis videre est, qui appendicem illam quæ antea desiderabatur in fine 25 libri alicubi repertam se attexuisse affirmat.

Jam ut pauca de vita obiter addam, quæ tum ex monodia Michaelis, tum Thesauro ipso colligere potui.

Colossæ Asiatica illa civitas quam B. Pauli Epistola nobilitavit, hoc Choniatarum fratrum par Michaelem et Nicetam tulisse videtur, ut colligo ex capite 22 libri IV, ubi in τέσσαρες καὶ δεκατῶν hæreseos antithesi Pauli locum ex epistola ad Colossenses citaturus, ita scribit : Ὡς ὁ Παῦλος ἐν τῇ πρὸς τοὺς πατριώτας μοι Κολοσσεῖς ἐπιστολῇ θεολογεῖ. Ut taceam quod Choniates Colossensem significare videatur, quæ enim civitas Colossæ olim, postea mutato nomine Χῶναι dicta est, ut in manuscripto quodam lexico legi, quod D. Vascosanus typographus de litteris et litterariis optime meritus inter multa alia vetustissima exemplaria habet, manibus cujusdam ex Michaelis Pselli auditoribus descriptum. In eo sic ad verbum habetur : Κολλασσαὶ, πόλις Φρυγίας, αἱ νῦν λεγόμεναι Χῶναι, ὅθεν καὶ Κολασσαεῖς.

Michael Choniates natu major a patre ex Asia Byzantium deductus est, ubi cum post prima litterarum tirocinia majoribus disciplinis animum ita excoluisset, ut jam inter professores censeretur, Nicetam fratrem parvulum, ut qui novem annos natus esset, et ipsdm a patre deductum litteris et moribus informandum accepit, quod tanta cura, studio et labore perfecit, ut Nicetas artes omnes quæ sunt in disciplina mediocriter edoctus, temporum successu ad tantum dignitatis fastigium conscenderit, ut nec Michaelem fratris et discipuli, nec patriam civis Nicetæ pœniteret. Tandem vero cum Michaelem pontificem Athenæ sortitæ essent, Nicetas in scribarum imperatoriorum numerum, imperante tum Manuele Comneno, allectus est.

Verum, proh dolor! ea in tempora inciderunt, quæ virtuti illorum nè emergeret, multum obstare videbantur, quibus Constantinopolitanum imperium principum plus quam tragicis sceleribus inclinari cœperat, Andronici præsertim Comneni tyrannide, qui Alexio nepote 13 agente annum clam interfecto, imperium invaserat. Hujus tyrannidem fugiens Nicetas ad juris civilis studium secessit, in quo ita promovit, ut quadriennio post cum parricidam Andronicum prœlio fusum Isaacius Angelus populi ludibriis exposuisset, camelæque scabiosæ impositum circumvectumque ignominiose occidi jussisset, Constantinopolim velut postliminio reversus est, brevique ad majores bonorum gradus evectus, quibus continua imperatorum serie perfunctus est, ad ea usque tempora quibus in Gallorum Venetorumque manus imperium Constantinopolitanum recidit.

Constat enim (ut historiam continua rerum gestarum serie deducam) Isaacium Angelum æquissimum principem ab Alexio minore fratre oculis privatum fuisse (per summum scelus eum excæcante, a quo magna pecunia redemptus e Turcicis manibus fuerat), atque adeo carceribus detentum donec Alexius Isaaci filius opem Balduini Flandri, Gallorum Venetorumque principum imploraret, pactus 3000 marcas auri commeatusque copiam, si aut ipse solus, aut cum patre Isaacio carceribus tum detento imperium recuperaret.

Galli principes tam insigni casu moti Byzantium, fracta catena quæ ab urbe ad Peram extenditur, expugnant, fugienteque Alexio fratricida Isaacium liberant, et Alexium post subitam patris mortem (squalore enim carceris obsitus, purum liberumque cœlum ferre non potuerat) imperatorem dicunt. Hunc quoque paulo post Mursyphus quidam (vel, ut alii, *Myrtilus*) ignobilis fraude innocentem occidit, qui tyrannus cum frustra a se hostibus opposuisset, amissa tandem urbe Constantinopoli sub noctem mediam cum uxore, pellicibus et thesauro clam aufugit, pauloque post in Peloponneso captus et in urbem retractus interficitur. Urbs itaque anno Christi 1202 Francis et Venetis ea lege cessit, ut Galli Cæsarem Gallum, Veneti patriarcham Venetum darent. Illi Balduidum Flandrum, hi Thomam Maurocenum ex pacto dederunt. Reliquiæ Græcorum Latini nominis odio Adrianopolim secesserunt, ibique The-

odorum Lascarin, Alexii generum, qui eam civitatem nomine dotis acceperat, imperatorem elegerunt, quam cum Galli capere conarentur, captus est Balduinus, et mortuus exacto imperii anno.

Et hæc est illa clades, quam a Latinis perpessam Græciam toties conqueritur in Monodia Michael Choniates, quo quidem tempore Athenis quoque expugnatis beatæque Mariæ templo exterso, electus est in insulam Coo, ad Prodromi monasterium. Nicolas antea expugnata a Latinis Constantinopoli, virgineque illa Bellissariotide e manibus hostis erepta, quam postea duxit uxorem (cujus facinoris ergo Michael eum Abrahamo, Isaaco, Davidi, Levi et Simeoni præfert, ipsique Christo, ὑπερβολικωτέρως sane, comparem facit), Nicæam, quæ Bithyniæ metropolis est, se contulerat, ubi quod supererat vitæ litterario otio impenderet. Quod quidem quanta diligentia laboreque præstiterit testantur, æternumque testabuntur divinæ lucubrationes, quas in hoc opus vere aureum congessit, tantoque artificio ab ipsis Adami primordiis ad sua usque tempora deduxit, ut hæreseon quæ inter Judæos Græcique philosophos ante Christum natum exarserunt, et a Christo nato inter eos qui cum ex diametro dogmatibus Christi adversarentur, Christiani tamen, non secus atque veteres illi Socratici haberi contendebant, quasi hypotyposin quamdam posteritati consecrarit : qua consulta, si quod aliquando dubium de rebus divinis suboriatur, possit statim videre utram in partem deflectendum sit. Hoc argumento multi, fateor, ante Nicetam scripserunt, sed Niceta, si errorem de Spiritus sancti processione demas (quem contra Latinos mordicus tuetur) felicius nullus. Hic enim præterquam quod ex auctoribus profanis Græcorum hæreses, Judæorum ex sacris Bibliis, Christianorum ex ecclesiasticis scriptoribus, Dionysio Areopagita, Athanasio, Eusebio, Tertulliano, Epiphanio, Irenæo, Chrysostomo, Basilio, Philostorgio, Theodoro Mopsuesteno, Socrate, Sozomeno, Theodorito, Gregoriis, Photio, Damasceno, Cyrillo, Euthymio, Eustathio, Nicolao Methonensi, Maximo, Amphilochio, Thoma Indicopleusta, Leone, etc., tanquam mel apes variis ex floribus in hanc floridissimam anthologiam collegit, antitheses quoque subjecit, quibus plumbei hæreticorum pugiones nullo negotio retunduntur. Superest, vir ornatissime, ut ex hoc quasi diverticulo in viam rediens, etiam atque etiam te regem atque obtester, ut has Thesauri tui primitias, primamque meam in Græcis vertendis experientiam boni consulas, nam vel proverbio συγγνώμη πρωτοπείρῳ, sic enim ad reliquos Nicetæ libros tibi, et per te piis omnibus consecrandos alacrior accedam.

Vale, vir clarissime.

Lutetiæ, ex doctissimi juxta et humanissimi viri D. Michaelis Vascosani typographia, ad Idus Octobris 1561.

ANGELO MAI MONITUM.

(Spicil. Rom. tom. IV).

Nicetæ Choniatæ, sæculis Christi XII *et* XIII *clari, Thesaurus orthodoxæ fidei, ab eo post occupatam Latinis Constantinopolim in exsilio compositus, satis philologis notus erat. Nam et Montfauconius in Græca Palæographia, et Fabricius B. G. T. VI ed. vet., necnon in nov. T. VII; item Bandinius in Codd. Gr. Laurent. V. I, et in Monum. Eccl. Gr. T. III; Cavæus insuper aliique, doctum hoc atque exoptatum Nicetæ opus commemoraverunt. Bene tamen de eo præ cæteris meriti sunt Montfauconius, qui XXII librorum (id est totius operis) argumenta protulit, ex eoque Fabricius repetivit ; multoque magis Petrus Morellius, a quo quinque priores libri Latine vulgati fuerunt ; denique Bandinius qui in monum. indicem auctorum operumque construxit, quibus Nicetas in Thesauro utitur.*

Quæ cum ita se haberent, dolui equidem tam utilis operis vix cæptum, et quidem Latine tantummodo, editionem ; neque tamen meipsum vel vires vel otium hortabantur, ut tantum onus laboremque susciperem: quanquam in mss. codicibus (mirum dictu !) ipsissimum Morellii apographum Græce et Latine ad me e Gallia olim delatum vidi, cujus is, ut dixi, nonnisi minimam partem edidit ; ejusdem vero operis longe antiquius exemplar nanciscebar in bombycinis chartis paulo post auctoris ætatem scriptum, sed multo strictim ac more excerptorum, ejusmodi alterum codicem bibliotheca Bodleiana retinet, teste Fabricio. Decrevi itaque notabiliora saltem excerpta ex Vaticanis codicibus Græce excitare, capto initio a Morellianæ editionis fine, nimirum a sexto libro, qui, ut cognoscimus ex Montfauconii summariis, in Macedonii præsertim hæresi versabatur.

INDEX LIBRORUM XIV

QUIBUS CONSTAT

NICETÆ CHONIATÆ THESAURUS ORTHODOXÆ FIDEI.

Τόμος πρῶτος.

Ἐν τῷ πρώτῳ τόμῳ τὸ προοίμιον. Εἶτα περὶ Ἀδὰμ καὶ τινων ἀρχαίων ἀνδρῶν εὑρόντων τὰς εἰκονουργίας. Περὶ τῶν Ἑλληνικῶν μυστηρίων. Περὶ Πυθαγόρου καὶ Πλάτωνος, καὶ ἑτέρων φιλοσόφων καὶ τῶν δοξῶν αὐτῶν. Περὶ τῶν τεσσάρων στοιχείων. Περὶ οὐρανοῦ καὶ γῆς, τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου, τῶν ἀπλανῶν καὶ πλανητῶν ἀστέρων. Περὶ κομητῶν, ἴριδος, πάχνου, παρηλίων, τῶν σεισμῶν, τῶν ἀνέμων, καὶ τῶν πρηστήρων. Καὶ ἔκτοτε περὶ Ἰουδαϊσμοῦ. Περὶ τῶν Χρυσῶν δαμάλεων τοῦ Ἱεροβοάμ. Περὶ Σαμαρειτῶν. Περὶ Ἐσσηνῶν καὶ ἄλλων τινῶν αἱρεσιαρχῶν· περὶ Σαδδουκαίων, Γραμματέων, Φαρισαίων ἡμεροβαπτιστῶν, καὶ Ἡρωδιανῶν.

A

Tomus primus.

In primo libro proœmium. Deinde de Adamo, et de quibusdam antiquis viris qui simulacrorum fictionem adinvenerunt. De mysteriis Græcorum, De Pythagora et Platone, deque aliis philosophis, ac de eorum opinionibus. De quatuor elementis. De cœlo et terra. De circulo Zodiaci. De stellis fixis et de errantibus. De cometis. De iride, de pruina, de Pareliis, de terræ motibus, de ventis, de Presteribus. Deinde autem de Judaismo. De Essenis et aliis quibusdam hæresiarchis. De Sadducæis, de Scribis, Pharisæis, Hemerobaptistis, Herodianis.

Τόμος δεύτερος.

Ἐν τῷ δευτέρῳ τόμῳ, περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος διαφόρων αἱ χρήσεις. Ἔπειτα, περὶ ἀγγέλων. Περὶ ἀνθρώπων. Διάφοροι δόξαι περὶ νοῦ καὶ ψυχῆς, καὶ ἔκτοτε περὶ ἀρετῶν.

B

Tomus secundus.

In secundo tomo, de sancta Trinitate variorum loca. Deinde de angelis. De hominibus. Diversæ sententiæ de intellectu et anima. Postea de virtutibus.

Τόμος τρίτος.

Περὶ φωνῶν προφητῶν, δηλουσῶν τὴν ἐν σαρκὶ παρουσίαν τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τὸ διὰ σταυροῦ πάθος, καὶ τὴν ἀνάστασιν. Περὶ τῆς συλλήψεως καὶ τῶν δύο φύσεων τοῦ Χριστοῦ. Περὶ Ἐνυποστάτων, περὶ Ὁμοουσίων, περὶ Ὁμοϋποστάτων, περὶ ὑποστατικῆς ἑνώσεως καὶ διαφορᾶς. Περὶ προσώπων. Περὶ φύσεως. Περὶ φθορᾶς· περὶ φθαρτοῦ καὶ ἀφθάρτου. Ἔκτοτε, χρήσεις τῶν ἁγίων περὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας. Περὶ τοῦ τρόπου τῆς ἀντιδόσεως. Περὶ τοῦ ὅτι πᾶσα ἡ θεία φύσις ἐν μιᾷ τῶν ἑαυτῆς ὑποστάσεων ἡνώθη τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, καὶ οὐ μέρος μέρει· καὶ ἕτερα διάφορα καθεξῆς περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ.

C

Tomus tertius.

De vocibus prophetarum, Filii Dei in carne adventum declarantibus, necnon crucis passionem et resurrectionem. De conceptione et duabus naturis Christi. De Enhypostatis, de Consubstantialibus, de Homohypostatis, aut simul hypostatis, de hypostatica unione et differentia. De Personis. De natura. De corruptione : de corruptibili et incorruptibili. Postea loca Sanctorum de œconomia in carne, sive de incarnatione. De (1) modo retributionis. Quod tota natura divina in una ex suis hypostasibus unita sit humanæ naturæ, non autem pars parti : et alia varia post hæc de incarnatione Filii Dei.

Τόμος τέταρτος.

Ἐν τούτῳ κεῖνται πᾶσαι αἱ παλαιαὶ αἱρέσεις αἱ ἀναφανεῖσαι μέχρι τῆς Ἀρείου αἱρέσεως. Ἐγράφη καὶ πρώτη ἡ τοῦ Σίμωνος αἵρεσιν καὶ ἡ ἐπ' αὐτὴν ἀντίῤῥησις. Δευτέρα ἡ τῶν Νικολαϊτῶν. Τρίτη ἡ τῶν Καρποκρατιανῶν. Τετάρτη ἡ τοῦ Βαλεντίνου. Πέμπτη ἡ τοῦ Πτολεμαίου, ἕκτη ἡ τοῦ Μάρκου. Ἑβδόμη ἡ τῶν Ἀσκοδρούγων. Ὀγδόη ἡ τοῦ Κολορβάσου. Ἐννάτη ἡ τῶν Ὀφιτῶν, Λεκάτη ἡ τοῦ Προδίκου. Ἐνδεκάτη ἡ τῶν Καϊνῶν. Δωδεκάτη ἡ τῶν Σηθιανῶν. Τρισκαιδεκάτη ἡ τῶν Ἀρχοντικῶν.

D

Tomus quartus.

In hoc habentur omnes veteres hæreses quæ usque ad Arii hæresim emerserunt. Prima vero Simonis hæresis describitur, eum ejus refutatione. Secunda, Nicolaitarum, Tertia, Carpocratianorum, Quarta, Valentini, Quinta, Ptolemæi. Sexta, Marci, Septima, Ascodrugorum, Octava, Colorbasi, Nona. Ophitarum, Decima, Prodici. Undecima, Cajanorum. Duodecima, Sethianorum. Decima tertia, Archonticorum. Decima quarta, Cerdonis et Marcionis. Decima quinta Luciani. Decima sexta, Apellis.

(1) Id est, *de ratione communicationis idiomatum.*

Decima septima, Severianorum. Decima octava, Tatiani. Decima nona, Encratitarum. Vigesima, Montanistarum. Vigesima prima, Quintillianistarum, Priscillianistarum, Pepuzitarum et Artotyritarum. Vigesima secunda, Tessarescædecaticarum, sive Quartodecimanorum. Vigesima tertia Alogorum ut vocant. Vigesima quarta Adamianorum. Vigesima quinta, Sampsæorum et Elcesæorum. Vigesima sexta, Theodotianorum. Vigesima septima, Noeti et Novati. Vigesima octava, Sabellii. Vigesima nona, Marcelli. Trigesima, Valesianorum, sive Valentianorum. Trigesima prima, Origenis, ubi quædam de anima, et enarratio dicti hujusmodi : *Cujusque opus quale sit, ignis probabit* [1]. Trigesima secunda, Pauli Samosateni. Trigesima tertia, Manichæorum et Cubricorum. Trigesima quarta, Hieracitarum. Trigesima quinta, Collyridianorum. Trigesima sexta, Massalianorum, sive Enchitarum : ubi enumeratio impiorum dogmatum ejusdem hæresis. Trigesima septima, Corinthianorum. Trigesima octava, Iceticorum. Trigesima nona, Gnosimachorum. Quadragesima, Thnetopsychitarum. Quadragesima prima, Chrystolytorum. Quadragesima secunda, Ethnophronorum, sive eorum qui cum Ethnicis sentiunt. Quadragesima tertia, Parermeneutarum, sive eorum qui prave Scripturas interpretantur. Quadragesima quarta, Meletianorum.

A Τεσσαρεσκαιδεκάτη ἡ τοῦ Κέρδωνος καὶ Μαρκίωνος. Πεντεκαιδεκάτη ἡ τοῦ Λουκιανοῦ. Ἐξκαιδεκάτη ἡ τοῦ Ἀπελλῆ. Ἑπτακαιδεκάτη ἡ τῶν Σεβεριανῶν. Ὀκτωκαιδεκάτη ἡ τοῦ Τατιανοῦ. Ἐννεακαιδεκάτη ἡ τῶν Ἐγκρατιτῶν. Εἰκοστὴ ἡ τῶν Μοντανιστῶν. Εἰκοστὴ πρώτη ἡ τῶν Κυντιλιανῶν καὶ Πρισκιλιανῶν, καὶ Πεπουζιτῶν, καὶ Ἀρτοτυριτῶν. Εἰκοστὴ δευτέρα ἡ τῶν Τεσσαρεσκαιδεκατιτῶν. Εἰκοστὴ τρίτη ἡ τῶν λεγομένων Ἀλόγων. Εἰκοστὴ τετάρτη ἡ τῶν Ἀδαμιανῶν. Εἰκοστὴ πέμπτη ἡ τῶν Σαμψαίων καὶ Ἐλκεσαίων. Εἰκοστὴ ἕκτη ἡ τῶν Θεοδοτιανῶν. Εἰκοστὴ ἑβδόμη ἡ τοῦ Νοήτου καὶ τοῦ Ναυάτου. Εἰκοστὴ ὀγδόη ἡ τοῦ Σαβελλίου. Εἰκοστὴ ἐννάτη ἡ τοῦ Μαρκέλλου. Τριακοστὴ ἡ τῶν Οὐαλησίων. Τριακοστὴ πρώτη ἡ τοῦ Ὠριγένους, ἐν ᾗ καὶ περὶ ψυχῆς τινα, καὶ

B ἐξήγησις τοῦ ἀποῤῥήτου ὅ φησιν, Ἑκάστου τὸ ἔργον ὁποῖόν ἐστι, τὸ πῦρ δοκιμάσει. Τριακοστὴ δευτέρα ἡ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως. Τρισκοστὴ τρίτη ἡ τῶν Μανιχαίων καὶ Κουβρίκων. Τριακοστὴ τετάρτη ἡ τῶν Ἱερακιτῶν. Τριακοστὴ πέμπτη ἡ τῶν Κολλυριδιανῶν. Τριακοστὴ ἕκτη ἡ τῶν Μασσαλιανῶν ἤτοι Εὐχιτῶν, ἐν ᾗ καὶ ἀπαρίθμησις τῶν ἀσεβῶν δογμάτων τῆς αὐτῆς αἱρέσεως. Τριακοστὴ ἑβδόμη ἡ τῶν Κηρινθιανῶν. Τριακοστὴ ὀγδόη ἡ τῶν Ἰκιτῶν (2) (Ἱκετικῶν). Τριακοστὴ ἐνάτη ἡ τῶν Γνωσιμάχων. Τεσσαρακοστὴ ἡ τῶν Θνητοψυχιτῶν. Τεσσαρακοστὴ πρώτη ἡ τῶν Χρυσολυτῶν. Τεσσαρακοστὴ δευτέρα ἡ τῶν Ἐθνοφρόνων. Τεσσαρακοστὴ τρίτη ἡ τῶν Παραρμηνευτῶν. Καὶ τεσσαρακοστὴ τετάρτη ἡ τῶν Μελιτιανῶν.

Tomus quintus.

In hoc tomo, primum de Ario, unde prodierit, de statura et moribus ejus, de impiis ejusdem dogmatibus : de synodo, quæ illius causa Nicææ habita est ; de subversione et damnatione ejus : atque ibidem memoria synodi Ariminensis ; similiterque de synodo Seleuciæ celebrata. Deinde refutatio ejus a nobis adornata. Postea enarratio de rebus Aetii et Eunomii. Deinceps capita, quibus (Eunomius) probare nititur, Filium post Patrem ortum et creaturam esse. Sub hæc propositiones quædam hæreticæ Aetii et Eunomii, earumque refutationes a nobis conscriptæ : et postea loca sanctorum Patrum.

C

Τόμος πέμπτος.

Ἐν τῷ τοιούτῳ πρῶτον περὶ τοῦ Ἀρείου, ὅθεν ὥρμηται, καὶ περὶ τῆς ἡλικίας καὶ τοῦ ἤθους αὐτοῦ, καὶ τῶν ἀσεβῶν δογμάτων, καὶ τῆς ἐν Νικαίᾳ δι' αὐτὸν συστάσης συνόδου, καὶ τῆς καταστροφῆς αὐτοῦ. Ἐν ταύτῳ δὲ καὶ μνεία τῆς ἐν Ἀριμήνῳ γενομένης συνόδου, ὡσαύτως καὶ τῆς ἐν Σιλευκείᾳ τῆς Ἰσαυρίας. Ἔκτοτε πρὸς ταῦτα ἡμετέρα ἀντίθεσις. Ἐκ δὲ τούτου διήγησις τῶν κατὰ Ἄετιον, καὶ τὸν Εὐνόμιον. Καὶ ἐφεξῆς κεφάλαια δι' ὧν σπουδάζεται δεῖξαι τὸν Υἱὸν ὑστερογενῆ τοῦ Πατρὸς καὶ κτίσμα. Καὶ μετὰ ταῦτα θέσεις τιδὲς τοῦ Ἀετίου καὶ τοῦ Εὐνομίου αἱρετικαί, καὶ ἀνατροπαὶ τούτων συγγραφεῖσαι παρὰ ἡμῶν. Καὶ μετὰ ταῦτα αἱ χρήσεις τῶν ἁγίων.

D

Tomus sextus.

De Macedonio Pneumatomacho, sive Spiritus sancti hoste. In hoc tomo iterum memoratur Arius et ejus asseclæ ; tum duo Eusebii, Nicomediensis videlicet et is, qui in Cæsarea Palæstinæ : de S. Athanasio : de S. Paulo confessore. De synodo Sardicensi. De restitutione Macedonii in thronum Constantinopolitanum, et de ejus in sanctam Trinitatem blasphemis dictis, maximeque in sanctum Spiritum. Deinde autem enarratio, quo-

Τόμος ἕκτος.

Περὶ Μακεδονίου τοῦ πνευματομάχου. Ἐν δὲ τῷ τοιούτῳ τόμῳ μνεία πάλιν τοῦ Ἀρείου καὶ τῶν συμφρόνων αὐτῷ, καὶ τῶν δύο Εὐσεβίων τοῦ τε τῆς Νικομηδείας καὶ τοῦ τῆς ἐν Παλαιστίνῃ τῆς Καισαρείας, τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου, καὶ τοῦ ἁγίου Παύλου τοῦ ὁμολογητοῦ. Περὶ τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου. Περὶ τῆς εἰς τὸν θρόνον τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἀποκαταστάσεως τοῦ Μακεδονίου, καὶ τῶν εἰς τὴν ἁγίαν Τριάδα βλασφημιῶν αὐτοῦ, ἐξαιρέτως δὲ εἰς τὸ

[1] I Cor. III. 13.

(2) Confer. Damascen. c. 87, de hæres. e Philone De Therapeutis.

Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ καθεξῆς διήγησις, ὅπως συνέστη ἡ δευτέρα σύνοδος, καὶ περὶ τῶν κυρωθέντων παρὰ αὐτῆς· καὶ τῆς παραιτήσεως τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου τῆς ἐπὶ τῷ θρόνῳ Κωνσταντινουπόλεως. Καὶ μετὰ ταῦτα αἱ χρήσεις τῶν ἁγίων αἱ περὶ τοῦ ὁμότιμον εἶναι τὸ Πνεῦμα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Λόγῳ ἐκφωνηθεῖσαι.

Τόμος ἕβδομος.

Περὶ τοῦ βίου καὶ τῶν αἱρέσεων τοῦ Ἀπολλιναρίου, καὶ τῶν ἀνατρεπόντων αὐτὰς ῥημάτων τῶν ἁγίων καὶ θεοφόρων ἡμῶν Πατέρων.

Τόμος ὄγδοος.

Περὶ τοῦ βίου καὶ τῆς αἱρέσεως Νεστορίου, καὶ τῶν θεοπλόκων ῥημάτων τοῦ ἁγιωτάτου Πάπα Ἀλεξανδρείας Κυρίλλου, τῶν ἀνατρεπόντων τὴν τοιαύτην αἵρεσιν.

Τόμος ἔννατος.

Διήγησις τῶν κατὰ τὸν Εὐτυχῆ καὶ τῆς αὐτοῦ αἱρέσεως· καὶ ὅρος τῆς κατὰ τοῦ τοιούτου Εὐτυχοῦς συγκροτηθείσης ἁγίας τετάρτης συνόδου. Εἶτα περὶ τῶν ἀντιλαμβανομένων τοῦ Διοσκόρου, ὃς πατριάρχης ἦν Ἀλεξανδρείας, συγκαθῃρέθη δὲ τῷ Εὐτυχεῖ ὡς ὁμόφρων περὶ τῶν αἱρέσεων, εἰς ἃν (3) οὗτοι διῃρέθησαν, διακρινομένους ἑαυτοὺς ὀνομάσαντες. Ἐν ταύτῃ δὲ τῇ διηγήσει, καὶ περὶ τῶν λεγομένων Ἀκεφάλων τινὰ, καὶ μνεία Ἰωάννου γραμματικοῦ τοῦ λεγομένου Φιλοπόνου. Καὶ ἔκτοτε προβλήματά τινα τῶν Μονοφυσιτῶν, καὶ πρὸς ταῦτα ἀντίῤῥησις μία. Καὶ ἐφεξῆς ἡ ἐπιστολὴ τοῦ Λέοντος τοῦ ἁγιωτάτου Πάπα Ῥώμης, ἡ πεμφθεῖσα πρὸς τὴν τετάρτην σύνοδον.

Τόμος δέκατος.

Περὶ τῆς πέμπτης συνόδου, ἥτις τὴν τετάρτην σύνοδον ἐκύρωσε καὶ ἐκράτυνε, συγκροτηθεῖση ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ. Ἐν δὲ τῇ διηγήσει τῆς τοιαύτης συνόδου, καὶ τοῦ ὅπως συνεκροτήθη, ἐμφέρεται ἡ αἵρεσις τῶν Μονοφυσιτῶν, ἐν μέρει δὲ καὶ τῶν Νεστοριανῶν. Ἔκτοτε ψῆφος Ἐπιφανίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τῆς ἐνδημούσης συνόδου κατὰ Σεβήρου καὶ Ζωόρα καὶ Πέτρου τῶν Μονοφυσιτῶν. Ἑτέρα ψῆφος Μηνᾶ πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως κατὰ τῶν αὐτῶν. Ἀναθεματισμοὶ Ἀνθίμου μητροπολίτου Τραπεζοῦντος Μονοφυσίτου ὄντος. Ἑτέρα ψῆφος τοῦ αὐτοῦ πατριάρχου καθαιρετικὴ τοῦ αὐτοῦ Ἀνθίμου. Ἔκτοτε διάταξις Ἰουστινιανοῦ βασιλέως κατὰ Ἀνθίμου, Σεβήρου, Πέτρου, καὶ Ζωόρα. Ἐπιστολὴ Ἰωάννου Ἱεροσολύμων καὶ τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐπισκόπων δεχομένη τὰ κατὰ Σεβήρου ψηφισθέντα, καὶ μετὰ ταῦτα χρήσεις διάφοροι τῶν ἁγίων, κατὰ τῶν Μονοφυσιτῶν.

Τόμος ἑνδέκατος.

Κατὰ Τριθειτῶν,

Τόμος δωδέκατος.

Κατὰ τῶν Ἀφθαρτοδοκητῶν.

modo secunda synodus congregata fuerit, et de definitionibus ac decretis ejusdem : de abdicatione throni Constantinopolitani per sanctum Gregorium Theologum. Demum loca sanctorum Patrum, quod pari honore adficiendus sit Spiritus sanctus, ac Pater et Filius.

Tomus septimus.

De vita et hæresibus Apollinarii : et sanctorum deiferorumque Patrum dicta, quibus illæ confutantur et evertuntur.

Tomus octavus.

De vita et hæresi Nestorii ; deque dictis divinis, quibus sanctissimus Papa Alexandriæ Cyrillus hujusmodi hæresim evertit.

Tomus nonus.

Enarratio de rebus Eutychis et de hæresi ejus : ac decretum quartæ sanctæ synodi contra eumdem Eutychen. Postea de iis, qui Dioscoro Patriarchæ Alexandrino patrocinabantur, qui cum Eutyche, utpote earumdem hæresium assertor, condemnatus est, donec ii etiam divisi sunt, sese Diacrinomenos, id est segregatos, appellantes. In hac vero narratione quædam de iis, qui Acephali vocabantur, et mentio Jannis Grammatici, qui Philoponus appellabatur. Postea vero problemata quædam Monophysitarum : et ad hæc antirrheticus unus. Demum Epistola Leonis sanctissimi Papæ Romani ad quartam synodum missa.

Tomus decimus.

De quinta synodo, quæ quartam synodum confirmavit et asseruit, quæque imperante Justiniano coacta est. In narratione autem de illa synodo, et quomodo collecta fuerit, inseritur hæresis Monophysitarum, atque etiam ex parte Nestorianorum. Deinceps decretum Epiphanii patriarchæ Constantinopolitani, et synodi ibidem congregatæ contra Severum, Zooram et Petrum Monophysitas. Alterum decretum Mena patriarchæ Constantinopolitani contra eosdem. Anathematismi Anthimi metropolitæ Trapezuntini, qui Monophysita erat. Alterum decretum ejusdem patriarchæ, quo damnabatur Anthimus : post hæc constitutio Justiniani imperatoris contra Anthimum, Severum, Petrum, et Zooram. Epistola Joannis Jerosolymitani et episcoporum, qui sub ipso erant, qua decreta contra Severum recipiuntur. Demum loca varia sanctorum Patrum contra Monophysitas.

Tomus undecimus.

Contra Tritheitas.

Tomus duodecimus.

Contra Aphthartodocetas.

(3) Pro ἕως ἂν.

Tomus decimus tertius.

Contra Theopaschitas.

Tomus decimus quartus.

Contra Agnoitas : ubi post loca sanctorum Patrum, alia quædam ad hujusmodi hæresim subvertendam a nobis insuper adjiciuntur.

Tomus decimus quintus.

De sexta synodo, quæ congregata fuit imperante Constantino Pogonato, ad destruendam hæresim Monothelitarum.

Tomus decimus sextus.

De Iconomachorum hæresi.

Tomus decimus septimus.

De hæresi Armenorum, quæ Monophysitis conjungitur. Ibi est procœmium nostrum, et quædam solutiones ad objecta Armenorum. Deinde rescriptum imperatoris Domini Mannelis ad Catholicum Armeniæ. Dialogus Theoriani cujusdam legati ejusdem imperatoris, in Armeniam missi, cum eodem Catholico. Postea autem loca variorum Sanctorum contra eamdem hæresim. Denique capita quædam syllogistica a nobis collecta contra eam ipsam hæresim.

Tomus decimus octavus.

Contra Paulicianos.

Sancti Basilii et sancti Gregorii Nysseni de Baptismate.

Ejusdem Gregorii Nysseni, de participatione Dominici corporis et sanguinis.

Tomus decimus nonus.

Contra Bogomilos.

Tomus vicesimus.

De cultu Agarenorum, et de constitutione circa Saracenos, qui ad puram et immaculatam fidem nostram convertuntur.

Tomus vicesimus primus.

De Spiritu contra Latinos : ubi loca multa adferuntur.

Tomus vicesimus secundus.

De Azymis.

Tomus vicesimus tertius.

In quo synopsis dogmatum, quæ sub imperatore Alexio Comneno mota et exorta sunt.

Tomus vicesimus quartus.

De illo dogmate, *Tu es offerens et oblatus* (6), quod sub imperatore Manuele Comneno prolatum est.

(4) Θεωριανοῦ.

(5) Hæc posterior pars edita est Græce et Latine. Sed præterea claries. Caveus notat in codice Colbertino 4753 exstare ms. τὰ ὑπὸ τοῦ Μωάμεδ νομοθετηθέντα ἐκ τῆς αὐτοῦ βίβλου, καλουμένης Κορὰν, καὶ Χωνειάτου ἀντιῤῥήσεις, quod distinctum opus ab hac thesauri Nicetæ parte existimat.

(6) Confer Joan. Cinnami Hist. lib. IV, cap. 16, et Nicetam in Manuele Comneno VII, 5, p. 137.

A Τομος τρισκαιδέκατος.

Κατὰ Θεοπασχητῶν.

Τόμος τεσσαρεσκαιδέκατος.

Κατὰ τῶν Ἀγνοητῶν, ἐν ᾧ μετὰ τὰς χρήσεις τῶν ἁγίων, καὶ ἄλλα τινὰ ἀναίρεσιν τῆς τοιαύτης αἱρέσεως ἐκ νέου προστέθειται παρ' ἡμῶν.

Τόμος πεντεκαιδέκατος.

Περὶ τῆς ἕκτης συνόδου, ἥτις συνέστη ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Πωγωνάτου εἰς ἀναίρεσιν τῆς τῶν Μονοθελητῶν αἱρέσεως.

Τόμος ἑκκαιδέκατος.

Περὶ τῆς τῶν Εἰκονομάχων αἱρέσεως.

Τόμος ἑπτακαιδέκατος.

B Περὶ τῆς αἱρέσεως τῶν Ἀρμενίων, ἥτις τοῖς Μονοφυσίταις συνάπτεται· ἐν αὐτῇ δὲ καὶ προοίμιον ἡμέτερον, καί τινες λύσεις πρὸς ἀντιθέσεις τῶν Ἀρμενίων. Ἔκτοτε γράμμα τοῦ βασιλέως κύρου Μανουὴλ πρὸς τὸν Καθολικὸν τῆς Ἀρμενίας. Διάλεξις πρὸς τὸν αὐτὸν Καθολικὸν Θηριανοῦ (4) τινος ἐξαποστόλου αὐτοῦ βασιλέως εἰς Ἀρμενίαν σταλέντος. Ἔπειτα χρήσεις διάφοροι ἁγίων κατὰ τῆς αὐτῆς αἱρέσεως. Εἶτα συλλογιστικά τινα κεφάλαια κατὰ τῆς αὐτῆς αἱρέσεως συλλεγέντα παρ' ἡμῶν.

Τόμος ὀκτωκαιδέκατος.

Κατὰ τῶν Παυλικιανῶν.

Τοῦ ἁγίου Βασιλείου καὶ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου Νύσσης, περὶ τοῦ Βαπτίσματος.

C Τοῦ αὐτοῦ Νύσσης περὶ τῆς μεταλήψεως τοῦ Δεσποτικοῦ σώματος καὶ αἵματος.

Τόμος ἐννεακαιδέκατο.

Κατὰ Βογομίλων.

Τόμος εἰκοστὸς.

Περὶ τῆς θρησκείας τῶν Ἀγαρηνῶν, καὶ τῆς τάξεως (5) τῆς γινομένης ἐπὶ τοῖς ἐπιστρέφουσιν ἐκ τῶν Σαρβακηνῶν εἰς τὴν καθαρὰν καὶ ἀμώμητον πίστιν ἡμῶν.

Τόμος εἰκοστὸς πρῶτος.

Περὶ τοῦ Πνεύματος κατὰ Λατίνων, ἐν ᾧ καὶ χρήσεις διάφοροι.

Τόμος εἰκοστὸς δεύτερος,

D Περὶ τῶν Ἀζύμων.

Τόμος εἰκοστὸς τρίτος.

Ἐν ᾧ σύνοψις τῶν κινηθέντων δογμάτων ἐπὶ τοῦ βασιλέως κυροῦ Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ.

Τόμος εἰκοστὸς τέταρτος.

Περὶ τοῦ δόγματος (6), Σὺ εἶ ὁ προσφέρων καὶ προσφερόμενος, λαληθέντος ἐπὶ τοῦ βασιλέως κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Κομνηνοῦ.

Τόμος εἰκοστὸς πέμπτος.

Περὶ τοῦ δόγματος τοῦ, Ὁ Πατήρ μου μείξων μου ἐστίν, ἀναφυέντος ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως. Ζήτει τὴν λεγομένην συγγραφὴν εὐθὺς μετὰ τὴν κύρωσιν τοῦ τοιούτου δόγματος παρὰ τισι λεγομένην ὡς μὴ ἐπίπαν ἀρεσκομένην· ἐν ᾗ δὲ συγγραφῇ χρήσεις σχεδὸν πάντων τῶν ἁγίων ἐμφέρονται. Περὶ δὲ τὸ τέλος καὶ συλλογιστικά τινα κεφάλαια, περὶ τοῦ μὴ δεῖν τὸν Χριστὸν τὴν μίαν ὑπόστασιν, καὶ τὸν ἕνα Κύριον καὶ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν ἐλάττονα τοῦ Πατρὸς λέγειν ὡς σαρκοφόρον. Ἡμεῖς γὰρ ταῦτα οὐχ εὕρομεν. (Ἀλλ' ἐγὼ ταῦτα εὑρηκὼς προσέθηκα μετὰ τὴν καταρχὴν τοῦ τρίτου τόμου τῆς παρούσης βίβλου.)

Τόμος εἰκοστὸς ἕκτος.

Περὶ τοῦ δόγματος τοῦ Θεοῦ τοῦ Μωάμετ, τοῦ λαληθέντος ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως.

Τόμος εἰκοστὸς ἕβδομος.

Περὶ τοῦ δόγματος τῶν θείων μυστηρίων τοῦ κινηθέντος ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ ἐξ Ἀγγέλων Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, τοῦ καὶ κυρώσαντος, ἄφθαρτα λέγεσθαι ταῦτα καὶ μὴ φθαρτά.

A

Tomus vicesimus quintus.

De dogmate illo, *Pater meus major me est* (7), quod sub eodem imperatore exortum est. Quære ipsum tractatum statim post hujus dogmatis confirmationem, quam quidam dicebant, non omnino placere : in quo tractatu fere omnium Sanctorum loca afferuntur. In fine vero capita quædam syllogistica, quod non oporteat Christum, qui est una hypostasis, unusque Dominus et Filius Dei, etiam post Incurnationem minorem Patre dicere, utpote carnem ferentem. Nos enim hæc non reperimus. *Et altera manu* : At ego cum reperissem, post initium tertii tomi hujusce libri adjeci.

Tomus vicesimus sextus.

B De dogmate Dei Mahometh (8), quod eodem imperante expositum fuit.

Tomus vicesimus septimus.

De dogmate divinorum mysteriorum (9), excitato sub imperio Alexii Comneni Angeli, qui et decrevit hæc incorruptibilia, non autem corruptibilia, dici oportere.

(7) De hac controversia per Demetrium Lampenum mota vide Cinnamum lib. VI, Hist. pag. 147, Nicetam in Manuele Comneno lib. VII, cap. 5.

(8) Num anathemate devovendus esset, quod Manuel Comnenus vetabat. Vide Nicetæ Manuelem Comnenum lib. III, cap. 6. Sylburgi Saracenica pag. 86, 133, seq. Vedelium de prudentia Vet. Ecclesiæ pag. 216, seq.

(9) Confer Nicetam in Alexio Angelo lib. III, cap. 3, et Mich. le Quien ad Damascenum t. I, pag. 633.

NICETÆ CHONIATÆ

THESAURI ORTHODOXÆ FIDEI

LIBER PRIMUS

De philosophorum ethnicorum et Judæorum erroribus.

PROŒMIUM.

Deo, Deique cultoribus quid ad sui, quæso, perfectionem accedere possit? Ille enim, cum expetendorum omnium primum et summum sit, eorum certe quæ sunt in rerum natura nullius indiget. Siquidem et ex ipso, et per ipsum omnia hoc ipsum, ut essent, sortita sunt. Hi autem virtutis beneficio, quoad ejus humanitus fieri potest, ad Deum proxime accedentes, divinitatisque participes effecti, ex ejus copia suam suppleverunt inopiam, imo vero Deus ipse ad hominum vota seipsum accommodans, si quid eorum quæ largitus est ab illis offeratur, id ei pergratum, tanquam certum fidei specimen, perque jucundum est. Ille sane neque offerentem aversatur, neque raro se precibus ipse placari jubet, ut hoc pacto in die C afflictionis mala procul aspellat, et meritis deinceps laudibus celebretur. Cæterum qui ad Deum per virtutem proxime accedunt, nec humanæ naturæ terminos transgressi, nec omnino Martham illam, quæ corpori curando necessaria satagit, aversati, rebus insuper cum Maria contemplandis intenti, et comi supplicantibus alloquio respondent, nec se prorsus implacabiles illis, inexpiabilesque præstant, et quæ ad spiritualem vitam necessaria videntur, candidi petentibus impertiunt : vicissim etiam ipsi quæcunque virtutem non adulterant, benignissime, si suggerantur, excipiunt.

Hac itaque de causa, vir animo meo longe charissime, ego quidem nihil eorum quibus ali corpus et sustentari solet, pietati tuæ suppeditavi, ex quo tu communi mecum jactura gentilibus ad

Occiduis natale solum vertere coactus es. Atque hæc eo sane non dico, quia nullus eorum quæ sunt in rerum natura ipse indigeam (hoc enim ne Elias quidem, sobriorum alioqui jejunantiumque primitiæ, præstitit. *Afferes* enim *mihi*, inquit ille viduæ, *buccellam quoque panis et facies mihi primum subcinericium panem, filiis autem tuis postea* [1]. Imo vero, ne meus quidem ille idemque tuus Jesus, qui tantisper dum in terris versatus est, iis opus habuit, quæ alendo corpori necessaria sunt, sed *cum jejunasset, postea esurüt* [2], ut humanitatis assumptæ fidem faceret); verum quia benevolentiæ, qua te prosequor, spirituale tibi quam corporale specimen edi mavis, ut qui satis ipse per te commeatum vix mihi superesse noveris, qui comitibus meis et ministris alendis sufficiat, cum præsertim peregrinam in regionem commigraverim, et ad Bithyniæ metropolim Nicæam tabernaculum fixerim, ubi vitæ, quod superest, velut inutilis exsul, advenaque despicatus agitem. Cæterum quod a sæpenumero requisivisti, et flagitasti, id vero tibi perlibenter exhibeo, elucubratam scilicet et elaboratam hæreseon omnium farraginem, munus quidem certe, quod nulli eorum quæ homines in pretio habent, postponitur, sed ut longe omnium pretiosissimum et excellentissimum judicatur, cum ab iis qui pietatem eorumque adeo cognitionem, quæ de Numinis cultu sentire atque pro ratis habere oportet, cæteris rebus omnibus anteferre solent: tum vero vel maxime ab iis qui non multos evolvere libros, nedum hæreseon cognitionem adipisci possunt, vel quia lectioni vacare commodo illis integrum non est, vel quia alio artificio exploratoris Satanæ dolos a se amoliri didicerunt.

Hippocrates igitur ille Cous de arte disserens, quæ hominum valetudini consulit, hunc in modum perapposite ratiocinatur: Si homo unum simplexve quid esset, dolore certe nullo aut morbo afficeretur: at quisquis pietatis studiosus est, et multifidas hæreseon formas ægre fert, non absurde sane ita ratiocinatus sit. Si in pristina illa conditione acquievissemus, nec ea despicatui habuissemus, quæ præscripta nobis et imperata fuerunt, unum utique Deum novissemus, atque ita ex ejus nutu dependissemus, ut nullus ab ea nos unquam transversos agere distrahereque potuisset, eo, inquam, qui nos luto finxit et efformavit, qui verbo suo corpus hoc universitatis fundavit et exstruxit, nunc autem consilio ejus usu, qui nequitiæ omne genus auctor est, laxa illa et magnifica paradisi habitatione ejecti, et a grato Dei conspectu procul abducti sumus: mala denique pristina deterioribus cumulantes, divinum illum, qui soli Deo peculiaris est, cultum, gloriam, et adorationem, elementis, brutis, atque hominibus nullius non turpitudinis nota insignibus, in sensum scilicet reprobum lapsi, ad eaque facienda, quæ minime conveniunt, proclives impertivimus. Ex quo evenit, ut una omnium eademque vox, unum idemque labium in varias et multiplices linguas evaserint: atque eadem opera unicus ille Dei cultus in diversa linguarum idiomata multiplicatus dissectusque sit, ut vix quicquam reperias, in quo majores quam in ea quæ de Deo instituitur ratione varietates exsistant. Siquidem alii alia, alii item ab his diversa, aliique rursus sibiipsis contraria, denique ab hisce alii dissentanea commenti sunt et docuerunt. Quocirca ut veterum etiam theologorum plerique de hæresibus scripserint, non tamen universas singuli sunt uno commentario complexi, nec sigillatim percurrerunt. Theodoretus enim, vir in divinis exercitatissimus, illarum catalogum contexuit, quod ante eum alii quoque fecerunt, illasque velut e procinctu dissecuerunt, et tanquam fenum tectorum flammis injecerunt, quotquot suis cujusque temporibus exortæ sunt, velut aconita scilicet, quibus sincera quæque corrumperentur.

Liber autem, qui dogmatica Panoplia inscribitur (1), ut priscas hæreses compendiose sane recensuerit, atque a Sabellio Afro, et nonnullis, qui tempora illius præcesserunt, initium duxerit, quæ certe a Patribus ad illarum eversionem dicta sint, permultis in sectionibus prætermisit: neque mentionem ullam fecit, undenam earumdem auctores ortum habuerint, cujusmodique vitam vixerint.

Ego vero pietati tuæ gratificatus, facileque conjiciens quid tibi super ea re propositum et jam constitutum sit, hæreses quæ jam olim emerserunt, in commentarios redigam, nostras aliquot confutationes, perspicuas quidem illas et dilucidas subjuncturus. Deinde eas quoque agglutinabo, quarum Dogmatica Panoplia meminit, illos interim non prætermissurus, qui de hæresibus scripserunt, ut non solum blasphema illa convitia tibi innotescant, quæ sæculi hujus sapientes ore in cœlum protento, adversus Deum eructaverunt: sed etiam undenam ortum duxerint, cujusmodique Spartam nacti sint. Qua in consequentia nonnulla quoque attexam, quæ proposito argumento perapposita videntur, ut multiplici voluminis unius historia gaudeas, ex eoque panaceam excerpas, qua velut amuleto te a perniciosis dogmatis integrum sartumque tectum conserves.

CAPUT I.

Mosaicæ Geneseos synopsis, ab Adamo ad Mosem.

Adamus omnium primus a Deo ex humo formatus est, atque vitali spiritu afflatus, ex costarum suarum una Evam sibi similem emisit: tum nos-

[1] III Reg. xvii, 13. [2] Matth. iv, 1.

(1) Euthymio monacho Zigabeno auctore.

gentos triginta annos, posteaquam ob transgressum Domini præceptum paradiso exturbatus est, Cainum, nec ita multo post Abelem genuit, Cæterum Cainus Abeli insidiatus illum tandem in agri solitudine deprehensum interfecit. Post Abelis cædem Sethus Adamo nascitur. Itaque ab Adamo transgressio, a Caino cædes initium habuit: ut et a Jaredo, qui quintus a Setho fuit, spurcitia, veneficium, præstigiæ, et adulterium. Jaredi filius fuit Enochus, qui Deo gratus et acceptus a corrupto parentis instituto descivit. Hic genuit Mathusalemum, qui Lamechum suscepit, Noæi illius patrem, cujus temporibus diluvio totus terrarum orbis obrutus est. Ex omnibus porro mortalibus solus hic una cum tribus filiis, Semo, Chamo, et Japheto, arcæ quam Dei jussu ex incorruptis lignis exstruxerat, et undique picaverat, adminiculo salvus evasit. Cæterum sextus a Semo Phalecus exortus est, cujus tempestate turris exstructa, linguæque confusæ sunt. Confusis orbe toto linguis, primus omnium Nembrodus Æthiopiæ se regem tyrannumque dixit. Hujus et Phaleci posteritas statuariam e figlina excogitavit. Porro ante Tharæi tempora nullus patre prior vivis excessisse legitur. Quia autem hic idola luto effingere primus adinvenit suique, sæculi hominibus hujusmodi sceleris auctor fuit, idcirco justas atque graves pœnas Numini tandem persolvit: cui nimirum filius Arras immatura morte præreptus est, ut his quoque verbis Scriptura testatur: *Et mortuus est Arras ante Tharæum patrem suum* [3]. Colorum præterea pigmenta a Serucho excogitata sunt, quibus ex figmentis improborum quorumdam tyrannorum, hominumque sceleratorum ἀποθέωσις in orbe terrarum inolevit. Primique adeo omnium Ægyptii et Assyrii ad opus tam vile et abjectum sponte provoluti sunt. Paulo post in Græcos etiam morbus hic grassatus est, quo tempore illis Cecrops, Assyriis Ninus et Semiramis præerant. Nam Ninus et Cecrops eodem quo Abrahamus tempore vixisse feruntur. Abrahamus hic sex filios ex Cethura suscepit, a quibus felices Arabes, Madianæos, aliasque gentes, ut ab Agare Ismaelitas, originem duxisse memoriæ proditum est. Abrahamo tandem annum circiter centesimum agenti, prout promiserat, Deus Isaacum donavit, qui ut bonorum, ita et virtutis paternæ hæres exstitit. Huic liberi duo, Esaus et Jacobus nati sunt, quorum Esaus crasso pilosoque corpore deliciis gaudens, cæterisque voluptatibus deditus, civitatem exstruxit quam Edomam, nomine nimirum institutæ vivendi formæ perapposito vocavit. Edom enim carnis inflammationem, seu pruritum significat. Quintus ab hoc pius ille justusque Jobus floruit. Jacobus contra lævitate continua glaber Deo longe acceptior erat quam pilosus ille venator Esaus, cujus spes omnis ab arcu et gladio dependebat. Cæterum Jacobo duodecim filii nati sunt, quorum unus Levi, quem tertia generatione subsecutus est Moses, quo duce et auctore Israel duras Ægyptiorum manus evasit, Mosis porro temporibus Jo in Græcia florebat, quam Ægyptii Isin dicebant, et ut deam venerabantur. Athis quoque temporibus illis apud Athenienses celebris erat.

[3] Gen. XI, 28.

CAP. II.

Græcorum mysteriorum origo, philosophorumque sectæ.

Quod ad Græcorum mysteria pertinet, apud Phrygas, Phœnicas, et Ægyptios illa fuisse prius, atque adeo a Babyloniis inventa, Cadmique temporibus in Græciam translata memoriæ proditum est. Imo nonnulla ex illis Orpheus excogitasse fertur, quibus post eum alii quoque permulta adjecerunt. Divisa porro inter se Græcorum quoque mysteria, et in plurimas hæreses dissecta fuerunt. Philosophorum enim alios Epicureos, alios Platonicos, alios item a Samio Pythagora, alios a Zenone Cittiæo, alios denique ab aliis denominatos fuisse inter omnes plane constat.

CAP. III.

Plato de trium rerum causis.

Ex quibus Plato quidem in Attica natus et adultus a Deo qui solus est, omnia creata, ipsumque adeo materiam primam: potestas vero quasdam ab ipso productas, secundam: eam denique quæ et ab eodem et a potestatibus ipsis fluit, tertiam eorum quæ in rerum natura sunt causam esse dicebat. Mundum vero ut genitum, ita et corruptioni obnoxium pronuntiabat. Idem animorum μεταγγισμοὺς tradidit: quo vocabulo una et eadem anima humano resoluta corpore in aliud corpus vel hominis denuo, vel bovis, vel aliorum animantium, etiam ferarum alicujus migrare significatur. Idem impudentes quoque de puerorum amoribus, nuptiarumque communitate leges tulit.

CAP. IV.

Pythagoræ futilis nugatoris deliria.

Samius autem Pythagoras integri quadrienni silentium docebat. Adhæc suos hortabatur, ut Græcorum diis animatum aliquid sacrificarent. Idem lege lata ab animalium et fabarum esu abstinendum edicebat (quod esculenti genus alioqui plerisque nostrum gratissimum est, et inter prandiorum apparatus fere apponitur) quasi tantumdem flagitii committat, qui fabis, quantum qui paterno capite vescatur. Etsi nonnulli ad allegoriam trahentes, Pythagoram sub fabarum involucro dicas seu judiciales sententias intellexisse affirmant, ut μὴ δικοφαγεῖν, seu sententias non esse vorandas, sed jus ex æquo et bono prosequendum esse significaret: unde etiam κυαμοτρῶγες seu fabivori

judices olim dicebantur, quorum sententiæ venales essent, insuper placita sua nullo modo discutienda, neque quid ea sibi vellent curiosius inquirendum esse monebat. Ex quo fiebat, ut Pythagoræ sectæ initiati dogmatum præceptoris sui rationes anquirentibus nihil aliud responderent, quam : Ita dixit : seu, Pythagoras ita docuit. Hic præterea cœlum corpus, ejusdemque sidera lunam et solem oculos esse dicebat. Cæterum cum magicen quoque exerceret, in conferta populi turba femur aureum aliquando ostentavit. Piscium quoque qui forte in littore jacebant, et quia recens capti, palpitabant numerum ariolatus est. Primus denique ἐνσωματώσεις seu animarum in alia corpora migrationes, quæ σωμάτων μεταγγισμοὶ, seu corporum elutriationes et transfusiones a Græcis dicebantur, delirus ille futilisque nugator excogitavit.

CAP. V.

Epicuri mellitarum placentarum helluonis nugæ.

At Epirurus Deum et providentiam esse negabat, corpus hoc universitatis ex atomis constare, quales una cum solaribus radiis apparent, rursusque in easdem resolvi asserens : quasi natura perpetuitate quadam generet, denuoque in illa ipsa resolvatur, ex quibus composita est. Porro hoc ipsum universitatis corpus ab ima sede et fundamento ovi formam exprimere, naturamque adeo ipsam spiritu, qui coronæ aut coaguli instar ovum ambit constringi, et coartari ; universam insuper naturæ molem nimio violenti spiritus impetu in duo hemisphæria diduci, quorum alterum cœleste, alterum terrestre sit : quin etiam ea quæ in universa rerum natura levissima sunt, sursum scilicet in lucem, ætherem et auras tenuissimas superfluitare : quæ contra gravissima, quisquiliisque et ramentis simillima sunt, ea deorsum in terram, et humidam aquarum substantiam subsidere : omnia denique per seipsa suaque sponte cum axis astrorumque circumvectione moveri affirmabat. Idem beatitudinis quem, seu summum bonum, in voluptate consistere ratus, mellitis placentis, impensius quam mures adipalibus, oblectabatur.

CAP. VI.

Moses philosophis certior. Principia rerum elementa. Ecquod elementorum primo productum.

Ut autem generatim quid externi philosophi de universæ naturæ fabrica senserint, explicem (ut cum illos inter se dissentire cognoveris, inde quæcunque de rerum generatione prolocuti sunt, ut plurimum a vero aberrantia perspicere possis), Moses quidem simpliciore magisque compendiario, imo potius copiosiore stylo de mundi creatione disserens : *In principio*, inquit, *fecit Deus cœlum et terram*. Deinde ea ordine quæ sunt in cœlo percurrit. At externorum philosophorum nonnulli principia rerum materiam et formam dixerunt. Primamque adeo materiam quæ sub sensum quidem minime cadat, sed sola cogitatione comprehendatur, formæ subsistentiæque prorsus expers. Nam si forte quantitates, qualitates, relationes, habitus, conversiones, motus, alterationes, mutationes, et cætera id genus abstrahas : quod supererit, materia dicetur. Cui quidem si facies aut figura quæpiam, quam formam vocant imprimatur, sic tandem in elementum, ætherem videlicet, vel aquam, vel ignem, vel terram evadit : ex quorum deinde commixtis elementis composita corpora, et animata et inanima nascantur. Majorem itaque materiæ et formæ principiorum, quam elementis quatuor : hisque vicissim elementorum, quam reliquis corporibus rationem inesse tradunt. Atque eorum quidem nonnulli eodem quo Deum in gradu materiam quoque collocant, utpote quæ omnium *quæ* sunt in rerum natura prior sit et antiquior, imo vero corpora omnia successione continua producat (cum nos interim Deum rerum omnium principium principiisque adeo ipsis antiquiorum esse profiteamur), quæ denique post substantias materiæ expertes materiam ipsam protulerit, atque ita demum universum naturæ corpus fabricata sit. Alii vero physiologiæ arcana diligentissime rimati, ecquodnam elementorum primo productum fuerit variis inter se concertationibus disputaverunt. Atque aliis quidem primus omnium ignis emersisse videtur, propter vim ei insitam, qua cuncta consumit : aliis aer, cujus afflatu et reflatu animantia consistunt : aliis aqua generandi facultatis ergo, *quæ* inesse illi fertur ; aliis denique terra, quod *ex ea* animantia omnia ortum habeant, atque in *eam* denuo resolvantur.

CAP. VII.

De Ideis et Cœlo.

Et Plato quidem ideæ primæ nomine intelligentiam et inenarrabilem phantasiam, illamque adeo imaginationem qua mundum creavit : secundæ vero, beatarum mentium ordinem, mundique hujus, qui sensibus patet exemplar : tertiæ denique, generales illas rationes intelligit, quibus res a suis corporibus abstractas contemplamur, ut cum de homine, vel equo, vel bove sermo instituitur. At Aristoteles ideis substantiam tribuit, nec eas, uti Plato, per se vique sua subsistere censet. Ideam ipse cœlum quintum corpus esse longe diversa ab elementis natura præditum auctor est. Cœlum certe Platoni id esse videtur, quod in quatuor elementis maxime prælucet. Terrestria enim corpora ille infima elementorum parte, ut quæ omnium crassissima sit matericique plus habeat, cœlum autem maxime luminosa eorumdem parte constare autumat. Cæterum Aristoteles rationem quoque adfert, quare cœlum corpus esse quintum sibi videatur, quippe quia directus elementorum sit motus, cum cœlum in orbe feratur. Itaque diversi motus ergo, diversam illi quoque a quatuor elementis substantiam assignat.

CAP. VIII.

De Stellis, Sol et luna an planetæ? Planetarum ordo, motus et concentus.

De stellis etiam errantibus et fixis uterque disserit. Et Plato quidem unam omnium eamdemque substantiam, id nimirum quod in quatuor elementis maxime perluceat, esse ait. Aristoteles autem quinti corporis nomine et cœlum et stellas omnes complectitur, propter motum scilicet, quem diversum a quatuor elementis habent. Porro cœlum istud, quod quintum corpus appellat, quid re vera sit, nequaquam definit. Sed ex opinione et conjectura tantum loquitur. Verum enimvero quamvis septem errantes vulgo vocentur, quinque tamen duntaxat revera sunt : neque enim solis et lunæ cursus erraticus est ; at errantes stellæ ideo appellantur, quia nunc stare, nunc progredi, denuoque regredi videntur. Atque inerrantium quidem ordo longe sublimius quam errantium eminet : inerrantesque adeo ipsæ non in una et eadem corporis ætherei superficie sitæ sunt et feruntur : imo aliæ aliis sublimiores apparent. Fixis errantes succedunt : in quibus prima Saturno, secunda Jovi, tertia Marti, quarta Soli, quinta Veneri, sexta Mercurio, postrema Lunæ sedes assignatur. Infra lunam quatuor elementa, nimirum ignis, aer, terra, et aqua, ordine suo singula jacent. Sunt autem cuilibet errantium præfinita tempora, quibus moveantur. Saturnus enim, cui ut cæteris altiori maximus orbis permetiendus est, cursum suum triginta annorum spatio conficit. Jupiter celeri cursu sphæram suam annis duodecim, Mars duobus ac semisse permeat. Solis, Veneris, et Mercurii cursus idem, isque annus est. Luna post vicesimum nonum diem et semissem cursum redintegrat. Quod si quis hujusmodi numerorum arcana rimari velit, hinc facile quanta sit architecti sapientia deprehendet : quod nimirum concentuum rationes omnes in his elucescant : eorum, inquam, qui vulgo διὰ πασῶν, διὰ πέντε et διὰ τεσσάρων appellantur.

CAP. IX.

Judicii supremi tempus. Planetarum ἀποκαταστάσεις. Astrorum synodus, diluvia.

Tametsi autem ex Evangelii oraculo [a], diem et horam supremi judicii nemo cognoscat, præter Patrem, et Patri coæternum Filium, atque adeo Spiritum, qui ex Patre (Filioque) procedit : Græci tamen novis quibusdam demonstrationibus perspicuam facere connituntur. Quo id autem modo, sic accipe. Saturnus maximam suam ἀποκατάστασιν ducentis sexaginta quinque annis : Jupiter, quadringentis viginti septem : Mars, ducentis quatuor : sol, mille quadringentis sexaginta uno : Venus, mille centenis quinquaginta uno : Mercurius, quadringentis : luna, viginti quinque conficit. Cosmica vero ἀποκατάστασις exactis ter mille ducentis supra centies et septuagesies quinquies dena annorum millia peragitur : tuncque adeo synodus quædam conventusque stellarum omnium ad tricesimam Cancri mansionem, sive Leonis primam celebratur : nec ita multo post generali diluvio mundus obruitur. Aiunt præterea in annorum stellæ cujuslibet minorum apocatastasi specialia quædam diluvia obtingere. Cuilibet enim erraticæ stellæ suos annos maximos, medios et minimos esse.

CAP. X.

De solis, lunæ, terræque magnitudine et intervallo.

Philosophorum porro nonnulli, inter quos Aristarchus astronomus, aiunt majorem soli cum terra rationem esse, quam sex millibus octingentis cum quinquaginta novem : ejusdemque diametro vicissim majorem cum terræ diametro rationem esse, quam novemdecim cum tribus. Ad hæc solis diameter octuplo lunæ diametrum superat, intervallumque adeo quo sol a terra distat, octuplo majus est, quam intervallum quo luna ab eadem disjungitur. Quin etiam soli cum luna ratio major est, quam quinque millibus octingentis duobus cum uno.

CAP. XI.

De solis et lunæ eclipsi.

Cæterum ad solis et lunæ defectus quod attinet, qui paulo subtilius ista rimati sunt, eclipsin in sole proprie dici posse negant (cum solis lumen nullo tempore deficiat), caliginem autem et obtenebrationem admittunt, quæ tum demum percipiatur, cum in eclipticis conjunctionibus luna illi ad perpendiculum opposita fuerit : tunc enim oculos nostros, qui sublunarem regionem incolimus, tenebricosum solis lumen obumbrat. Astronomi præterea digitis duodecim lunæ corpus dimetientes, alias quidem toti ipsius corpori solis radios adversos, alias vero etiam paucioribus duodecim objiciunt. Cum enim luna sublimiore orbe circumvehitur, eo scilicet qui soli propinquior est, parum abest, quin tenebras illi offundere videatur : cum autem pleno orbe, justaque sui magnitudine constans inferiora permeat, tunc scilicet oculos illa nostros splendore suo perstringit, et integro soli opponitur. Iidem objectu atque interventu umbræ terræ lunam deficere dixerunt. Nam terra lumine solis illustrata umbram non eam quidem cylindricam, seu rotundam, qualis est columnæ figura, sed conoidem seu turbinatam facit. Κῶνος enim, qui et στρόβιλος, id est turbo, dicitur, ex lata planitie in mucronem exacuitur. Umbra terræ ita proculdubio se habet, cujus rei causa perspicua est Quoties enim corpus aliquod ab ejusdem corporis magnitudine lumen accipit, cylindrica : quoties vero a minoris, conoides umbra, seu turbinata

[a] Marc. XIII, 32.

consurgit. Unde efficitur, ut cum sol tellure sit major, eamque suis radiis illustret, turbinatam quoque umbram efficiat. Itaque luna tunc nobis obscura, deficientique similis videtur, cum in umbram telluris inciderit. Quod si in umbræ ipsius radicem seu meditullium indicat, omnino deficit : si vero in verticem, obscurior efficitur : quia nimirum quo conoides umbræ planities latior, eo vertex contractior est.

CAP. XII.

De solis, lunæ, astrorumque qualitatibus.

Hæc quoque scitu non indigna sunt, ut quæ a primi nominis philosophis sancita fuerint. Plato certe corpus ætheris universum ex igne, terra, cæterisque duobus elementis constituens, calidum solem esse dixit. Aristoteles autem corpus hujusmodi diversum quoddam a quatuor elementis statuens, neque calidum solem, neque alia ulla qualitate præditum esse ait, sed et λεῖκνον φωτὸς, seu canistrum luminis appellat. At vero hic roget quispiam, qui fieri possit, ut sol caloris expers calefaciat ? Quoniam movet, quamvis moveatur et ipse, exhalationem, et aera qui terræ circumfluus est, atque exinde in causa est, ut subjecta corpora incalescant. Exhalationis porro et naturam et nomen primus invenit atque indidit, exhalationem inquiens vaporem eum calidum et siccum, velutique fumosum esse, qui a terra sursum emittitur. Hæc ita ipsa exhalatio fumosa, cum jam præ levitate ad lunam usque pervenit, deinde in partes diducta est, succenditur, ignique persimilem se nostris oculis exhibet : atque adeo subjectam sibi substantiam calefacit. Quod autem ex motu calor nascitur, id ex jaculorum cuspidibus perspicuum est. Plumbum enim, quo communitæ sunt, ipso motu solvitur, et colliquescit. Atque Græci quidem soli lumen ab initio, et quidem natura ipsa inesse aiunt. Anaxagoras vero solidum lapidem ex universi circumvectione elisum et inflammatum denuo levigari, et in stellas cœlestes coalescere tradit. Idem foraminibus instar pumicis et spiraculis scatere stellas, atque nonnunquam cœlo delabi auctor est : quibus dictis fidem conciliaturus, adfert corpus illud ignitum, rotunda forma, quod cœlo quondam in αἰγὸς fluvium decidit. Alii solem et lunam nubes æthereas inflammatas : alii solem ipsum massam candefactam esse dixerunt. Verum enimvero cum Mosis historia solem, lunam et stellas a mundi opifice Deo primum creationis initium habuisse dicimus, non quod ille alio lumine egeret, sed ne lumen illud iners otiosumque maneret, quod idcirco primo statim die creavit. Inquit enim Scriptura, *Dixit quoque Deus : Fiat lux, et facta est lux* [5]. Cæterum nihil aliud ignis est, quam lumen ipsum. Luminaria vero non sunt lumen ipsum, sed luminis receptacula.

CAP. XIII.

De solis et lunæ cursu, annique ratione.

Sciendum præterea est, lunam integram, hoc est quindenariam ab opifice creatam ; suis enim numeris absolutam esse conveniebat. Quarto autem die creata est. Itaque diebus undecim solem prævertit, siquidem a quarto ad decimum quintum undecim dies intercederunt. Quo fit ut unoquoque anno duodecim menses lunæ, undecim dierum spatio, duodecim solaribus mensibus minores deprehendantur. Solares enim diebus trecentis sexaginta quinque cum quadrante constant, ex quo per quatuor annos composito dies unus absolvitur, quem Bissextum vulgo dicunt, illeque adeo annus diebus trecentis sexaginta sex constat. At lunares anni trecentorum quinquaginta quatuor dierum sunt. Ex quo enim luna emerserit, seu orbi suo restituta fuerit tantisper augebitur, dum ad dies quatuordecim atque quadrantis semissem pervenerit, a quo nimirum tempore deficere incipit, ad nonumque et vicesimum diem cum semisse deficiendo progreditur. Perfecta igitur, justaque sui magnitudine constans, luminis expers est denuoque soli conjuncta rediviva consurgit, et redintegratur : quod certum proculdubio resurrectionis nostræ monumentum est. Itaque singulis annis dies undecim soli rependit, ita ut Hebræis tertio quoque anno mensis ἐμβόλιμος, seu intercalaris, confletur : annusque adeo ille tredecim mensibus, ex undecim dierum adjectione, constare deprehendatur.

CAP. XIV.

Solis, lunæ et stellarum materia, ignis natura.

Perspicuum autem est, solem, lunam et stellas ex lunæ globo constare. Vasorum enim instar lumen sibi postea superadjectum exceperunt. Horum profecto cujusmodi natura sit, nescimus. Sunt qui ignem nisi in materiam aliquam agat, conspicuum esse negent : unde fit, ut exstinctus evanescat. Alii exstinctum in aerem mutari contendunt.

CAP. XV.

De zodiaco, planetaramque domibus, et elevationibus.

Zodiaci porro circuli motus obliquus est, atque in sectiones duodecim dividitur, quæ vulgus ζώδια seu signa vocat : quorum singula denariis tribus trigintaque partibus constant. Pars autem quælibet sex minutis complectitur, ita ut cœlum partes seu mansiones trecentas sexaginta habeat. Hemisphærii, quod supra terram exstat, centum octoginta, totidemque ejus quod sub terra est, partes enumerantur. Cæterum planetarum domus hæ traduntur, Aries et Scorpius Martis. Taurus et Libra Veneris. Gemini et Virgo Mercurii. Cancer Lunæ. Leo Solis. Sagittarius et Piscea Jovis. Saturni denique Capricornus et Aquarius. Elevationes

[5] Gen. I, 3.

eorumdem sic habent: Solis Aries. Lunæ Taurus. Jovis Cancer. Mercurii Virgo. Saturni Libra. Martis Capricornus. Veneris Pisces.

CAP. XVI.

De lunæ figuris decem.

Lunæ quoque figuras sic habeto. Synodus seu conjunctio est, cum in ea parte fuerit, quam sol occupat: Conceptio cum a sole ad quindecim partes abscesserit: Ortus, cum μηνοειδής, hoc est falcata, lunatave secundo apparuerit, vel cum ad sex septemve partes abscesserit; Διχότομοι duæ, hoc est dividuæ, cum ad nonaginta: ἀμφίκυρτοι duæ, hoc est utrinque gibbosæ, cum ad viginti supra centum: πλησιφαεῖς hoc est plenilunares seu perluminosæ duæ, cum ad centum quinquaginta; πανσέληνος seu plenilunium integraque lunæ facies, cum ad centum octoginta partes abcesserit. Duas autem diximus, hoc est unam quæ crescat, alteram quæ deficiat. Duorum porro dierum et semissis spatio signorum unumquodque lunæ percurrit.

CAP. XVII.

De septem planetarum zonis et cursu, una cum loci Davidici Psalm. VIII, [6]: Lunam et stellas quæ tu fundasti, *explicatione.*

Ex ipsa cœlestium globorum universitate septem planetas esse aiunt: qui motu a cœlesti diverso moventur: qua ratione planetarum quoque nomen adepti sunt. Nam cum cœlum ab Oriente ad Occidentem moveatur: illi contra ab Occidente in Orientem rapiuntur; cœlumque adeo ipsum rapidissimo suo motu septem planetas circumvehit, quæ his vulgo nominibus censentur: Sol, Luna, Jupiter, Mercurius, Mars, Venus, Saturnus. In singulis autem cœli zonis unus aliquis e septem planetis volvitur: in prima quidem, quæ et suprema, Saturnus: in secunda, Jupiter: in tertia, Mars: in quarta, sol: in quinta, Venus: in sexta, Mercurius: in septima, quæ omnium quoque infima est, luna. Irrequieto itaque et indesinenti cursu decurrunt, eo nimirum, quem eis mundi Opifex præfinivit, et prout illos fundavit, ut divinus ille Davides exclamat, *Lunam et stellas, quæ tu fundasti*[a]: eo enim quod *fundasti* dixit, soliditatem utique nulli obnoxiam mutationi, ordinem præterea, et εἰρμὸν seu consecutionem illam significat, quam a Deo acceperunt. Illas enim in tempora, in signa, et in annos disposuit.

CAP. XVIII.

De quatuor tropicis sive solstitiis.

Quandoquidem solstitia quatuor per solem constituuntur, primum quidem vernum, in quo Deus universa creavit, cujus quidem rei flores in eo etiamnum emergentes et pullulantes certo indicio sunt, alio nomine solstitium æquinoctiale dicitur, quod certe diei noctique duodecim horas ex æquo dispertiens ex solis orientis medio constituitur; justa temperie præditum est, sanguinem auget, calidi et humidi particeps, hiemi denique et æstati medium interjacet: illa quidem calidius et siccius, hac vero frigidius. Ea porro anni pars a vicesimo primo die Martii ad Junii vicesimum quartum. Deinde solis ortu paulum exaltato, ita ut in septentrionalem plagam vergat, tropicus æstivus succedit, ver et autumnum medius intersecans, et ab illo calorem, ab hoc frigus percipit, nam calidus et siccus est, flavam bilem auget. Ejus porro maximus dies horis quindecim, nox minima novem horarum interstitiis absolvitur. Ipse autem a Junii vicesima quarta ad vicesimam quintam Septembris procedit: tum deinde sub medium solis ad nos redeuntis ortum tropicus autumnalis vicem æstivo, retenta quadam frigidi et calidi, itemque sicci et humidi moderatione, rependit: atque æstivo quidem hibernoque tropicis intermedius, ab illo calorem, ab hoc frigiditatem mutuatur: nam frigidus et siccus est, atramque bilem auget. Hic alter æquinoctialis tropicus diurnis horis duodecim, totidemque nocturnis constat, atque a Septembris vicesima quinta ad Decembris vicesimam quintam protrahitur. Cum vero sol ad minimum infimumque hoc est meridianum ortum prolapsus est, tandem tropicus hibernus emergit, frigidus quidem ille et humidus, quique autumnali et verno medius interjacet, illius quidem frigiditatem, hujus vero calorem ex æquo referens. Tropici hujus dies minima novem horarum, noxque maxima quindecim spatio decurrit: pituitam auget, a Decembrisque vicesima quinta ad Martii vicesimam primam extenditur. Sapienter enim ab ipso mundi Opifice provisum est, ne ab extremo vel calore vel frigore, vel siccitate, vel humiditate, in extremam contrariarum qualitatum aliquam delati, in graviores aliquot morbos incurreremus. Nam repentinæ mutationes periculosæ et lubricæ vulgo feruntur. Hoc itaque pacto sol tropicos, et per eos annum, dies denique noctesque digerit; illos quidem ortu suo supraque terram vectus, has vero cum subterranea loca permeat, aliisque luminaribus, lunæ, inquam, et stellis, fulgorem impertit.

CAP. XIX.

Signa, menses et προγνωστικά.

Cœlestia porro signa ex stellis et ipsa conflata esse, motuque soli, lunæ, et reliquis quinque planetis contrario moveri aiunt, utpote quæ septem ipsi planetæ percurrant. Itaque sol in unoquoque signo mensem integrum immoratur, duodecimque mensibus signa totidem percurrit, quorum quidem atque mensium illis peculiarium hæc nomina sunt: Aries Marii mentis vicesima die, Taurus vicesima tertia Aprilis, Gemini vicesima tertia Maii, Cancer

[a] Vers. 5.

vicesima quarta Junii, Leo vicesima quinta Julii, Virgo vicesima quinta Augusti, Libra vicesima quinta Septembris, Scorpus vicesima quinta Octobris, Sagittarius vicesima quinta Novembris. Capricornus vicesima quinta Decembris, Aquarius vicesima Januarii, Pisces denique vicesima Februarii solem excipiunt. Singulis autem mensibus luna duodecim Zodiaci signa percurrit, ut quæ longe illis inferior et citatissimo ipsa cursu prætervehatur. Quemadmodum enim si circulo circulum inseras, interior exteriore minor deprehenditur, ita et lunæ, tanquam inferioris, rursus multo contractior est, citatiusque multo conficitur. Jam ex astrorum hujusmodi ortu et occasu, accessibus et recessibus, imo etiam progressionibus et regressionibus Chaldæorum et Græcorum, insuper et impiorum astrologorum (2) alii quidem res humanas regi et gubernari, alii vero, qui et modestiores, Christianismi scilicet prætextu ex iisdem futurorum signa elici affirmant. Unde etiam Arietinorum, Taurinorum, et cæterorum id genus nomina priscis temporibus ratione cujusque signi habita, quo quisque perruptis alvi maternæ claustris solem objectum haberet, inoleverunt.

CAP. XX.

De stellarum motu. Itemque de luna.

Quidam philosophorum hæc quoque de stellis tradiderunt. Atque inerrantes quidem stellas Aristoteles eumque secuti, cœlo affixas esse, et ita cum illo circumvehi asserunt, ut ab illo divelli nequeant. Itaque cum cœlum ab ortu ad occasum feratur, eodem etiam illas cum cœlesti corpore moveri : errantes vero divina moderatrice providentia contrario motu, parique velut libramento obfirmatas contra nlti : ne forte circumvectionibus et circumvolutionibus assiduis confringantur, proprii naturalisque motus ratione, quo ab Occidente in Orientem rapiuntur, rursusque ab Oriente in Occidentem una cum cœlo revehuntur. Ex quo fieri, ut sol motu proprio nunc ad Septentrionem, nunc ad Meridiem vergens quatuor anni tempora compleat : qui idem cum cœlo ab Oriente in Occidentem delatus dierum et noctium discrimina parit. Inerrantium porro stellarum nullam esse, nullam quoque errantium, luna duntaxat excepta, quæ lumen a sole mutuetur : quapropter etiam pars ejus illustrata solem semper adversum habet. Neque vero unquam luna prorsus luminis expers est, sed semilunari lumine semper illucet. Igitur in synodis, seu conjunctionibus gibbus ejus ille nobis objectus lumine caret : vertex vero superior luminosus est. In pleniluniis autem totum ejusdem quod in nos vergit hemisphærium collucet, nec superius lucis exsors est. Illo vero tempore quod conjunctionem et plenilunium interjacet, prout a sole distat, μηνοειδὴς lunata, διχότομος di- A vidua, et ἀμφίκυρτος utrinque gibbosa et repanda est. Nam vel dimidia minus, vel dimidia, vel etiam plus quam dimidia sui parte illuminatur.

CAP. XXI.

De vacuo.

Philosophorum præterea nonnulli vacuum quoddam etiam introduxerunt, idque corpore prorsus destitutum, quasi quoddam chaos infinitum demonstrant, idemque ante mundum fuisse contendunt : creatis deinde elementis universa corpora ambitu et circumvectione cœli concluserunt, nihil interius vacui relinquentes. Quod autem exterius est, atque adeo extra ipsam cœli circumvectionem, id demum omne vacuum esse, et infinitum, quantum quis in infinito loco imaginari possit. B

CAP. XXII.

Ecquod elementum primo productum.

Ad hæc Moses quidem, cui se Deus videndum præbuit, in ortu mundi cœlo et terræ primas assignat. Græcorum vero sapientes alia in hæresi fuerunt : quorum alii terram primo loco, tanquam cœlestis orbis centrum statuunt. Quandoquidem in solido circulo centrum prius et antiquius est. Alii vero mundi universitatem in quatuor elementa et quintum corpus cœleste dividunt : elementorumque tetradem, seu quaternionem, ab ipso æthere moveri autumant. Ætheris porro pulcherrimam partem cœlum esse, quod primo etiam *loco in* rerum naturam productum arbitrantur. Quicunque C autem ingenitum esse mundum asseruerunt, idem quoque ex consequentia de ipsa universitate senserunt. Potior vero sententia mihi videtur, ut cœlum tanquam corpus præstantius et nobilius, quodque ambitu suo cætera complectatur, primo quoque loco productum fuerit.

CAP. XXIII.

De cometis, et fulgoribus illis, qui διάττοντες ἀστέρες *dicuntur.*

Ut autem perceptis illis quoque passionibus seu affectionibus, quibus cœlum affici philosophorum monumenta tradunt, multarum inde rerum experientiam, atque eorum etiam quæ sunt cognitionem tibi compares, cometas fieri aiunt, cum exhalationis pars aliqua inflammatur. Nam si concretio illa D tenuior sit, quod accensum est celeri cursu rapitur, isque evadit qui vulgo διάττων ἀστὴρ dicitur, hoc est stella trajiciens quæ nihil aliud est, quam ignis trajectio, seu fulgor cœlestis emicans : si vero crassior materia subsederit, ibi scilicet candentis ignis semina foventur, cometamque seu crinitam stellam efformant. Cometarum porro figuræ variæ pro varia materiæ inflammatione, feruntur. Nam vel sola sui longitudine materia exardescit, unde cometa gignitur, quem vulgo δοκίαν, hoc est tre-

(2) *Ethnophronas* vocat infra lib. IV, c. 42, hæreticisque accenset.

bem igneam vocant: vel longitudine atque latitudine, et tunc fit, qui proprie cometa dicitur: vel ab inferiori parte quædam velut micantes scintillæ promuntur, tuncque demum πωγωνίας, hoc est barbatus cometes appellatur. Atque de cometis hactenus.

CAP. XXIV.

De pluvia, nive, grandine, et quæ ex vapore fiunt.

Vapor autem, cum sit humidi calidique particeps, simulatque superiora petit, mutatur, et in aquam colliquescit: et siquidem copiosior paulo densiorque deferatur, pluviam si vero rarior, stillam procreat: quod si concrescat, in nivem, sin a mutatione statim concretio fiat, in grandinem evadit. Atque hæc quidem sunt, quæ vapor in superiore aeris regione levigatus efficit: qui si deorsum, seu in infima terræque proxima parte aeris præ crassitudine seu densitate restitet, aut in rorem mutatur, aut in gelu concrescit. Cæterum ros eo potissimum tempore, quo cœlum serenum et sudum est, atque in locis maxime tepentibus: pruina vero in frigidioribus coalescit, atque ros quidem cum meridionalium ventorum: pruina vero, cum septentrionalium flatus prævalet. Grando autem partibus anni calidioribus, vere nimirum et autumno, sæpe etiam æstate condensatur: propterea quod calidum et frigidum ita natura comparata sunt, ut se mutuo comprimant et coerceant: adeo ut si exteriora calor occupet, in interioribus frigus delitescat, et contra. Itaque in partibus anni calidioribus frigus calido extrinsecus objectum grandinem conflat.

CAP. XXV.

De iride, halone, pareliis, et virgulis.

Quod ad irin pertinet, qui a multis arcus appellatur, naturali quidem substantia prædita non est, quippe quæ simulacrum quoddam inane, phantasmaque sit, quod videntium oculis tunc objicitur, cum solis radii quasi procidunt et reflectuntur, arcusque adeo speciem præ se ferunt. Porro quælibet iris triplici colore distincta est. Ejus enim zona interior, punicea: secunda, viridis: tertia cærulea et quasi purpurea est. Consurgit autem ex inæqualitate et dissimulitudine nubium. At halones seu coronæ quarum rotunda semper figura, nec iridum orbe minor apparet, circa lunam sæpe noctu, sæpe etiam interdiu conspiciuntur. Addunt physiologi, quique naturæ arcana scrutantur, et parelios, seu solis imagines, et ῥάβδους, hoc est virgulas: atque has quidem ex nubium inæqualitate fieri, tricoloresque, ut et iridas, esse: parelios autem albos, ut et halonas, asserunt.

CAP. XXVI.

Christiana et philosophica terræmotus causa.

Cæterum terræmotus a Deo ideo fieri dicimus, ut hominibus terrorem incutiat, et ad saniorem mentem revocet: quemadmodum ipse quoque Davides canit: *Qui despicit in terram, et concutit eam.* Philosophi vero causam illorum a ventis repetunt, si forte cum e terra sursum feruntur, contingat, ut flatus aliquis velut extrinseca quædam exhalatio, subterraneis reflans sese meatibus insinuet: qua etiam de causa serena tempestate terræ motus accidere, eaque adeo frequentius loca infestare solent, in quibus mare rapidius fluit, tellusque mollis et laxa cavernis et cuniculis scatet. Porro solem ipsum terræmotus tempore tenebricosum et obscurum esse affirmant: quia nimirum ventorum tunc in terram remeare flatus incipit, a quo liquidior aer interim et serenior efficitur.

CAP. XXVII.

De ventis.

Verumenimvero de ventis idem quoque Davides ita canit: *Qui educit ventos de thesauris suis.* Prisci vero philosophi ventos in universum quatuor esse affirmant, Subsolanum, Zephyrum, Notum, et Boream, quorum Subsolanus et Zephyrus non ita vehementes sint, Notus vero et Boreas infestissimam tyrannidem exerceant. Quæ cur fiant, his rationibus innituntur, quod sol nec australes nec septentrionales plagas calefaciat: quia nec in arctico nec in antarctico polo semper versatur (unde fit, ut frigidæ ex æquo et humidæ sint, multisque adeo imbribus indicem exortis, multus quoque vapor, isque fumosus consequatur: quæ res in causa est, ut Boreas et Notus tam impetuosis flatibus ferantur). Contra vero cum in regionibus, quæ vel in Orientem vel in Occidentem vergunt, sol crebris anfractibus moveatur, multum ibi frigoris suboriri non sinit.

CAP. XXVIII.

De fulmine, turbine, tonitrui, procella, etc.

Fulmen porro nullam in se inflammationem habet, quippe quod aerem ingenita sibi levitate et tenuitate referat. Unde id etiam nominis sortitum est, ut sit κεραυνὸς, quasi εὐκρανὴς, quia præ levore suo minime adurat. Prester vero, hoc est turbo accensus, cum ex nube substantiam materia crasissima constantem habeat, eamque incendat et inflammet, indé fit, ut incendiis et conflagrationibus idoneus evadat. Presterem autem ventus etiam præcedit, cujus rei certo id indicio est, quod fulmine jamjam tangendum est, quia prius vento concutitur. Presteris enim ventus ferire, quia sulphureus, et concutere solet. Neque vero ventus ille prestera solummodo præcedit, sed etiam comitatur et subsequitur, dispersusque et in levissimos flatus diffusus tonitrus et fulgetras excitat: et, si quidem inflammetur, vel fulmen, vel fulgur, vel prestera: sin secus, ἐκνεφίαν et τυφῶνα, hoc est procellam et vorticem ciet. Porro hæc omnia ad inflammationem et adustionem referantur.

CAP. XXIX.

De corporum resurrectione et animorum immortalitate.

De corporum resurrectione nulla Græcorum placita, de animi immortalitate permulta reperiuntur. Illi enim et pœnas apud inferos pro iis quæ in vita male quis gesserit, et λειμῶνας ἀσφιδελοὺς, hoc est prata asphodelo virentia, et Elysios campos fingunt: quibus illi post mortem donentur, qui præclare se in hac vita gesserint. Atque Græcorum quidem de iis quæ sunt in rerum natura sententiæ, quoad ex multis paucas sermone percurrere licuit, ita se habent.

CAP. XXX.

De Judaismi auctoribus.

Judaismus autem ab Abrahamo originem, circumcisionis interventu, duxit. Auxit eumdem Moses, qui septimus ab Abrahamo Judaicis rebus præfuit, legis beneficio, quam a Deo in Sina monte acceperat. Ornavit postea Davides ex tribu Benjamin, ubi primum Sauli successit, cumque jam quadraginta annos Judæis imperasset, virtute scilicet et sapientia præcellens, quippe qui numine divino afflatus esset, suorum terminos dilatavit. Ejus enim manum Deus in mari extendit, et in fluvio dexteram ejus.

CAP. XXXI.

Hæreseon et seditionum Judaicarum origo.

Cum ergo eo claritatis Judaicum genus excrevisset, Hierosolymamque Davides et Salomon mœnibus cinxissent, atque aggeribus ipsa mœnia circumvallassent, templum denique ubivis gentium percelebre Salomon ædificasset, quidam sua Sione minime contenti, Hebraicum imperium propalam seditionibus suis adulterarunt: ut major in illorum rep. perturbatio primis illis temporibus non fuerit, quibus nimirum Judices tribubus Judaicis jura dicebant.

CAP. XXXII.

Duodecim tribuum in duos ducatus sub Roboamo divisio.

Mortuo itaque Salomone duodecim tribus, quæ unius antea imperio rogebantur, in duos ducatus divisæ sunt. Cum enim Salomonis filius Roboamus mortuo patri in imperium successisset deque senioribus et morosa responsa daret, qui populi nomines supplices ad illum confugerant, divisæ sunt tribus. Atque sub ejus imperio ultima quidem tribus perseveravit. Undecim vero reliquæ apostatam Jeroboamum, qui e Samaria in Judæam invaserat, secutæ sunt. Atque illi quidem qui Salomonis filio morem gerere perrexerunt, Judæ: qui vero Jeroboamum Nabati filium regem sibi creaverunt, Israelis nomine dicti sunt. Cæterum Roboamus septemdecim annis Israeli præfuit, nimirum usque ad Jechoniæ tempora, qui et Sedecias appellatus est. Temporibus autem illis qui regem utrumque interfluxerunt, a vero Dei cultu aberrantes Israelitæ diis alienis sacra fecerunt. Cum primum enim conflatiles auro vaccas ignavis et hebetibus adorandas Jeroboamus proposuit, mox etiam in obscuris locis et lucis victimas multas obtulerunt, Baalamque tanquam Deum colere cœperunt.

CAP. XXXIII.

Captivitas. Esdras Babylone in Samariam idololatris inhabitabilem mittitur.

Verum enimvero cum Hierosolymis expugnatis, temploque incenso Nabuchodonosor victor populum, regnante tunc Jechonia, captivum sibi mancipasset, Judæi per legatos a Babyloniorum rege exorarunt, ut ex suis aliquot in Israeliticam regionem mitteret, ne forte diutius deserta et neglecta silvesceret, atque feris tantum latibula præberet. Ille itaque gentium sibi subditarum quatuor, nimirum Cuthæos, Cuddæos, Sepharveræos, et Anegoganæos eo colonos misit. Qui simul atque cum tutelaribus idolis in Samariam pervenerunt, ibidemque sibi domos exstruxerunt, a feris absumpti sunt. Quocirca per legatos ab Assyriorum rege petierunt, aut ad ferarum internecionem auxilium mitteret, aut colonia excedere sibi cum bona ejus venia permitteretur; admiratione interim summa ducti, qui fieri potuerit ut quisquam retroactis temporibus Samariam incoleret. Rex ergo iis ad se accersitis, qui inter Hebræos excellere videbantur, interrogavit quid causæ esset, quod Samaria tot a feris infestaretur, atque adeo coloni, *quos* illo miserat, tam misere perirent. Responderunt Hebræi fas non esse, ut regio illa idololatris cederet, cujus incolæ pristini Mosaicam legem observaverint. Illis itaque rex integrum fecit, ut aliquem in Samariam mitterent, qui Mosis ibi legem profiteretur. Illuc ergo quidam sacerdos, Esdras nomine, secum legis exemplar exscriptum deferens, circiter annum a captivitate tricesimum, se contulit.

CAP. XXXIV.

Samaritanorum hæresis.

Porro Samaritani, si quis interpretetur, idem quod custodes significant. Hique adeo primi exorti sunt, qui Judæis consentanei essent in iis, quæ de Deo apud illos circumferuntur. Solum autem Pentateuchum admittunt. Mortuorum resurrectionem improbant. Spiritum sanctum nullum admittunt. Et quamvis idololatræ re vera sint, summa tamen illis, ne tales videantur, cautio est. Hierosolymis enim una cum cæteris Hebræis adorare dedignati, in monte Garizin et sacra faciunt, et orant. Eo in loco quatuor nationum, quæ (ut jam monuimus) illo coloniam ex Assyria deduxerant, idola delitescere ferunt.

CAP. XXXV.

In quibus quatuor Samaritanorum sectæ conveniant, in quibus non.

Ex his autem Esseni, Sebuæi, Sorotheni, et De-

sithei in quibusdam dogmatis consentanei, in quibusdam contra dissentanei provenerunt. Esseni enim Augusto mense Azyma (in quo cum Sabuæis conveniunt), Scenopegian vero, cum Azyma Judæi, Pentecosten denique in autumno celebrant. At Sebuæi eodem ritu quo Esseni et Sorotheni dies festos colunt, a Dositheis autem dissentiunt. Sorotheni ut in cæteris cum Essenis et Sebuæis conveniant, eumdem certe ritum in festis celebrandis quem Dosithei observant. Festorum enim celebrandorum illis Sorothenisque et Dositheis eadem quæ cæteris Judæis ratio est. Dosithei certe, ut resurrectionem fateantur, et in festorum celebritate Sorothenis consentanei sint, privatim certe apud illos plerique ab animatorum esu, nec pauciores a nuptiis post liberos semel susceptos abstinent, nec desunt qui virginitatem profiteantur. Hujus sectæ Dositheus auctor fuisse perhibetur, qui Hebræus genere, singularique præditus eruditione cum frustra contendisset, ut in iis quas δευτερώσεις illi vocant, primas consequeretur, ad Samaritanos descivit, atque hujus hæreseos auctor fuit. Verumenimvero cum nimio philosophiæ amore teneretur, in antrum quoddam secessit, ubi dum jejuniis temere vires attenuat et infirmat, tandem panis et aquæ penuria moritur. Omnes itaque hujuscemodi vitam suam ita instituerunt, ut circa res agendas paulo solertiores essent.

CAP. XXXVI.

De Essenis in specie.

Eseni insuper amore virtutis a nuptiis, ita ut qui maxime, abstinebant, divitias pro nihilo ducebant, una denique vescebantur. Privata enim publicos in usus comportabant, turpe rati si quis privatim quid divitiarum possideret, apud quos scilicet fraternitatis nomine bona commiscebantur, et communes in usus depromebantur. Apud eosdem squaloris studio usus olei nullus erat : candidus illis color arridebat : vestem aut calceos recentes non nisi pr.oribus detritis induebant. Unum aut etiam alterum in commune procuratorem habebant. Nullus inter illos emptioni, nullus venditioni locus, sed expositis egenti suis omnibus quilibet id ab illo vicissim recipiebat, quod sibi deerat. imo vero alienis uti absque mutua gratificatione poterant. Ante solis ortum summa illis cautio erat, ne profani quid effutirent. Ad horam usque quintam operabantur. Deinde in unum conveniebant, lotisque frigida manibus in cœnaculo convivabantur. Promus panes, coquus ex uno et eodem edulio ferculum, præeunte precibus sacerdote, singulis apponebat. Non clamore ædes, non tumultu confundebantur. Alternis inter se perque vices colloquebantur. Sua vero absque procuratorum assensu et præsentia nemini erogabant. Iræ ut promi, ita excandescentiæ condi æquissimi. Fidei doctores. Pacis ministri. Quidquid dixerant majoris quam jusjurandum ponderis erat. Juramentum ipso perjurio deterius existimabant. Omnes Scripturas evolvebant, eas vero maxime ex quibus præcepta ad animos bonis moribus informandos utilia elicerentur. Ad se adeuntes probabant, eosque tandem fortitudinis et constantiæ specimine celebres in consortium ultro suum asciscebant. In judiciis exactissimi juxta et justissimi. In congressibus et colloquiis mutuis exspuere illis religio erat. In primis autem mala obfirmato animo nihili faciebant, atque dolores quidem meditationibus superabant. Mors illis quæ cum laude et gloria obiretur, immortalitate ipsa potior erat. Quare multi si quando propter legem flagris cæderentur : neque lorariis adblandiebantur, neque lacrymabantur : imo vero et verbera ridebant, et tortores ipsos irridebant : animas profundere parati, ac si denuo easdem recepturi essent. Apud ipsos enim obfirmata hæc opinio invaluerat, corpora quidem corruptioni obnoxia esse, perituramque materiam qua constant : animas autem in ævum sempiternum permanere, quæ certe nescio quo naturæ lenocinio, quibusve illecebris ab æthere purissimo divulsæ, atque in corpora demissæ, illis tanquam carceribus coercerentur, tandem vero carneis hisce vinculis exsolutæ, et quasi diuturna servitute liberatæ, tunc utique gauderent, et in sublime ferrentur. Atque ut bonorum quidem animæ (qua in re Græcis consentiunt) amœna quædam loca supra Oceanum incolerent, quæ neque imbribus, neque nivibus, neque caloribus infestarentur, sed quibus ab Oceano levis aura zephyri aspiraret : malorum vero ad tenebricosa et hyberno frigore rigentia, denique supplicii omne genus nunquam desituris scatentia loca protruderentur. Et mihi quidem Græci eodem consilio fortibus viris (quos heroas et semideos illi vocant) Fortunatorum insulas consecrasse, impiorum contra animas Orco (quæ sceleratorum sedes est) addixisse videntur, ubi etiam Sisyphos, Tantalos, Ixionas, et Tityos quosdam meritis affici pœnis in fabulis est. Primum itaque perennes animas esse supponunt, deinde ad virtutum persecutionem vitiorumque fugam hominibus concessas affirmant, propterea quod viri boni, quandiu vivunt, meliores evadunt, certa spe adducti, fore ut post obitum in honore habeantur, sceleratorum contra affectus ita metu præpediantur, ut etiamsi in vita lateant, post mortem tamen certum sibi exitium exspectent.

CAP. XXXVII.

Judæorum in septem sectas divisio.

Ex hujusmodi Essenorum vivendi ritu, ni mea me fallit opinio, nostrates Nazaræi pleraque sua instituta deprompserunt, quamvis et illa tempore intercíderent. Cæterum tandem Judaismus in Saducæos, Scribas, Pharisæos, Hemerobaptistas, Nazaræos, Essæos, et Herodianos divisus est.

CAP. XXXVIII.

De Saducæis.

Et Dositheorum certe velut avulsio quædam fragmentumve Saducæi sunt. Saducæi autem quasi justi dicuntur. Sadoc enim Hebræis justus est. Hi porro mortuorum resurrectionem improbant, angelos non admittunt, Spiritum sanctum ignorant. In cæteris omnibus cum Dositheis conveniunt.

CAP. XXXIX.

De Scribis.

Scribæ autem legis δευτερωταὶ, hoc est secundarii denominantur, sive illi qui traditiones et cæremonias ad legem adjiciebant. Siquidem seniorum traditiones δευτερώσεις appellabantur. Hi, ut in cæteris cum Judæorum vulgo convenirent, superfluis tamen nescio quibus observationibus addicti, urceos, pocula, patinas, et cætera id genus mensalia vasa, pugnoque facto suas ipsorum manus curiosiore superstitione abluebant. Vascula insuper ante perpurgabant, quam cibos ex illis caperent. Dalmaticia, quæ nunc colobia dicuntur, purpuraque prætexuntur, induti, phylacteria sua ostentabant, breves nimirum cartulas, quibus inscripta lex erat, quas illi pretiosis fasciis ornatas, auroque distinctas, tanquam Judæorum magistri, deferebant. Fimbriæ præterea ab illorum vestibus promittebantur, quatuorque stolæ eorumdem aliis aurei corymbi, malorum punicorum similitudine, affixi erant, quo tempore illorum quispiam continebat, aut virginitatem exercebat.

CAP. XL.

De Pharisæis.

At Pharisæi cultu religionis exteriore Scribas longe superabant, quorum alii tabulas sibi latitudine bipalmares subjiciebant, ut si quando sub noctem somno victi in pavimentum procumberent, confestim expergefacti Numen precarentur. Alii calculos aut spinas sibi substernebant, alii ad præfinitum tempus in virginitate degebant, atque ita alii ad decimum, alii ad octavum, alii ad quartum usque annum perseverabant, donec in somnis ad Veneris furia stimularentur. Bis in Sabbato, secunda nimirum et quinta feria, jejunabant. Porro Pharisæorum nomen indepti sunt, ut qui ab aliis, præ hujuscemodi philosophiæ studio, sejuncti essent. Nam Phares Hebræis idem est, qui Græcis ἀφωρισμένος, et Latinis segregatus. Illi præterea mortuorum resurrectionem, angelos et Spiritum sanctum, contra Saducæorum dogma, confitebantur. Iidem fato et astronomiæ intenti a gravidis conjugibus abstinebant, quo facto se non fruendarum voluptatum, sed liberorum suscipiendorum gratia uxores duxisse significabant. Balnea apud illos feminis velatis, quemadmodum et viris subligari præcinctis, permittebantur. Ut animis omnibus immortalitatem tribuerent, bonorum certe tantum animas in alia transire corpora, malorum vero æternis addici suppliciis docebant.

De Hemerobaptistis.

CAP. XLI.

Hemerobaptistæ in hoc duntaxat a Pharisæis et Scribis differebant, quod fieri non posse dicerent, ut quisquam salvus evaderet, nisi qui singulis diebus sacro baptismate tingeretur.

De Nazaræis.

CAP. XLII.

Nazaræi, qui (si vocabuli vim interpreteris) *iidem* sunt qui et ἀφηνιασταὶ, id est, rebelles, *patriarchas* omnes, quorum in Bibliis Mosaicis mentio fit, Mosemque adeo ipsum recipiunt. Pentateuchum vero improbant, atque aliam Mosi legem datam fuisse contendunt, quo fit ut ab animatis omnibus abstineant, nullisque cruentis victimis in sacrificiis utantur.

CAP. XLIII.

De Essæis, et Elxai pseudopropheta, et ejus fratre Iexæo cum sororibus Martho et Marthana.

Essæi cuncta ex legis præscripto gerentes, ut supra dixi, aliis quoque præter legem scriptis utebantur. Abjectissimos id nominis et vilissimos significat. Illis Elxai quidam pseudoprophetæ, rerumque laudabilium corruptor, Trajani Romanorum imperatoris temporibus se conjunxit, *qui* Christi in carne adventum negabat, virginitatemque et continentiam detestatus ad nuptias exhortabatur. Elxai huic fratrem fuisse aiunt, qui Iexæus diceretur, posteaque, magni scilicet Constantini temporibus, una cum duabus sororibus innotuerit, quæ eodem quo ille genere prognatæ ferrentur, Martho scilicet et Marthana, quibus errore delibuti homines, tanquam deabus a divino Elxai semine prognatis, divinum cultum exhiberent. Caterum Elxai potentiam occultam et arcanam significat. El enim Hebræis potentia, Xai occulta dicitur.

CAP. XLIV.

De Herodianis.

Herodiani ab Herode Antipatri filio nomen acceperunt. Antipater enim Ascalonites a Judæis captus et abductus Herodem illum suscepit, qui Christi temporibus pueros interfecit. Tandem Demetrio familiarissime conjunctus, Judæque procurator effectus, seipsum cum Herode filio circumcidendum curavit. Hic Herodes postea cum Julio Cæsari, Antonio, et Augusto innotuisset, Judæorum regno præfectus est. Nonnulli ergo illum esse Christum arbitrabantur, Jacobi scilicet vaticinio adducti, quod ita canit: *Non deficiet dux neque princeps de femore ejus, donec veniat cui reposita est* [7], idcirco Herodiani nominantur.

[7] *Gen.* XLIX, 10.

CAP. XLV.

Libri primi Epilogus.

Atque hæ quidem sunt hæreses quæ Christi in carne adventum præcesserunt, nec tamen omnes improbatæ sunt, ast illæ tantum, quæ Mosis legem antiquabant ejusque placitis adversabantur. Porro Pharisæorum et Scribarum traditiones, si cum legis oraculis observarentur, nihil præjudicii pariebant. Nam quid alioqui detrimenti ex urceorum baptismis, manuum ablutionibus, tintinnabulorum sonitu, corymborum aureorum appensionibus, tabulisque bipalmaribus ad somnum capiendum substratis, ejuscemodi observationum studioso conflari potuisset ? Idem de jejunio judicandum est, et cæteris quibus Pharisæus designabatur, atque Scriba vel procul conspectus innotescebat, quibus hactenus ignotus fuisset. Quod superest, vera esse quæ dico, Christus ipse, qui veritas ipsa est, his verbis plane arguit : *Dico enim vobis, nisi superabundaverit justitia vestra plus quam Scribarum et Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum* [85]. Hypocriticus porro traditionum cultus, primorum accubituum amor, primæ sedis ambitio, preces mediis in plateis fusæ, privatorum denique mandatorum præ divinis observatio, atque adeo accuratissimum dogmatum suorum præ Dei præceptis studium, extremam proculdubio animis hominum perniciem exitiumque afferunt : ut satis hæc superque Theanthropi verba indicant: *Væ vobis, Pharisæi hypocritæ, quia mundatis exteriora calicis et paropsidis, interiora autem plena sunt rapina et injustitia.* Item, *Væ vobis, Scribæ et Pharisæi hypocritæ, quia decimatis mentham, anethum, et cyminum : et reliquistis quæ graviora sunt legis, judicium, et misericordiam, et fidem. Hæc oportuit facere, et illa non omittere* [6]. Atque hæc sunt, inquam, in quibus ante Christi in carne adventum a lege divina aberratum est, cæterum posteaquam ille corpus humanum assumpsit, a mortuis surrexit, in cœlos ascendit, apostoli denique per hominum nationes dispersi sunt, innumeræ opiniones ab orthodoxæ fidei regula diversæ, studio ejus qui zizania disseminare solet, exortæ sunt. Operæ autem pretium me facturum existimo, si primum de sancta Trinitate disseram, tum deinde hæreses ipsam attexam, una cum iis quæ adversus illas a me conscripta sunt.

[85] Matth. v, 20. [6] Matth. xxiii, 13.

NICETÆ CHONIATÆ
THESAURI ORDHODOXÆ FIDEI
LIBER SECUNDUS.

De sancta Trinitate, Angelis et hominibus.

CAP. I.

Quod divinitas trishypostata sit, hoc est tribus personis constet.

Inde certe dicendi præludium faciemus, unde dubitationis occasionem plerisque subortam video, nimirum quid obstiterit, quominus se natura illa rerum omnium fabricatrix ab initio trinam ostenderit, sed tum demum, quando a Verbo caro assumpta est, idipsum sibi placere perspicuum fecerit. Respondemus itaque perapposite id pro divinæ magnificentiæ dignitate factum ita fuisse. Illa enim cum homines a monarchia, seu Dei unius cultu alienos et ad deorum pluralitatem propensos, creaturarum potius quam Creatoris cultui addictos esse videret, tunc temporis se vulgo celavit, nec unitatem illam quæ Trinitati personarum inest, cuivis perspicuam et explanatam esse voluit ut imbecillæ perversorum cognitioni parceret, qui sane vel nullis hujuscemodi propositis exemplis, alias ἀναρχίαν, hoc est nullum prorsus Deum, reverebantur, alias τῇ μοναρχίᾳ, hoc est unius Dei cultui, deorum pluralitatem præferebant. Cæterum apud Deo charissimos Patres unitate sua Trinitas non caruit, imo vero Abrahamus quo tempore angelos hospitio excepit, obscurius illam tacitus secum reputavit, expressius autem specimen illius edidit, cum filium Isaacum supposito ariete, viventem e sacrificio recepit. Ex iis enim quæ tunc vidit, Verbi incarnationem ariolatus est, futurumque adeo, ut divinitas minime pateretur, sed caro sola, quam in mundi totius expiationem assumpturus esset. Porro Mosi, dum in monte obambulat, nova illa visio objecta est. Et Jacobus filiis benedicens vaticinatus est futurum, ut is quicum colluctatus nocte fuerat, hominibus conjungeretur, et veluti catulus leonis a somno resurgeret. Quisquis denique divino fuit afflatus numine, quantum hoc vel illo pacto mentis oculos contendere potuit Trinitatis cognitionem tanquam in speculo contemplatus est. Alioqui vel ipsa de Deo Patre con

cepta notio, Filii quoque et Spiritus essentiam commonstrat et confirmat. Nam Filii Pater est et Patris Filius, eosque una et eadem natura efformat. Spiritus itidem alterius cujuspiam spiritus est, ejus nimirum cujus et dicitur. Iis itaque de causis Trishypostata, hoc est, tribus constans personis Divinitas animo ex symbolis primum ab illis concepta est, qui rerum divinarum præscientia claruerunt : palam vero et perspicue tum demum, cum ex Trinitatis personis una nobiscum in carne versata est.

CAP. II.

Cur Trinitatis mysterium ministerio Verbi posuit quam hominis cujuspiam innotuerit.

Cæterum Verbo muneris id conveniebat, ut Trinitatis mysterium mundo patefaceret, ut homines a Deo ea quæ Dei sunt edocti, haud dubiam de iis opinionem conciperent. Nam si a mortalium aliquo traditum fuisset, nunquam id ponderis apud rerum divinarum studiosos habuisset, ut facile suscipiendum videretur : quemadmodum verbi gratia, Mosaicis scriptis usuvenisse sycophantæ affirmare ausi sunt (3), quorum alia quidem a Deo legislatore, alia vero a Mose populique senioribus promulgata dixerunt. Atque hujus posterioris opinionis ergo, ne legis quidem divinæ cultum hujusmodi scriptis exhibuerunt. Nam si posteaquam ipse Christus theologiam illam professus est, quæ et in unitate Divinitatis, et in trinitate personarum elucescit, nonnulli, velut adulterinæ quædam dæmonis monetæ, exorti sunt, qui Dei majestatem nullo modo reveriti, a fide diverticula subintroducerent, a quibus, quæso, verbis sibi temperassent homines, si abstrusarum rerum, necdum a quoquam tractatarum doctores fuissent ?

CAP. III.

Incarnatio Christi certissimum divinæ erga nos providentiæ argumentum.

Dei porro majestatis excellentissimum opus, ejusdemque providentiæ erga nos argumentum efficacissimum inde innotuit, quod Filius carnem assumpserit, et usque ad mortem crucis sese exinaniverit. Cum enim ille Dei imago immutabilis et naturalis esset, nosque imaginis illius divinæ, ad quam efformati fueramus characterem corrupissemus, idem ille qui ut in rerum natura essemus, effecerat, creaturæ suæ restaurationem in se recepit, atque adeo ἐνυπόστατον illud, hoc est, per se subsistens Dei Verbum, Patre propriam gloriam non exuente, incarnatum in terris apparuit, et eos qui a ratione deflexerant, ad brutamque vitam diverterant, denuo ad rationis et intellectus dignitatem revocavit, Pater autem ordine Filium, Filiusque Spiritum præcedere eadem ratione dici potest, qua res expetendas, et suos effectus causa præcedit, qui tamen diversæ naturæ, posteioresque tempore non sint, sed æterna potius eoæternorum effectuum causa sit, ejusdem substantiæ, sola proprietate dempta, particeps. Primus enim pater, secundus genitura, tertius processio dicitur.

CAP. IV.

Cum divinitas ineffabilis sit et incomprehensibilis, qui fit, ut a Christo in Patrem, Filium et Spiritum dividatur ?

Quod si rem ipsam altius atque convenienter Deo disquiramus, natura divina omni ex parte ineffabilis est, et incomprehensibilis, nec id quod re ipsa est aut humana capi ratione ac revelari, aut oratione ulla exprimi potest. Et quamvis Trinitatem, quamvis unitatem, quamvis Patrem et Filium, et Spiritum, quamvis denique Divinitatem illam incomprehensibilem, et naturam ineffabilem vel animo concipiamus, vel ratione pronuntiemus, illa non iis rebus, sed supra eas consistit. Ex quo fit, ut divinæ naturæ neque prior locus neque posterior accommodari commode possit, sed omnium supremus duntaxat, utpote quæ omnem numerum et unitatum excogitationem excedit, si saltem numerus et unitas circa substantias versentur, Deus autem supra substantiam sit. Servator tamen noster, ut nominibus et rebus nobis familiaribus ad ea nos deduceret, quæ supra naturam posita sunt, divinisque adeo mysteriis initiaret, oratione sua Patri primum, Filio alterum, Spirituique sancto tertium locum attribuit, cum sic discipulos suos alloquitur : *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti* [7].

CAP. V.

Consentaneum fuisse, ut Dei Filius hominis quoque Filius diceretur, fierique non potuisse ut vel si homine humano, vel ab angelo servaretur.

Hoc autem neque Patri a natura insitum, neque divino item Spiritui consentaneum erat, ut in terra videretur, et nobiscum coalesceret. Qui enim fieri posset, ut qui nullis non sæculis insitam sibi paternitatem prædicabat, Filius hominis audiret ? vel etiam Spiritus ille coadjutor et perfector, eorumque confirmator, quæ Filius ex nihilo ad id quod est in rerum natura produxit, prout plerique scriptis suis asseruerunt, imo vel ipse Servator in Evangeliis, in quibus de Spiritu sancto disserens discipulos his verbis alloquitur : *Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, et suggeret vobis quæcunque dixi vobis* [8]. Item, *Cum autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis, Spiritus veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium feret de me* [9]. Sed hoc a ratione non ab-

[7] Matth. xxviii, 19. [8] Joan. xiv, 26. [9] Joan. xv, 26.

(3) Ptolemæus in primis infr. lib. iv, c. 5.

horrebat, ut qui Dei Filius esset, hominis quoque Filius evaderet; et quemadmodum vitam hominibus largitus erat, ita nobis quoque non tantum vitam, sed bonam etiam vitam adventu suo largiretur, salvis ambabus naturis: divina, inquam, quæ eadem prima est, et hominis captum transcendit; necnon humana, quam propter nos ad tempus speciali quadam proprietate assumpsit. Præsertim quia hominis culpa factum fuerat, ut homo salute excluderetur, cui consequendæ nihil Mosaica lex, nihil propheticæ prædictiones prodesse potuerant, nihil denique angelorum quispiam nobis hac in re proferre posse videretur: tametsi hoc Deo supra modum arrisisset, quod rebus hominum deploratis præsens remedium et ac recuperandam salutem efficacissimum afferret. Qui enim fieri potuisset, ut simplex homo, nec ullius divinitatis particeps, unam eamdemque in fidem gentes congregaret, illisque cæremoniis finem imponeret, quibus lex obnoxios nos efficiebat? vel etiam eadem potestate uti potuisset, qua Christus utitur, his verbis: *Lex quidem ait, Non mœchaberis: ego autem, Ne mulierem quidem aspicies, ad concupiscendam eam* [10], et quæ sequuntur, eo quidem sensu accipienda, ut ad legis perfectionem, non autem ad destructionem dicta et tradita intelligantur. Sed ne malorum quidem spirituum vires infirmare potuisset angelus, præsertim cum Scriptura nos moneat, Michaelem archangelum cum diabolo quidem super Mosis corpore contendisse, eo tamen audaciæ nequaquam evasisse, ut illum tanquam blasphemum condemnaret, sed his duntaxat verbis usum esse; *Increpet te Dominus*. Quin et angeli in angelos insurgunt, quemadmodum vir ille desideriorum et prophetarum perspicacissimus Daniel suis scriptis explicat. Quocirca prout oportebat, ita etiam creata sunt omnia, creata vero et facta sunt ita ut et mundo salutifera, nec Deo indigna essent. Atque hæc hactenus, etiamsi citra omnem orationis ornatum dicta sint. Jam quædam scriptis mandanda supersunt, ex quibus sanctissimi Patres et theologi nos docuerunt, quidnam de supersubstantiali Trinitate sentiendum sit.

A

B

C

D

CAP. VI.

B. Dionysii Areopagitæ, ex cap. 2, De unila et distincta theologia, de Patre, et Filio et Spiritu sancto (4).

Patrem quidem fontem divinitatis esse, Filium autem et Spiritum Deigenæ divinitatis germina, ut ita dicam, divinitus pullulantia et quasi flores, supersubstantialiaque lumina, sacris ex oraculis accepimus; at quonam id tandem pacto fiat, nec oratione quisquam, nec intellectu consequi potest. Item, proinde in omni fere theologica disputatione summæ Divinitatis sacras laudes intuemur, partim quidem, quia unitas sit propter simplicitatem et unitatem supernaturalis ejus impartibilitatis, ratione cujus tanquam unificæ potentiæ, unimur, dividuisque nostri diversitatibus, supra mundi hujus conditionem, complicatis, in Deiformem monadem, eamque unitatem colligimur, quæ divinam illam imitetur: partim vero, quia Trinitas sit, trium illarum personarum ratione, quæ ex fecunditate supersubstantiali elucescunt, ex qua cœlestis omnis familia et est et denominatur. Item, Divinitas illa, quæ rerum omnium præses, et unitas et Trinitas celebri nomine dicitur, non ea est unitas et Trinitas, quæ vel nobis, vel alii cuiquam eorum quæ sunt innotescat, sed ut ipsius unitatem unitate omni superiorem, Deigenamque fecunditatem vere laudemus, illam trina et una Divinitatis appellatione denominamus: cum tamen omnia nomina transcendat, et eorum quæ sunt essentiam exsuperet. Nulla porro unitas, aut Trinitas, aut nullus numerus aut unitas, aut fecunditas, nullum denique aliud ex iis quæ sunt, quod quidem cognitioni scientiæque pateat, arcanum illud nulla oratione nulloque intellectu explicabile, retegere potest, quod in ea super Divinitate inest, quæ substantia sua nullam non substantiam multis parasangis exsuperat. Ipsa vero neque ullo nomine, neque ulla ratione, aut oratione exprimi potest, sed in ipsis adytorum penetralibus, quasi de medio sublata delitescit.

CAP. VII.

Magni Basilii ex epistola ad Gregorium fratrem, quæ de essentiæ et hypostaseos differentia inscribitur (5).

Ubicunque in sancta Trinitate Patrem intellectu assequitur, una eadem opera et ipsum per se Patrem intelligit, et Filium cogitatione comprehendit. Qui autem Filium tenet, Spiritum quoque complectitur, et consequenter quidem secundum ordinem, conjuncte vero secundum naturam, trium in seipso confusam et commistam fidem expressit. Spiritum item solum qui dixit, hujusmodi confessione eum quoque, cujus et Spiritus est, nempe Christum, et eum ex quo procedit, nempe Deum, ut Apostolus ait, complexus est. Quemadmodum autem in cætena, qui annulum unum attingit, simul etiam alterum extremum attrahit, ita quicunque Spiritum trahit, ut auctor est propheta, is vero per istum Filii quoque et Patris compos factus est. Quod si quis apprehendat, ab utroque ejusdem latere, hoc quidem ejusdem Patrem, illo vero proprium ejusdem Spiritum eadem hac inductione sibi conciliaverit. Nec enim fieri poterit, ut is a Patre separetur, qui semper in Patre manet, aut a proprio unquam Spiritu disjungatur, qui omnia in ipso agit. Proinde nulla prorsus sectio aut divisio excogitari potest, qua vel Pater sine Filio, vel Filius sine Spiritu intelligatur. Imo vero ea in iis conjunctio et divisio

[10] Matth. v 28, 29.

(4) Vide *Patrologiæ Græcæ* tom. III, col. 671.

(5) Vide tom. XXXII, col. 331.

est, quæ nulla oratione explicari, nulloque intellectu comprehendi queat: cum præsertim neque hypostaseon differentia continuitatem naturæ distrahat, nec essentiæ conjunctio proprietatem personarum, quasi fatiscens et perfluens effundat: ita ut mirabili quadam ratione in his et conjuncta distinctio, et distincta conjunctio dignoscatur. Ut autem hujus rei obscuritati luminis aliquid accedat, aut potius veritas adumbretur, multicolor ille cœlestis arcus, quem vulgus Irin appellat, exempli gratia proponatur. Omnium enim colorum ejus splendores et distincti videntur, quia eminus lucent, et conjuncti, quia mistionum terminos non videmus, quibus colorum varietates distinguuntur: ut discernere omnino nequeas quatenus extendantur, aut unde initium ducat, vel rutilus, vel smaragdinus, vel glaucus luminis splendor. Quo quidem naturæ exemplo nos ratio monet, ne novitatis vitio laboremus (6) in dogmatum rationibus exquirendis, si quando difficilem aliquem nodum disquirendo nacti, in utram nobis partem inclinandum sit, addubitamus. Quemadmodum enim ea quæ sub aspectum cadunt qualia sint experiri, quam iis temere contradicere præstat, ita etiam in dogmatis illis, quæ de rebus arduis instituuntur, illi cognitioni, quæ ratiocinationibus comparatur, fides antecellat oportet.

CAP. VIII.

Magni Gregorii Theologi de Patre, et Filio, et Spiritu sancto, distincta simul et conjuncta Divinitatis ratio. Ex oratione prima de Filio (7).

Nos autem unius Dei principatum colimus. Principatum, inquam, non una circumscriptum persona (fieri enim potest, ut unum a seipso dissideat, et in multa evadat) qui æquali naturæ dignitate, eodem animi consensu, eadem motione, et omnium quæ ab uno fluunt, in unum concursu constituatur (quod quidem in natura procreata fieri nullo prorsus modo potest) ita ut etiamsi numero differat, essentiæ tamen ratione non dividatur. Idcirco unitas ab initio in binarium excrescens in ternario conquiescit. Et hoc nobis est Pater, et Filius, et Spiritus sanctus. Ille quidem genitor et emissor (quod circa affectum, tempus, et corpus intelligo), horum vero alterum genitura, alterum autem emissio dicitur. Alioqui nescio quo illa nomine dicenda sint, cum ab iis quæ sub aspectum cadunt abstracta fuerint. Et paulo post: Quocirca nostris nos in finibus continentes, unum ingenitum, alterum genitum, tertium a Patre et Filio procedens introducimus, quemadmodum ipse Deus et Verbum testatur alicubi. Quando igitur, objiciat quispiam, hi esse cœperunt? Nimirum antequam ulla temporis observatio fieret, et si quid juveniliter enuntiandum est, quando Pater ipse. Quando autem Pater non fuit? Quando nec hi fuerunt. Sic ergo de Filio, sic et de Spiritu sancto sentiendum est. Rursum interrogato me, ut rursum quoque tibi respondeam. Quando Filius genitus est? Nimirum quando Pater genitus non est. Quando denique Spiritus processit? Quando nimirum Filius non processit. Sed genitus est nullo tempore, supraque quam quis ratione consequi possit. Et si supra tempus nihil quidquam statuere possumus, quamlibet temporalem significationem subterfugiamus (nam voces hæ, *quando*, *antea*, *postea* et *ab initio*, temporis expertes non sunt) etiamsi vel maxime adnitamur, vimque verbis auferamus, nisi quia spatium illud, quod eadem cum sempiternis duratione protenditur, nulloque motu aut solis cursu dividitur, aut mensurabile temporis instar est, sæculum appellamus: Jam si cœterni sint, inquies, qui fit, ut principii etiam una cum Patre non sint expertes? Quia nimirum ex illo sunt, quamvis post illum non sint. Quod enim principio caret, idem et æternum est, quod vero æternum est, non omnino principio caret, quandiu saltem ad principium suum, hoc est Patrem, referatur. Filius ergo et Spiritus, si ad causam sui revocentur, principii expertes non sunt, (constat tamen causam non omnino *iis* antiquiorem esse, quorum causa est. Nec enim solem luce antiquiorem dixeris: » ac si temporis habeatur ratio, sine principio sunt: quamlibet tu simpliciorum animos præstigiis tuis perterrefacias. Nec enim tempori subjiciuntur, a quibus tempus ipsum dependet.

CAP. IX.

Ejusdem, ex oratione De dogmate et statu episcoporum (8).

Ita igitur Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum adoramus, ut divisis proprietatibus Divinitatem ipsam conjungamus, Nec vero in unum tria contrahimus, ne Sabellii morbo corripiamur, nec contra unum in tria, diversa quidem illa et aliena diducimus, ne cum Ario insaniamus. Cur enim, quæso, plantæ in alteram partem vergenti et prorsus incurvatæ similes, vi contrariam in partem distorqueamus, et perversitatem perversitate corrigamus, ac non potius ad medium aspirantes, intra divinæ pietatis fines consistamus? Mediocritatis porro nomine veritatem ipsam intelligo, ad quam si spectabimus, non aberrabimus: id autem fiet, si nec improbæ illi contractioni, nec ea longe absurdiori divisioni subscribamus. Ita ut neque nomina verbis in unam contracta personam multiplicis divinitatis metu, nuda nobis relinquamus, dum eumdem Patrem et Filium et Spiritum sanctum existimamus, nec potius in unum omnia conflari, quam eorum unumquodque nullum prorsus esse definimus (designant enim quod sunt, si alternis sibi cedant, aliaque in

(6) μὴ καινοπαθεῖν. Interpres Euthymii habet *ne frustra laboremus*, ut legisse videatur μὴ κενοπαθεῖ.

(7) Tom. XXXVI, col. 75.

(8) Vide tom. XXXV, col. 1072.

aliorum locum transeant), neque contra in tres naturas vel peregrinas, dissimiles, et inter se dissectas, eam quam jure optimo insaniam dixi, amplexati : vel principio et ordine carentes, atque ut ita dicam, divinitati contrarias. Eo quod hinc in Judaicæ paucitatis angustias contrahimur, si soli Ingenito divinitatem ascribamus : inde vero in contrarium quidem, sed æque malum, vitium incurrimus, si tria principia, treave deos ponamus, quod quidem prædictis longe absurdius est.Præstat enim si neque Patrem quidam ita complectantur, ut eum vel Patris nomine defraudent, (nam cujus tandem Pater dici queat, si diversæ naturæ censeatur, et creaturis accenseatur ?) neque Christum tantopere ament,ut eum Filii nomine spolient, cujus enim, quæso, Filius audiat, nisi ad causam, scilicet Patrem referatur ?) neque in Patre principii dignitatem minuant, qua nimirum pater et genitor asseritur. Rerum enim parvi momenti nec se dignarum, principium fuerit, nisi divinitatis ejus, quæ in Filio et Spiritu cernitur, auctor exsistat. Quandoquidem et unum Deum colere, et tres hypostases seu personas, atque illarum quamlibet sua proprietate præditam confiteri oportet.

CAP. X.

Ejusdem, ex oratione in Arianos, et pro seipso [Patrem, Filium, et Spiritum communi nomine Deum dici, quorum expressa comprehensio vera demum, hoc, est cœlestis felicitas sit (9).]

At vero nos Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum adoramus, atque Patrem Deum, Filium Deum, Spiritum sanctum denique Deum, nisi moleste feras, unam scilicet eamdemque naturam in tribus proprietatibus, quæ intellectu percipiuntur, perfectæ sunt, per seipsas consistunt, et numero non divinitate dividuntur. His mihi vocibus uti per te liceat, quicunque minis nos hodie territas : cæteras vero persequatur qui volet. Fieri non potest, ut Pater subsistat, si Filii jacturam faciat ; nec Filius,si Spiritu sancto privetur. Privatur autem, si aliquando esse cœperit, sique creatura sit. Creatura enim Deus non est, baptismum porro imminui nec ego quidem fero : *Unus Dominus, una fides ; unum baptisma* [11]. Quod mihi si conferatur irritum, ubi, quæso, alterum nanciscar ? Quod dicitis ? Heus vos qui baptismum pervertitis, seu rebaptizatis ! fierine potest, ut quis spiritualis sine Spiritu dicatur ? An vero Spiritus particeps ille sit, qui Spiritum non veneratur ? Isne porro Spiritum veneratur, qui in creaturæ conservique nomine baptizatus est ? Nunquam certe,quamlibet multa dicas, nunquam id persuadebis. Non te fallam, o principii expers Pater. Non te fallam, o unigenitum Verbum. Non te fallam, o Spiritus sancte. Scio quid confessus sim, a quo desciverim, quem secutus sim. Non committam ut viva fidelis doctoris voce institutus, discipulus infidelis evadam. Veritatem confessus sum, non mendacium non committam, ut qui baptismo perficiendus venerim, imperfectior abeam : qui ut viverem baptizatus sum, in aqua moriar, quemadmodum illa quæ in ipso partu pereunt, mortemque una cum ortu experiuntur. Cur me, quæso, beatum et miserum, recens illuminatum et luminis expertem, divinum et impium, eodem temporis momento facis ? Numnam ut hoc naufragio, vel spe reformationis excidam ? Ut rem pauois absolvam, quid confessus sis, reminiscitor.In quem baptizatus es ? In Patrem. Recte hoc quidem, sed Judaicum. Deinde in Filium. Recte et hoc, at quamvis Judaicum non sit, nondum tamen perfectum est. Et in Spiritum sanctum. Optime hoc certe, nam perfectum est. Age vero, numnam simpliciter in hujusmodi nomine baptizatus es, an etiam commune aliquod horum nomen nosti ? Commune certe novi. Ecquodnam est ? Nimirum Dei nomen. In hoc commune nomen credito, gressus dirigito, et regnato. Jam ex hoc mundo ad beatitudinem illam cœlestem transmigrasti. Illa porro, ut mea fert opinio, nihil aliud est, quam expressior [quædam] horum comprehensio.

CAP. XI.

D. Maximi, de Patre et Filio, et Spiritu sancto, distincta simul et conjuncta Divinitatis ratio. [Patris et Filii et Spiritus eamdem substantiam, potentiam, et actionem esse.]

1. Deus unus est, quia divinitas una, principii expers, simplex, supersubstantialis, impartibilis et indivisibilis. Eadem unitas et Trinitas : eadem tota unitas, et tota Trinitas : eadem tota unitas,si essentiæ, eadem tota Trinitas, si personarum ratio habeatur. Pater et Filius et Spiritus sanctus, Divinitas eadem. Quæque Patri et Filio et Spiritui sancto divinitas inest, eadem tota in Patre toto, atque vicissim eidem toti Pater totus inest. Eadem tota in toto Filio, atque totus in eadem tota Filius. Eadem tota in toto Spiritu sancto, atque totus in eadem tota Spiritus sanctus. Neque ex parte in Patre Divinitas est, vel ex parte Pater Deus est, neque ex parte Divinitas Filio inest, vel ex parte Filius Deus est, neque ex parte inest Spiritui sancto Divinitas, vel ex parte Spiritus sanctus Deus est. Nec enim partitioni Divinitas obnoxia est. Neque Pater aut Filius, aut Spiritus sanctus Deus est imperfectus. Sed tota eadem perfecta perfecte Patri perfecto : tota perfecta perfecte Filio perfecto : tota denique perfecta perfecte, et eadem Spiritui sancto perfecto inest. Totus enim toti Filio et Spiritui sancto perfecte Pater inest. Item totus toti Patri et Spiritui sancto perfecte Filius inest. Totus denique toti Patri et Filio perfecte Spiritus sanctus inest. Una enim et eadem

[11] Eph. iv, 5.

(9) Tom. XXXVI, col. 236.

Patris et Filii et Spiritus sancti essentia, potentia, et actio est. Nec eorum quisquam absque altero esse aut intelligi potest.

2. Ejusdem. Illa universi opifex sanctæ Trinitatis essentia sola simplex, uniformis, nulla re egens, et immutabilis est. Omnis autem creatura composita est, quæ nimirum ex substantia et accidente constet, divinæ providentiæ auxilio semper egeat, haudquaquam mutationis expers. Proinde nec accidens Deo, nec qualitas attribuenda. Hæc enim rebus compositis et mutationi obnoxiis attribui solent. Quæcunque autem Deo insunt, natura insunt, non tanquam acquisita et adventitia.

3. Ejusdem. Ne habitus et aptitudines in simplici et infinita sanctæ Trinitatis essentia quæsiveris : ne forte compositam illam profitearis, et rebus creatis accenseas.

4. Ejusdem. Ex iis quæ sunt, eorum quæ sunt causam dignoscimus [nimirum Patrem], ex eorum autem quæ sunt differentia, illa enhypostata, hoc est, per se consistens, ejus quod est sapientia, nempe Filius, nobis innotescit. Ex naturali denique eorum quæ sunt motu, enhypostatam quoque seu per se consistentem eorum quæ sunt vitam, et vivificam eorum quæ sunt potentiam, nempe Spiritum sanctum intelligimus.

5. Ejusdem. Si Verbum eorum quæ sunt generationi præest, nullum unquam hoc Verbo verbum antiquius fuit, futurumve est. Verbum autem nec mentis exsors, nec vitæ est, sed mentis et vitæ particeps. Generantem enim mentem habet, quæque sui essentia consistat nimirum Patrem : habet et vitam sui essentia consistentem, scilicet Spiritum sanctum.

CAP. XII.

Damasceni, ex oratione De Patre et Filio et Spiritu sancto, distincta simul et conjuncta Divinitatis ratio (10).

Deus et Pater est, qui semper ingenitus est, quippe qui a nullo genitus coæternum Filium genuerit. Deus et Filius est, qui cum Patre semper est, ab illoque sine tempore sempiterne, sine fluxu imperturbate, et sine sejunctione ab ipso, genitus. Deus denique Spiritus sanctus, virtus sanctificans, quæ per se subsistit, a Patre et Filio procedit, et in Filio conquiescit, ejusdem cum Patre Filioque substantiæ. Verbum est, quod substantialiter Patri semper adest. Verbum item est, naturalis motus, quo animus ipse movetur, intelligit, et cogitat, quia nimirum ipsius quasi lex et splendor exsistit. Verbum præterea est, internum quoque illud, quod in corde loquimur. Adhæc, verbum est, animi nuntius, Verbum igitur Deus essentia sua et hypostasi propria consistit. Cætera tria verba facultates animi sunt, quæ propria in hypostasi haudquaquam considerantur. Quorum primum animi naturale germen est, quod semper ab ipso naturaliter profluit. Secundum vero internum quoque dicitur. Tertium denique profertur. Spiritus etiam multiplex est acceptio. Nam et Spiritus sanctus est ; et spirituales facultates spirituum nomine designantur. Spiritus insuper pro angelo bono, item et pro dæmone capitur. Spiritus item anima est. Aliquando etiam intellectus, ventus, aer, et cætera id genus spiritus appellantur.

CAP. XIII.

Eadem de re, Ex variis Patribus. [*Perfectæ in Trinitate personæ, in se vicissim singulæ.*]

1. Ex duabus perfectis hypostasibus, seu personis, compositio fieri non potest. Proinde speciem nequaquam ex personis, sed in personis dicimus. Ex quo fit, ut perfectas quidem sancta in Trinitate personas dicamus, ne compositio in illis ulla cogitetur. Has autem in se vicissim singulas, propter mutuum earum habitum inter se atque relationem asserimus. Quia etiam nec circumscribi, nec loco contineri possunt, quia denique una eorum eademque Divinitas est.

2. In omnibus rebus creatis, personarum divisio re ipsa deprehenditur. Nam re ipsa Michael a Gabriele, Petrus a Paulo sejunctus est, et cætera eodem modo. Quod vero commune in his et unum est, id cogitatione dignoscitur. Sola enim cogitatione angelitatem, verbi gratia, et humanitatem, hoc est, communem angelorum et hominum notionem cognoscimus. At in divina Trinitate secus se *res* habet. Quod enim in ea commune et unum *est*, id re ipsa perspicitur. Nam re ipsa tres unum Deum, unam et eamdem in tribus naturam et actionem, unam denique et eamdem voluntatem esse certo scimus. Personarum autem divisio simplici et nuda cogitatione intelligitur. Nec enim eam circumscriptionem, qua personæ circumscribi solent, neque intervallum, quo locus a loco disjungitur, nec aliam ullam ex iis proprietatibus, quibus singula suis quasi finibus continentur, hic intelligere aut cogitare audemus. Præter paternitatem, filiationem, et processionem, seu notiones eas, quibus Pater genitor, Filius genitus, et Spiritus procedens intelligitur. Atque hæc quidem hujuscemodi ratione fiunt, quæ naturam et essentiam quamcunque facile superat. Proinde Deum unum eos esse dicimus, cum fieri non possit, ut perfecte atque re ipsa eorum personas dividamus, quæ sine divisione dividuntur, et sine conjunctione conjunguntur, propter divisionis et conjunctionis eorum rationem, quæ ea est, ut natura quacunque et essentia longe præstantior sit.

3. Distinguuntur hypostases, non essentiæ ratione, sed characteristicarum proprietatum, hoc est notarum, quæ personis insunt. Ex quo fit, ut ex rebus creatis, quæ sit Patris et Filii et Spiritus sancti, seu propriarum notarum, differentia rescisci amus, naturarum ero non item.

(10) *Tom.* XCIV, col. 856.

CAP. XIV.

Essentiæ naturæ, generis, speciei, et formæ; item hypostaseos, personæ, characteris, et individui ισοδυναμία.

4. Essentia, natura, genus, species, et forma, ubi de Deo agitur, idem significant, ut sanctis Patribus placet. Item hypostasis, prosopon, hoc est persona, character seu nota, proprietas, et individuum pro eodem sumuntur. Atque essentia quidem et natura de omnibus ex æquo subjectis enuntiantur. Unde fit, ut omnes unius essentiæ naturæque sint. Hypostasis autem persona, et individuum, id est, quod proprie per seque subsistit, nec divisionem citra subjecti corruptionem admittere potest.

5. Species et forma in sancta Trinitate pro eodem capiuntur, et ambæ denotant essentiam. Ait enim, *Qui videt me, videt et Patrem* [12]: quo in loco visus præscientia et cognitione intelligitur.

6. Essentia quidem personarum conjungendarum vim habet. Hypostases autem vi characteristicarum proprietatum, seu notarum suarum essentiam distinguunt.

7. Essentia quidem nunquam de rebus dicitur, quæ non exstant, a natura sæpissime. Hæc est enim, inquit ille, mendacii natura. Item, Ductus æquæ, inquit, fontem ostendit suum : sermonis autem natura cor, a quo processit, indicat.

8. Si quæ communia et universa sunt, ea tota et integre de singulis sibi subjectis enuntiantur, certe Divinitatis quoque natura tota et integra de singularibus suis personis enuntiatur. Siquidem commune quid et universum, natura et essentia est, singulare autem hypostasis et persona : singulare, inquam, non quod naturæ partem habeat, partem vero non habeat, sed quia individuum sit.

9. Atque essentia quidem commune quid est, quia de pluribus enuntiatur : individuum autem singulare, quia nimirum de uno solo prædicatur.

CAP. XV.

Naturæ et hypostaseos differentia, ex Cyrillo, Dionysiis Areopag. et Alexandrino., Greg. Naz. et Theodoreto.

10. Natura et hypostasis, ex Ecclesiæ definitione et lege, non idem significant : quo enim modo commune a proprio, universum a singulo, infinitum denique a definito, eodem quoque natura ab hypostasi differt. Beatum tamen Cyrillum et alios Patres utroque nomine ad divinam illam carnis assumptionem significandam, citra ullum discrimen, usos, haudquaquam ambigimus. Abusive enim alias hypostasin pro essentia, alias item essentiam pro hypostasi usurparunt : non quod idem eas esse existimarent, verum quia non Scripturæ tantum sacræ, sed ecclesiasticorum doctorum mos hic jam olim inolevit, ut multis in rebus citra discrimen quibusdam dictionibus utantur : quas abusive aliquando usurpant, scientes verba nihil afferre incommodi (ut Cyrilli verbis utar), cum res aliter se habeant. Hierophantes quoque, seu sacrarum rerum demonstrator, Dionysius auctor est, rationi dissentaneum hoc esse, atque adeo præposteri judicii argumentum, si quis vi et scopo rerum postpositis, a verborum significatione dependeat. Dionysius quoque Alexandrinus ille rhetor in scholis, quæ in sibi cognominem Areopagiten edidit, ait, ingenitum apud externos seu profanos philosophos omnem naturam significare, quæ sub aspectum non cadit. Adhæc essentias quoque apud eosdem pro hypostasibus usurpari : et infra. Hujusmodi certe voces apud Areopagitam, Nazian, quoque abusive usurpatas deprehendamus. Gregorius etiam Theologus ita scribit : Neque vero qui de verbis digladiantur, id vitio nobis vertant, quasi pietatem nominibus, at non rebus ascribamus. Item, veritas nobis non nominibus, at rebus inesse videtur. Proinde quæ abusive dicuntur, ea neque proprie id sunt, quod dicuntur, quia nimirum ne proprie quidem id dicuntur quod sunt : neque e diverso talia intelliguntur, qualia vox ipsa designat.

Jam vero cum Cyrillus hypostaseon, conjunctionis, differentiæ, et proprietatis mentionem facit, tunc hypostaseon nomen pro essentiis usurpat, hac voce conjunctas naturas per se subsistere demonstrans, atque docens ejusmodi conjunctionem haudquaquam similitudinum quarumdam formarumque per se minime consistentium fieri, sed earum rerum quæ subsistunt. Quod ut ita se habere constet, idem ipse in prima Apologia primi anathematismi adversus Theodoreti reprehensiones, sic ait : Discat vero obiter, quod si solæ per se ipsas ab hypostasibus sejunctæ formæ œconomica illa carnis assumptæ conjunctione inter se coierint, certe rerum quoque ipsarum, si quidem et hypostaseon, concursum factum esse. Cæterum sibi diversam quoque naturæ et hypostaseos significationem non incognitam fuisse, idem ipse in secunda ad Nestorium epistola his verbis attestatur : Evangelicas Servatoris nostri voces, neque duabus hypostasibus, neque certe personis ascribimus. Item in epistola ad Orientales : Evangelicarum, inquit, et apostolicarum de Domino vocum nonnullas a theologis viris ita communiter accipi novimus, tanquam de una persona prolatæ sint : nonnullas item dividi, tanquam de duabus naturis pronuntiatæ fuerint. Idem alibi sic ait : Duplex non est unus et solus Christus, quibus verbis usus est unius hypostaseos ratione. Nam si naturarum ratio habeatur, duplex quoque dici potest.

Certe cum simpliciter et citra differentiam procedit oratio, non solum Patres, sed divinam quoque Scripturam, libere vocabulis et simpliciter uti deprehendimus. Beatus enim Apostolus interiora hominis, hominem, ejusdemque exteriora, hominem rursus appellat : partibus nimirum totius appellationem tribuens. Prophetæ autem contra,

[12] Joan. XIV, 9.

Privantia contrario modo de Deo enuntiantur.

3. Ejusdem. Deus et eorum quæ sunt terminus et infinitas dicitur. Terminus quidem, qui ea terminet. Infinitas vero, qui supra ea protendatur. Ejus enim infinitas, quæ cuncta terminat, infinitis modis patet.

4. Ejusdem. Et magnum et parvum de Deo, qui rerum omnium causa est, contrariis modis efferuntur. Magnum quidem, plerisque Scripturæ in locis. Parvum autem his ex verbis, *In aura tenui*, colligitur. Magnus certe dicitur, quippe qui magnitudinem rebus tribuat, cujus infinita magnitudo sit, qui denique magnitudinem omnem exsuperet, cujus magnitudo quantitatis, mensuræ terminique prorsus expers exsistat. Parvum autem sive tenue, id in Deo prædicatur, quod in nullum tumorem molemve excrescit, quod nullo spatio definitur, quod libere per omnia penetrat, et usque ad divisionem animæ et spiritus pertingit, atque etiam conceptiones et cogitationes cordis, imo ea quæ sunt omnia discernit, nulla enim res procreata ei obscura est. Et parvum quidem hoc quantitatis expers, immensum et infinitum est: atque licet nullo comprehendi modo queat, omnia tamen comprehendit.

5. Idem insuper et diversum de Deo prædicatur. Illud quidem eo in loco, *Tu autem idem ipse es*, hoc autem in illo, *Domine, Domine, quis similis tibi* [20]? Idem ergo dicitur, quia non immutatur, imo semper eodem se modo et consimiliter habet, item quia non miscetur, non eget, non crescit, non imminuitur, quia denique iis quæ sunt tribuit, ut eadem dicantur. Diversum vero, quia præ illo nulla res sit. Omnia enim quæ sunt, ab eo, qui revera est, creata sunt: et ipse superior omnibus est, et ab omnibus ita diversus, ut nulli eorum ordini accenseri queat, præterea vero, quia ea creaverit, quæ diversa et differentia sunt.

6. Dicitur etiam similis. Ait enim, *Ego visiones multiplicavi, et in manibus prophetarum assimilatus sum* [21], quia nimirum apparebat eis hac vel illa forma, rebusque similis fiebat quæ sub speciem cadunt, ad hæc etiam, quia vim illam tribuit, qua similitudo inesse videtur. Ait enim, *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* [22]. Sciendum porro eadem Deo et similia et dissimilia dici. Similia quidem, quia quoad ejus fieri potest, eum imitantur, qui est inimitabilis. Dissimilia vero quia effectus a suis causis multum distant, et immensis intervallis disjunguntur.

7. Quies insuper et motus in Deo dicuntur. Quies quidem, quia in seipso Deus manet, immotusque perstat, quia etiam a seipso transferri alio non potest, quia denique rebus omnibus velut expansus incubat. Motus autem, non eo quidem, quod motui mentis, aut animæ, aut naturæ, aut loci, aut ulli denique motuum illorum, qui vulgo dicuntur, A obnoxius est, sed comprehensionis illius ergo, quæ detineri aut coerceri nullo modo potest: item immobilium illorum progressuum ratione, quibus Deus providentia sua iis quæ sunt infunditur, illarum denique actionum ratione, quæ nullis non actionibus excellentiores sunt.

8. Ejusdem. Quemadmodum sancti homines domus Dei dicuntur: ait enim, *Habitabo in eis, et inambulabo* [23]: ita etiam sanctorum hominum domus Deus est. Davides enim ait, *Esto mihi in Deum protectorem, et in domum refugii, ut salvum me facias* [24]. Atque ipsius quidem Domini hæc verba sunt, *Vos in me estis, et ego in vobis* [25]. Et quemadmodum ita in illis Deus est, ut neque contineri, neque circumscribi queat: sic etiam ipsi ita in Deo sunt, B ut cum ejus essentia nequaquam misceantur, aut confundantur.

9. Ejusdem. Quanquam qualitatis omnis quantitatisque Deus expers est, Dei tamen latitudo intelligitur lata illa progressio qua rebus omnibus providet, longitudo autem, vis illa divina, quæ supra omnia superextenditur: profunditas denique, occultatio illa, qua fit, ut ille ab eorum quæ sunt nullo percipi cognoscive queat.

10. Ejusdem. Deus in sacris mysticarum visionum Dei apparitionibus canus et juvenis fingitur, et canus quidem, antiquum: juvenis vero senio minime obnoxium significat: vel juvenis etiam ratione arithmetica antiquitatem divinam denotat. Unitas enim, et quæ sunt unitati adjuncta, C antiquiora sunt iis, quæ illa numero longe diffusiore superant.

11. Deus quidem omnibus adest: nec enim uni loco ita est addictus, ut ab alio absit: sed universa complectitur: at non omnia illi adsunt: sed quæcunque digna sunt, quæ ad Divinitatem propius accedant. Nos autem illi tum demum adsumus, cum illum castissimis votis invocamus, hoc est mente nullis sordibus inquinata, atque ita ut qui ad Deum accedamus, idonei censeamur. Quemadmodum autem, si catena multis contexta luminibus, et cœli vertice suspensa ad nos usque pertingat, nos alternis eam manibus apprehensam deorsum quidem trahere videmur, re autem vera deorsum eam non trahimus, cum eadem supra infraque propendeat, imo potius nos ab illa sursum D ad sublimiores ejus radios trahimur: vel, quemadmodum si navem conscendamus, et rudentibus innitamur, qui nobis aliquo e scopulo protenduntur, quasi ex professo porriguntur, ut eos comprehendamus, scopulum nequaquam ad nos, sed nos potius ipsos una cum navi propius ad scopulum admovebimus: ita precibus quoque nostris nequaquam Deum ad nos attrahimus, qui ubique adest, sed nos ipsos ad illum divina ejus commemoratione et invocatione sublevamus et evehimus.

[20] Psal. LXXXVIII, 9. [21] Ose. XII, 10. [22] Genes. I, 26. [23] II Cor. VI, 16. [24] Psal XXX, 3. [25] Joan., XV, 4.

eam delegit, quam contristetur, qui prætermisit. Quod quidem iis usuvenire solet, quibus adhuc sitientibus scyphus e manibus extortus est : vel iis, qui quamvis continere quid nequeant, se tamen habere arbitrantur : aut quos fulgetræ splendor deseruit, cum primum affulsit. Hæc me cogitantem ratio dimisit, abjectioremque reddidit, atque effecit, ut mihi persuaderem, mecum melius actum iri, si vocem laudationis audiam, quam si eorum me doctorem profitear, quæ vires meas exsuperant. Majestas, altitudo, dignitas, puræ denique cœlestesque naturæ vix claritudinis Dei capaces sunt, qui abysso contegitur, tenebrarumque latibulis delitescit, cum purissimum sit lumen majorique hominum parti inaccessum. Siquidem et huic rerum universitate inest, et extra rerum universitatem excurrit. Qui bonitas est universa, imo nullam non bonitatem exsuperat. Qui menti lumen suggerit, mentisque velocitatem et sublimitatem effugit, tantum semper secedens, quantum comprehenditur, atque amatorem ad superiora fugiendo sublevans, seque ipsum quasi furtim subducendo comprehendens.

CAP. XIX.

Chrysostomi, ex libro, De eo quod comprehendi non potest. [*Si sapientia comprehendi nequeat, multo minus natura poterit.*]

Mirabilis, inquit, *facta est scientia tua ex me, exaltata est, et non potero ad eam* [27]. Ea est sapientiæ divinæ profunditas, ut in ea exprimenda Propheta vertigine quadam laborare videatur. Quis eo, quæso, temeritatis prolapsus est, ut naturam Dei sibi cognitam et perspectam dicere audeat, dicentis : *Incerta et occulta sapientiæ tuæ manifestati mihi* [27*] ? clamantis. *Sapientiæ ejus non est numerus* [28], seu comprehensio ? et in tantam quis audaciam prorumpat, ut de natura, quæ a nullo comprehendi potest, quidquam affirmare audeat ? Quid ais ? Fierine poterit, ut cum Dei sapientia comprehendi non possit, ejusdem natura comprehendatur ? Majestas ejus infinita est, et essentiam ejus circumscribes ? hoc certe facto certam insaniam tuam prodis.

2. Ejusdem. Angeli tantum glorificant, alii, *Gloria in excelsis Deo* [29], dicentes : alii, *Benedicta gloria ejus ex loco sancto ejus* [30], id est, ubicunque sit ille : neque enim Deo locus assignatur, cum divinitas circumscribi non possit : alii, *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth* [31]. Homines autem in illius natura pervestiganda plus æquo solliciti sunt. Quantus ejus timor supra, tantus infra contemptus est, usque adeo illi magna cum religione benedicunt, hi temeraria curiositate laborant.

3. Ejusdem. Alio loco Isaias inquit, *Vidi Dominum sedentem in solio alto atque excelso*, eo nimirum qui comprehendi non potest. Cum ergo solium Dei humana mente sublimius sit qui fieri potest ; ut is comprehendatur, qui solio insidet ? A *Et Seraphim stabant in circuitu ejus, sex alæ un, et sex alæ alteri. Quarum duabus facies suas tegebant, et duabus pedes : duabus denique volabant, et inter se clamabant, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth* [32]. Seraphim oculos avertunt, et duplicis muri loco alas prætendunt : quia nimirum splendorem illum ferre non possunt, qui ex solii gloria, vel ad terrorem usque, diradiat. Atque pedes obtegunt, præ stupore. Ita enim natura nos quoque comparati sumus, si quando nos maximus aliquis stupor, aut admiratio invadat, ut corpus undique contrahamus. Quo quidem temporis momento anima quoque idem perpessa, et ab aliis quæ extrinsecus et in cute apparent actiones suas contrahens, ad interiora confugit. Ipsoque corpore B non secus atque propugnaculo quodam circummunitur. Jam quatuor alarum usum nosti cæteræ quid sibi velint, accipe : *Duabus*, inquit, *volabant.* Hoc indicio ad sublimia semper aspirare, nec unquam deorsum oculos deflectere constat. Alarum enim involucro angelicæ naturæ sublimitas et velocitas designantur. Est vero alia quoque ratio. Quod enim alis duabus caput, duabusque pedes obtegebant, eo principium et finem nullius oculis patere, nullaque disquisitione indagari posse significabant. Mediarum porro alarum remigio volabant, ut hoc indicio de rebus mediis disputationem theologicam ineundam esse docerent, nimirum quod Deus sit, quod sapiens, quod omnipotens, et cætera id genus. *Et clamabant inter se : Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth.* Hoc utique admi- C rationis symbolum est, præsertim cum neque lumen ipsum, neque divinam naturam intuerentur. Sed eo illa quæ videbantur, se demittebant : nec tamen illorum quæ eo se demittebant gloriam ferre poterant. Eo enim se demittebant, quod in sua natura non viderentur, sed pro respicientium imbecillitatis modulo sui manifestationem dimetirentur. Porro quod eo se demiserint, vel ex ipsis Scripturæ verbis perspicuum est : *Vidi* enim, ait, *Dominum.* At vero *Deum nemo vidit unquam*, qui forma, qui quantitate, qui denique qualitate careat. Quis hoc ait ? *Unigenitus, qui sedet in sinu Patris, ipse enarravit* [33]. Deinde subjicit : *Sedentem.* At vero Deus neque sedet, neque stat. Hi enim habitus corporibus competunt. Tum subinfert : *In* D *solio*, at solio Deus nequaquam circumcluditur. Qui enim hoc fiat, cum circumscribi non possit ? Jam cum Seraphin, quæ Deum ingenti corona circumstant (quod quidem non locum significat, sed singulare nescio quid quod a puritate consequuntur), cum Seraphin, inquam, ne Dei quidem eo se demittentis gloriam intentis oculis obtueri valeant : homines, scilicet, essentiæ ejus gloriam nulli perviam intentis oculis obtueri contendunt. Tametsi tanto ab illis interstitio differamus, quanto cæcus ab eo qui videndi sensu præditus est.

[27] Psal. XXXIII. [27*] Psal. L, 8. [28] Psal. CXLVI, 5. [29] Luc. II, 14. [30] Ezech. III, 12. [31] Isa. VI, 3. [32] Ibid. I seqq. [33] Joan. I, 18.

credat necesse est, quicunque sapit, pietatemque amplectitur.

CAP. XXII.

Demonstratio ex communibus notionibus, unum in Trinitate Deum esse.

Cuivis homini, qui mentem divinitus insitam habet, hæc ultro quoque inhæret opinio, quod Deus substantia sit, quæ substantiam omnem et potentia, quæ potentiam superet : actio denique omni actione superior, ut qui neque sectioni, neque compositioni, neque passioni ulli sit obnoxius. Nec tamen a ratione minus is aberrat, qui Deum substantiæ, potentiæ et actionis expertem esse arbitratur. Æque vero aberrat a veritate, qui Deum substantia, et qui potentia, et qui actione privat. Quodcunque enim triplicis cognationis primum divellere quispiam ausus fuerit, eo duplicem blasphemiam adversus Divinitatem ejaculabitur. Quemadmodum enim quod substantia caret, Deitas non est : ita neque quod aut potentia, aut actione privatur. Nam qui fieri potest, ne id supersubstantialis substantia sit, ex quo nulla non substantia procedit ? Nec vero magis fieri potest, ut id ex quo potentia et actio quævis scaturit, illis ipsis careat. Ex illa ergo nulli non hominum insita notione patet quam minime sit absurdum, imo etiam necessario consequatur, ut trina Dei potestas celebretur. Una quidem substantiæ supersubstantialitas, una item potentiæ superpotentialitas, una denique actionis simul nata identitas. Quæ tria ex eadem causa, eodemque principio simul procedunt, et simul elucescunt. Nam cum omnis substantia hoc ipsum quod est a Deo acceperit, fit ut neque sine potentia neque sine actione deprehendatur. Jam qui fieri potest, ut qui hæc rebus quæ sunt impertitus est, donumque in illis suum ita conservat ut dissolvi dissiparive non possit, vel ipse prius non hæc fuerit, vel immutationem quamdam et privationem eorum quæ sua essent perpessus existimetur ? Quod si his contradicere nemo queat, perspicuum est, unam Deitatem in tribus esse adorandam. Ea vero sunt Pater, Filius, et Spiritus sanctus. Vel etiam hoc pacto demonstrari potest ; Una Deitas, quæ quidem a theologis mens universi definitur, ab intelligentia et cognato intellectu non sejungitur. Si quidem mens haudquaquam esset, nisi simul exsisteret intelligentia, nec intelligentia vicissim si intellectu privaretur. Hoc theologicum axioma vel hac sacra ratione confirmabitur. Nec aliud ex alio aut divisum aut sejunctum est, neque aliud prius, aliudve posterius, et tamen tria sunt. Nec enim quod mens, id ipsum est intelligentia, et intellectus, quoniam nec illa sunt mentis nomine censenda, quamvis ex mente procedant, et mens simul sit cum illis. His porro aliud natura, dignitate et conjunctione haudquaquam conversa aliud habitu et proprietatibus constat. Hinc perspicuum est, quod nos, qui orthodoxæ fidei assertores sumus neque alium Deum, ex quo Verbo et Spiritus procedunt, neque item procedentes ipsos alium et alium esse docemus : imo unum ex tribus Deum unius naturæ, voluntatis, imperii, et dominationis. Hinc enim deorum unitas eaque individua elucescit. Alias, qui fierit potest, ut quæ in unam eamdemque naturam, voluntatem, et potestatem conjunguntur conjungenti nobilitate contumeliosa sint ?

CAP. XXIII.

Adversus eos, qui nos in tres deos credere dicunt.

Nequaquam in tres deos credimus, hoc absit ! sed in unum Deum omnipotentem, qui tribus in personis dignoscitur. Unam in tribus naturam, unam potentiam, unum consilium, unam denique actionem cognoscentes, qua innotescat. Nec eo temeritatis venias, ut quo id pacto fiat interroges. Inscitiæ enim argumentum est, si quis cum de Deo agitur, quo modo sciscitetur. Quandoquidem incomprehensibilis, imo etiam inaccessibilis, et incorporea est Divinitas. Unde fit, ut qualis sit explicari nullo modo queat. Quæ enim oculus non vidit, qui cogitatione mens assequi valeat ? et quæ menti pervia non sunt, eane cujusquam sermone explicari poterunt ? Cæterum quod in Trinitate Deus sit, et veritatis ipsius, et Scripturæ sacræ testimonio perspicuum est, ut sequentibus confirmabitur. Percontari autem, quo id modo fiat, hominis improvidi est, et ejus qui se suo metiri pede nesciat. Prius enim nosce teipsum quo modo anima tibi sit infusa, quomodo compactus es, quomodo res incorporea corpori tuo inhabitet. Utrum igitur corpus tuum cum omnibus suis membris extenditur, an vero in uno contractum continetur ? Jam si extenditur, stulta est quæstio, corporum enim proprium est extendi. Sin contrahitur, multo stultior, nec enim corpus duntaxat incorporeum deprehendetur, sed reliquæ quoque partes emortuæ convincentur, ut quæ ab anima vivificante sejunctæ sint. Quod si eorum quæ in te sunt cognitionis capax minime sis, qui fieri potest, ut ea intelligas, quæ supra te sunt ? Nam si judicia Domini inscrutabilia sunt, et viæ ejus impervestigabiles, quonam modo ille ipse inquiretur, aut pervestigabitur ? Quemadmodum vero sol, tametsi unicus sit, ex se tamen lucem et calorem emittit : et sol quidem lucis nomine significatur : lux porro cuncta quæ videntur claritudine patefacit, calor vero animantia omnia plantasque vivificat : ita etiam Deus Pater Filium et Spiritum ita continet, ut una in tribus Dietas comprehendatur. Unus enim Deus est, quia una Dietas, quemadmodum et lucem solis solem appellamus. Cum enim per foramen aliquod in ædes ingressus est, ita dicere solemus : Sol ingressus domum illustravit, contra, si quando vi solis calefactiva incalescamus, utique nos a sole calere

Ego, enim inquit, *sum Deus primus, et ego novissimus, et absque me non est Deus* [43]. *Ante me non est formatus Deus alius, non fuit, nec post me futurus est, nec alius est præter me.* Item, *Ego Deus, nec est præter me, justus servator, nec est præter me* [44]. Quibus certe verbis Valentinum, Marcum, Basilidem, et Marcionem vanitatis coarguit, neque enim ante eum, neque post eum, alii cuiquam Dei nomen tribuit: sed eumdem primum et postremum esse confirmat.

CAP. XXVI.

De Patre. Videntur hæc præcedentibus ἀμέσως *adnectenda.*

His porro sacrarum Scripturarum doctrina consentanea est. Servator enim et Dominus noster is est, qui omnem pro nobis justitiam adimplevit. Ipse enim dixit Joanni, *Sine modo, sic enim decet nos implere omnem justitiam* [45]. Idem quatenus homo, oratione usus est, et a Patre petiit, ut apostolos doceret. Atque in orationis forma theologicam doctrinam discipulis insinuavit. *Hæc est enim*, inquit, *vita æterna, ut cognoscat te solum verum Deum* [46]. Item, *Confiteor tibi, Pater, Domine cœli et terræ, quoniam abscondisti hæc a sapientibus et revelasti illa parvulis* [47]. Quin et sanctus Apostolus sic ait: *Regi autem sæculorum immortali, invisibili, soli Deo, honor et gloria in sæcula sæculorum, Amen* [48]. Item, *Unus Deus, unus mediator Dei et hominum, homo Christus Jesus.* Item: *Unus Deus Pater, ex quo omnia* [49]. Hæc et hujusmodi pleraque testimonia in utroque Testamento reperire est, quæ hanc concordiam confirment, unumque Deum prædicent, quem tum Vetere, tum Novo Testamento invisibilem esse constat. In Vetere enim ad Mosem sic ait: *Non enim videbit me homo et vivet* [50]. In sacris autem Evangeliis Dominus dixit: *Nemo vidit Patrem, nisi qui est ex Deo, hic vidit Patrem.* Hoc ipsum divinus etiam evangelista sic exclamans attestatur: *Deum nemo vidit unquam.* Indicat vero etiam unde id didicerit, subdit enim: *Unigenitus qui est in sinu Patris, ille enarravit.* Apostolus quoque sic exclamat: *Immortali, invisibili, soli sapienti, honor et gloria in sæcula sæculorum Amen.* Item: *Quem nemo vidit hominum, neque videre poterit.* Immensum porro et incircumscriptum eumdem esse, aliis ex utriusque Testamenti locis dicimus. Atque in Vetere quidem Deus ait: *Nonne cœlum et terram ego compleo? dicit Dominus.* Item: *Cœlum mihi sedes est terra autem scabellum pedum meorum. Quam domum ædificabitis mihi? dicit Dominus. Vel quis locus quietis meæ est?* Davides quoque divinis moribus conspicuus exclamat: *In manu ejus sunt omnes fines terræ* [51]: ubi manum pro dispensatricis virtutis effectu usurpat. Quibus etiam verbis illum omnibus in rebus incircumscriptum esse ostendit: ex cujus nimirum providentia omnia dependeant. Idem in alia quadam hymnodia, seu laudum cantico, ad eum sic ait: *Quo ibo a spiritu tuo, aut quo a facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es; si descendero in infernum, ades. Si sumpsero pennas meas diluculo, et habitavero in extremis maris: etenim illic manus tua deducet me, et occupabit me dextera tua* [52]. Hæc utique incircumscriptam ejus substantiam et potentiam declarant. Isaias quoque propheta clamat: *Qui sedet super gyrum terræ, et habitatores ejus sunt tanquam locustæ* [53]. Alio item loco idolorum impotentiam reprehendens, hæc subjicit, quibus Dei universorum cognitionem adipiscamur. *Quis* enim, inquit, *mensus est pugillo aquas et cœlos palmo ponderavit? quis appendit tribus digitis molem terræ, et libravit in pondere montes, et colles in statera? Quis adjuvit Spiritum Domini? aut quis consiliarius ejus fuit, et ostendit illi? Cum quo iniit consilium, et instruxit eum, et docuit eum semitam justitiæ, et erudivit eum scientiam, et viam prudentiæ ostendit illi* [54]? Deinde quantum humano intellectu et lingua lutulenta consequi potest, quam immensa sit Dei virtus ostendit. Nam si *gentes omnes*, inquit, *quasi stilla situlæ, et quasi momentum stateræ et tanquam saliva reputatæ sunt, cui assimilastis Dominum, aut quam imaginem ponetis ei* [55]? Quod si cœlum, terra, et aquea natura omnem naturam creatam continent, horum autem omnium mensura divinæ manus mensura est, perpendant ii, qui lingua Deum metiri conantur, quam immensa sit ejus natura; manum sibi in animo proponentes, non quæ corporis membrum sit, sed energiam illam, seu vim effectricem, quæ cuncta condiderit et gubernet.

Hæc sunt, quæ de universitatis Deo vetus nos Scriptura docet. Cæterum ante dictis longe plura cuivis invenire facile est, quibus divinam substantiam, sapientiam, et potentiam incircumscriptam esse patet. In divinis autem Evangeliis Dominus Samaritanam hæc et similia sentienda esse docuit, quæ cum divinam majestatem loco circumscriptam existimaret, eaque de causa dixisset: *Patres nostri in hoc monte adoraverunt, et vos dicitis, quia est locus Hierosolymis ubi adorare oportet* [56], Dominus illam contrarium sentire docuit, nimirum divinam naturam incircumscriptam esse. Dixit enim ei: *Amen dico tibi, mulier, quoniam venit hora, et nunc est, quando neque Hierosolymis, neque in loco hoc adorabunt Patrem.* Quibus verbis cum divinum cultum nullis circumscribi Deus locis docuisset, subjunxit: *Spiritus est, et adorantes eum in spiritu et veritate adorare decet* [57].

Una vero et eadem opera divinam naturam in-

[43] Isa. XLIV, 6. [44] Isa. XLIII, 10, 11. [45] Matth. III, 15. [46] Joan. XVII, 3. [47] Matth. XI, 25; Luc. X, 21. [48] I Tim. I, 17. [49] I Tim. II, 5; Ephes. IV, 6. [50] Exod. XXXIII, 20. [51] Psal. LXXXIV, 4, [52] Psal. CXXXVIII, 7 seqq. [53] Isa. LX, 22. [54] Ibid. 15, 18. [55] Ibid. 12 seqq. [56] Joan. IV, 20. [57] Ibid. 23, 24.

in principio erat, utique semper erat, nec enim dixit, In principio fiebat, vel in principio creabatur, sed, *In principio erat*. Docet vero etiam quid esset, subjungit enim, *Et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum* [76*]. Deinde proœmio resumpto subinfert, *Hoc erat in principio apud Deum* [76**], atque hoc quidem communi nomine τὸ ὁμοούσιον, hoc est æqualitatem substantiæ indicavit.

Quod insuper Deum dixerit, his verbis, *apud Deum*, personarum differentiam denotavit : hunc Filium unigenitum Jesu Christi nomine sæpe dixit. Sapientissimus porro Paulus sic ait : *At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege : ut eos qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus* [77]. Item, *Cum vero placuit ei, qui me segregavit ab utero matris meæ, et vocavit per gratiam suam, ut revelaret in me Filium suum* [78]. Hæc et innumera alia testimonia invenire est, quibus eum Christum quoque et æternum Filium, et Patri coæternum vocant, quem idem quoque doctor docens primo quidem loco sæculorum factorem esse ostendit. Inquit enim : *Novissime diebus istis locutus est nobis in Filio, quem posuit hæredem universorum, per quem fecit et sæcula* [79].

Quia vero qui divina divino sensu intelligere nolunt, fieri posse non putant, ut Deo coæternus sit, qui ex Deo est : nam dum stulte juxta et temere naturam divinam humanæ naturæ legibus subjacere putant, Patrem filio seniorem esse suspicati sunt : beatus Apostolus de his abunde disputans, unigenitum Filium, et ex Deo, et cum Deo esse evidenter ostendit. Eum enim splendorem gloriæ nominavit ; siquidem splendor et ex igne, et cum igne subsistit. Igni enim splendor innatus est, ut soli radius. Ex quo enim sol, ex eodem et radii, sed tamen radiorum causa soli, et splendoris igni ascribitur : nec enim sol ex radiis, sed radii ex sole oriuntur, et splendor ex igne procedit. Proinde unigenitus et Filius ex Patre quidem natus est, Patri autem non secus atque oratio rationi, splendor igni, et radius soli cohæret. At harum rerum nulla per se subsistit, sed in eo hypostasin, hoc est sedimentum et subsistentiam habet, ex quo enascitur. Deus autem Verbum, splendor gloriæ, energia non est ἀνυπόστατος a Patre, seu a Patris hypostasi sejuncta, sed vivens et per se subsistens hypostasis. Nec enim simpliciter Verbum nominatur, sed Deus Verbum : nec splendor gloriæ duntaxat, sed hypostaseos quoque suæ character. Quia enim una eademque imagine res divinas aperte exprimere impossibile erat, pluribus eas hoc pacto imaginibus dicimus : et splendor quidem gloriæ coæternum, hypostaseos autem character similitudinis perfectionem arguit, hypostaseonque seu personarum differentiam docet.

Verbum autem cum dicitur, generationem nulli passioni obnoxiam ostendit. Ne enim filii nomine audito humanis suspicionibus involveremur, undique totius Opificem eadem nobiscum lege natum arbitraremur, ea de causa Verbum nuncupavit, innuens generationem illam ab omni passione liberam. Nec enim menti seu rationi nostræ ad sermonem concipiendum et efformandum feminæ complexu opus est : aut ulla sectio, ullusve fluxus tolerandus est : sed perfectus manens perfectum sermonem efficit. His itaque et generationem nulli passioni obnoxiam, et coæternitatem Unigeniti didicimus.

Est vero etiam ejusdem cum Patre potentiæ, eique similis et æqualis in omnibus : ut ex Domini doctrina discere quivis facile potest. Ait enim : *Pater meus etiam nunc operatur, et ego operor* [80] ; et, *Sicut Pater suscitat mortuos, et vivificat* [81] ; et, *Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt* [82] ; et : *Ego in Patre, et Pater in me* ; et, *Qui videt me videt Patrem* [83].

Ex his porro quæ sequuntur incommutabilis ejus similitudo perspicua fit. Philippo enim Patrem sibi ostendi rogante, seipsum Dominus ostendit se viventem Patris imaginem esse significans, quæ perspicuos Genitoris characteres, seu signa, præ se ferret. Dixit enim Philippo : *Tantum tempus vobiscum sum, et non novisti me, Philippe* [84] ? Patrem, inquit, cupis videre, cum me videas ? itaque non novisti me : si enim me novisses, nequaquam illum videre optasses. In me enim Pater videtur : siquidem hoc ex his verbis inducitur : *Qui vidit me, vidit et Patrem*. Porro hic per aspectum contemplatio fidei intelligitur. *Tantum* enim, inquit, *tempus vobiscum sum, et non me novisti, Philippe* ? non dixit, Non vidisti, sed, *Non novisti*. Videbat enim Philippus, id quod sub aspectum cadebat : divinitatem vero, quæ invisibilis est, non item. Proinde culpatus merito est, qui Filium perfecte non nosset, idcirquoque Patrem videre optasset.

CAP. XXVIII.

De Spiritu sancto, et ejus charismatis.

Spiritum itaque sanctum a Patre [Filioque] substantiam habere didicimus : cujus substantiæ modus neque creaturæ (increatus enim Spiritus sanctus) neque unigenito Filio similis est. Sanctorum enim Patrum nemo divini Spiritus substantiam generationis vocabulo significavit : quamvis ipsum ex Patre esse, atque etiam divinum, sacræ testentur Litteræ. Dominus enim Christus hæc de ipso dicit : *Expedit vobis, ut ego abeam, nisi enim abiero, Paracletus non veniet ad vos* [85], et alibi : *Cum autem venerit Paracletus spiritus veritatis, qui ex Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me* [86]. Eo autem quod ipsum ex Patre procedere ait, Patrem fontem Spiritus esse indicat, neque vero, Procedet, inquit, sed *Procedit*, eamdem utriusque naturam, substantiamque individuam et indifferentem, per-

[76*] Joan. I, 1. [76**] Ibid. 2. [77] Galat. IV, 4, 5. [78] Galat. I, 15, 16. [79] Hebr. I, 1. [80] Joan. V, 17. [81] Ibid. 21. [82] Joan. XIV. [83] Ibid. IX. [84] Ibid. [85] Joan. XVI, 7. [86] Joan. XV, 25.

H bræis censebatur. Samaritani eumdem Iabedicunt, verbi vim ignorantes. Hæc cum minus vecordes illi adverterent, deos diversos appellaverunt.

CAP. XXX.

Ejusdem Chroniatæ [Trinitatis demonstratio, a trutinæ æquilibrio, duplici alarum seraphicarum Trinitate, Trisagio.]

Dubitantibus autem, quanam de causa Filius enuntiatione medius assumitur, extrema autem Pater et Spiritus sanctus occupent, respondere possumus, quod cum Deus statera justitiæ dicatur eadem prorsus ratione, qua stateram dicimus, is quoque ordo in natura divina excogitatus est, ut medium locum Filius occupans summam æqualitatem cum duobus extremis conservet. Ipse enim et primam illam mundi fabricationem, et eam quæ subsecuta est generis reformationem perfecit. Cæterum stateræ exemplo, æqualis illa virtus et potentia subindicatur, quæ in Trinitate (cujus immensa est potentia) elucescit cum ex tribus illis personis nulla quidquam amplius sursum ferat, quam illa quæ deorsum vergit, sed in æquilibrio honoris, gloriæ et substantiæ libretur, et theologica constantia persistat. Ex quo fit, ut in rebus quoque generationi obnoxiis æqualitas detur, æquumque tanquam trutina pensetur.

Imo duplex quoque seraphicarum alarum trinitas sanctæ Trinitatis mysterio proportione quadam respondet; medium enim Patri, extrema autem Filio et Spiritui respondent; trinaque adeo sanctitatis enuntiatio cum per se prorsus immutabilis exsistat, tres personas substantia, virtute potentiaque immutabiles ænigmatice designat, imo etiam substantiæ æqualitas et unitas illa, quæ tribus inest, certa inductione et illatione unicum esse Dominum confirmat. Alæ quoque duplices omnem illam cognitionem denotant, quæ ad nos illorum beneficio descendit, etiamsi spiritus illam administrantes ab omni sint materia remoti, nec simplex illa descendat sed ejusmodi materia constans, quæ typis et figuris nostratibus conveniat, atque adeo composita compositis peraccommoda sit. Duplex autem est res omnis materialis, quæ nimirum ex materia et forma constet. Dictio porro, Sanctus, id subindicat, quod sanctis superinsidet, cum quo nulla prorsus alia sanctitas conferri queat. Quotquot enim Divinitatis ratione sancti dicuntur, haud dubie profani et impuri, quemadmodum omnes quoque reges servi, et ea quæ sunt non esse censebuntur, si cum Deo, id est eo qui vere est, conferantur. Hac ergo dictione, Sanctus, excellentia in Deo et prærogativa denotatur, idque adeo, quod dignitate sua rerum omnium naturas exsuperet. Sanctum enim hoc loco non id significat, quod a sorde qualibet corpus aut animam polluente purum exsistat, absit! Quo enim encomio Deus ita extolleretur, imo vero, qui non extremum hoc dedecus fuerit, si ad majus laudis argumentum perturbationibus illis, quibus omnes obnoxii sumus, liberum esse Numen asseramus? Sed id potius, quod segregatum, et cæteris omnibus longe sublimius est, et quasi quodam recessu sepositum indicat. Quæ dictionis significatio frequens in Scripturis occurrit, ut: *Omne masculum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur* [98], id est segregatum. Item in libro Judicum: *Pariet Filium, et non ascendet ferrum super caput ejus, quoniam sanctificatus est puellus* [99], et innumeris in locis. Eodem etiam sensu locum, vel panem, vel vinum sanctificari dicimus, quæ Deo segregantur, nec in communem aliquem usum cedunt. Proinde simul atque ad altare sacerdotes introierant, sacrorum Psalmorum cantor superius exclamabant: Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus Immortalis. Quod quidem laudum præconium ex veneranda illa Seraphici ordinis confessione compositum est. Idem porro canticum ex Cherubico etiam præconio, musicoque sacrorum Psalmorum cantu constare discimus, cum in psalmo quidem Sanctus Deus, fortis, vivus canatur. Ubi certe dictio Vivus loco dictionis Immortalis, tanquam idem significans assumpta; dictio autem Fortis in integro retenta, et hoc modo sacra demum cantio contexta est. Deus tamen obiter, et Sanctus, ex adversario impiis idolorum cultibus opponuntur. Quæ quidem terrena sunt, operaque manuum hominum, atque abominationes revera. Fortis autem eisdem opponitur, quatenus muta, immobilia et infirma sunt. Immortalis denique, quatenus nec respirant, nec operantur, nec ulla viiæ scintilla fruuntur. Cæterum supra memorati cantici compositio beato Proclo Constantinopolitano pontifici ex revelatione innotuisse fertur, qui angelis quidem sacrum hunc hymnum modulantibus illo, ipse primus omnium initiatus est.

Enimvero senarius ille quoque primorum dierum numerus cujus in libro de mundi generatione mentio fit, typo quodam trinam Dei cognitionem exprimit; quod quidem cum aliis aliquot ex locis, tum ex hoc perspicuum est: *Dies diei eructat verbum, et nox nocti indicat scientiam* [1]. Item ex hoc: *In capite libri scriptum est de me* [2]. Quicunque enim de primis illis diebus exposuerunt, obscuri nihil eloculi sunt. Nam caput et principium libri, id est totius Scripturæ divinitus inspiratæ, ille dierum senarius numerus est, quibus fabrica mundi consummata fuit. Ex quorum magnitudine et decore Creator innotescens laudibus effertur.

His Gregorii quoque Theologi vox attexenda, quæ quidem nobis ad tres usque personas divinitatis mysterium revelatum fuisse testatur. Unitas enim, inquit, ob insitas opes emersit. Dualitas autem ubertate materiæ et formæ, quibus corpora

[98] Exod. XIV, 19. [99] Judic. XIII, 5; XVI, 17. [1] Psal. XVIII, 3. [2] Psal. XXXIX, 8.

que non fuerit. Cum tres inter se conjuncti unus sit Deus, sola cujusque differentia in essentiæ communione individue personam dividente. Solus enim Pater, Pater. Solus Filius, Filius. Solus Spiritus Sanctus, Spiritus. His enim differentiis non convertuntur inter se. Sed in his individue quidem dividuntur, essentiæ autem ratione communicant. Trinitas, simplex, insecabilis, incomposita, ex tribus perfectis per se perfecta, et plus quam perfecta est. Cujus una natura, divinitas et voluntas, una denique actio glorificatur. Quorum enim natura una est, eorum voluntas et actio una, quemadmodum beato Basilio docente didicimus.

Confitemur item unam sanctæ Trinitatis personam, unigenitum, inquam, Dei Filium, Deumque nostrum, Patri et Spiritui Sancto consortem et coæternum : a Patre quidem ante sæcula genitum, quantum ad divinitatem : eumdemque in ultimis et præfinitis temporibus, ut genus humanum servaret et reformaret, e cœlis descendisse, seu voluntaria exinanitum humilitate puræ Deiparæque Virginis Mariæ ulterum subiisse, quæ a Spiritu sancto præpurgata corpore et animo fuerat, ex ejusque sancta et incorrupta carne, in subsistentia propria carnem assumpsisse : ita ut consubstantialis nobis effectus, eam in ipsa, mediante anima rationis et intellectus participe, compingeret atque efformaret. Qui ex eadem Virgine intemerataque Matre natus est, supra quam dici aut excogitari ullove intellectu percipi possit. Cum enim sine semine, supernaturalisque conceptio fuisset, ineffabilis quoque partus et inenarrabilis fuit. More itaque nostro, qui supra nos erat Christus et Dominus processit, omnia nostra essentialiter in se ferens, uno peccato dempto, totus homo factus, totusque Deus manens, idem terrenus et cœlestis, visibilis et invisibilis, mortalis et immortalis. Duæ enim naturæ indivulsa conjunctione cohærentes unum nobis Emmanuelem perfecerunt : ita tamen, ut citra ullum defectum proprietates naturarum, ex quibus compositus est, sartas tectas conservaret. Cum enim totus simplex esset, secundum divinam, eamdemque paternam et æternam generationem, duplex processit secundum maternam eamdemque temporariam et corporalem generationem. Itaque tametsi duas Christi Dei nostri generationes profiteamur, unam tamen ejus personam prædicamus, cujus essentia duabus in naturis perfectis elucescat. Quamvis enim una sanctæ Trinitatis persona esset, mansit tamen, vel cum Verbum caro factum est, perfectus in Divinitate, idemque perfectus in humanitate : Divinitate quidem Deo Patri consubstantialis, idemque nobis humanitate consubstantialis : patibilis carne, impatibilis Divinitate. Unde fit, ut alii miracula, et alii passiones non distribuamus : sed tanquam uni eidemque Domino nostro Jesu Christo utrumque specimen attribuamus : alia quidem ratione miracula edenti, alia item patienti Divina siquidem naturæ ratione signorum virtutem deprompsit, ex humanæ autem formæ præscripto, eas passiones non detrectavit, quibus ea natura obnoxia est, ut in seipso passiones nostras in passionum vacuitatem transformaret, prout his verbis attestatur Apostolus : *Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem* [6]. Nec enim ille humani generis amator humanis, at nulli reprehensioni obnoxiis, passionibus objici, et quamvis Deus esset immortalis, anima tamen mediante corporaliter morti affligi dedignatus est : anima, inquam, omnibus in rebus perfecta, suisque numeris absoluta, et cui nihil omnino ad humanitatis perfectionem deesset. Humanæ porro perfectionis index mens ipso est, qua volumus, et a brutis animantibus differimus. Eorum enim quæ mentis expertia sunt, nullum velle potest. Quidquid autem voluntate, idem et intellectu præditum est. Ubi enim mens, ibi etiam prorsus intellectus est. Jam si Servator perfectus homo fuit, in Divinitate perfecta manens, procul dubio neque mente, neque voluntate caruit. Qui autem humanam Christi animam naturali voluntate privare conantur, eam mentis expertem, ipsi mentis expertes descripserunt, et passionem et mortem impatibili naturæ ascribentes. Qua quidem hæresi hoc consequuntur, ut perfecte salvi facti non videamur. Nec enim naturalem humanitatis ejus voluntatem, naturalemve actionem negamus, ne una eademque opera dispensationis salutis nostræ caput et summam antiquemus, et Divinitati passiones ascribamus, ut astruere conati sunt illi, qui una illum voluntate, unaque actione, non sine magna impietate, recens excogitarunt impiamque Arii, Apollinarii, Eutychis, et Severi hæresin innovarunt.

Nos autem orthodoxæ confessionis assertores unum eumdemque Christum Filium Dominum unigenitum astruimus, qui duabus in naturis inconfuse, simpliciter, inseparabiliter, individue dignoscitur. Ita tamen, ut nullatenus naturarum differentia vi conjunctionis sublata sit, imo potius utriusque naturæ proprietas integra permanserit, et in unam personam unamque hypostasin concurrerit : non ut in duas personas partitionem divisionemve admiserit, sed unus idemque Filius unigenitus, Deus Verbum, Dominus Jesus Christus perseveraverit : quemadmodum superioribus temporibus prophetæ de ipso vaticinati sunt, ipseque adeo Jesus Christus nos docuit, sanctorumque Patrum symbolum nobis quasi per manus tradidit. Duas in eodem volitiones, seu voluntates, duasque actiones, citra divisionem, mutationem, partitionem, confusionemque ex sanctorum præscripto Patrum prædicamus, naturales, inquam, voluntates, non contrarias, quemadmodum impii astruxerunt

[6] I Cor. xv, 53.

enim vult, eadem quoque potest, ut quæ creaturas omnes visibiles et invisibiles creaverit, omnes contineat, omnibus imperet, et dominetur regno, quod nulli fini mortive obnoxium est, nec in se quidquam contrarium habet, quæ omnia plenitudine suas complens a nullo comprehendatur, imo potius omnia comprehendat, contineat, et exsuperet, quæ nullam non essentiam intemerata permeet, supraque omnia feratur, quæ nullam non essentiam exsuperet, supersubstantialis, et ea quæ sunt transcendens, plusquam divina, plusquam bona, plusquam plena, quæ principia omnia ordinesque definiat, omnis principii atque ordinis præses, quæ nullam non essentiam, vitam, rationem, atque cogitationem exsuperet, ipsum lumen, ipsa bonitas, ipsa vita, ipsa essentia, ut quæ alterius beneficio non sit, aut aliquid eorum quæ sunt exsistat, imo iis quæ sunt essentiæ, iis quæ vivunt, vitæ, iis quæ ratione utuntur rationis fons, omnibus denique bonorum omnium causa sit, quæ omnia ante eorum generationem norit, tanquam una essentia, una divinitas, una virtus, una voluntas, una actio unum imperium, una potentia, una dominatio, unum regnum, quod in tribus perfectis personis cognoscitur, et adoratione una colitur. Creditur autem et adoratur ab omni creatura rationis participe, citraque ullam confusionem conjungitur, et citra distractionem distinguitur, (quod mirum est), in Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, in quos baptizati quoque sumus. Ita enim Dominus apostolis mandavit, ut baptizarent, his verbis : *Baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti* [8]. In unum Patrem, qui omnium principium et causa est, a nullo genitum, qui solus sine causa, et ingenitus est, omnium quidem Creator, at unius tantum unigeniti Filii sui, Domini autem Dei, et Servatoris nostri Jesu Christi natura Pater, sancti autem Spiritus emissor exsistat.

Credimus item in unum Filium Dei unigenitum, Dominum nostrum Jesum Christum, qui ex Patre natus est ante omnia sæcula, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Cum dicimus Ante omnia sæcula, generationem ejus temporis et principii expertem esse indicamus. Nec enim ex eo quod non erat in essentiam productus est Filius Dei, splendor gloriæ, imago paternæ personæ, vivens sapientia et potentia, Verbum per se subsistens, essentialis, perfecta et viva imago Dei invisibilis, sed semper fuit cum Patre, et in ipso, ab æterno, et sine principio ex ipso genitus. Nec enim ullo unquam tempore Pater fuit, quo Filius non fuerit, sed cum primum fuit Pater, fuit et Filius ex eo genitus. Nec enim fieri potest, ut absque Filio Pater vocetur. Quod si Filium non habuisset, Pater haudquaquam fuisset, et si postea Filium habuisset, postea quoque Pater esse cœpisset, cum Pater antea non esset, atque ex non Patre in Patrem mutatus fuisset, qua blasphemia quid, quæso, magis impium excogitari potest ? Fieri enim non potest, ut Deus naturali generandi vi privatus dicatur, generandi autem vis in eo consistit, ut ex seipso, sive propria ex essentia sibi natura similem procreet. Ex quo fit, ut si quis in Filii generatione tempus intercessisse, aut post Patrem, subsecutam fuisse Filii subsistentiam dicat, impius habendus merito sit. Ex ipso enim, hoc est ex Patris natura generationem Filii fuisse dicimus. Et nisi Filium ab initio una cum Patre fuisse, ut ex ipso genitum, concedamus, utique Paternæ personæ mutationem introducimus : quia nimirum cum Pater antea non esset, Pater esse tandem cœperit. Tametsi enim creatura postea facta fuit, non tamen ex Dei essentia, sed ex eo quod non erat in id quod est voluntate et potentia ejus producta fuit.

Nec vero mutationi natura divina obnoxia est. Generatio enim est, cum id quod gignitur essentia simile ex generantis essentia prodit. Creatura vero et figmentum, id quod extrinsecus, non autem ex creantis fingentisve substantia res creata fictave depromitur, quæ quidem substantia prorsus absimilis exsistat. Quocirca generatio et creatio impatibilis est in uno duntaxat Deo, qui solus impatibilis, inalterabilis et immutabilis est, semperque eodem se modo habet. Cum enim natura impatibilis, inexhaustus, simplex et incompositus exsistat, ad passionem ullam fluxumque ferendum, neque generando, neque creando, haudquaquam idoneus est, nec ullo adjutorio egel. Sed generatio quidem principio carens et æterna est, cum sit opus naturæ, atque ex ejus essentia procedat : ne mutationi genitor sit obnoxius : neve Deus primus sit et postremus, atque incrementum recipiat. Creatio vero cum divisæ voluntatis opus sit, Deo coæterna non est, quandoquidem natura hoc comparatum non est, ut id quod ex nihilo in rerum naturam producitur, ei coæternum sit, quod principio caret, semperque est. Itaque quemadmodum non eodem modo Deus et homo operatur (homo enim ex nihilo nihil quidquam in rerum naturam profert, sed quidquid facit, id ex subjecta materia facit, præcedente non voluntate tantum, sed etiam præcogitatione, et ejus rei in animo informatione, quam facere instituit, sequente vero manuum operatione, una cum laboris et tædii tolerantia : ita tamen, ut exspectatione sua sæpe defraudetur, nec res ita succedat, prout animo proposuerat : Deus autem vel sola voluntate ex nihilo cuncta in rerum naturam produxit), ita nec eodem modo Deus et homo generat. Deus enim, cum sine tempore et sine principio sit, ad hæc impatibilis, inexhaustus, incorporeus et solus, fine careat,

[8] Matth. XXVIII, 19.

potest, ut Patris alia, Filiique alia, imo una et eadem fuerit essentia. Et quemadmodum ignem lumine quod ejaculatur lucere dicimus, nec tamen interim lumen igni subserviens instrumentum esse, imo potius vim naturalem asserimus ; ita Patrem quoque cuncta quæ facit, per unigenitum Filium suum facere astruimus, non tanquam per instrumentum subserviens, sed per vim naturalem, et quæ per se vique sua subsistit. Et quemodmodum ignem lucere dicimus, itemque lumen igneum lucere asserimus, ita quæcumque Pater facit, itidem facit et Filius. Non tamen lumini propria quædam est, ab igneve sejuncta hypostasis, at Filius perfecta hypostasis est, ab hypostasi paterna inseparabilis, ut supra docuimus. Nulla enim in rebus creatis imago inveniri potest, quæ citra mutationem in seipsa modum illlum referat, quo sancta Trinitas constat. Qui enim fiat, ut quod creatum, compositum, fluxum, mutabile, circumscriptum, figuratum et corruptibile est, oculis divinam illam essentiam subjiciat quæ ab iis omnibus libera nullam non essentiam exsuperat ? Atqui perspicuum est omnem creaturam eorum plerisque obnoxiam esse, atque ex sua ipsius natura corruptioni subjici.

CAP. XXXV.

Tertia pars confessionis fidei Joannis Damasceni de Spiritu sancto.

Credimus denique in unum quoque Spiritum sanctum Dominum, vivificantem, qui ex Patre (Filioque) procedit, et in Filio conquiescit. Qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur, tanquam consubstantialis et coæternus. Dei Spiritus rectus, principalis, fons vitæ et sanctificationis. Deus qui cum Patre est, increatus, plenus, creator ; omnia comprehendens, omnium opifex, omnipotens, infinitæ potentiæ, Dominus omnis creaturæ, nullius, dominio subjacens : replens, non repletus : largiens, et ab alio nihil accipiens : sanctificans, non sanctificatus : consolator omnium consolationibus unus sufficiens : Patri et Filio per omnia similis : qui ex Patre (Filioque) procedit, atque per Filium tribuitur. Cujus omnis creatura particeps est, qui per se creat et animat universa, sanctificat et continet, propria denique in persona per se subsistit, ita tamen, ut a Patre Filioque separari et divertere nullo modo queat, imo omnia illa habebat, quæcunque Pater et Filius habent, præterquam quod nec ingenitus, nec genitus est. Pater enim causa caret : ingenitusque est, nec enim a quoquam, nec a seipso quidem processit : nec eorum quæ habet quidquam, imo potius ipse principium, et auctor essentiæ est : facitque ut universa quoquo modo se naturaliter habeant. Verbum autem generative a Patre processit. Spiritus denique sanctus a Patre etiam non generative sed processive prodiit. Quid porro a generatione processio differat, jam didicimus ; quis autem modus differentiæ sit, non item. Γεννήματος ergo, id est genituræ nomine et ipsa Filii ex Patre γέννησις, hoc est generatio, atque sancti Spiritus ἐκπόρευσις seu processio intelligi posse videtur. Quare quæcumque Filius et Spiritus sanctus habent, ea ex Patre habent, atque ipsam quoque essentiam et nisi sit Pater, nullus Filius, nullus et Spiritus esse potest, et si qua re careat Pater, eadem Filius et Spiritus carent. Atque propter Patrem, hoc est, quia Pater est Filius quoque et Spiritus est. Et propter Patrem Filius et Spiritus habent quæcumque habent, hoc est, quia ea Pater habet, ingeneratione, generatione et processione demptis. His enim solis et hypostaticis proprietatibus tres sanctæ hypostases inter se differunt : neque id essentia, sed quia propriæ hypostaseos charactere seu signo individue dividuntur. Dicimus autem unumquemque ex tribus propria præditum esse hypostasi, ne tribus ex imperfectis unam perfectam compositam naturam profiteamur, sed in tribus perfectis hypostasibus unam simplicem ὑπερτελῆ τε καὶ προτέλειον, hoc est quæ perfectionem omnem excedat et præcedat. Quidquid enim ex imperfectis constat haud dubie compositum est, at ex perfectis hypostasibus fieri non potest, nt quidquam conponatur. Inde fit ut speciem non ex personis procedere, sed personis inhærere dicamus. Imperfectis autem diximus, hoc est iis quæ speciem ejus rei non servant, quæ ex ipsis conflata est, siquidem lapis, lignum et ferrum per se quidem perfecta singula sunt, si propriam eorum naturam consideremus, at si eadem illa in ædificio contemplemur, quod ex ipsis conflatur, imperfecta sunt. Eorum enim nullum per se domus est. Itaque perfectas hypostases dicimus, ne compositionem divinæ naturæ inesse intelligamus. Dissensionis enim principium ipsa est compositio. Rursus tres hypostases in seipsis mutuo inesse dicimus, ne multitudinem populumve deorum introducamus. Siquidem trium hypostaseon ratione nullam in iis compositionem aut confusionem : ratione autem essentiæ, et quia hypostaseon alio alii inest, idcirco individuam in iisdem identitatem, ut dicam, et voluntatem, et actionem, et potentiam inesse, atque unum Deum esse cognoscimus. Deus enim, et Verbum, ejusque Spiritus, unus demum et vere Deus est.

CAP. XXXVI.

Re ipsa et animo contemplari. Quomodo communes rerum omnium notiones dignoscantur ? Quid idem a simili differat ? Persona personæ quomodo insit ?

Sciendum est aliud esse re ipsa contemplari, itemque aliud ratione et cogitatione. Jam in omnibus rebus creatis personarum divisio re ipsa conspicitur. Communitas autem et cognatio, mente cogitationeque patescit. Nam mente percipimus Petrum et Paulum ejusdem esse naturæ, unaque communi constare natura. Eorum enim uterque animal est ratione præditum, morti obnoxium. Item uterque caro est, cui anima rationis intellectusque particeps infusa est. Communis itaque natura ratione perspici potest. Nec enim hypostaseon

ad oppositorum vel natura consequentium aliquod, vel actionem denotent. Itaque inter omnes Dei nomenclaturas nulla mihi magis proprie videtur, quam ὁ ὤν, seu, is qui est. Quemadmodum ipsa in monte Mosem alloquens ait : *Dicito Israelitis : Is qui est me misi.* [12]. Is enim nullam non essentiam in se complectitur, tanquam vastum nescio quod et immensum essentiæ pelagus. Ut autem beato Dionysio videtur, Bonus maxime propria Dei appellatio est, nec enim essentia in Deo bonitatem præcessisse dici potest. Alterum nomen Θεὸς Deus est, quod dicitur vel ἐκ τοῦ θέειν, καὶ περιέπειν τὰ σύμπαντα, hoc est, quod cursu suo et ambitu contineat universa, vel ἐκ τοῦ αἴθειν, id est ab ardendo. Deus enim ignis est, quo vitium omne consumitur, vel ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι τὰ πάντα, quod omnia intueatur. Illum enim nihil latet, estque omnium rerum speculator, nam speculatus est omnia providentia sua, priusquam orirentur, et eorum singula voluntaria sua cogitatione, quæ quidem est prædestinatio, imago, et exemplar in re prædestinata, in qua fit. Jam priore nomenclatura ejus, nimirum. Is qui est, ipsa essentia exhibetur, non autem quod quid est ; posteriore vero, actio ipsa patefit. Cæterum hæc nomina, ἄναρχον, principio carens, incorruptibile, ingenitum sive increatum, incorporeum, invisibile, et similia, id quod non est indicant, hoc est, id quod esse non cœpit. Neque enim corrumpitur, neque creatus est, neque corpus est, neque videtur.

Bonum autem, justum, et sanctum, naturæ quidem conveniunt, ipsam vero essentiam haudquaquam demonstrant. Dominus denique, rex et cætera id genus habitum ad opposita significant. Eorum enim qui dominio subjecti sunt, Dominus : eorum qui regno, rex : eorum qui creationi, creator : eorum denique qui pastioni, pastor dicitur.

CAP. XXXVIII.

Ejusdem Joannis Damasceni. De divina conjunctione et discretione (quodque illa in Trinitate, hæc in Filio solo intelligenda sit).

Omnia ergo communiter, eodem modo simpliciter, indivise, et conjuncte de universa divinitate accipienda sunt. Distincte vero, seu discrete, Pater, Filius et Spiritus, incausatum, causatum, ingenitum, genitum, et procedens, quæ quidem essentiæ significationem nullam habent, sed modi solius, quo se aliud ad aliud habet, et quo exsistit. His igitur cognitis, viaque inde ad essentiam ipsam, sed essentiæ tantum adjacentia comprehendimus. Quemadmodum nec si exploratum quidem habeamus animam corporis, quantitatis et figuræ expertem esse, continuo ejus essentiam quoque comprehendimus, neque corporis item ipsius, si ejus vel candor, vel nigredo innotuerit. Sed ea tantum novimus, quæ ei adjacent. Vera autem ratione instruimur, simplicem esse Deum, unaque simplici actione bona præditum, quæ omnia omnibus suggerat, radii solaris instar, qui cuncta calefacit, et in singulis prout apta capaciaque sunt, operatur, hac actione præditus Dei creatoris beneficio. Discreta porro sunt et sejuncta, quæcunque ad divinam et humanitatis plenam Dei Verbi incarnationem pertinent. Eorum enim nullo modo Pater et Spiritus participes sunt, nisi tantum quia utrique bene complacitum est, et miraculorum editio illa inenarrabilis arrisit : quæ quidem a Verbo Deo, etiam homine nobis simili facto, tanquam Deo immutabili, et Dei Filio, edita sunt.

CAP. XXXIX.

† *Ejusdem ex cap. 14 de iis quæ corporaliter de Deo dicuntur* (12).

Quia vero pleraque sacris Scripturis ita enuntiata deprehendimus, ut corporeum (13) aliquid, velut ex conjectura designent, sciendum est fieri non posse, ut nos, cum homines simus hac carnea massa circumtecti, divinas, excelsas, et ab omni materia remotas, divinitatis actiones intellectu assequamur, aut verbis exprimamus : nisi imaginibus, formis et symbolis inter nos cognitis utamur. Quæcunque ergo de Deo corporaliter enuntiantur, ex conjectura dependent, in iis autem sublimior aliquis sensus delitescit. Simplex enim Deus est, neque ulla figura lineamentisve depingi potest. Igitur oculorum, palpebrarum, conspectusque Dei nomine vim ejus intelligimus, qua res universas contemplatur, eamque adeo cognitionem, qua fit, ut nihil illum lateat quia nimirum hujusmodi sensus beneficio perfectiorem rerum cognitionem, et certiorem persuasionem consequimur. Aurium item auditusque nomine placabilitatem ejus, et ad vota nostra precesque propensionem designamus. Nos enim hujus sensus beneficio supplicibus faciles et exorabiles efficimur, eisque aurem familiariore quodam modo inclinamus. Oris porro et sermonis appellatione certum aliquod voluntatis ejus indicium depromimus, quia moris est nobis cordium nostrorum arcana oris et sermonis beneficio retegere. Cibi quoque et potus nomenclatura nostrum ad ejus voluntatem concursum denotat. Nos enim sensu gustatus necessario naturæ appetitui satisfacimus. Olfactus appellatione vim nobis insitam intelligimus, quæ nostram erga Deum voluntatem et benevolentiam testatur, quia nimirum eo sensu suaveolentiam odorum percipimus. Personæ item vocabulo eam Dei præsentiam subindicamus, qua ille opera sua vicissim, et quasi successive, lustrat et permeat (14), quia nimirum personæ beneficio

[12] Exod. III, 14.

(12) Vide Patrologiæ tom. XCIV, col. 841.

(13) Nicetas σωματικῶς habet, at Zigabenus legisse videtur σημαντικῶς, id est, *significative*. Utraque lectio defendi potest.

(14) Consule Damascenum, nam lacuna hic est.

præsentes nos ipsos sistimus. Per manus etiam vis illa intelligitur qua Dei actio absolvitur: nos enim quæ nobis utilia sunt, et in primis pretiosissima quæque administramus manibus. Per dextram quoque opem divinam intelligere solemus, quæ nobis in rebus prosperis adest: in iis enim quæ paulo politiora et ornatiora nobis atque pluribus egere viribus videntur, dextra manu fere utimur. Jam palpationem quid aliud, quæso, esse dicemus, quam subtiliorem Dei et eorum quæ sunt valde subtilia et obscura disquisitionem, et exactiorem prævestigationem? humano enim more fit, ut qui palpantur, nihil in se ipsis celare queant. Pedibus consimiliter et incessu, venire præstoque adesse significamus, ad opem supplicibus ferendam, vel hostes propulsandos, vel aliud quidvis simile agendum, propterea quod pedibus eo pervenire soleamus, quo destinavimus. Jurejurando itidem quam firma sit voluntas divina ostenditur, nos enim jurisjurandi religione mutuis conventionibus nostris robur et pondus addere consuevimus. Cæterum iræ furorisque nomine significamus quanto Deus odio habeat, quantumque aversetur vitium. Nos enim, si quid contra fiat, quam nobis videatur, indignari et succensere solemus. Per oblivionem denique, per somnum, at per dormitationem, dilatio repetundarum de hoste pœnarum et comperendinatio intelligitur, solitique auxilii familiaribus nostris et amicis præstandi procrastinatio. Ut simul et semel concludam, multaque paucis complectar; in iis omnibus quæ corporaliter de Deo dicuntur, arcanus quidam sensus delitescit, qui rerum inter nos usitatarum obtentu ea quæ supra nos sunt edocet, nisi forte quid de corporali Verbi Dei adventu dictum sit. Is enim totum hominem induit, ut salvos nos faceret, hoc est animam intellectus participem, et corpus, una cum iis quæ naturæ humanæ propria sunt, denique naturales et immutabiles passiones.

CAP. XL.

De angelis, altera libri hujus parte præcipua.

Quia vero primum æternumque lumen Deus dicitur, secundum autem, ordines angelorum intellectu præditi, de iis quoque pauca dicenda sunt.

Angelus essentia est intellectu prædita, quæ semper movetur, liberi arbitrii, incorporea, Dei ministerio et cultui addicta, naturæque immortalis per gratiam particeps effecta. Cujus quidem essentiæ quæ sit forma, quique terminus soli Creatori perspectum et exploratum est. Incorporea porro et expers materiæ dicitur, si nobiscum conferatur. Quidquid enim est in rerum natura crassum et materiale deprehenditur, si cum Deo conferatur, qui solus ab omni corporatione liber et immunis manet. Siquidem Deus solus est, qui vere ab omni materia remotus, et incorporeus dici potest. Angelus ergo natura est rationis, intellectus, et liberi arbitrii particeps, quæ sententiam mutare potest, seu sponte mutabilis est. Quidquid enim creatum, idem et mutabile est: increatum solum est immutabile. Item quidquid ratione præditum, idem et liberi arbitrii est. Quatenus ergo rationis et intellectus particeps est, liberi quoque arbitrii est: quatenus autem creata est, mutationi etiam obnoxia est. Ut cui liberum et integrum sit manere et proficere in bono, atque in deterius deflectere. Pœnitudinis autem capax non est, quia incorporea. Hominem enim propter corporis debilitatem pœnitere potest. Immortalis præterea est, at non natura, sed gratia. Quidquid enim cœpit, idem et natura desinit, et ad interitum tendit. Solus autem Deus æternus est, imo, supra omnem æternitatem, nec enim tempori subjicitur, sed supra tempus is est, a quo tempora condita sunt. Lumina porro secunda intellectu prædita, quæ splendorem suum a primo lumine, quod principio caret, mutuata sunt, nec lingua nec auditu egent, sed absque sermonis ullius prolatione proprios animi conceptus et voluntates inter se communicant. Itaque angeli omnes a Verbo creati, et a Spiritu sancto sanctificatione perfecti sunt, pro dignitatis et ordinis proportione luminis et gratiæ participes. Circumscripti sunt: nam si sint in cœlo, non sunt in terra, et si a Deo in terram demittantur, in cœlo nequaquam remanent, mœnibus, portis, claustris, sigillis non concluduntur. Indefiniti sunt. Indefinitos autem dico, non enim prout sunt, ita viris dignis apparent, quibus eos apparere Deus voluerit, sed transfigurati, prout ferre possunt, qui eos intuentur. Nam quod increatum est, idem natura et proprie indefinitum est. Omnis autem creatura extra essentiam a Creatore suo definitur. Iidem sanctificationem a sancto Spiritu habent, divina gratia vaticinantur, nuptiis haudquaquam egent, mortales enim non sunt. Sed cum sint spiritus, idcirco etiam in locis intellectui soli perviis habitant, non ut corpore circumscribantur: nec enim corporea natura seu exteriore figura effigieque dividi possunt, sed quia intellectu solo pervia præsentia sunt, jussique obsequuntur, nec uno eodemque momento hic et illic esse et munere suo fungi possunt. An autem pares essentia sint, an vero alii ab aliis differant, nescimus. Solus eorum creator Deus id novit, cui etiam omnia cognita sunt. Differunt autem alii ab aliis splendore et ordine, sive ordinem servent ad splendorem, sive splendore potiantur, eumque alii altis communicent, ut ordinem conservent. Certum et autem eos qui sunt in inferioribus ordinibus et splendorem et cognitionem ab iis quasi per manus accipere, qui sunt in superioribus. Fortes præterea sunt, et parati ad divinæ voluntatis exsecutionem, confestimque passim reperiuntur, tanta est eorum naturæ celeritas, quocunque divinus illos nutus amandaverit: custodiuntque regiones terræ, gentibus et locis præfecti, pro-

ut Creatori ipsi placuerit, atque ita res humanas administrant, nobisque suppetias ferunt. Omnino autem quia ex divinæ voluntatis et jussionis præscripto, supra nos sunt, Deoque semper assistunt. Insuper quamvis ad malum vix moveantur, non tamen immobiles sunt. Nunc autem etiam immobiles manent, non natura, sed gratia, et Dei, qui solus bonus est, præsidio. Deum vident prout eis permittitur, hocque ciborum vice habent. Supra nos sunt, tanquam incorporei, et ab omni affectione corporea liberi, non tamen impatibiles: solus enim Deus impatibilis. Transformantur autem in id, quodcunque Dominus Deus jusserit, atque ita hominibus apparent, eisque divina mysteria revelant. In cœlo versantur, unique rei dant operam, nimirum ut Deum laudent, et divinæ ejus voluntati obsequantur.

CAP. XLI.

Hierarchiæ synopsis. Angelos creaturas, non creatores esse, contra Sethianos.

Quemadmodum autem sanctissimus ille, sacratissimusque, necnon in rebus theologicis exercitatissimus Dionysius Areopagita testatur, theologia omnis, seu Scriptura sacra, novem cœlestes essentias expressit. Eas divinus ille rerum sacrarum administrator tribus ternariis ordinibus distinguit. Atque omnium primum illum esse statuit, qui Deum circumstare semper, eique contigue et immediate conjungi fertur. Is ordo est τῶν Seraphim sex alas habentium, et multoculorum Cherubim, denique sanctissimorum Thronorum. Secundum autem Dominationum, Virtutum et Potestatum. Tertium et ultimum Principatuum, Archangelorum et Angelorum esse ait.

Jam nonnullis videtur illos ante creaturam omnem conditos fuisse, ut Gregorius Theologus ait his verbis: Primum angelicas et cœlestes virtutes in animo versat, atque cogitatio illa in opus evadit. Aliis autem eos post primum cœlum conditos fuisse placuit. Certe ante creatum hominem conditos nemo non fatetur. Ego vero in Gregorii Theologi sententiam pedibus eo. Siquidem rationi consentaneum erat, ut primo loco essentia intellectu prædita crearetur, tum deinde ea quæ sensus particeps est, atque ita demum ex utraque homo conflaretur. Cæterum ii qui angelos essentiæ cujuslibet creatores fuisse autumant, id effutiunt, quod pater diabolus eis suggerit. Cum enim creaturæ sint, creatores non sunt. Qui autem omnia fecit, omnibus providet, omnia continet Deus, is unus increatus est, qui sub Patris, et Filii, et Spiritus sancti nomine laudibus celebratur et glorificatur.

CAP. XLII.

De homine. Essentiæ divisio. Imaginis et similitudinis in Deo differentia. Origenis deliramentum.

Hunc ergo in modum Deus essentiam intellectus participem condidit, angelos, inquam et omnes cœlestes exercitus. In enim dubio procul natura intellectus participe et incorporea præditi sunt. Incorporea, inquam, si cum materiæ crassitudine conferatur. Nam solus Deus revera materiei expers et incorporeus est. Deinde vero eam quoque essentiam creavit, quæ sub sensum cadit, cœlum, inquam, terram, et quæ in eorum medio jacent, atque illam quidem propriam et familiarem (familiaris enim Deo natura illa est, quæ ratione utitur solaque mente comprehenditur), hanc vero undecunque remotissimam, quæ nimirum sub sensum cadat. Jam vero ex utrisque mistio quædam efformanda erat, ut esset majoris sapientiæ et magnificentiæ rerum naturalium specimen et insigne, ut Gregorius Theologus ait, et quasi quædam utriusque naturæ conjunctio, ejus nimirum, quæ visibilis est, et ejus quæ non videtur. Par erat, inquam, ut hujusmodi specimine voluntas Creatoris innotesceret. Hæc enim decentissima lex et regula est, ad cujus præscriptum examinanda sunt omnia. Et nemo quidem eo vesaniæ procedet, ut Creatorem suum sic interroget: Cur ita me formasti? Potest enim figulus ex luto suo varia vasa fingere, quibus sapientiæ suæ specimen edat (15).

Cum hæc ita se habeant, ex visibili et invisibili natura hominem propriis manibus ad imaginem et similitudinem suam creavit, corpore quidem e terra formato, anima vero rationis et intellectus participe ei proprio sufflamine infusa, quod quidem divinæ imaginis appellatione intelligimus. Illud enim, ad imaginem, vim illam indicat, quæ intellectus particeps liberoque arbitrio prædita est. Hoc autem, ad similitudinem, vim illam denotat, quæ divinæ virtutis, quoad ejus fieri potest, similitudinem refert.

CAP. XLII-XLIV.

Hominis partes, et pristinæ qualitates. Spiritus et caro.

Cæterum corpus et anima simul formata sunt, non autem illud quidem prius, hæc vero posterior, ut Origenes deliramentis suis voluit; itaque Deus hominem creavit purum, rectum, fortem, hilarem, securum, nulla non virtute ornatum, omnibus bonis abundantem, quasi quemdam mundum secundum, in magno parvum: alium angelum adoratorem, mistum, earum creaturarum inspectorem, quæ oculis subjiciuntur: earum autem quæ soli cogitationi patent, discipulum: regem eorum quæ in terra sunt: Regi superno subditum, terrenum et cœlestem, mortalem et immortalem, visibilem et intellectu perceptibilem, medium inter sublimitatem et humilitatem, eumdem et spiritum et carnem: carnem quidem, propter extuberationem: spiritum vero, propter gratiam: partim ut patiatur, patiensque commoneflat, et erudiatur,

(15) Alludit ad locum B. Pauli, Rom. IX.

quam vegetativam vulgus vocat, et quæ corpora efformat. Hæc enim non ratione, sed natura reguntur. Ejus autem quæ rationi paret duæ sunt species, cupiditas et animositas. Cæterum bruta illa pars animæ vulgo affectativa et appetitiva dicitur. Sciendum præterea est, ad rationi parentem brutæ facultatis animæ partem, illum quoque concitum ad rem optatam motum referri solere.

CAP. L.

Plura de corpore et anima. De animæ immortalitate et natura, quatenus corpori jungatur.

Immortalitas homini acquisita est, qui quamvis sit naturaliter mortalis, animæ tamen præstantia consequitur ut immortalibus assideat. Igitur animæ natura, ut quibusdam placuit perfecta ejus ipsius, et dimensione carens essentia est : quæ corpori tanquam currui insidet. Quia vero vita toti sufficienda, et suis id velut angulis circumscribendum est, ea de causa ipsum permeat, hoc est dividitur, et per singulas ejus partes diffunditur, profundum ejus et superficiem ex æquo animans, atque ipsum quidem sibi ipsi circumscribit, ei autem seipsam certis finibus accommodat.

CAP. LI.

Item de anima. Angelorum et animarum creationis ratio.

Una cum angelicorum quidem ordinum specie, individuorum quoque numerus in prima illa mundi creatione completus esse fertur : animarum autem numerus a creatore Verbo (cui nihil futurum aut venturum est, sed omnia perspicuam naturam adepta sunt) productus quidem esse perhibetur, at non uno cum rerum universitate depromptus, imo illæ ex nihilo creatæ, et eorum, quia a mundi primordio ad hunc usque diem vixerunt, corporibus infusæ fuisse : atque in die infundi feruntur.

CAP. LII.

Item de anima. Triplex animæ affectio, triplicem quoque hominem facit.

Triplex porro est animæ affectio, siquidem quod in illa summum est, et cum rebus quæ intellectu percipiuntur, cognationem habet, νόησις, seu intelligentia nominatur : quod vero extremum, et tanquam eorum quæ sub sensum cadunt, sensus communis beneficio, gnomon et regula est, δόξα, seu opinio, dicitur : quod denique intermedium est, atque ita comparatum, ut modo sursum, modo deorsum feratur, διάνοια, seu cogitatio dicta est.

Atque his finibus homo, seu hominis opinio, exspatiatur, tumque demum animal evadit. Cogitatio enim multiplex quædam natura est. Intelligentia vero divinitatis est particeps. Cum enim cupiditas multiceps quoddam animal, animositas autem leonina sit : ratio sola hominem verum constituit, quo tamen alius quoque divinior homo veriorque deprehenditur, quisquis νοερὸς, seu intelligentiæ capax est, quem αὐτοάνθρωπον, hoc est ipsum seu perfectum hominem ii vocant, qui formarum speculationibus addicti sunt. Homo itaque triplex est. Unus quidem νοερὸς intelligentiæ capax, isque uniformis. Alter vero λογικὸς rationis particeps, isque tripartitus et triplici facultate præditus. Tertius denique αἰσθητικός, sensibus addictus, isque multiformis et varius. Id porro, quod ratiocinatur et contemplatur, nos ipsi sumus. Nec enim quidquam inter nos et animam discriminis est.

CAP. LIII.

De mente et anima, (Græcorum aliquot philosopho rum de animæ et corporis conjunctione sententiæ.)

Ex sapientum Græcorum numero Plato quidem et Aristoteles animam corpore tanquam instrumento uti censent. Decet enim, inquit Aristoteles, ut ars suis instrumentis, anima autem corpore utatur. Peripatetici vero philosophi illam non secus atque formam materia constantem corpori commiscent et implicant.

Cleantes illam etiam corpus esse demonstrat, quæ tamen aliquando ab eo quod sub aspectum cadit separari queat.

Plotinus autem illam ad corporis affectiones subeundas haudquaquam adigi auctor est, quandoquidem nec ullo unquam fieri modo queat, ut artifex instrumentorum affectiones induat. Necesse autem est, ait, ut sensu utatur. Quod enim corpore agit, a sensu adjuvatur : ut ejus beneficio externa et adventitia cognoscat. Jam si anima incorporea est, illam corporeæ affectiones haudquaquam penetrabunt : quod si veniant haudquaquam in ejus essentiam, sed tantum in facultates et actiones ejus venient.

CAP. LIV.

De anima. Misceri quæ dicantur, et quomodo anima corpori commisceatur.

Misceri dicuntur ea, quæ commiscentur et confunduntur inter se, ut res humidæ vel implicitæ, ut aer et lumen ; vel ut forma, quæ a materia separari non potest. Quod si se vel tantillum contingant, essentia quidem separantur, actionibus vero commiscentur. Quæ res Aristotelem quoque permovit, ut duplicem animam esse diceret : unam quidem, quæ a corpore separetur, alteram vero quæ in corpore subsistat. Ea porro animæ forma, quæ corpori inest, instrumenti vicem gerit, quo ad superiorem animam regia facultate præditam subvehatur. Cæterum anima quæ corpori inest, haudquaquam sub sensum cadit : siquidem corpori commista est, sed ipsum corpus animatum. Corpus enim animæ beneficio sensus, appetitus, et cæterarum affectionum particeps est.

Plato autem veram animæ essentiam a seipsa dependere scribit. Quod enim in alio subsistit, id essentialis qualitatis formam, non autem essentiam appellat.

cohæreat, quod quidem nihil aliud est, quam corpus illud, quod vulgo divinum dicitur: quod simul atque subiit anima, crassiori denuo parti adhæret, quam quidem a cœlestis astrorum dispositione, ut ita dicam, acceptam ipsi tanquam centro appingunt, eamque tunc demum formam animæ rationis expertem vocant, ex qua nimirum opinio sensus, phantasia, eorum denique generandorum, quæ sub generationem cadunt, appetitus procedit. Nec enim eidem naturæ unius contemplationem, primas notiones, exactasque scientias, una cum falsis opinionibus, et eorum quæ sensu prædita sunt apprehensionibus, nimirum phantastica facultate, rerumque deteriorum actione tribuunt, imo vero quæ præstantiora sunt, ea rationali: quæ vero deteriora, ea parti rationis experti accensent: non ut maculas aut labeculas ullas hac distributione a diviniore natura abstergant, sed ut illa necessariis fungente muneribus, hæc ad ea tantum se convertat, quæ propius ad naturam divinam accedunt. Hoc igitur idolum ea propter ab anima rationis participe separari non posse docent: homine autem dissoluto præstantiorem animam una cum luminoso vehiculo ad propriam quietem subvehunt: irrationalem vero a corpore separatam vel ad inferos detrudunt, vel inter astra referunt.

CAP. LIX.

De animarum in alia corpora transfusionibus.

Eidem porro qui animarum προγενεσίαν seu præexistentiam docuerunt, earumdem quoque μεταγγισμούς seu elutriationes, et quasi e vase uno in aliud vas transfusiones commenti sunt. Est autem μεταγγισμὸς seu elutriatio, cum una et eadem anima ex humano egressa corpore, corpus in aliud transmigrat: atque aliquando etiam volatilium quadrupedumque corpora subit.

CAP. LX.

De luminosa et tenebricosa animæ natura (17).

Quidam vero duplicem quoque animarum naturam esse dixerunt, unam quidem luminosam, alteram vero tenebricosam. Et hanc quidem inferne scaturire, atque subterraneis ex meatibus exsilire: illam vero e cœli vertice accensam demitti, ut terrenum hoc corporis domicilium exornet. Quæ quidem descendens cavere jubetur, ne dum corpus hoc informe et confusum informare et exornare contendit, ipsa dedecore et confusione impleatur: atque ita eadem postea via refluere, et in primum propriumque fontem refundi nequeat, sed ad subterraneos illos meatus alteri animæ cognatos transversa rapiatur,

Livor ubi, atque odium, species et mille malorum
Errant tartareæ pratis in tristibus Ates.

Ex quo etiam sæpe contingit, ut iisdem prognati parentibus, ne animarum quidem cognatione inter se conveniant; sed alter præstantioris animæ rationi pareat, alter quo deterioris rapit impetus, eo præceps ruat: atque sic alter bonis actionibus, alter malis inviliget. Cum Afer contra eadem animi propensione cum Græco homine facile conveniat.

CAP. LXI.

Item de anima. Variæ Ethnicorum et Christianorum sententiæ.

Non defuerunt, qui animam sanguinem illum esse dicerent, quo vivimus. Alii quoque spiritum illum esse ratisunt, qui nobis ab initio una cum seminis parentum emissione insitus est; ex quo calor etiam exoritur. Quia enim aliquo corporum natura egebat, a quo animaretur, et calorem susciperet, idcirco natura illum aspiratione et respiratione donavit, sanguinique animanti introitum et exitum præstruxit. Hic itaque spiritus corpora permeat, constituit, corrumpit, unaque cum illis deperditur.

Ex nostræ vero religionis hominibus, alii essentialem animæ causam primæ illi divinæque insufflationi ascripserunt, atque hominum corporibus (18) quo tempore creantur, infundi dixerunt. Alii animam per se subsistentem corpori concurrere putarunt: ita ut neque corpus per se constituatur, nec anima corpore prior exsistat. Eamdem porro duplicem asseruerunt, cujus pars una rationis particeps, altera expers sit. Eam partem, quæ rationis expers est, in animosam et cupidam diviserunt. Atque eam quidem partem, quæ rationis est particeps, in pectore sedem habere; eam vero, quæ ratione caret, per universam corporis compagem diffundi affirmarunt. At vero ἡγεμονικὸν quoque ipsum, sive præstantissimam animæ partem Plato quidem et Democritus sedem in toto capite habere dixerunt, alii in μεσοφρύῳ seu superciliorum meditullio, alii circa cerebri meningem, quæ vulgo pia mater, alioque nomina ἐπικρανὶς seu cerebellum appellatur. Quidam etiam in cerebri ventre. Nec defuerunt, qui toti pectori totique cordi vel spiritui cor ambienti, et sanguinis crassitudini ascriberunt. Alii in præcordiis illam statuerunt. Aliis a vitali ejus facultate, cor ambiri, caput autem a rationali et intellectuali placuit,

CAP. LXII.

De animæ immortalitate quid ethnicis, quid christianis placuerit.

Jam vero animæ immortalitem nonnulli approbarunt eamque corpore digressam ad ipsius universitatis animam tanquam sibi cognatam redire dixerunt. Alii contra corruptioni obnoxiam, unaque cum corpore interire maluerunt (19). Aliis eam ejus partem, quæ rationis est particeps, immortalem: quæ vero rationis expers est, mortalem esse placuit. Nostrorum autem seu Chri-

(17) Ex Synesio lib. I *De Providentia*, infr. I. IV, c. 36, in fine confutationis Euchitarum.

(18) Ut Origenes.

(19) Ut Thanatopsychitæ infra I. IV, c. [illegible]

stianorum philosophorum ex animæ actionibus alias citra ullum corporis obsequium agere (siquidem mens, cogitatio, et phantasia, vel quieto corpore operantur), alias vero corporis obsequio egere dixerunt. Sensus enim absque iis, quæ sub sensum cadunt, agere non potest. Sed quodammodo compatitur, et ea corpori conciliat. Unde fit ut sæpenumero typi quidam et characteres, obscuri eorum, quæ singuli hac in vita pie et ex religionis præscripto egerunt, animæ postea quam a corpore separata est, impressi, et velut insculpti supersint. Quia nimirum affectiones illæ, quæ sensui subjiciuntur, communes animæ corporique sunt.

Beatus quoque Nyssenus ille Gregorius ei animæ facultati, qua recordamur, signa corporis, tanquam sigillum ceræ impressum, inhærere post mortem auctor est, idcirco etiam dives Lazarum cognoscit, et id quidem merito. Nam si brutis in animantibus, tantas natura vires suas esse ostendit, ut agnella recens nata multos alieni lactis fontes prætereat, dum ad matris ubera parveniat: non poterit naturæ Conditor hujus miraculi prærogativam ratione præditis animantibus concedere, animæque et corpori conjugibus hoc largiri, ut concurrant et conjungantur.

CAP. LXIII.

† De mente. Intelligentia quomodo animæ et menti insit.

Intelligentiæ quidem capax anima est, intelligentiæ capax ipsa quoque mens: hæc quidem ex sui essentia, illa vero participatione. Mens enim hoc privilegio donata est, ut et intelligentiæ particeps, et mens sit, quod unum et idem est. Anima vero intelligentiæ capax ad mentem respicit, et quasi secundario intellectu prædita est, qui menti primarius est, atque adeo ex mentis participatione intelligentiæ capax esse dicetur, quod beneficium ex sua essentia mens habet. Itaque intelligentiæ capax est anima, mentis participatione. Cum enim anima intelligit, et mens in nobis operatur, tunc demum anima intelligentiæ capax et particeps efficitur. Animæ autem nostræ illa singularis mens præest, quæ pars quoque nostri dicitur: cujus nimirum nos privatim participes sumus. Continuo enim ad illam ascendimus, ejusque beneficio ad universam mentem convertimur, et in ea tandem perficimur.

CAP. LXIV.

† De mente et anima, et utriusque formis earumque differentiis.

Formas duobus modis habemus, in anima quidem quasi subvolantes, quasique separatas; in mente vero simul omnes.

Mense autem alia est participatione, quæ rectius ἴλλαμψις νοερά, seu illuminatio intellectualis appellatur, alia vero essentialis. Jam mens quæ participatione constat, ea est quæ animæ communicatur. Nihil autem aliud est quam habitus ad ea bona præstanda, quæ menti ex officio conveniunt. Mens autem essentialis duplex est, una quidem, quæ communicari non potest, altera quæ potest: quæ quidem particularis appellari solet.

Hæc porro mens communis et privata nobis inest: communis quidem, tanquam una et individua, privata vero quatenus tota singulis inest. Atque animales quidem formæ essentiam nostram compient: mentales vero perfectionem nobis et ornatum afferunt: quin et mentales quidem conjunctæ sunt, animales vero divisionem recipiunt. Cæterum vi ejus naturæ, quæ intelligentiæ particeps est, Deus nobis, tanquam auriga currui suo, insidet.

CAP. LXV.

† De virtutibus et eorum triplici ordine.

Jam vero, quia virtutes ad mentem et animam referuntur, de iis pauca etiam tractanda sunt.

Virtutum triplex est ordo. Aliæ enim hominem, hoc est animam cum corpore ornant. Aliæ a corpore animam purgant, et ad seipsam revocant, quæ quidem purgativæ dicuntur. Aliæ animam perfecte purgatam in rerum quæ intellectu percipiuntur contemplatione excercent, quæ quidem contemplativæ atque intellectuales appellantur. Et alia quidem Dei, alia angeli, alia hominis virtus est. Quemadmodum enim variæ, sunt eorum essentiæ, ita et virtutes variæ. Atque anima quidem proprie rationabilis est, et dicitur. Mens autem id quod animæ præest. Rationalem porro animam irrationalis anima, ipsumque animæ idolum subsequitur. Jam per omnes angelorum ordines virtus diffunditur, quæ ἀπὸ τῶν Seraphim incipit. Deus autem supra virtutem, omne bonum, omnemque perfectionem supereminet.

CAP. LXVI.

Item de virtutibus et sex gradibus earum φυσικὴ.ἠθικὴ.πολιτικὴ θεωρητικὴ θεουργικὴ.

Virtutum gradus sex esse perhibentur. Alia enim virtus naturalis est, quæ quidem in feris quoque deprehenditur. Alia moralis, qua imperitorum quoque nonnulli prædili sunt. Alia civilis, quæ ratione et prudentia rempublicam moderatur. Alia purgativa, quæ hominem ab omni affectionem perturbationeve purgat. Alia contemplativa, quæ mentem contemplatur. Alia deificativa, quæ divinorem animæ nostræ partem excitat, cum ipso Deo conjungit, atque divinum favorem immittit. Sunt vero aliæ quoque his superiores virtutes. Aliæ quidem tanquam reliquarum virtutum exemplar, aliæ essentiam omnem transcendunt: quæ quidem non sunt accidentia, quemadmodum cæteræ virtutes nobis accidere solent: sed intellectuales, atque superessentiales essentiæ.

CAP. LXVII.

De virtutibus quibus homo perfectus evadit.

Tres sunt virtutes quibus homo perfectus evadit: sanctitas, quæ ad Deum ascendere contendit,

quasi hominis vitam Deo consecrans : altera justitia, quæ rebus necessariis providet ; tertia prudentia quæ nobis ipsis vitam intelligentiæ perticipem accommodare studet. Nam sancitate cum uno atque cum Deo conjungitur : justitia vero iis providemus, quæ inferiora sunt : prudentia denique scientiam ineffabilem consequimur. Jam moralis virtus a prudentia exoritur : nec actione, sed rerum usu comparatur. Ea porro virtutis divinitas est, ut omnia quæ sunt in rerum natura permeet. Est enim supercœlestis, supermundana et mundana virtus. Item intellectualis, animalis, angelica et humana.

Est vero virtutibus suus quasi fons, cujus tum demum participes efficimur, cum particulari intelligentia longum valere jussa, perfectissime virtutes omnes exsequimur.

CAP. LXVIII.

De virtutibus, et earum finibus μετριοπάθεια *et* ἀπάθεια

Civilium quidem virtutum, seu exteriora hominis exornantium μετριοπάθεια, seu affectionum modus, finis est, quæ quidem ad humanam societatem, quæ a damno vicinis inferendo cavet, tanquam ad scopum respicientes, a congregatione mutuaque benevolentia civiles dicuntur. Purgativarum autem virtutum finis ἀπάθεια,, seu impatibilitas. Contemplativarum porro Dei assimilatio. Atque alio quidem modo temperantia, prudentia, fortitudo, et justitia in virtutibus civilibus, alio in purgativis, alio denique in contemplativis considerantur. Rerum enim subjectarum modi, virtutum quoque facultates nominantur. Et qui majoribus præditus est virtutibus, idem et minoribus præditus est. Qui vero minoribus caret, idem majoribus quoque caret, nisi ad illas proficiendo ascendat.

CAP. LXIX.

De virtutibus. Deo similes variis modis efficimur.

Non una eademque numero Dei similitudo est, imo diversæ sunt. Illi enim similes evadimus et civilium beneficio virtutum, sed obscurius atque tenebricosius. Purgativarum quoque beneficio similes illi efficimur, sed expressius. Contemplativæ insuper nos ei similes efficiunt, sed etiam clarius. Deificativis denique virtutibus Deo similes efficimur, per quas vere demum præstantiorem Dei similitudinem consequimur. Animarum enim expiatio, et eorum quæ sunt contemplatio, non omni ex parte Deo sunt similes.

Ille enim expiationem omnem et contemplationem exsuperat. Sed facultas illa, quæ hominem deificat, materiæ subducit, atque ab effectibus ita liberat, ut alterum eadem deificatione præstare possit, illa, inquam, perfectissima Dei similitudo est. Ait enim Deus in Evangeliis : Qui separat pretiosum a vili, quasi os meum erit. Viden, quomodo deificativæ virtuti verissimam Dei similitudinem ascripsit ? sed præclare nobiscum agatur, si nos ipsos virtutibus civilibus exornare possimus.

CAP. LXX.

Item de anima.

Anima rationalis est essentia tenuis, materiæ et formæ expers, typus et imago Dei. Anima porro a Græcis ψυχὴ dicitur διὰ τὸ ψύχειν, ἤτοι διὰ τῆς οἰκείας ἐνεργείας ζωοποιεῖν τὸ σῶμα, hoc est propterea quod corpus refrigeret, propriaque actione vivificet. Anima rationalis est materia constans actio, quæ spiritus beneficio sanguini vitam, calorem, et motum suppeditat. Vita autem animalis est facultas materialis activa et sensitiva, qua corpus constat. Mens rationalis sensus ille, quo animam immortalem et intelligentiæ participem contemplamur. Item, mens est incorporea visio, quæ citra laborem omnia quæ sunt in rerum natura discurrit.

CAP. LXXI.

De animarum in corpora insinuatione. Philosophiæ difficillima quæque facilia sunt.

Modus quo animæ in corpora insinuantur, perinde atque is, quo hinc eædem a corporibus dissolvuntur aut separantur, et ambiguitatis refertissimus, et cognitu difficillimus est. Quonam enim modo prima illa elementorum temperamenta in nobis ipsis coierint, nemo est omnium, qui meminerit. Præterea illa singulorum animantium dissolutio futuris, necdum factis, rebus accensetur. Qui fieri ergo potest, ut eorum ratio a quoquam reddatur, quorum nec meminit, nec periculum fecit ? Verum enimvero quia nihil tam arduum est, quod philosophia improbo labore non evincat, imo vero ei dictu facilia sunt, quæ alias ineffabilia : et explicatu facillima, quæ intricata maxime perplexaque videtur, idcirco ab illa eorum de quibus addubitas solutiones tibi mutuandæ sunt.

CAP. LXXII.

Quatuor exemplis animarum in corpora insinuatione demonstratur

Itaque (ut hoc primo expediamus) insinuationem illam animarum in corpora cave corpoream existimes aut animam quæ superne dimittitur, necessario ad corpus applicari, aut diuturno in id motu inspirari, aut inferne trahi aspirative, aut ex aere rapi, aut per narium, vel corporis, vel etiam incertos alios quosdam meatus, non secus atque per quasdam fores, ingredi putes. Nec illa hominis agitatio similia similibus aggerens, animas in corpora detrudit. Nec cœlestis influxio, ab oriente procedens, easdem urget, introve pellit : nec enim anima tanquam ex apostemate, aut secessu, neque circuitione, neque se paulatim movendo ad corpus appellit, eique conjungitur. Sed (ut rem exemplis illustrem) quemadmodum e nihilo progressus ad rerum naturam fieri solet, ita etiam illam conferta simul et sine motu procedit.

Et quemadmodum a solis ortu cuncta sine ulla mora illustrantur, et in primis aer, qui nos ambit : quemadmodum item chordæ in fidibus suo loco dispositæ, etiamsi paulo longius remotæ sint, una tamen cum aliis moventur, concentusque participes fiunt: quemadmodum denique Phthas ille qui dicitur, seu Vulcanus, ita igne succenditur, ut intermedius aer non exardescat: ita etiam corpus confertim et simul ab anima succenditur, et illustratur, atque facultatibus ejus repletur, et iis quibus rerum cognitionem adipiscatur, et iis quibus sibi simile progeneret.

Nec vero illa paulatim per corporis membra diffunditur, neque cor primum aut hepar, aut cerebrum occupat, indeque per cæteras partes diffluit : sed simul universum amplectitur, et conferto lumine illustrat. Cæterum vincula quibus corpori alligatur, hæc sunt. Harmonicæ rationes, et formarum decrementa : quibus fit ut et universa, et singularis natura, deinde ipse quoquo sermo enuntiativus, animo conceptus, et perfectus, adhæc ipsa formæ continuitas, una cum corporis aptitudine validioribus cedentis falcutatibus, non parum in dies imminuantur. In ipso porro concursu operantur angelorum præfecturæ, quæ simul omnes animam cum corpore disponunt, et conservant.

CAP. LXXIII.

De animarum præsertim sanctarum, a corporibus egressu.

Atque hic quidem modus est, quo animæ in corpora insinuantur. Superest ut eum quoque adjiciam, quo tandem a corporibus excedunt. Angelus itaque, ut aiunt, cui quidem animæ custodia divinitus demandata est, dissolutionis occasione accepta, illam intellectuali lumine ineffabiliter illustrat, moxque defatiscente corpore, nec jam illius capace (quia nimirum pristinus ille concentus jam dissolutus est, harmonicæque rationes se paulatim subduxerunt) in unum congerit, et ad sibi cognatam lucem retrahit. Atque ab hac caligine materiali ereptam prælucida materia impertit, igneque divino replet. Nec vero tibi nunc quænam mea de variarum animarum exitu sententia sit, edisseram : sed eam, quæ optima videtur, accuratius examinabo. Quemadmodum ergo comprehensim et cumulate concursus animæ corporis fit, ita etiam disjunctio. Ita ut animam circumscribi non omnino posse, aut omni prorsus motu carere, vix certo asserere ausim, quamvis eam impartibilem, cito discedere, nec illi, sive ascendat, sive descendat, ulla temporis dimensione opus esse, diffitear.

CAP. LXXIV.

De corporis in utero formatione quid nostri, quid externi philosophi senserint.

Jam utrum mavis tibi respondeam, quænam sanctorum, qui nostra de religione philosophati sunt, sententia fuerit, an vero quid Græci censuerint? Nec enim commune ullum dogma super quæstione proposita, vel ab apostolis traditum, vel ab ullis aliis sanctis Patribus accepimus, quantum ex illorum scriptis colligere possum. Nostrorum ergo nonnulli, qui ea quæ sublimiora videntur sagaciori persecuti sunt indagine, semen animari, cum primum vulvæ injectum est, constanter asserere non addubitarunt: ita ut partium neutra compositionem aut præcedat, aut subsequatur.

Græcorum autem sapientium nonnullis embryones, seu imperfectus in utero fetus statim ab illa informi sua forma animari placuit. Aliis eosdem tunc animari visum est, cum jamjam in ventre movendi essent. Aliis item, cum a vulva divellerentur, et jam ad lapsum partumve disponerentur. Qui denique rem oculatius et penitius rimati sunt, eos statim a partu participes animæ rationalis effici dixerunt, idque comprehensim, tanquam si divino accenderentur lumine, aut ad vitam inflammarentur. Quandiu autem intra vulvæ septa clausi, quasique obserati manent, iis vitam quidem, sed eam naturalem et rationis prorsus expertem supeditari existimarunt, tanquam radice quadam, quæ umbilico innixa suum vulvæ alimentum suggerat : animalia vero esse, nominative debere, inficiati sunt, cum imperfectiores sint, quam qui divinioris animæ capaces esse queant. Nec enim rationalis anima volucri simillis est, ut in quodvis corpusculum vivum temere protundatur, sive inhabitet: sed cum primum idoneum, suique capax occurrit, ei mox ineffabili concursu cohæret.

CAP. LXXV.

Quomodo embryon in utero moveatur et coalescat.

Jam vero, qui fieri possit ut vivus embryo in loco humido coalescat? Itemque, cum os ei et nares obturentur et occludantur, quonam, quæso, modo respiraret, si quis ibi purus aer esset? At animatarum vitarum in illis indicia, ut aiunt, a motibus haudquaquam petenda sunt. Illi enim nec phantasia, nec ulla subiti affectus facultate fiunt: sed ita moventur, ut intestinorum involvuli, et anfractus suffarcinati : utque cortices arborum, cum a truncis divelluntur. Quin etiam ipsæ quoque plantæ crescunt, et excoluntur, earumque frondes quasi complicantur, tumque demum explicantur, quemadmodum lotbus solis conversione solet. Posteaquam vero vulva emissus, et ab illa radice avulsus fuerit, sine ulla mora et confestim rationalis animæ particeps efficitur, purumque deinceps animal evadit.

CAP. LXXVI.

De anima ratione participe : quomodo corpori conjungatur, eique præsit.

Rationis particeps anima non miscetur : hujusmodi enim concursus corporibus conveniunt, sed ne corpus quidem instar formæ materia constantis informat, ita enim suos ipsa limites excederet,

totaque corpori addiceretur, atque alieno egeret fundamento, at ne sic quidem corpori præest, quemadmodum auriga curru, vel gubernator navi: ita enim partem illam animaret, cui insideret, ea vero cui minus insideret, inanima superesset. Tametsi autem eorum nonnulli, qui philosophicis in rebus excelluerunt, imperium illud, quod anima in corpus exercet, aurigæ et gubernatori simile finxerunt, non id tamen voluerunt, sed hæc duo proposuerunt, ut essentiam animæ a corpore separari posse appositis exemplis indicarent, quæ nec una cum seminis ejaculatione conferatur, sed tandem absoluto instrumento, naturaque disposita, familiaris illi, quasique domestica fiat, et adhærescat. Ita enim ipse quoque auriga vehiculum conscendit, et navem gubernator ingreditur.

Quænam est igitur animæ cum corpore conjunctio? Instrumenti nimirum ad illam aptitudo et similitudo, quæ tunc apparet, cum propria hujus vita in illo elucescit, secunda, inquam, vitæ conjunctio, itemque rationum concentus et accurata proportio. Ipsa enim sua ipsius vi subsistit, quemadmodum solaris globus, non extra corpus evagatur, sed incredibili ratione in eo continetur, ei vero vi radiorum ab eo ipso procedentium cohæret, qui, etiamsi corpus ipsum dissecetur, aut aliud quid gravius patiatur, insecabiles tamen impatibilesque manent.

Quemadmodum etiam aere ventorum flatibus concitato et mutato, lumen solis, quo illustratur, neque sectioni, neque fluxui, neque mutationi obnoxium est.

CAP. LXXVII.

De animarum in integrum restitutione, quæ angelorum ministerio fit.

Quemadmodum facultates anima corpori conjuncta præstantiores ejus vitæ præsunt, et postea quam idonea generationi effecta est, a Deo mittuntur ut ejus curam gerant: ita etiam eum primum a corpore separata est, aliæ prioribus meliores sursum evehunt, hoc obsequium creaturæ præstantes, et administræ restitutionum in integrum statum, qui unique animæ conveniat.

Nec vero anima ab hujuscemodi facultatibus ita agitur tanquam forma quæpiam, quæ aliena vi concitetur, quæque pro libidine huc et illuc sine discrimine distrahi possit, imo vero tunc temporis vis illa in anima elucescit, quo per se ipsa movetur, eodemque, ut ita dicam, impetu cum ducibus suis in sublime tendit, nec vagis gradibus consequitur.

CAP. LXXVIII.

De judicio extremo, quo animæ aut paradisi compotes fiunt, aut, in inferos detruduntur.

Atque singulas quidem animas, sive nequiter et flagitiose vixerint, sive fortiter et generose cum natura sua colluctatæ sint, locus ille recta concenditur, qui supra mundi verticem supereminet. Sed quæcunque puras se integrasque conservarunt, quandiu corpori conjunctæ fuerunt, nec creatoris Patris ullo sunt oblitæ modo, imo assiduis in eum meditationibus ejus exemplar in imagine illæsum custodiunt: illæ, inquam, grata illa requie fruuntur, quæ supra totius mundi fastigium beatis parata est, eisque aulæ cœlestis, prati et paradisi loco, incredibilis eorum quæ sunt ordo, divinorumque bonorum complementum proponitur.

Quæcunque vere omni prædictorum cura sepositа corporis genio indulgerunt, his rotundum cœli corpus prætenditur, et circa æthereas regiones allegantur, et velut decuriatæ in earum naturarum, quibus hic addictæ subditæque fuerunt, album referuntur, nec omnino aut bonorum aut malorum sortis participes evadunt: imo quædam boni, aut bono contrarii mali, vestigia imaginantur et inspiciunt, inter se quibusdam velut in somniis conversantes, quantum eis a ducibus suis permititur: hocque divino quodam numine faciunt: nec tamen singulæ singulas norunt, sed quæ sunt eamdem sortem adeptæ, suos aliæ aliarum ordines perspectos habent. Nec tamen inter se confabulantur: sed collocutionis vice mutuæ cadunt cogitationes, et quidquid ab una cogitatum fuerit, hujus typus confestim in altera deprehenditur, ac si animæ aliæ aliarum cogitata mutuo inter se communicent.

CAP. LXXIX.

Utrum animæ corporibus præexstiterint. Earumdemque genera varia.

Cæterum antiquiores corporibus animas haud quaquam asserimus (20), sed una cum illis enascentes: non quia in illis ullo semine concrescant: sed quia corporibus, simul atque compacta, et ad generationem disposita sunt, Deus illas inspiret. Græci autem universas animas ab æterno creatas, et a Creatore dispersas fuisse aiunt, quarum aliæ supra cœlum essent, quæ supermundanæ quoque dicerentur: aliæ vero infra cœlum, quarum aliæ cum firmamento, aliæ cum sideribus circumvolverentur: nonnullæ vero infra sublunares, eaque ad generationem maxime idoneæ, quarum alias, quæ graviter corporum custodiæ invigilarint, nullamque hic maculam, pro ratione moduloque vitæ contraxerint, sublimioribus locis assignant: alias vero, quæ corporeis voluptatibus plus quam par est inservierint, contra hinc deorsum præcipites ad ima dejiciunt, et corporibus aliis alligant. Quod si forte Creatori placeat, ut sublimiori et meliori præfecturæ vita hæc committatur, admirabiliorque rebus mutatio decernatur, tunc supermundanarum animarum nonnullis concedi asserunt, ut in

(20) Contra Origenem.

gravi male constiterant, necdum fontes aquarum eruperant, ante omnes colles parturiebar [14]. Itemque Davides alio in loco: *Benedictus qui venit in nomine Domini: Deus Dominus et illuxit nobis* [15]. Item: *Deus noster manifeste veniet, et non silebit* [16]. *Regnabit Deus super gentes* [17]. *Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam* [18]. *Omnes gentes quascunque fecisti, venient, et adorabunt coram te* [19]. Item Isaias. Non angelus, non legatus, sed *Deus ipse veniet, ipse salvabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, et aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut servus claudus, et aperta erit lingua mutorum* [20]. Item: *Ecce Virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel* [21].

Parvulus enim natus est nobis, et filius datus est nobis, et factus est principatus super humerum ejus: et vocabitur nomen ejus admirabilis, consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri sæculi, princeps pacis [22]. *Amen.*

Idem alio loco: *Terra Zabulon, et terra Nephtalim, via maris, trans Jordanem Galilææ gentium. Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam* [23]. Item Michæas: *Et tu, Bethleem, domus Ephrata, nequaquam minima es in millibus Iuda. Ex te enim mihi adveniet Dux, ut sit princeps in Hierusalem, et exitus ejus a diebus sæculi* [24]. Item Davides alibi: *Mater Sion dicet: Homo, et homo natus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus* [25].

2. *De fuga Christi.*

Rursus Isaias de Christi fuga in Ægyptum sic ait: *Ecce Dominus ascendet super nubem levem, et ingredietur Ægyptum, et commovebuntur simulacra Ægypti a facie ejus* [26].

3. *De baptismo Christi.*

Item de Baptismo ejus alibi Davides ita canit: *Vox Domini super aquas. Deus majestatis intonuit, Dominus super aquas multas* [27].

4. *De morbis a Christo curatis.*

Item de morbis ab eo curatis: *Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit* [28].

5. *De descensu in Virginem.*

Item de descensu ejusdem in virgineam alvum: *Descendet sicut pluvia in vellus, et sicut stillicidia stillantia super terram* [29]. Et paulo post: *Ante solem permanet nomen ejus, et benedicentur in ipso omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum* [30].

Fieri autem non potest, ut hæc de Salomone, tanquam Judæo, dicta sint, nec enim fuit ille ante solem.

Item Jobus: *Qui extendit cælos solus, et graditur super fluctus maris* [31] [tanquam super pavimentum.]

Item Zacharias: *Exsulta satis, filia Sion: jubila, filia Jerusalem. Ecce Rex tuus venit tibi justus et Salvator, ipse pauper ascendens super asinam, et super pullum filium asinæ* [32].

6. *De Juda Christi proditore.*

Præterea Davides de Judæ et Pharisæorum proditione, hunc in modum scribit: *Qui edebat panes mecum, magnificavit super me supplantationem* [33].

Item: *Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania* [34]?

7. *De Christi detentione.*

Ejus quoque detentionem his verbis prædixit Isaias: *Væ animæ eorum, quoniam reddita sunt eis mala* [35], quippe qui dixerint: *Circumveniamus justum, quia inutilis est nobis* [36].

8. *De Christo crucifixo.*

Idem propheta de Christi quoque crucifixione sic habet: *Sicut ovis ad occisionem ducetur, et quasi agnus coram tondente se obmutescet: non aperiet os suum. De angustia et de judicio sublatus est. Generationem ejus quis enarrabit* [37]? (Hoc est generationem ejus, quæ sæcula omnia præcessit) *propter scelus populi mei percussi eum.* Item: *Et dabit impios pro sepultura, et divitem pro morte sua* [38].

9. *De verberibus et colaphis, quibus Christus cæsus est.*

Itidem de iis, qui verberibus eum et colaphis confecerunt, apud eumdem prophetam hæc et ejusmodi leguntur: *Corpus meum dedi percutientibus et genas vellentibus. Faciem meam non averti ab increpantibus et conspuentibus* [39].

Ipse quoque Davides in persona Christi sic habet: *Quoniam ego in flagella paratus sum, et dolor meus in conspectu meo semper* [40].

10. *De Christo vendito.*

De venditione quoque ejus Jeremias hunc in modum verba facit: *Et acceperunt triginta argenteos, pretium appretiati, quem appretiaverunt a filiis Israel, et dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus* [41].

Et Zacharias: *Et appenderunt mercedem meam triginta argenteis* [42].

11. *De spinea corona.*

Quin et Salomon in Cantico canticorum ait: *Egredimini, et videte, filiæ Sion, regem Salomo-*

[14] Prov. VIII, 25. [15] Psal. CXVII, 26. [16] Psal. XLIX, 3. [17] Psal. XLVI, 9. [18] Psal. II, 8. [19] Psal. LXXXV, 9. [20] Isa. XXXV, 4 seqq. [21] Isa. VII, 14. [22] Isa. IX, 6. [23] Isa. I, 2. [24] Mich. V, 2; Matth. II, 6. [25] Psal. LXXXVI, 5. [26] Isa. XIX, 1. [27] Psal. XXVIII, 3. [28] Isa. LIII, 4. [29] Psal. LXXI, 6. [30] Ib. 18, 17. [31] Job. IX, 8. [32] Zarch IX, 9. [33] Psal. XL, 10. [34] Psal. II, 1. [35] Isa. III, 9. [36] Sap. II, 13. [37] Isa. LIII, 7. [38] Ibid. 8. [39] Isa. L, 6. [40] Psal. XXXVII, 18. [41] Matth. XXVII, 9. [42] Zach. XI, 12.

nem in diademate, quo coronavit illum mater sua, in die desponsationis illius [43].

Coronam autem spineam intelligit, qua coronatus est Christus tempore passionis, a matre sua, Judæorum Synagoga.

12. *De clavis, vestibus, felle, et aceto.*

Alio item loco Davides de clavis: *Foderunt manus meas, et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea. Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem* [44]. Et: *Dederunt in escam meam fel, et in sitim mea potaverunt me aceto* [45]. Zacharias quoque propheta sic: *Et dicetur ei: Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Et dicet: His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me* [46].

13. *De tenebris a Christi passione obortis.*

De tenebris autem idem propheta quodam alio in loco sic ait: *Et erit in die illa: non erit lux, sed frigus et gelu. Et erit dies una, quæ nota est Domino, non dies, neque mox, et in tempore vesperi erit lux* [47].

Amos item propheta: *Et erit in die illa, dicit Dominus: Occidet sol in meridie, et tenebrescere faciam terram in die luminis* [48].

Itemque Joel: *Sol et luna simul obtenebrati sunt, et stellæ retraxerunt splendorem suum, et Dominus dedit vocem suam* [49].

In primis autem Moses ait: *Prophetam de gente tua, et fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus, ipsum audies. Et erit vita vestra pendens ante oculos vestros* [50].

14. *De Christi morte.*

De morte ejusdem sic Isaias: *Justus perit et non est qui recogitet in corde suo.* [Nimirum ejus resurrectionem.] Item: *A facie malitiæ collectus est justus, et erit in pace sepultura ejus* [51].

Quæsitus enim est ab Josepho, eique datus, ut sepeliretur. Qua de re ipse quoque Davides his verbis cecinit: *Posuerunt me in lacu inferiori: in tenebris, et in umbra mortis* [52]. Item: *Factus sum sicut homo sine adjutorio, inter mortuos liber* [53]. Hoc est a peccatis immunis.

15. *De Christi descensu ad inferos.*

Ita vero apud Jobum scribitur: *Nunquid apertæ sunt tibi portæ mortis, et ostia tenebrosa vidisti* [53] ?

In eamdem sententiam Davides: *Qui educit vinctos in fortitudine, similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulcris* [54].

16. *De Dominica Resurrectione.*

Idem quoque de resurrectione hunc in modum vaticinatus est: *Non derelinques animam meam in Inferno, neque dabis sanctum tuum videre corruptionem* [55].

Item Osee: *Venite, et revertamur ad Dominum, quia ipse cepit, et sanabit nos post duos dies. In die tertia suscitabit nos, et vivemus in conspectu ejus* [56].

17. *De unguentiferis mulieribus.*

De unguentiferis vero mulieribus hunc in modum Isaias vaticinantur: *Mulieres venientes et docentes eam. Non est enim populus sapiens* [57].

18. *De Ascensione Domini.*

Sed et de ascensione Davides: *Ascendit super Cherubim, et volavit: volavit super pennas ventorum* [58].

Item: *Ascendit Deus in jubilo, Dominus in voce tubæ* [59].

Item: *Attollite portas principes vestras, et introibit Rex gloriæ* [60].

Item Isaias: *Quis est iste, qui venit de Edom? tinctis vestibus de Bosra* [61] ?

Item: *Quare ergo rubrum est indumentum tuum? et vestimenta tua sicut calcantium in torculari? torcular calcavi solus, et de gentibus non est vir mecum* [62].

Præterea vero Zacharias ait: *Et stabunt pedes Domini super montem Olivarum, qui est contra Jerusalem ad orientem* [63].

19. *De judicio extremo.*

De secundo autem adventu, Daniel ita vaticinatus est: *Aspiciebam ergo in visione noctis, et ecce cum nubibus cœli quasi Filius hominis veniebat, et usque ad Antiquum dierum pervenit, et in conspectu ejus obtulerunt eum. Et dedit ei potestatem et honorem, et regnum, et omnes populi, tribus et linguæ ipsi servient. Potestas ejus potestas æterna, quæ non auferetur, et regnum ejus quod non corrumpetur* [64].

Item alio loco: *Aspiciebam donec positi sunt throni, et antiquus dierum sedit, vestimentum ejus candidum, quasi nix, et capilli capitis ejus quasi lana munda. Thronus ejus flammæ ignis. Fluvius igneus rapidusque egrediebatur a facie ejus; millia millium ministrabant ei, deciès millies centena millia assistebant ei. Judicium sedit: et libri aperti sunt. Aspiciebam, propter vocem sermonum grandium, quos cornu illud loquebatur, et vidi quoniam interfecta esset bestia* [65] [qui est Antichristus.] (24).

[43] Cant. III, 11. [44] Psal. XXI, 17, 19. [45] Psal. LXVIII, 22. [46] Zach. XIX, 6. [47] Zach. XIV, 6, 7. [48] Amos VIII, 9. [49] Joel. II, 10, 11. [50] Deut. XVIII, 15; XXIII, 66. [51] Isa. LVII, 1. [52] Psal. LXXXVII, 7. [53] *Ibid.* 5. 6. [53] Job. XXXVIII, 17. [54] Psal. LXVII, 7. [55] Psal. XV, 10. [56] Osee, VI, 1. [57] Isa. XXVII, 11. [58] Psal. XVII, 11. [59] Psal. XVI, 6. [60] Psal. XXIII, 7 [61] Isa. LXIII, 1. [62] Ibid. 2. [63] Zach. XIV, 4. [64] Dan. VII. 13, 14. [65] Ibid. 9, seqq. paulo ante.

(24) Scutariotes hic prophetarum contra Judæos testimonia desiderat.

CAP. II.

Joannis Damasceni, de Christi conceptione, seu divina humanæ carnis assumptione (22).

Angelus Domini missus ad sanctam Virginem, quæ genus ex Davidica tribu ducebat (constat enim Dominum ex Juda ortum traxisse, qua ex tribus nullus animum ad sacerdotium appulit, ut beatus Apostolus ait, de quo postea dicemus apertius), sic Evangelizans dixit : *Ave gratia plena, Dominus tecum.* Quæ cum turbata esset hoc sermone, subjecit angelus : *Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam apud Dominum, et paries Filium; et vocabis nomen ejus Jesum* [66]. *Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum* [67]. Unde Jesus servatorem significat. Quæ cum hæsitans respondisset: *Quomodo fiet istud, quia virum non cognosco?* Adjecit angelus : *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei.* Illa verò : *Ecce*, inquit, *ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum* [68].

Itaque ubi primum sancta consentit Virgo, Spiritus sanctus in eam descendit, prout Dominus per angelum dixerat, ut eam purgaret, vimque divinitatis et generationis Verbi capacem suggereret. Tuncque per se subsistens Altissimi Dei sapientia et virtus, nimirum Dei Filius Patri consubstantialis, haud secus atque divinum semen obumbravit, sibique ipsi ex castis ejus et purissimis sanguinibus carnem animam rationis et intellectus participe animatum compegit, nostræ massæ primitia. Nec id ex semine, sed divino artificio, per Spiritum sanctum nec figura paulatim accessionibus efformata, sed uno eodemque momento perfecta, ipsum Dei Verbum carnis hypostasim assumpsit. [(23) Nec enim eam sibi Deus Verbum carnem assumpsit, quæ per se antea subsisteret, sed in sua ipsius hypostasi ratione incircumscriptibili ventrem sanctæ Virginis inhabitans, ex castis semper virginis sanguinibus carnem anima rationis et intellectus participe animatam subiit : nostræ massæ primitias assumens. Verbum ipsum factum carni hypostasis.] Itaque cum primum caro fuit, Dei quoque Verbi caro fuit. Et cum primum animata caro, rationisque et intellectus particeps fuit, Dei quoque Verbi animata caro, rationisque et intellectus particeps fuit. Quocirca non hominem deificatum, sed Verbum incarnatum dicimus. Nam cum perfectus natura Deus esset, idem homo quoque perfectus natura factus est. Neque naturam mutans, neque per phantasiam seu simulationem disponens, sed carnem anima rationis et intellectus participe animatam ex sancta Virgine assumens quæque in ipso essentiam haberet, hypostatice conjunctus est : nulla confusione, nulla mutatione, nulla divisione facta : divinitatis suæ natura in carnis essentiam minime mutata, neque contra, carnis suæ essentia in suæ divinitatis naturam conversa, neque una eademque natura composita ex divina sua natura, et humana, quam assumpserat.

CAP. III.

Ejusdem, de duabus naturis, adversus illos qui unam Christo naturam esse dicunt (24).

Naturæ inter se, nulla inversione et mutatione facta, conjunctæ sunt : ita ut neque divina natura e propria simplicitate excesserit, nec e diverso humana vel in divinitatis naturam versa, vel ad nihilum redacta sit, neque item duabus ex naturis una composita emerserit. Siquidem composita natura earum ex quibus constata est naturarum neutri consubstantialis esse potest, cum ex diversis diversum efficiat : quemadmodum, verbi gratia, corpus quatuor ex elementis compositum, neque ejusdem cum igne essentiæ dicitur, neque ignis nominatur : neque item aer, neque aqua, neque terra dicitur, nec ulli prorsus eorum consubstantiale est.

Jam si, ut hæreticis placet, Christus post conjunctionem unica composita natura constare dictus est ex simplici utique natura in compositam transiit : ita ut jam nec Patri, cujus simplex est natura, consubstantialis sit : neque Matri, quæ quidem ex divinitate et humanitate non composita esset, neque item divinitatis et humanitatis particeps esse queat, denique neque Dei neque hominis nomine censeatur : sed Christus duntaxat, neque Christus erit hypostaseos ejus nomen, sed unius naturæ in eo deprehenditur. Nos autem Christum unius naturæ compositæ fuisse haudquaquam docemus, neque ex diversis diversum quid, ut ex anima et corpore hominem, vel ut ex quatuor elementis corpus : sed ex diversis eadem ipsa. Nam ex divinitate et humanitate eumdem Deum perfectum et perfectum hominem esse et dici, et ex duabus et in duabus naturis confitemur. Nomen autem, Christus, personæ nomen asserimus, cum non uno modo dicatur, sed duas naturas significet. Nam ipse seipsum unxit, corpus quidem divinitate sua tanquam Deus ungens, unctus vero quatenus homo. Siquidem ipse et hoc et illud est. Divinitas autem humanitatis unctio est. Nam si Christus naturæ unius compositæ existens Patri consubstantialis est, compositus certe Pater, et carne consubstantialis erit. Quod quidem absurdum, nullaque non blasphemia refertum est. Age vero, qui fieri possit, ut una natura contrariarum essentialum differentiarum capax dicatur? Qui enim fieri potest ut eadem natura eodem momento creata et increata, mortalis et immortalis, cir-

[66]. Lu . 1, 28 seqq. [67] Matth. 1, [68] Luc, 34 seqq.

(22) Vide *Patrologiæ* tom. XCIV, col. 983.

(23) His notis inclusa Zigabeno desunt et hic et infra ubi iisdem verbis repetuntur.

(24) Vide Damascenum, ibid., col. 781.

cumscripta et incircumscripta sit ? Quod si etiam unius naturæ Christum dicentes, simplicem eam intelligant, vel ipsum nudum Deum confitebuntur, et phantasiam, seu fictam carnis assumptionem, pro incarnatione introducent, vel nudum hominem, Nestorio subscribentes. [(25) Jam ubi perfecta divinitas, ubi etiam perfecta humanitas, cum duarum etiam naturarum Christum fuisse dicant, ipsum tamen post conjunctionem quoque unius compositæ naturæ asserunt. Christum enim ante conjunctionem una fuisse natura præditum, nulli dubium est.]

At vero hoc illud est, quod hæreticos in errorem pellicit, dum naturam et hypostasin pro eadem re accipiunt. Quia autem hominum naturam unam esse dicimus, sciendum est nos ad hæc dicenda non adduci, ratione animæ corporisque habita. (Nec enim fieri potest, ut animam et corpus inter se mtuo collata, unius esse naturæ dicamus.) Sed quia hominum quamplurimæ sunt hypostases, et omnes eadem ratione naturæ constant (omnes enim ex anima et corpore compositi sunt, nemoque non animæ quidem natura, corporis autem essentia censetur), idcirco communem illam plurimarum at diversarum hypostaseon formam, unam esse naturam dicimus : singulis nimirum hypostasibus duas naturas habentibus, atque completis in duabus naturis, anima, inquam, et corpore. At in Domino nostro Jesu Christo forma communis intelligi non potest, nec enim fuit, nec est, nec futurus est alius Christus ex divinitate et humanitate qui in divinitate et humanitate idem Deus perfectus et homo perfectus sit. [(26) Sed omnis quoque compositæ naturæ partes, simul atque ex nihilo in rerum naturam productæ sunt, ad universi complementum disponuntur. Fierique potest, ut quæ eodem tempore producta sunt, unam compositam naturam perficiant, hujusmodi limitem et naturalem legem beneficio Creatoris sortita : ita naturæ lege per successionem similia ex similibus procreentur. In Domino autem naturarum conjunctarum alia principio et tempore caret, nec forma producta est ad universi complementum, quandoquidem non requievit Deus ab operibus suis septimo die ; nec vero naturaliter conjunctæ sunt : sed admirabili quadam et ineffabili ratione. Quæ autem admirabilia sunt, et ineffabili ratione fiunt, ea naturam non perficiunt : nec enim naturam rubi dicimus, quæ igne admoto combusta non sit, neque naturam hominis, qui sublimis et tanquam cœlo proximus evehatur : neque corporis humani naturam, quæ in igne veluti rore conspersa sit : sed admirabilia ea et circa hypostasin unam facta dicimus, ita etiam Domini incarnationem in divinitatis hypostaseon una non lege naturæ, sed ineffabilis dispensatione conjunctionem naturarum evasisse dicimus : neque id infra naturæ termi-

num, ita ut a Christo Christus natus sit, formaque adeo emerserit, quæ multas Christorum hypostases complexa sit : sed unam hypostasin duabus ex naturis, atque duabus in naturis compositam : duasque adeo naturas, ita ut natura utraque vel post conjunctionem proprium terminum, legem, mutuamque differentiam conservarit. Siquidem in homine, quatenus differentiæ mutuæ corporis et animæ ratio habetur, duas naturas dicimus : quatenus vero naturalis differentia personæ ex persona non spectatur, unam. Et unius quidem naturæ dicuntur ea, quæ cum sint ejusdem speciei, tamen hypostatice seu personæ ratione differunt : unius autem hypostaseos, ea quæ hypostatice conjunguntur, essentiaque differunt. Itaque diversiformes hypostases haudquaquam hypostatice conferuntur, aut discernuntur, sed naturaliter : æquiformesque hypostases haud naturaliter conferuntur aut discernuntur, sed hypostatice. Et quemadmodum fieri non potest *ut ea* quæ hypostatica differentia differunt, unius sint hypostaseos, ita fieri nequit ut ea quæ naturali differentia differunt, unius naturæ sint. His de causis una in Dominico nostro Jesu Christo natura dici non potest.]

Quocirca duabus ex naturis *perfectis, divina,* inquam, et humana, conjunctionem factam fuisse dicimus, non commistione, vel confusione, vel concretione, ut vesano Dioscoro, Severo, et sceleratæ eorum factioni placuit, neque persona, *aut* habitu, au dignitate, aut eadem voluntate, *aut* honoris nominisve similitudine, aut denique approbatione, ut impio Nestorio, Diodoro, Mopsuestiensi Theodoro, et diabolico eorum cœtui visum est : sed compositione, sive hypostatice, citra inversionem, mutationem, confusionem, divisionem, et distractionem. Atque duabus in naturis perfectis unam Filii Dei, ejusque incarnati, personam confitemur, eamdemque divinitatis ejus et humanitatis personam esse dicimus. Atque duos naturas in ipso post conjunctionem integras servari confitemur. Nec tamen privatim separatimve utramque ponimus, sed inter se conjunctas una in hypostasi composita. Conjunctione enim essentialem dicimus, hoc est veram, non autem phantasticam *seu* commentitiam. Essentialem dico non quod a duabus naturis natura una composita fiat, sed quod mutuo revera in unam Filii Dei personam conjungantur, atque ita essentialem earum *differentiam* servari definimus. Quod enim creatum erat, creatum mansit : quod increatum, increatum : quod mortale, mortale : quod immortale, immortale : quod circumscriptum, circumscriptum : quod visibile, visibile : quod invisibile, invisibile. Una quidem pars miraculis effulget, altera contumeliis obnoxia est. Porro Verbum ea sibi quæ sunt hominis assumit, quasique domestica facit. Ipsius

(25) Et hæc Zigabeno desunt.

(26) Et hæc omnia, usque ad clausulam.

enim sunt ea, quæ ad sanctam ejus carnem pertinent, carnemque eorum, quæ propria sibi sunt, mutuæ compensationis modo et mutuæ partium affinitatis, hypostaticæque conjunctionis ratione, participem facit. Adhæc quia unus idemque is erat, qui divina et humana in utraque forma operabatur cum alterius communione. Quocirca Dominus quoque gloriæ crucifixus esse dicitur, quamvis divina ejus natura passa non sit. Filium item hominis ante passionem in cœlo fuisse constat, ut Dominus ipse dicebat. Unus enim idemque gloriæ Dominus is erat, qui natura et re vera Filius hominis, seu homo factus fuerat : atque miracula ejus passionesque non ignoramus, quamvis alia ratione miracula ederet, alia item passionibus obnoxius esset. Ut enim unam ejus hypostasin, ita et essentialem naturarum differentiam servari novimus. Jam qui fieri potest, ut essentialis differentia servata sit, nisi ea quoque servata sint, quæ inter se mutuo differunt ? Differentia enim eorum quæ differunt differentia est. Eadem igitur ratione, qua Christi naturæ inter se differunt, hoc est essentiæ ratione, ipsum quoque cum extremis convenire, divinitate, inquam, cum Patre et Spiritu : humanitate, vero cum Matre et nobis asserimus. Ipse enim Patri et Spiritui sancto divinitatis ratione consubstantialis est, Matri autem et cunctis hominibus, ratione humanitatis. Qua autem ratione naturæ ejus conveniunt, eadem ipsum quoque differre dicimus, tum a Patre et Spiritu sancto, tum a Matre et cæteris hominibus. Conveniunt enim ejus naturæ per hypostasin, cum una hypostasi composita constent, secundum quam tum a Patre et Spiritu, tum a Matre et nobis ipsis differt.

CAP. IV.

Capita quædam quorum cognitio iis necessaria est, qui quantum ratio patitur humana, Verbi incarnati mysterium cognoscere cupiunt. De enhypostato, heteropostato, et hypostasi.

Enhypostatum hoc est id quod per se suaque vi subsistit, in universum pro omni subsistentia capitur, corporea, inquam, et incorporea, prout ferre potest : quo in significatu color quoque essentia per se subsistens dici queat : cum tamen proprie color sit heteropostaton, hoc est res per alium subsistens ; propria enim subsistentia caret, sed corpori tanquam subjecto inhæret. Essentia vero proprie hypostasis est, seu subsistentia, non autem enhypostatum. Abusive tamen hæc quoque enypostata dicuntur. Enhypostatum præterea dicitur homo universalis, quod externi philosophi εἶδος εἰδικώτατον, hoc est speciem specialissimam seu infimam vocant. Enhypostatum autem universalis homo dicitur, tanquam in hypostasibus consideratus, ut in Petro et cæteris hominibus singulis. Hæc porro tria enhypostati significata citra magnam difficultatem comprehendas, de quarto autem quod difficilius est, jam dicendum nobis est. Enhypostatum id est, quod cum alio essentia diverso ad unius constitutionem personæ, uniusque generationem hypostaseos, componitur, et una subsistit : non autem, per se cognoscitur. Attendenda porro est hæc enhypostati definitio. Sancta Ecclesia catholica in dispensatione incarnationis unam hypostasin, duasque naturas profitetur : hypostasin quidem, incarnatum Filium, naturas vero divinitatem et humanitatem. Corpus itaque anima et mente præditum, a Domino nostro Jesu Christo assumptum, hypostasin minime vocat : ne duas hypostases dicere, Nestoriique nugamentis subscribere deprehendatur ; sed enhypostatum nominat, ὡς ἐν τῇ τοῦ Υἱοῦ ὑποστάσει τὸ εἶναι λαβόν, hoc est quia in Filii hypostasi essentiam habuerit. Siquidem Christus ipse, cum una esset hypostasis, imo vero, ut apertius dicam, ipse Dei Filius, cum una sanctæ Trinitatis hypostasis esse, fuit et corpori quod assumpsit hypostasis. Itaque corpus Domini enhypostaton quidem est, hypostasis vero, minime.

CAP. V.

De homoousiis, seu iis, quæ sunt ejusdem substantiæ.

Homoousia, hoc est consubstantialia, ea sunt, quæcunque hypostasibus quidem a se mutuo dirimuntur, essentia vero conjunguntur. Ut ego et tu et omnes singuli homines hypostases homoousiæ sumus, hoc est ejusdem essentiæ participes. Pater itaque et Filius, et Spiritus sanctus hypostasibus quidem dividuntur (alius enim Pater, alius item Filius, alius denique Spiritus sanctus) essentia vero conjunguntur. Usia autem, seu, essentia, communis est hypostaseon ratio, sive una divinita, una forma. Pater ergo et Filius, et Spiritus sanctus, res sunt ejusdem essentiæ : quod unius sint et ejusdem essentiæ participes : hypostasibus autem, sive personis, ut dictum est, dividuntur, at essentia, sive natura, conjunguntur : eaque de causa ὁμοφεῖς ejusdem naturæ, et ὁμοούσιοι ejusdem essentiæ, participes dicuntur.

CAP. VI.

De Homohypostatis, hoc est iis, quæ sunt ejusdem hypostaseos seu subsistentiæ.

Homohypostata, hoc est consubsistentialia, ea dicuntur, quæcunque inter se essentia quidem differunt, in unam autem et eamdem hypostasin inter se componuntur : ut ego et tu, et unusquisque nostrum anima et corpore constamus. Hæ porro partes, anima et corpus essentia quidem diversæ sunt : (alia enim animæ, alia corporis essentia est.) Homohypostatæ vero, seu subsistentiæ ejusdem, secundum christianorum placita. Nec enim anima ipso corpore antiquior, neque corpus esse cœperunt (27). Quæcunque ergo essentia qui-

(27) Contra Origenem.

dem differunt, eodem tamen tempore, et simul substiterunt, homohypostata sunt, et dicuntur. Itaque Pater et Filius, et Spiritus sanctus homohypostata non sunt, quamvis illis antiquius et recentius nihil sit, quia vero essentia minime differunt, idcirco etiam homoousia et sunt et dicuntur.

A

CAP. VII.

De Differentia et conjunctione, eaque triplici, essentiali, personali, et habituali.

Essentialis conjunctio est, quæ multas hypostases ad unam essentiam congregat ; ut omnes singuli homines hypostasibus quidem seu personis dividuntur, essentia vero, seu ratione humanitatis conjunguntur. Itaque hæc personarum conjunctio, quæ per unam fit essentiam, conjunctio essentialis dicitur. Essentialis vero differentia est, quando conjunctæ unam in hypostasin naturæ, sine ulla confusione et imminutione manent : ut duæ Christi naturæ, sive divinitas et humanitas, in unam congressæ hypostasin, haudquaquam confusæ immutatæve sunt : sed essentiali differentia differunt. Duarum enim naturarum neutra commisceri confundique, essentiæ habita ratione, potest, nec vero inter se differunt hypostasi : una enim ambarum hypostasis est, at essentiali differentia.

B

CAP. VIII.

De hypostatica seu personali conjunctione et differentia.

Hypostatica, seu personalis conjunctio ea est, quæ diversas essentias sive naturas in unum et unam eamdemque hypostasim colligit et colligat, ut in dispensatione incarnationis Domini nostri Jesu Christi hypostatica conjunctio fuit. Duæ enim ejus naturæ in unam eamdemque hypostasin circa confusionem conjunctæ sunt. Hypostatica vero differentia est, quando hypostases, quæ sub unam essentiam cadunt, inter se dividuuntur, et in numerum multitudinemque characteristicis seu figurativis proprietatibus cedunt. Alii enim ab aliis hypostaseon ratione differimus. Verbi gratia, ego quidem sum provecta ætate, nigro colore, et sum balbus : tu autem media ætate, albus, verbaque distincte profers. Eodem modo cæteri quoque singuli homines hujusmodi proprietatibus hypostatice differunt.

C

CAP. IX.

De schetica seu habituali conjunctione, et differentia, de differentia tamen nihil.

Schetica, seu habitualis conjunctio, amica et benevola dispositio est, vel concors voluntatum consensus. Qui ergo mutua se benevolentia prosequuntur, amicitiæ respectu schetice conjuncti dicuntur. Hæreticus enim impius ille Nestorius ecclesiasticam doctrinam non admittens, qua ipse Deus homo factus, nostræque naturæ conjunctus asseritur, hypostaticam quidem seu personalem conjunctionem esse negabat : nugabatur autem e sancta Maria nudum et simplicem hominem natum esse, erga quem Deus Verbum eadem ex generatione benevolam dispositionem affectionemve haberet. Atque conjunctionem quidem fatebatur, non tamen hypostaticam, sed scheticam. Ex quo fiebat, ut non unam hypostasin miser ille profiteretur, sed duas, quæ inter se quidem essentia et hypostasi dividerentur : amicitia vero eademque voluntate, vel voluntaria dispositione conjungerentur, cæteraque id genus deliria deblaterabat.

D

CAP. X.

De sancta Trinitate. Pater, Filius, et Spiritus in quo differant, in quo conveniant.

Pater quidem causa caret, estque ingenitus : nec enim ab ullo, nec a seipso quidem essentiam habet, Filius autem a Patre genitus est. Sanctus denique Spiritus et ipse quidem ex Patre, at non generationis, sed processionis modo. Et simul atque Filii ex Patre generatio fuit, fuit et Spiritus sancti processio. Quo autem modo et generatio et processio differant, nemo novit. Itaque hypostases solis hypostaticis proprietatibus differunt, sive non generatione, generatione, et processione : quæ individuæ quoque dividuntur. Trium autem personarum unaquæque perfecta constat hypostasi. In tribus enim perfectis hypostasibus una simplex inest essentia, quæ terminum omnem præbedit et exsuperat. Paracletum autem se advocatum et Spiritum et Filium vocamus, ut qui universorum advocationes et patrocinia suscipiant. Spiritum quidem certe a Patre [et Filio] procedere dicimus, ita tamen ut per Filium impertiatur.

CAP. XI.

De Verbi incarnatione.

Errore non caret, si naturam divinam incarnatam fuisse dicimus, cum Verbi hypostasis dicenda sit. Si enim carnem a natura divina assumptam fuisse dixerimus, utique una Patrem et Spiritum comprehendemus, cum una Sanctæ Trinitatis natura sit. Synalœpha, seu counctio, proprie confusio est, ἕνωσις autem seu conjunctio, cum quid citra mistionem alii cuipiam applicatur, ut oleum aquæ. Divinitatis naturam humanitatis naturæ conjunctam fuisse non dicimus, imo potius verbi hypostasin incarnatam fuisse.

CAP. XII.

De essentia [natura, hypostasi, et persona].

Essentia proprie dicitur id quod est, nec alio eget, ut subsistat, multis autem modis accipitur, ut essentia Dei, essentia angeli, essentia hominis, itemque omnia ab iis diversa essentiæ nomine designantur. Item, essentia est, quod per se suaque vi substat, nec ab alio essentiam habet, neque alio quoquam extrario indiget, ut sit. Siquidem colori albo et nigro et id genus cæteris essentiæ nomen haudquaquam tribuimus, quia per se subsistere non possint absque corpore illorum capace.

Natura vero est eorum quæ sunt motus et quietis principium, in quibus primum inest per se, non per accidens. Verbi gratia naturam vocamus quietem et motum quæ essentiali ratione terræ insunt, nec id ullius causæ beneficii ad germen et fetum rebus naturalibus suggerenda. Deductum porro φύσεως seu naturæ nomen est, παρὰ τὸ πεφυκέναι τουτέστιν ὑπάρχειν, hoc est ab eo quod sit. Itaque οὐσίας καὶ φύσεως hoc est essentiæ et naturæ nominum eadem significatio est, quorum illud παρὰ τὸ εἶναι esse, hoc vero παρὰ τὸ πεφυκέναι hoc est natura ita comparatum esse, dedicitur. Hypostasis autem res est subsistens et essentialis, in qua quidem accidentium coacervatio, tanquam uno in subjecto reapse actuque subsistit. Πρόσωπον vero, seu persona, id est, quod propriis actionibus et proprietatibus certam et definitam eorum quæ secum ejusdem sunt essentiæ evidentiam exhibet.

A

B

CAP. XIII-XIV.

Ecclesiastica naturæ definitio. Quid Severianos in errorem propulerit.

Natura item ex sententia Ecclesiæ, vera rei subsistentia est. Ut autem Aristoteles et cæteri Græci auctores sunt, multis modis natura definitur; quibus quidem definitionibus dum accuratius inhærent Severiani in errorem prolapsi sunt. Siquidem natura, ut B. Apostolo placet, omne, id est, quod re vera est. Apertius deinceps id explicabimus. Naturam vocat Ecclesia eorum quæ sunt veritatem, seu id quod eis inest, φύσις autem dicta est, διὰ τὸ πεφύκεναι καὶ εἶναι, quod ita comparata est, ut sit quemadmodum οὐσία ἡ οὖσα, essentia quæ est, in veritate cognoscitur. Natura essentia, id, genus, et μορφὴ seu forma, pro una eademque re in ecclesiasticis dogmatis capiuntur: quemadmodum panis et buccella. Quocirca ἔμφυτον ἐνούσιον, sive id quod insitum est, et id quod inest idem significant. Quatuor autem modis natura dicitur, ut jam monui, his nimirum essentia, natura, genus et forma.

C

CAP. XV.

Hypostasis, persona et character in Deo quid. Hypostaticæ proprietates.

Hypostasis quoque insuper, ex ecclesiastica et apostolica traditione, πρόσωπον est seu persona, sive character, quamadmodum Paulus Filium splendorem gloriæ Patris, item et hypostaseos ejus characterem seu figuram vocat, hoc est personam ejusdem essentiæ cum charactere et hypostasi Patris. Personas autem et characteres in Deo incorporea ipsa dicimus, et ea quæ circumscribi exprimique non possunt. Persona vero seu hypostasis, et sanctorum Patrum sententia, proprium est præter commune: communitas enim est, uniuscujusque rei natura: propriæ vero, hypostases ipsæ sunt Verbi gratia natura sive essentia est, una deitas, hypostases, vero tres, Pater Filius, et Spiritus sanctus: tres personæ, seu characteres, una autem essentia est genus. Si ergo dicas: Divinitas nostrum omnium custos est, totam Trinitatem sanctam significasti: si vero dicas: Verbiscum Filius Dei, ex tribus hypostasibus unam totamque divinitatem pronuntiasti. Hæc præterea de iisdem audito. Divinitas, ecce communitatem, et absolutam perfectionem essentiæ. Paternitas, ecce personam seu hypostasim unam. Filialitas, ecce aliam hypostasin. Spiritus sanctus, ecce aliam. Cæterum tres hypostaticæ proprietates sunt in divinitate: ingenitum Patris, genitum Filii, processio Spiritus sancti. Nec enim genitus est Pater, nec procedens Filius, nec genitus Spiritus sanctus.

D

CAP. XVI.

Synopsis, seu compendium, de modo ἀντιδόσεως, *seu mutuæ naturarum retributionis* [*de quo apertius et planius infra*].

Divinitatem quidem et humanitatem cum dicimus, totam divinitatis naturam, et totam humanitatis naturam indicamus; cum vero Deum et hominem dicimus; non prorsus naturarum totalitates demonstramus, sed aliquando et personas et hypostases. Cum ergo nos in Deum credere, absque adjuncto dicimus, totam divinitatem significamus. Cum vero Deum hominem factum esse dicimus, jam non divinitatem denotamus, sed solum Filii nomen exprimimus. Adhæc, siquidem his verbis utar: Deus propter hominem incarnatus est, totam humanitatem designo: si vero his: Quidam homo: illum solum indico. Itaque in Domino nostro Jesu Christo duas quidem naturas, divinitatem, inquam, et humanitatem, at unam hypostasin ex utraque compositam confitemur. Et cum ipsius quidem naturas consideramus, divinitatem et humanitatem dicimus: cum vero hypostasim illam, quæ duabus ex naturis conjuncta est, nunc quidem Christum, et hominem nominamus, nunc vero Deum solum, et hominem solum. Nec cum Deum solum dicimus, ipsum ab homine separamus: nec cum hominem solum nominamus, ipsum a Deo sejungimus. Itidem cum divinitatem dicimus, una cum ea humanitatis proprietates non comprehendimus: e converso cum humanitatem enuntiamus, in ea divinitatis proprietates non intelligimus: nec enim impatibilem et increatam humanitatem dicimus: at in una hypostasi non ita dicere solemus, sed audactar et solum Deum, et solum hominem, atque Christum, qui utrumque comprehendit, confitemur: eumdemque Deum patibilem dicimus, humanitatis ratione, et purum qui fuit ante sæcula, ratione divinitatis. Atque hic ἀντιδόσεως seu mutuæ naturarum retributionis, modus est, qua fit, ut utraque natura, quæ propria sibi sunt retribuat, ratione hypostaseos ejusdem, et mutuæ illarum affinitatis. Confitendum porro est, Verbi naturam incarnatam, sive carni conjunctam fuisse, non quia natura in carne passa sit. Quod enim Deus homo, versaque vice homo Deus fuerit, id vero illud ipsum est, quod confitemur: quod autem

CAP. XX.

Quid proprietas, de quonam dicatur, et quot modis: [Quid hypostasis; quid accidens.]

Ἰδίωμα, seu proprietas dicitur, κατὰ τὸ ἰδία εἶναι ἅμα τῇ ἰδίᾳ φύσει, ἀμιγὲς τῶν λοιπῶν οὐσιῶν ὕπαρχον, hoc est quia privatim propriæ naturæ ita insit, ut cum cæteris essentiis misceri non possit. (Proprietates enim a naturis et hypostasibus separari non possunt) sive proprietas id proprie est, quod aliqua in natura privatim cognoscitur, in alia vero non invenitur: ut verbi gratia, in natura divina id quod ante sæcula, increatum, et incircumscriptibile est,quæ quidem alii cuicunque essentiæ non insunt, ne ipsi quidem sanctissimo Christi corpori, nec enim ante sæcula est, neque increatum, neque incircumscriptibile. Angelicæ naturæ proprietas essentia est impasibilis, quæ sibi a laudibus Deo canendis silentium imperare non potest. Impatibile porro in iis id dixi, quod immortale est. Proprium hominis id proprie est, quod ex mortali et immortali natura constat, nec in alia ulla essentia cognoscitur, Naturales proprietates eæ sunt, quas jam dixi: sunt vero et hypostaticæ, ut albedo, simitas, longitudo, decurtatio, viriditas, truculentia, et cætera id genus, quæ omnibus in hominibus haud simili modo reperiuntur, nec enim omnes sunt similes: non omnes sunt truculenti, non omnes flavi. Unde fit etiam, ut hypostasin nonnulli privatum et peculiarem characteristicarum seu figurativarum proprietatum, quas prædixi, concursum definiant. Naturales autem proprietates ex æquo in omni genere consimiliter inveniuntur, ut omnes homines mortales, consimili modo mortis obnoxii, rationis, respirationis, somni et ambulationis participes sunt, omnes latis unguibus præditi, omnes denique agriculturæ, artibusve cæteris dediti sunt.

CAP. XXI.

Quid sit accidens.

Accidens dicitur, id quod adest vel abest, ut infantia et adest et abest, perfectionis ratione. Consimili modo sanitas quoque mutatur et morbus, et calor, et siccitas, atque ut uno verbo absolvam quidquid commutari potest, id accidentis nominine significatur.

CAP. XXII.

De energia, seu actione.

Energia itaque, seu actio, ut sanctus Gregorius Nyssenus inquit, naturalis est singularum essentiarum facultas et motus, cujus unum id expers est, quod in rerum natura non est. Quod enim essentiæ alicujus particeps est, omnino actionis etiam illam designantis particeps erit. Vera siquidem ratione instruimur, essentiarum fines in veris earum actionibus consistere, intelligentiam autem eorum quæ intellectu prædita sunt actionem esse, ut sensum eorum quæ sensibilia, motum eorum quæ mobilia, volatum eorum quæ volatilia, natationem eorum qua natatilia, reptionem eorum quæ reptilia,illuminationem eorum quæ illuminari possunt, calorem eorum quæ calida, fluxum eorum quæ fluxa, contemplationem eorum, quæ contemplationi patent, generationem eorum quæ generationi obnoxia sunt, esse dicimus, atque, ut in universum dicam, nullius non naturæ significatio et determinatio a naturali ejus actione constituitur, qua sublata,prorsus ipsa quoque natura deperditur et interit. Sublato calore, ignis exstinguitur, sublato intellectu, eæ quoque partes animæ tolluntur, quæ intellectu et ratione præditæ sunt, motu item animalis sublato, deperditur animal. Eaque de causa duas in Christo voluntates et actiones dicimus, ne inanimatum corpus, animamque rationis expertem in ipso confiteamur. Animati enim corpori actio deambulatione et operatione : rationalis autem animæ actio cogitatione ipsa definitur, qua volumus, ratiocinamur, et consultamus.

Nec in animatis et mobilibus tantum, sed in iis etiam, quæ anima motuque carent, naturales actiones deprehendi possunt, ut in scammonia patet, et cæteris expurgantibus pharmacis, quæ quædem evacuandi facultatem habent: item argentum vivum lethali actione prædilum: et cicuta consimiliter, qua nullum ad mortem inferendam præsentius venenum est.

Nulla vero non admiratione dignum est, quod diversæ quædam naturæ plerumque naturalibus actionibus privatæ, alias actiones pariant, ut lapis ardens actione friginta privatur, calx enim viva facta vim corporum adustivam sibi comparat,quem admodum cedrus quoque ardens actione quidem naturali et vegetativa, et germinativa privatur, actionem vero seu facultatem sanativam, et vermibus exitialem emittit quæ cedræa dicitur.

CAP. XXIII.

Conjunctio quid est, quanam de re, quotque modis dicatur.

Conjunctio nihil aliud est, quam familiaris distantium rerum concursus. A Græcis autem dicitur, διά τὸ εἰς : ἓν ὦσαι, τουτέστι συνωτῆσαι τὰ πράγματα, hoc est quia in unum res cogat et compellat. Cæterum conjunctio quintuplex est, confusiva, ut vini et aquæ : divisiva, ut hominis ad hominem: habitualis, ut aurum. Christi autem conjunctio super has omnes hypostatica seu personalis dicitur.

Hypostatica porro conjunctio concursus ille duarum naturarum fuit, qui per se suaque vi in Dei Genetricis utero fuit.

Neque enim corpus ante Dei verbum substilit, neque anima, sed simul atque facta est caro, Deus quoque Verbum, atque animata caro rationisque particeps. In ipso enim subsistit, ut mihi quidem videtur, quem admodum nostra quoque conceptio.

Anima enim per se vique sua exsistens cum corpore concurrit. Nec enim corpus per seipsum constituitur, nec anima corpori præexsistit, quæ quidem conjunctionem Christi velut præfigurat.

CAP. XXIV.

Homoousion seu consubtantiale quid, quanam de re, quotque modis dicatur.

Homousion id quidem est, quod ejusdem substantiæ et actionis citra commutationem particeps est, ut homo homini, angelus angelo, animal animali, flamma flammæ : consubstantialia sunt,cum diversis in hypostasibus eamdem habeant essentiam. Dicitur autem ὁμοούσιον, quia eamdem sibi essentiam vimque comparavit. Quatuor porro modis dicitur ὁμοούσιον, sive id quod ejusdem est substantiæ, nimirum, ὁμογενὲς, ejusdem generis, συγγενὲς, cognatum, ὁμοιογενὲς similis generis, et ὁμόφυλον ejusdem tribus. Homousion est, quod potentia minus ipsa sui essentia est, ut lapis cariosus et lapis durus, ita et lignum palmæ, lignum ebeninum, item caro piscis et caro cameli. Heterousion, seu diversisubstantiale, id est quod modis omnibus alii dissimile est ut ignis, aqua et homo, Deus et angelus, lutum et sol ad gramen proferendum. Hemiusion, hoc est semisubstantiale, a quibusdam cadaver dictum est,a quo vita abscessit. Ἑτεροφυὲς, et ἀλλογενὲς et ἑτερογενὲς, et hoc est diversæ naturæ, alterius diversique generis utrumque diversa essentia præditum dicitur, nimirum hoc et illud, sive ambo.

CAP. XXV.

Innovatio quid quamque necessaria ejus cognitio.

Innovatio dicitur quidquid modis omnibus a communis naturæ lege immutatum est, nec ulla in re assimile est ei, quod inter homines usu et consuetudine invaluit et inolevit. Hic autem modus necessario cognoscendus est, propter eos qui male innovationem in Christo intelligunt. Etsi enim natura innovavit, cum sine semine natus est, a partu tamen ætatis incrementum, multaque corporibus humanis accidentia, ciborum ingestiones et egestiones, circumcisionem, transmigrationem, formam, membra, capillorum, dentium et unguium excrescentibus, balbutiem,puerilesque deambulationes : hæc, inquam, omnia per innovationem non habuit, sed ad nostri similitudinem dempto peccato, quemadmodum Paulus exclamat.

CAP. XXVI.

Corruptibile quid, unde, quotque modis dicatur.

Corruptio duobus modis sacra in Scriptura dicitur, nimirum corporis et animæ, ut cum dicit : *Vidit autem Dominus Deus, et ecce universa terra corrupta erat peccato* [69]. Item de hominibus hunc in modum verba facit. *Corrupti sunt, et abominabiles facti sunt in adinventionibus suis* [70]. Superest ergo, ut cum audis doctorem incorruptibile Domini corpus dicentem antequam crucifigeretur, ut peccati corruptionem intelligas. Dicit autem ἄφθαρτον incorruptibile,sive Αὐτεξούσιον, hoc est impollutum : non autem quia subtilitate aliqua aut a nostris corporibus diversitate præditum fuerit, Nam incorruptibile proprie id est, quod ab omni passione, materia, et tantu liberum est. Incorruptibile id etiam est, quod ab alia essentia lædi non potest. Incorruptibile id quoque, quod modis omnibus a fluxu, defectu, et læsione liberum est. Atqui sanctissimum Christi corpus passum est clavis confossum et de lancea, sanguinem et aquam emisit, et vivo denique mortuum evasit. Corruptibile est, quidquid morti obnoxium a vita separari potest. Corruptio autem naturæ,ut sanctus Dionysius ait,nihil aliud est, quam imbecillitas et defectus naturalium habituum, actionum et facultatum. Ut autem quibusdam placuit, sanctissimum Christi corpus potestate quidem corruptile erat, hoc est corruptionis capax : actu vero incorruptibile in monumento a Verbi divinitate conservatum est.

CAP. XXVII.

De libro arbitrio.

Αὐτεξούσιον, seu liberum arbitrium, est τὸ αὐτοδέσποτον hoc est quod in cujusque potestate situm est. Quod enim Domino subjectum est, liber arbitrii non est.

Αὐτεξουσιότης ergo, seu arbitrii libertas, proprie est, libera nec ullius dominationi subdita ad rem concupitam dominatio.

Arbitrii libertas intellectualis animæ, est libera cupidæ partis animæ ad virtutem vel vitium inclinatio et motus. Ubi autem nulla virtutis et vitii pugna est, ibi neque arbitrii animæ libertas innotescere potest. Qui enim fieri potest, ut ibi libera voluntatis electio appareat, ubi confratorium certamini locus nullus est? Sola itaque Christi mens, et sanctissima ejus anima, ab omni mali suggestione immunis et libera fuit. Servi enim forma erat, quæ tanquam habenis et imperio Dei verbi regebatur, qui quidem ei conjunctus erat. Quocirca homo ille dicebat, qui de Servatore intelligitur: *Non possum ego in meipso facere quidquam* [71]. Cum enim supra naturæ nostræ terminos et leges sine semine subsistere, ut qui Dei corpus et anima esset Domini nutui confestim subjectus est, tanquam Dei forma præditus.

Sequuntur diversorum Patrum de incarnationis dispensationem assertiones.

[69] Gen. vi, 12. [70] Psal. xiii, 1. [71] Joan. v. 19,

CAP. XXVIII.

B. Dionysii Areopagitæ: De divina incarnatione ex cap. 1 De divinis nominibus (28).

1. Thearchia illa, seu summa divinitas, humanum genus singulari quodam amore prosequitur: puta quæ ea omnino, quibus obnoxii sumus, in hypostascon suarum una subierit, humanam vilitatem seu abjectionem ad seipsam revocans et asciscens, ex qua ineffabili ratione qui simplex est Jesus compositus est, et qui æternus est, temporis extensionem ascivit: nostræ denique naturæ finibus is contentus est, qui superessentiali ratione omnem universæ naturæ ordinem excedit: una cum immutabili minimeque confusa proprietatum suarum conservatione.

2. Ejusdem (29), ex epistola ad Caium Therapeuten (30): Qui fieri potest, inquit ille, ut Jesus, qui rebus omnibus antecellit, cum rebus universis essentialiter constituatur? nec enim quatenus hominum auctor est, homo dicitur, sed quatenus tota ipsa essentia vere homo est. At nos Jesum haud humano more definimus. Nec enim Deus tantum est, sed etiam vere homo est, qui singulari quodam amore genus humanum prosequitur: et qui, cum homines antecelleret, hominibus adæquatus est, ex hominum essentia substantiam sibi comparans, qui supra omnem essentiam constitutus erat. Nec minus tamen superessentialitate quam plenissimus est, qui nunquam superessentialis esse desiit: cujus nimirum abundantia factum est, ut cum in hominis essentiam vere transiisset, superessentiali ratione hominis essentiam assumpsit, atque adeo supra hominem ea successerunt, quæ sunt hominis. Testis est Virgo supernaturali ratione concipiens, atque aqua immobilis materialium terrenorumque pedum pondus sustinens, nec illorum gravitati succumbens, sed supernaturali facultate ita constituta, ut neutram in partem difflueret. Quid porro opus est, ut ea quis percurrat? multa illa, inquam, et quam plurima quibus qui divina contemplari novit, supra mentis captum etiam iis, quæ de humanitate Jesu affirmantur, excellentissimæ negationis vim inesse cognoscet. Nam, ut rem in pauca contrahamus, ne homo quidem erat, non quod homo non esset, sed quod ex hominibus, supra quam homines soleant, atque supra hominem vere natus homo sit: tum præterea neque divina divine, neque humana humane operatus: sed incarnato Deo novam quamdam theandricam, hoc est Dei et hominis, actionem nobis exhibuerit.

3. Ejusdem, ex theologicis elementis sancti Hierothei: Quia vere præ suo erga genus humanum amore ad nostram usque naturam venit, certe essentiam quoque nostram vere subiit, summusque adeo Deus homo et factus et dictus est. Nobis autem A sit propitius is, quem eorum nomine celebramus, quæ neque ratio nostro consequi, neque oratio exprimere queat, quamvis in his quoque superessentialis exsistat, non solum quia citra mutationem et confusionem naturæ nostræ particeps, nihil passus est ab ineffabili conjunctione, quod exuberanti plenitudini suæ repugnaret, sed quia etiam (quod quidem nova omnia novitate sua inaudite superat) in iis quæ nobis naturalia sunt superiorem natura, et in iis quæ nobis essentialia sunt, essentia majorem se præstitit: denique omnia quæ nobis insunt, quadam ratione modoque nobis inusitato possedit.

CAP. XXIX.

Magni Gregorii, ex oratione in diem natalem Domini (31).

1. Postquam vero diaboli invidia, et fraudulenta illius vi, quam mulier, ut et imbecillior perpessa est, et ad persuadendum aptior obtrusit viro (o infirmitatem meam, mea enim est primi parentis infirmitas) mandati, quod acceperat ipse oblitus est, et amore pomi superatus simul et a ligno vitæ, et a paradiso, et a Deo, tanquam exsul extruditur, et pelliceis induitur vestimentis, crassiore nimirum carne, quæ mortem subiret, et spiritui repugnaret. Ac primum quidem agnoscit turpitudinem suam, atque ideo se Dei conspectum fugiens abscondit. Hic tamen lucratur mortem, per quam peccatum abscinditur, ne miseria sit immortalis, et cum supplicio beneficium conjunctum cernatur. Hac enim ratione Deus, ut mihi quidem persuadeo, punit. Cæterum cum variis occasionibus, atque temporibus humanum genus multorum peccatorum, quæ illa malitiæ radix protulerat, multis modis, nempe oratione, lege, prophetis, beneficiis, minis, plagis, eluvionibus, incendiis, bellis, victoriis, cladibus, prodigiis ex cœlo, ex aere, ex terra, ex mari, insperatis hominum, civitatum, gentium eversionibus (quibus rationibus nihil aliud agebatur, nisi ut malitia everteretur,) frustra prius esset admonitum et reprehensum, et majoribus peccatis, ut mutuis homicidiis, adulteriis, perjuriis, insanis hominum amoribus, et (quod omnium malorum gravissimum erat) simulacrorum cultu, quo homines neglecto Procreatore, ad res procreatas colendas et adorandas se convertebant, obstringeretur: gravioraque jam ejusmodi morti remedia medicamentaque requirerent, majora, gravioraque sunt adhibita. Ipsum enim Dei Verbum, quod est ante sæcula, quod comprehendi non potest, quod corpus non habet (et quæ sequuntur) ipsa Dei imago incommutabilis, Patris definitio et ratio, imaginem quam homini impresserat ipse suscipit et propter carnem, carnem gerit, et animo ratione prædito pro salute animi commiscetur, ut simili similem purget, in omnibus

(28) *Patrologiæ* tom. III, col. 647.
(29) Ibid. col. 1071.
(30) Non *medicum*, ut Zinus, sed *monachum*. Sic enim monachi primitivæ Ecclesiæ dicebantur, ex Philone, Justino, Euseb. 10, etc.
(31) Videt tom. XXXVI, col. 323.

denique, peccato tamen excepto, fit homo. Ex Virgine, cujus animum et carnem Spiritus ante purgaverat, nascitur. Decebat enim, ut et liberorum susceptio honoraretur, at illi tamen in honore virginitas anteferretur, atque ita humana forma assumpta ad nos progreditur unum ex duobus contrariis, carne et spiritu constans: quorum hic divinitatem tribuebat, illa divinitate afficiebatur (o novam mistionem! o conjunctionem admirabilem!), ille qui effector est, efficitur: qui creator est, creatur: qui comprehendi non potest, vinculo humani animi divinitatem et carnis crassitudinem copulante comprehenditur. Qui ditat alios, pauper fit. Paupertatis enim meæ paupertatem amplectitur, ut ego divinitatis ejus divitias assequar. Qui plus est exinanitur: parumper enim gloriam suam sinit exhauriri, ut ego plenitudinis ejus particeps efficiar. Quænam sunt hæ bonitatis divitiæ? Quodnam circa me mysterium apparet? Ego imaginem, cujus particeps eram factus, non servavi: ille carnem meam suscipit, ut et imaginem servet, et carnem reddat immortalem. Alteram init societatem priore societate, eo quidem longe admirabiliorem, quod in priore præstantius quod erat attribuit, in posteriore quod deterius erat accepit.

2. Ejusdem, ex oratione in Lumina (32). Atque Dei Filius, hominis Filius et fit et vocatur: haudquaquam id immutans quod erat: mutari enim non potest: sed id assumens quod non erat, quæ illius erga nos humanitas est: ut separaretur qui separari nequit, intermedia carne tanquam velo nobiscum versans, quandoquidem puræ ejus divinitati ferendæ natura ortui et interitui obnoxia non satis idonea est.

3. Ejusdem, ex oratione secunda ad Cledonium. Utraque enim unum commistione evaserunt, cum Deus incarnetur, homo autem deificetur.

4. Ejusdem, ex secunda oratione de Filio (33). Etsi enim ex utroque unum factum sit, non tamen id natura, sed concursu.

5. Ejusdem, ex oratione in Lumina: Honorem enim corpori defert, quandoquidem hoc quoque deificatione Deus est.

6. Ejusdem, ex oratione secunda de Paschate. Et per assumptionem, quam divinitas unxit, quæque eadem cum ungente, atque (ausim enim dicere) Deo æqualis evadit.

7. Ejusdem, ex oratione ab baptismum exhortatoria. Eumdem totum hominem, et totum Deum, pro toto eo, qui passus est, ut toti tibi salutem largiatur, [totam peccati solvens condemnationem.]

8. Ejusdem, ex eadem oratione. Tantum homo propter te, quam tu propter illum Deus.

(32) Vide ibid, col. 333.
(33) Ibid. col. 103.

CAP. XXX.

Nysseni, de divina incarnatione, ex oratione Catechetica. Divinitatis et humanitatis cum igne et elychnio, itemque cum carne et animo collatio (34).

Quemadmodum enim in lucerna materiam circumplexum ignem aspicimus, eumque a materia, quæ ipsum attingit, ratione distinguimus, quæ tamen reipsa distingui non possunt, ut flamma per se a materia sejuncta ostendatur, sed utraque unum est (nullus autem id mihi sumat in hoc exemplo, quod ignis corrumpatur, sed id solum accipiens, quod similitudini convenit, quæ ab ea sunt aliena repudiet) quid prohibet, quin eodem modo, quo cernimus flammam attingere materiam subjectam, nec in ea tamen includi, Deo dignam cogitationem suscipiamus: credamusque naturam divinam ita conjungi, atque unum fieri cum natura humana, ut in ipsa conjunctione atque unitate, quamvis in homine Deus sit, nulla tamen circumscriptione concludatur? Quod si quæris, quomodo Deus cum homine commistus sit, prius considera conjunctionem animi cum carne tua, qui quidem animus, si intelligere non potes qua ratione cum corpore copuletur, multo minus existima te posse assequi, quo pacto Deus cum *homine* conjungatur. Verum quemadmodum in te credis aliud quiddam esse animum, quam corpus, aut quoniam corpus ab animo desertum cadaver evadit, atque iners sit, et ad agendum inutile, licet conjunctionis rationem ignores: sic etiam Dei cum homine conjunctione confitemur divinam naturam *caducæ* mortalique modis omnibus dignitate præstare, qua ratione autem efficiatur ipsa conjunctio non possumus intelligere. Quod Deus in hominis natura genitus sit, ex rebus admirandis, quæ visæ scriptæque sunt, non ambigimus, rationem autem ac modum, ut majorem quam qui a nobis percipi possit, omittimus indagare. Neque enim cum res omnes incorporeas, et quæ mente solum percipiuntur, a natura incorporea et quæ creata non est, procreatas esse credimus, unde aut quomodo factæ sint, investigamus. Sed cum mundum conditum fuisse acceperimus, rationem qua conditus fuerit, curiose non exquirimus, quippe qui plane sciamus, eam nullo modo posse percipi *aut* explicari.

Quod autem Deus in carne nobis apparuerit, si quis demonstrationes inquit, is ejus opera conspiciat. Nam et quod Deus ipse sit, nullo alio nisi operum ipsius testimonio comprobatur. Ut igitur rerum universitatem intuentes, earumque moderationem et ordinem, vitæque nostræ commoda divinitus data considerantes, vim quamdam mundi effectricem, conservatricemque cognoscimus, sic in Deo nobis per carnem patefacto admiranda illius

(34) Tom. XLV, col. 10.

opera similia iis quæ scripta sunt,quibus tanquam notis, natura divina declaratur, locuples nobis divinitatis ejus testimonium afferunt. Dei namque esse cognoscimus, hominibus vitam tribuere. Dei, ea quæ sunt providentia tueri, ac conservare. Dei, cibum et potum iis quæ in carne vitam degunt, elargiri. Dei, de pauperibus et indigentibus bene mereri. Dei, naturam quæ infirmitate sua de recta via deflexerat, reducere ad sanitatem, et in pristinum statum revocare ; Dei, cunctis æque rebus procreatis imperare, terræ, mari, aeri, et iis quæ supra aerem sita sunt. Dei, perpetuam in omnia potestatem habere, imprimisque esse morte et corruptione superiorem.Horum si quid in historia, qua vita ipsius describitur, desideratur, illi qui a religione sunt alieni, merito mysterium nostrum repudiarent. Sin omnia quibus Deus cognoscitur, in ea conspiciuntur,quid prohibet quominus fidem religionemque suscipias ? At enim, inquies, nasci et obire propria sunt hujusce carnis. Concedo : verum ea quæ ortum ejus præcesserunt, quæque mortem sunt subsecuta,communem naturæ nostræ conditionem superant : nam si utrumque terminum humanæ vitæ consideres, videbis unde incipiamus et quo deducamur. A corruptione enim principium ducimus, et in corruptionem desinimus : ejus autem nec ortum nec mortem excepit corruptio. Hoc tibi admirandum videtur et incredibile ? Gaudeo. Quæ enim supra quam credi possint, admirabilia putas, ea supra naturam esse confiteris. Quapropter hoc tibi divinitatis ejus certissimum sit argumentum, quod quæ de illo prædicantur, non sequuntur omnino ordinem naturalem : etenim si ea quæ de Christo memoriæ prodita sunt, naturæ terminis omnia continerentur,ubi illius esset divinitas ? Cum vero multorum, quibus fidem non habes, ratio naturam superet, hæc ipsa testimonio sunt, illum quem prædicamus Deum etiam esse. Homines enim generantur ex parentum conjunctione, et post mortem ipsam corrumpuntur. Quæ si de ipso dicerentur, Deum esse non posses existimare, quem eamdem quam nos, habere naturæ conditionem intelligeres. At cum illum quidem natum esse audis, sed nascendi ratione communem naturæ nostræ ordinem superasse, eumdemque mortuum quidem, sed corruptionem non attigisse : consequens foret, ut si alterutrum tibi credendum non esset, hominem potius eum esse non crederes, unum ex iis qui in natura conspiciuntur, et quem non esse hominem crederes, eum necessario Deum esse arbitrareris. Qui enim eum ortum esse memoriæ tradidit, idem ex Virgine natum testatus est. Quamobrem si scriptoris verba te adducunt, ut natum credas, eadem scriptoris verba tibi illum ita natum esse persuadeant : qui enim ortum ipsius enarravit, idem eum ex Virgine adjunxit exstitisse : et qui de morte mentionem fecit, resurrectionem etiam post mortem est attestatus. Quod si ex iis quæ audis, et mortuum et genitum esse concedis, ex eisdem dubis omnino, et ortum et mortem ejus a corruptione procul abfuisse. Quæ si naturam superant, is intra naturam non continetur, qui propter hæc natura superior fuisse demonstratur.)

CAP. XXXI.

Maximi, de divina incarnatione, ex interpretatione orationis de recta confessione. [Incarnationis mysteria nullius facundia exprimi possunt,sed sola fide creduntur.

1. Ecquis tantum excellit dicendi facultate, ut audeat,aut possit explicare, quomodo comprehensus sit Deus ?

2. Quomodo caro sine semine generata sit ?

3. Quomodo sine corruptione mulieris partus exstiterit ?

4. Quomodo virgo nullo intercedente homine mater evaserit ?

5. Quomodo mater, partu virginitatem non solvente, virgo permanserit ?

6. Et (ut extremo loco quod primum est dicam) quomodo Deus factus sit homo ?

7. Et (quod majus mysterium continet) quomodo per essentiam secundum personam in carne existens, per essentiam secundum personam totus semper in Patre fuerit ?

8. Quomodo et totus sit natura Deus, et totus natura ita factus sit homo, ut nec divinam, nec humanam abjiceret, sed ambas sine confusione conjunctas conservaret ?

1. Hæc fides sola comprehendit,cum eorum quæ mentem et cogitationem superant demonstratio sit, atque etiam cognitio et scientia, quæ nullis verbis demonstrari possit.

2. Ejusdem, Adamus a divino mandato recedens in causa fuit, ut hominis principium sit cum voluptate, finis cum dolore. Nam cum voluptate gignitur, cum dolore moritur. Christus autem factus obediens alium ex Spiritu ortum hominibus largitus est, cujus initium a dolore quidem excolendæ virtutis, et laboribus nascitur : finis vero voluptatem et quietem consequitur. Quamobrem et ipse cum vellet homo fieri, quamvis semine noluerit generari, mortem tamen perferre voluit, non ut voluptatis, quæ nulla fuerat, esset pœna, sed ut nos damnatos absolveret, ut morte sua mortem nostram interimeret, et conciliaret nobis immortalitatem.

3. Ejusdem. Æquum fuit, ut Deus, qui natura et bonus, et sapiens, et justus,et potens est,neque uti bonus hominis a se procreati despiceret infirmitatem : et uti sapiens ejus curandæ rationem cognitam haberet : et uti justus eos qui volentes servituti sese subjecerant, nulla violentia in libertatem vindicaret : et ut potens ad hoc perficiendum vires et facultatem obtineret.

4. Dei Verbum carne semel generatum Spiri volentibus semper generatur. Mores virtutes quasi corpus ejus constituunt,sermones in Sp

habiti animam, mentem vero theologica contemplatio.

5. Ejusdem. Qui sine peccato factus est homo, omnino sine mutatione divinitatis hominem divinum efficiet, eumque per se tantum extollet, quantum per illum sese submisit. In sæculis enim futuris, ut ait Apostolus, patefient excellentes divitiæ bonitatis erga nos Dei.

6. Quemadmodum in lana candida, si colore purpuræ imbuatur, non duo sunt, sed unus color: sic in mente humana a Deo assumpta, divinaque reddita, non duo sunt principes Deus et mens, sed unus qui mentem divinam reddidit Deus.

CAP. XXXII.

Joannis Damasceni (35).

Angelus Domini missus ad sanctam Virginem, quæ genus ex Davidica tribu ducebat, (constat enim Dominum ex Juda ortum traxisse), qua ex tribu nullus animum ad sacerdotium appulit.

. . . . . .

ut beatus Apostolus ait, de quo postea dicemus apertius) sic evangelizans dixit: *Ave gratia plena, Dominus tecum.* Quæ cum turbata esset hoc sermone, subjecit angelus: *Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam apud Dominum, et paries Filium, et vocabis nomen ejus Jesum. Ipse enim servabit populum suum a peccatis eorum:* unde Jesus servatorem significat. Quæ cum hæsitans respondisset: *Quomodo fiet istud, quia virum non cognosco?* adjecit angelus *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi, ideoque quod nascetur ex te Sanctum vocabitur Filius Dei.* Illa vero: *Ecce,* inquit, *ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum* [73].

Itaque ubi primum sancta consensit Virgo, Spiritus sanctus in eam descendit, prout Dominus per angelum dixerat, ut eam purgaret, vimque divinitatis et generationis Verbi capacem suggereret. Tuncque per se subsistens altissimi Dei sapientia et virtus, nimirum Dei Filius Patri consubstantialis, haud secus atque divinum semen eam obumbravit, sibique ipsi ex castis ejus et purissimis sanguinibus carnem anima rationis et intellectus participe animatam compegit, nostræ massæ primitia: nec id ex semine, sed divino artificio, per Spiritum sanctum: nec figura paulatim accessionibus efformata, sed uno eodemque momento perfecta ipsum Dei Verbum carnis hypostasin assumpsit. Itaque cum primum caro fuit, Dei quoque Verbi caro fuit: et cum primum animata caro, rationisque et intellectus particeps fuit, Dei quoque Verbi animata caro, rationisque et intellectus particeps fuit. Quocirca non hominem deificatum, sed Verbum incarnatum dicimus. Nam cum perfectus natura Deus esset, idem homo quoque perfectus est: neque naturam mutans, neque per phantasiam seu simulationem disponens, sed carnem anima rationis et intellectus participe animatam ex sancta Virgine assumens, quæque in ipso essentiam haberet, hypostatice conjunctus est, nulla confusione, nulla mutatione, nulla divisione facta, divinitatis suæ natura in carnis essentiam minime mutata, neque contra, carnis suæ essentia in suæ divinitatis naturam conversa: neque una eademque natura, composita ex divina sua natura, et humana quam assumpserat.

CAP. XXXIII.

Ejusdem, De modo ἀντιδόσεως, *seu mutuæ proprietatum retributionis.*

Voces hæ divinitatis et humanitatis, essentiam sive naturam significant. Illæ vero, Deus et homo, modo essentiam indicant, ut cum dicimus: Deus essentia est quæ comprehendi non potest, item: Deus est unus: modo personas declarant, de quibus ita dicitur ut species de suis individuis, ut *in eo* Scripturæ loco: *Propterea unxit te Deus, Deus tuus* [73*]; ecce enim hic Patrem et Filium significavit. Et cum legis in alio loco: *Homo quidam erat in regione Ausitide* [73]; Jobus enim solus indicatur. Quoniam igitur in Domino nostro Jesu Christo duas naturas agnoscimus, et unam tantum personam quæ ex utraque constat natura, proinde cum naturas contemplamur, divinitatem et humanitatem dicimus. Quando autem ex natura constantem personam, si ex utraque natura constare consideretur, eam tum Christum, tum Deum et hominem *simul,* tum Deum incarnatum vocamus: sin ex una, tum Deum duntaxat et Filium Dei, tum hominem solum appellamus. Et aliquando quidem ex *sublimioribus* rationibus, aliquando autem ex humilioribus consideratur: unus enim est, sive hoc, sive illo modo exsistat. Jam cum divinitatem dicimus, eam humanitatis proprietatibus non denominamus: neque enim dicimus divinitatem pati, aut creatam esse. Nec rursum de carne, aut humanitate divinitatis proprietates enuntiamus. Quandoquidem nec carnem nec humanitatem increatam appellamus. At personæ, sive ex una, sive ex utraque parte nominemus, utriusque naturæ proprietates attribuimus. Etenim Christus, quemadmodum utrumque *est,* sic etiam dicitur, tum Deus et homo, tum creatus et increatus, tum pati et non pati: quin etiam cum ex una tantum parte, vel Deus aut Filius Dei nominatur, conjunctæ sibi naturæ seu carnis suscipit proprietates. Idemque Deus passus, et Dominus gloriæ affixus cruci, non quatenus Deus, sed quatenus homo dicitur: vel homo, aut Filius hominis vocatur, essentiæ divinæ proprietates et dignitates admittit, vocaturque puerulus ante sæcula, et homo sine principio: non quatenus est puerulus aut homo, sed quatenus Deus exsistens

[73] Luc. I, 28 seqq. [73*] Psal. XLIV, 8. [73] Job. I, 1.

(35) Tom. XCIV, 983.

ante sæcula, in novissimis natus est sæculis. Atque hæc quidem est ratio mutuæ alternæque attributionis utriusque naturæ quæ suas utraque proprietates alteri vicissim præbet, propterea quod unam et eamdem personam constituunt, seque mutuo comprehendunt. Ex quo fit, ut de Christo possimus dicere : Hic Deus noster, in terra visus est, et cum hominibus versatus. Item : Hic homo nec creatus est, nec patitur, nec ullo termino circumscribitur.

CAP. XXXIV.

Ejusdem. Totam divinam naturam in una suarum personarum toti humanæ naturæ conjunctam esse, non autem partem parti : [*quæ quidem oratio necessaria est etiam adversus illos, qui in sancta et ejusdem essentiæ Trinitate tres asserunt esse singulares essentias.*]

Quæ commune et universum, ac veluti totum quiddam constituunt, ea de subjectis sibi partibus dicuntur. Itaque cum essentia commune et universum quiddam sit, ac totius rationem obtineat persona autem pars, (pars, inquam, non quod naturæ partem habeat, partem non habeat, sed numero pars, ut individuum ; numero enim, non natura differunt personæ) essentia dicitur de persona. Quoniam in unaquaque ejusdem speciei personarum est essentia perfecta.

Quamobrem personæ essentia non differunt inter se, sed accidentibus. Accidentia voco characteres ac notas illas proprias, quæ personam, non autem essentiam designant. Sic enim personam definiunt, ut sit essentia cum accidentibus conjuncta. Quare persona habet id, quod est commune cum propria nota copulatum. Essentia vero non per se subsistit, sed in personis consideratur. Itaque cum una patitur personarum, omnis essentia, per quam est persona, in una suarum personarum dicitur passa. Nec tamen sequitur necessario, ut omnes ejusdem speciei personæ simul cum illa quæ passa est, ipsæ quoque passæ dicantur. Sic ergo confitemur totam divinitatis naturam in singulis personis suis esse perfectam, totam in Patre, totam in Filio, totam in Spiritu sancto. Quocirca et perfectus Deus est Pater, et perfectus Deus est Filius, et perfectus Deus est Spiritus sanctus. Si item in humanitate assumpta ab uno sanctæ Trinitatis Deo Verbo totam et perfectam divinitatis naturam, in una suarum personarum toti humanæ naturæ, non autem partem parti fuisse conjunctam dicimus. Nam ut beatus inquit Apostolus, *in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter* [74], id est, *in carne ejus*. Et Pauli discipulus in rebus divinis explicandis excellentissimus Dionysius: Se totam, inquit, in una suarum personarum communicavit. Nec tamen cogemur dicere omnes, seu tres sanctæ divinitatis personas omnibus humanitatis personis secundum personas esse conjunctas. Nulla enim alia, nisi approbationis et voluntatis ratione Pater et Spiritus sanctus, assumptæ a Deo Verbo humanitati communicarunt. Totam vero divinitatis essentiam toti humanæ naturæ conjunctam asserimus. Quia nihil eorum, quæ naturæ nostræ Deus Verbum inseruit, cum initio nos procrearet, dimisit, sed omnia suscepit, nempe corpus, animam mente rationeque præditam, et eorum proprietates (animal enim quod harum aliqua parte caret, non est homo). Totum enim totus assumpsit, et totus toti conjunctus est, ut toti salutem largiretur. Quod enim non esset assumptum, foret incurabile. Conjunctum igitur est carni Verbum Dei, et Deus per mentem inter Dei puritatem et carnis crassitudinem intercedentem. Nam animæ quidem carnisque princeps est mens, utpote purissima ipsius animæ pars, Deus autem ipsius mentis, quæ cum cedit præstantiori, principatum ostendit suum. Sic autem cum præstantiori conjungitur, atque illi obsequitur, ut faciat quæcumque voluntas divina præscribit. Mens est divinitatis sibi per personam conjunctæ locus, quemadmodum et caro, non autem simul inhabitat, ut opinionis errore decipiuntur hæretici, qui : Quomodo, inquiunt, quod unum tantum modium capit, duos modos continebit (36) ? Errant imperiti, quia ratione corporea dijudicant ea, quæ a materia sunt remotissima. Quomodo enim Christus dicetur perfectus Deus, et perfectus homo, et ejusdem cum Patre et nobiscum essentiæ, si partem divinæ naturæ cum parte naturæ humanæ in seipso conjungat ? Porro dicimus naturam nostram a mortuis surrexisse, et in cœlum ascendisse, et sedisse ad dextram Patris, non quod omnes omnium hominum personæ surrexerint, et ad dextram Patris consederint, sed quo omnis natura nostra hæc in Christi persona sit consecuta : *Nos*, inquit beatus Apostolus, *consurgere et considere fecit in Christo* [75]. Præterea dicimus conjunctionem hanc ex communibus essentiis confectam. Nam omnis essentia, ut commune atque universum quiddam, omnes sibi subjectas personas complectitur. Nec licet naturam sive essentiam ullam singularem privatamque reperire ; sic enim esset necessarium, personas ipsas essentiæ et ejusdem esse et diversæ, et sanctam Trinitatem ejusdem esse, diversæque essentiæ, quantum pertinet ad divinitatem. Eadem igitur natura singulis personis consideratur. Et quando dicimus, Verbi naturam carnem assumpsisse divinitatem, ex beatorum Athanasii Cyrillique sententia, carni esse conjunctam affirmamus. Quamobrem non possumus dicere, Verbi naturam esse passam, neque enim divinitas in ipso passa est. Dicentes autem naturam humanam fuisse passam in Christo, non omnes hominum personas signifi-

[74] Col. II, 9. [75] Col. III 1.

(36) Hoc Philonius dicebat, ut Scotariotes hic adnotat.

camus, sed in natura humana Christum esse passum confitemur. Quare cum Verbi naturam dicimus, ipsum Verbum indicamus. Verbum autem et essentiæ communitatem obtinet, et personæ proprietatem.

CAP. XXXV.

Ejusdem. De una Dei Verbi composita persona. Cap. 7.

Eumdem igitur etiam post humanam carnem assumptam unum Filium Dei et Filium hominis, unum Christum, unum Dominum, unigenitum Filium, et Verbum Dei Jesum Dominum nostrum confitemur. Duos ipsius ortus venerantes, unum quidem ex Patre ante sæcula, omni causa et ratione tum temporis tum naturæ superiorem : alterum autem novissimis temporibus propter nos, et ex nobis, et supra nos : propter nos, quia propter salutem nostram : ex nobis, quia ex muliere natus est homo legitimo partus tempore : supra nos, quia sine semine ex Spiritu sancto, et sancta Virgine, supra pariendi legem. Nec Deum solum ipsum prædicamus a nostra sejunctum humanitate, nec solum hominem remotum a divinitate, nec alium atque alium, sed unum et eumdem, simul Deum atque hominem : Deum perfectum, et perfectum nominem, totum Deum et totum hominem, eumdem totum Deum etiam cum carne sua et totum hominem etiam cum summa divinate : ut dicentes perfectum Deum et perfectum hominem, absolutam et nulla re deficientem naturarum plenitudinem ostendamus, dicentes autem totum Deum et totum hominem, unicam et singularem personam declaremus. Unam item Dei Verbi naturam carnem assumpsisse confitemur, id est, carnis essentiam, ut beatus Cyrillus intelligit. Carnem igitur Verbum assumpsit, nec tamen a natura sua recessit materiæ experte, et cum totam carnem assumpserit, totum tamen nullo termino circumscribitur. Corpore minuitur, atque contrahitur, at divinitate non circumscribitur, cum ejus caro super divinitate, quæ circumscribi non potest, non extendatur. Totus ergo perfectus est Deus, non totum autem Deus, neque enim solum Deus, sed etiam homo. Et totus perfectus, non autem totum homo, neque enim solum homo, sed etiam Deus, ut totum quidem naturam constituat, totus autem personam, itemque naturæ sit aliud, alius autem personæ In omnibus erat, et super omnia, etiam in utero divinæ Genitricis : in hoc tamen ea potissimum actione, qua carnem induebat.

Illud sciendum est, quamvis dicamus Domini naturas inter se mutuo commeare, id tamen a natura divina proficisci. Ipsa enim, ut vult, per omnia commeat, transit, ac penetrat, per ipsam vero nihil. Atque ipsa quidem dignitates suas carni sic elargitur, ut nihil patiatur, et carnis affectionum expers maneat. Nam si nobis sol actiones impertit suas, et a nostris nihil accipit, quanto magis id solis auctor et Dominus ipse præstabit ?

CAP. XXXVI.

Ejusdem. De natura in specie et individuo considerata, necnon de conjunctionis et incarnationis differentia.

Natura vel cogitatione sola nuda consideratur, per se enim non subsistit : vel communiter in omnibus ejusdem speciei personis, eas ipsa conjungens Et dicitur in specie aut communiter considerata natura eadem, quæ assumptis accidentibus in una persona. Et dicitur in inviduo considerata persona eadem esse, quæ in specie consideratur Deus igitur Verbum carnem assumens, neque nuda et sola cogitatione comprehensa naturam accepit (neque enim id esset carnem assumere, sed decipere, et carnis assumptionem contingere) neque naturam illam, quæ in specie consideratur : deque enim personas omnes accepit, sed naturam in individuo, quæ eadem est cum illa, quæ est in specie (primitias enim accepit nostræ massæ) non per se subsistentem, et quæ prius individuum, ut sic ab ipso assumeretur, sed quæ in sua ipsius exsisteret persona. Nam ipsa Dei Verbi hypostasis, sive persona, carnis hypostasis sive *persona exstitit*. Atque ita Verbum caro factum est, sine incitatione tamen, et caro Verbum, sine commutatione. Et Deus homo, et homo Deus, ob hanc personalem conjunctionem. Quapropter idem est dicere, naturam Verbi, et naturam in individuo. Neque *enim* id individuum, seu personam proprie et singulariter declarat, neque personarum communitatem, sed communem naturam, quæ in una personarum consideratur et expenditur. Aliud igitur est conjunctio, aliud carnis assumptio. Conjunctio enim solam indicat copulationem, cum quo autem fiat ipsa copulatio non declarat ; ad carnis, seu (quod idem est) humanitatis assumptio cum carne, sive cum homine conjunctionem demonstrat, quemadmodum et ignitio (ut ita dicam) ferri cum igne conjunctionem ostendit.

CAP. XXXVII.

Ejusdem. De naturalibus, et nulli crimini obnoxiis affectionibus. Verbum, dempto peccato, totum hominem, et cuncta quæ sunt hominis, assumpsit.

Adhæc confitemur, eum omnes naturales et culpa carentes affectiones hominis suscepisse. Totum enim hominem, et quæ sunt hominis assumpsit omnia præter peccatum. Hoc enim neque naturale est, neque a nobis insitum a Creatore, sed diaboli satu in libero nostro proposito nobis volentibus, non autem invitis coaluit, et propagatum est, dominioque politum. At naturales et vitio culpaque vacantes affectiones sunt illæ, quæ in potestate nostra non sunt, quæ nimirum ex admissi peccati damnatione, et noxa in vitam humanam irruerunt : ut fames, sitis, lassitudo, dolor, lacrymæ, interitus, mortis deprecatio, timor,

angor, ex quo sudores, sanguinis guttæ, angelorum propter naturæ imbecillitatem subsidium, et consolatio. Hæc et alia id genus, quæ omnibus insunt hominibus naturaliter, omnia suscepit, ut omnia prorsus sancta redderet.

Naturales autem omnes affectiones et ex natura, et supra naturam erant in Christo. Ex natura enim in eo movebantur, cum permittebat carni, ut quæ propria illius sunt, pateretur, atque sentiret. Supra naturam vero, quoniam naturales in Domino motus et affectiones ejus voluntati non imperabant : nihil enim in eo coactum, invitum, et necessarium consideratur, sed omnia voluntaria ; volens enim esurit, volens sitivit, volens timuit, volens mortuus est.

CAP. XXXVIII.

Item alia de divina incarnatione. Aliorum Patrum demonstrationes syllogisticæ, ex communibus notionibus.

1. Si ignis in suo loco manens cum ferro conjungitur, multo magis ille qui est omnipotens, immobilis manens assumptæ carni conjunctus est, ut qui totus erat in Patre, totus in illa esset assumptione. Quæ quidem ratio si naturæ vim superat, nil mirum est, quando Filius, et Verbum ipsa est natura præstantius.

2. Si mens animæ corpus incolenti conjuncta quolibet progreditur, ipsam animam non derelinquens, et impenetrabilis (ut ita dicam) per omnia commeat, et penetrat, supervacaneum est dubitare, quomodo Filius et Deus nec Patrem relinquens, nec cœlum deferens in terram descenderit, et cum nequeat comprehendi, sit ab anima et corpore comprehensus. Nam si res procreata hanc obtinet potestatem, qualis erit Procreator ipse, admirabilis hujus, quæ verbis explicari non potest, elargitor ?

3. Totum Verbum, qui Deus est, carnem assumpsit, et totum nequit comprehendi. Quamobrem et totum erat in sinu Dei et Patris, et totum simul in utero divinæ Matris, illic ut nullo termino comprehensum, hic autem, ut indutum humana carne.

4. Jam ante mundi constitutionem, ut Deus humanam carnem assumeret, præfinitum erat. Numquam autem ante sanctissimam Mariam, divinæ carnis assumptione dignum repertum est domicilium. Ubi autem repertum est, humanam carnem assumpsit Deus. Qui ideo in desponsa Virgine concipi voluit, ut et matrimonium, cujus initium sponsati sunt, commendaret et ei virginitatem anteponeret.

5. Humanitas, quæ per conjunctionem in una eademque persona assumpta est, ex ipsa conjunctione et communione effecta divina est, statimque ab humanæ naturæ terminis non recedens, excellentes et magnificas divinitatis dotes accepit, ut et vitam tribueret, et esset omnipotens, et omnia cerneret. Dicitur autem serva et ignara, et aliis ejusmodi nominibus appellatur, si quis (ut inquit Gregorius Theologus) sola nuda cogitatione separet id, quod videtur, ab eo quod intelligitur. In hac autem Christus obnoxius fuit naturalibus et culpa vacantibus affectionibus ut nec a propria natura discederet, et se vere carnem humanam assumpsisse confirmaret, et doloribus suis nostros curaret et naturalibus affectionibus, eas quæ sunt præter naturam aboleret ; et denique ut eas vincens ipse tanquam homo nobis simili natura secum conjunctis et cognatis victoriam ipsam largiretur. Peccatum enim non est affectio naturalis, et quæcunque ad peccatum pertinent.

6. Virginis ferrum ignitum et illustre reddens frigiditatis et nigredinis ejus particeps ipse non efficitur, ita divinitas virtutem suam humanitati communicans ejus non accipit imbecillitatem.

7. Puritas quidem cum sordibus nostris versatur, sed ipsæ tamen sordes puritatem non inficiunt ; *Lux* enim, inquit, *in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehendcrunt* [76]. Nam cum tenebræ præsentia radiorum expellantur, sol tamen a tenebris non obscuratur.

8. Unum dicitur in iis quidem, quæ sunt ejusdem essentiæ, cum eadem est natura, et diversæ personæ. Ex quo illud : *Et tria unum sunt*. In iis autem quæ diversæ sunt essentiæ, unum dicitur, cum eadem persona est, et diversæ naturæ, ex quo illud. Et utrumque unum. Unum autem non natura, sed conjunctione duarum naturarum in una persona.

9. Idem dicitur vel essentia seu (quod idem est) natura, ut Petrus et Paulus idem natura sunt, vel genere, ut bos et equus idem sunt genere : vel specie, ut Titus et Timotheus idem sunt specie. nam sub homine sunt ambo ; vel numero, ut quod multa habet nomina, gladius enim, ensis, mucro, idem numero, his enim unum subjicitur : vel analogia, seu convenientia, aut proportione. Quod enim est oculus in corpore, idem est mens in animo ; vel persona ut in Christo, ejus enim diversæ naturæ persona idem sunt, sive unum.

10. Conjunctio est mutuus rerum diversarum concursus, fit autem variis modis, vel mistione, ut in iis, quæ liquida sunt, quale est vinum et aqua, vel acervo, ut in iis quæ sunt arida, ut triticum et hordeum ; vel imbibitione ut in humido et sicco, qualis est terra et aqua ; vel remistione, ut in diversis farinis : vel confusione, ut in iis quæ liquefiunt, qualia sunt aurum, et argentum, et cera, et pix ; vel congruentia, ut in lapidibus ; vel appositione, ut in tabulis ; vel conjunctione, ut in lampade, quæ ex igne proficiscitur, et rursum conjungitur ; vel essentia, ut in individuis, quales sunt Petrus et Paulus, aut aliqui vel equi vel boves,

[76] Joan. I, 5.

aut alia animalia ; vel habitu, ut in amicis et sententiis in unam voluntatem convenientibus ; vel compositione, ut in anima et corpore ; vel persona, id quod de sola divinitate et humanitate in Christo dicitur. Hoc autem conjunctionis genus primus tradidit sanctus Cyrillus, cum repugnaret Nestorio, qui duarum in Christo naturam copulationem habitu fieri docebat. Exsecrandæ enim illius resistens opinioni conjunctionem quæ sit per hypostasin, sive personam, induxit, qua duæ naturæ in una persona, non autem in duabus, ut nugis suis asserebat Nestorius, copulantur. Dicitur autem hæc et οὐσιώδης hoc est essentialis conjunctio, quod vera sit, non autem sola opinione fingatur. Alioqui personalis conjunctio est eorum, quæ diversæ sunt essentiæ, in unam personam concursus, sua cuique vel post conjunctionem servata proprietate. Quæ quidem conjunctio quadrat etiam animæ et corpori in unam coeuntibus personam (37), ut Damascenus edocuit.

11. Homoypostaton, seu ejusdem personæ, id esse dicitur, quod in una eademque persona cum alio, a quo differt essentia, conjungitur : ut in anima quoque fit et corpore. Omnibus quidem rebus immistus est Deus per potentiam, naturam cujusque regentem et conservantem ; Filius autem et Deus cum humanitate assumpta mistus est per personam.

12. Si assumpta humanitas est Verbi propria, quæ humanitatis assumptæ propria sunt, erunt etiam Verbi propria, licet eis seipsum non subjiciat, sed illi communicet quæ sua sunt, quamvis non eo modo, quo ea a se possidentur. Hanc autem mutuæ tributionis rationem vocamus, qua naturæ se vicissim capiunt, et quæ utrique propria sunt sibi mutuo tribuunt. At tametsi vicissim ac mutuos has inter se commeare dicimus, hoc tamen ex divina proprie natura pendet, quæ per omnia transit, et commeat, et penetrat ubi vult ; per illam autem nihil.

13. Hæc mutua tributio tria imprimis significat. Nam vel in nominibus consideratur, ut cum hominem dicimus Deum, et Deum hominem : vel in rebus, et hæc est duplex. Aut enim æqualis est et dissimilis, ut in Deo homine facto, et in homine facto Deo. Licet enim tantum assumptus homo factus sit Deus, quantum Deus hominem assumens factus est homo (per corpus enim et animam et mentem, utrumque factum est), non similiter tamen. Deus enim per naturam factus est homo ; homo autem per gratiam factus est Deus. Aut similis et inæqualis, ut in anima a Deo homini data, ut in carne ab homine Deo et Verbo tributa. Imago enim Dei est, et quoad fieri potest Deo similis anima; æqualis autem nullo modo. Et tunc quidem id dedit, quod præstantius erat, post autem id quod deterius erat, accepit. Verum animadvertendum est, quamvis aliquando dicamus Deum hominem, aliquando hominem Deum, divinitatem tamen hominem, aut humanitatem Deum nos nunquam dicere.

14. Etsi nullum potest exemplum excogitari, quod plane rem propositam exprimat, nos tamen aliquid afferre conabimur, quod quidem si rei magnitudini minus respondebit, apposite tamen utcunque veritatem adumbrabit. Quemadmodum si totus exardescat aer, vel potius sit totus ignis, exiguum autem ferri frustulum in illum conjiciatur, necesse quidem erit illud sic affici, ut nihil aliud qam ignis esse videatur, attamen illi essentiæ ratio permanebit. Eodem modo natura humana divinæ conjuncta, sic ab illa comprehensa est et superat, ut non amplius natura hominis esse videatur. Et hac de causa Patres nostri quod exsuperat et dominatur, id intuentes, illam Deum esse factam dixerunt, ideoque propter unam horum personam, et indissolubilem conjunctionem, unum item his adorationis cultum deberi.

15. Personarum quidem in Christo differentias non admittimus, ne quartam personam in sancta Trinitate confingamus. Naturarum autem differentias agnoscimus, ne carnem ejusdem per naturam essentiæ cum Christo credamus esse *(37)*.

16. Conjunctione duarum naturarum in Christo facta jam non divisio, sed differentia dicenda est. Differentia enim ratio est per quam rerum subjectarum alia differt ab alia. Divisione vero res eædem prorsus et in universum a se disjunguntur.

17. Verbum et Deus aut universum aut singularem assumpsit hominem. Si universum, oculis non cerneretur. Natura enim universa non est conspicua. Præterea multas haberet personas : plures enim genus universum complectitur. Nec ejusdem nobis esset substantiæ, nos enim sumus individua, et multa ejusmodi incommota sequerentur. Sin hominem assumpsit singularem, duas deprehenderetur habere personas. Reliquum igitur est, ut neutrum assumpserit, sed singularis, hoc est individui naturam hominis, cujus ipse persona fuit. Singularis autem hominis natura communis quidem est, sed in individuo. Singularem vero dicimus hominem, ut individuum speciei, non animam solam, aut corpus solum, sed quod ex utroque conficitur.

18. Quæ in natura humana sunt a vitio reprehensioneque aliena, ea Christus partim supra homines accepit, partim ut homines, partim abjectius quam homines. Supra homines fuit, quod sine semine conceptus est, quod ex Virgine natus, et cætera horum similia. Hominum more fuit, quod divinæ Genetricis uterum infantulus tumefecit, quod novem mentium spatio natus est, quod hausit lac, quod ploravit, et id genus alia. Abje-

(37) Damasc. ὁμοϋπόστατον.

(38) Infra contra Joan. Philoponum.

otius et humilius, quam pro hominum consuetudine fuit, quod ejus species in cruce turpis apparuit, et cum ignominia, et deficiens, inquit Isaias, supra filios hominum, quodque prius quam latrones, qui simul in crucem acti erant præ clavorum dolore mortuus est. Adde et illud, si placet, quod humili forma hortulani se post resurrectionem conspiciendum præbuit, et apostolis cicatrices, et loca vulnerum ostendit, quodque cibum cepit. Nam reliqui homines postea quam fuerint in vitam revocati, *fulgebunt ut sol* [77], nec ullus eorum ejusmodi cicatrices in corpore, aut vulnerum loca retinebit, nec comedet.

15. Filius Dei, atque idem Deus, et conceptus et natus esse dicitur, et docuisse, et res admirandas fecisse, et (ut paucis omnia complectar) tum eguisse tum passus esse, et mortuus, et surrexisse. Quoniam assumptæ carnis ipse fuit persona, quæ quidem caro sine semine genita nullam aliam propriam personam habuit. Quocirca cum assumentis et assumptæ humanæ naturæ una sit eademque persona, ipse dicitur et agere et pati ex ejus, quod assumpsit, natura. Et quæ illius propria sunt, sibi asciscit ut propria, quippe qui sit ejus hypostasis, atque persona, ut demonstravimus.

CAP. XXXIX.

Item, De Filii Dei incarnatione. [*Tredecim hæresibus rejectis, Ecclesiæ veram de Christi nominibus et incarnatione opinionem solam amplexandam esse docet.*]

Operæ pretium vero mihi facturus videor, si jam profitear, quid de divina humanæ carnis assumptione sentiam. Hac enim ratione ipsa Dei, qui corpus hoc universitatis moderatur, providentia clarius innotescet.

1. Valentinus itaque in fabulosis illis nugamentis suis alium Unigenitum, aliud Verbum confingebat: atque etiam alium Christum, qui intra pleroma, seu plenitudinem, comprehenderetur; alium item Jesum; alium denique Christum, qui extra pleroma consisteret. Jesum porro hominem factum exteriore illo Christo indutum, corpore ex animæ essentia sibi assumpto, solumque transitum per Virginem habuisse, nec humana ex natura quidquam assumpsisse fabulabatur.

2 Basilides eodem modo, alium quoque Christum, aliud Verbum, aliam denique Sapientiam dicebat.

3. Cerdo, Marcio, et Manes Christum quidem homini similem apparuisse, humani tamen nihil habuisse dicebant.

4. Cerinthus Jesum ex Josepho et Maria secundum communem hominum legem natus esse, Christum autem cœlitus in Jesum descendisse.

5. Ebionæi autem, Theodotiani, Artemoniani, et Photiniani, Christum nudum et simplicem hominem ex sancta Virgine natum dicebant.

6. Arius et Eunomius ab illo solum corpus assumptum fuisse, divinitatem vero animæ partes supplevisse.

7. Apollinarius denique animatam quidem esse Servatoris corpus aiebat, at non anima rationis participe: superflua enim fuisset mens, inquit ille, Verbo præsente.

CAP. XL.

Confutatio præcedentium hæreseon.

Cæterum hæc multarum hæreseon dogmata visum est ascribere, ut Ecclesiæ veritatem hoc pacta patefacerem. Eumdem, qui Unigenitus, et Deus Verbum, et Servator, et Dominus Jesus est, Ecclesia Filium nominat: ita tamen ut Filius Unigenitus, et Deus Verbum, et Dominus, etiam ante carnem assumptam dictus sit, atque etiamnum carne assumpta iisdem nominibus dicatur. Jesus autem Christus tantum post carnem assumptam dici cœperit, hujusmodi nomina rebus ab ipsis adeptus. Jesus enim tanquam Servator nominatur, et exponitur: cujus interpretationis Gabriel ipse testis est, cum Virginem his verbis alloquitur: *Vocabis nomen ejus Jesum, quoniam ipse servabit populum suum a peccatis eorum* [78]. Christi autem cognomen accepit, ab unctione Spiritus: hymnificus enim Davides ait: *Propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis* [79]. Ipse quoque Dominus per Prophetam inquit: *Spiritus Domini super me, quapropter unxit me* [80]. Ita autem de prophetia illa sentiendum esse Dominus ipse nos docuit. Ingressus enim synagogam, libro quo prophetiæ continebantur præ manibus sumpto, prædictum quidem locum legit: at præsentibus: *Hodie*, inquit, *impleta est scriptura hæc in oculis vestris* [81]. Prophetis ea quoque consentanea fuerunt, quæ magnus ille Petrus prædicavit. Cum enim iis qui apud Cornelium congregati erant mysterium aperuisset, ita subjunxit: *Vas scitis verbum quod factum est per universum Judæam, incipiens a Galilæa post baptismum, quem prædicavit Joannes, Jesum Nazarenum, quomodo unxit eum Deus Spiritu sancto et virtute* [82]. Ex iis quæ supra dicta sunt perspicuum est Christum id nominis idcirco sortitum, quia unctus a Spiritu fuerat. Unctus autem est, non ut Deus, sed ut homo. Quamvis autem ratione carnis assumptæ unctus, et post assumptam carnem Christus nominatus sit, alius tamen non fuit Deus Verbum, aliusque Christus: Deus enim Verbum assumpta carne nomen Jesu Christi adeptus est.

Carnem porro assumpsit ut naturam peccato corruptam restitueret. Propterea universam eam, quæ peccaverat, assumpsit, ut universam sanaret. Nec enim ut divinitatem obtegeret, naturam corpoream assumpsit, ut Arius et Eunomius insani deliramentis suis asseruerunt. Facile namque vel sine corpore, videndum se præbere poterat, quem-

[77] Matth. XIII, 43. [78] Matth. I, 21. [79] Psal. XLIV, 8. [80] Psal. LXI, 1. [81] Luc. IV, 21. [82] Act. III, 7.

admodum olim Abrahamo, Jacobo, aliisque sanctis apparuit : sed voluit, ut ipsa quæ jam olim succubuerat, natura hostem debellaret, ejusque victrix evaderet. Idcirco etiam corpus et animam rationis participem assumpsit. Nec enim triplicem hominem divina Scriptura facit, sed illum ex corpore et anima constare testatur. Cum enim Deus corpus e limo finxisset, animam ei insufflavit, duasque naturas, non tres, exhibuit. Quin ipse quoque Dominus in Evangeliis ait : *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere* [83] : multa item id genus alia in divina Scriptura invenire est.

Quod autem perfectam hominis naturam assumpserit, non ut divinitatis suæ pallium obduceret, ut hæretici fabulantur, sed ut his primitiis omni humano generi victoriam compararet, testis verus et diligens doctor est beatus Apostolus. Nam in Epistola ad Romanos dispensationis revelans mysterium sic ait : *Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt* [84]. Quibus verbis demonstrata peccati origine, fructuque qui inde suppullulavit, nec non eo, qui ab initio illi obnoxius factus est, ejusdem quoque finem demonstrat. Usque ad legem enim peccatum erat in mundo : *Peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset. Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen : etiam in eos, qui non peccaverunt, in similitudinem prævaricationis Adæ, qui est forma futuri* [85]. Moysis autem nomine legem intelligit : cujus politia, seu reipublicæ administratio, usque ad Servatoris adventum invaluit. Cum autem peccassent et ii, qui ex legis illius præscripto vivebant, et ii, qui naturæ legem sequebantur, merito imperium mors in illos exercuit, ejus potentiam confirmante peccato. *Stipendia enim peccati, mors* [86] erat. Itaque postea quam docuit undenam peccatum cœperit, et quousque mors regnaverit, docet etiam quonam modo ejus imperium dissolutum fuerit : atque immensam Dei humanitatem laudat his verbis, *Sed non sicut delictum, ita et donum. Si enim unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei et donum in gratia unius hominis Jesu Christi in plures abundavit* [87].

Ambitio humanitatis, inquit, jus et æquum transgreditur. Juris enim præscripto, propter unius delictum, universa ejus prosapia morti addicebatur. Divina vero misericordia, cum omnes homines sub exsecratione essent, et peccati cassibus implicarentur, propter unius justitiam, cunctis salutem elargita est. Hominem autem Servatorem appellavit, non ut ejus divinitatem inficietur, (ipsum enim Deum esse novit, ejusdem cum Deo genitore honoris :) sed ut simile a simili sanatum fuisse, ab ipsisque primitiis sanctificationem toti accessisse doceat. Cum enim humanitatis ratione legi obnoxius esset, legem adimplevit, legisque transgressores ab exsecratione liberavit. Tum deinde eamdem orationem aliis verbis iterat : *Et non sicut per unum peccatum, ita et donum. Nam judicium ex uno, in condemnationem : gratia autem ex multis delictis, in justificationem* [88].

Quo tempore, inquit, unus peccavit, universi condemnati sunt : nunc autem cum peccaverint omnes, universis, dummodo velint, salus per fidem proposita est. Quibus verbis posteaquam ostendit unius justitiam communis peccati amuletum fuisse, subjicit per eumdem mortis quoque mansionem intercidisse, finemque suum accepisse. *Si enim unius delicto mors regnavit per unum, multo magis abundantiam gratiæ, et donationis, et justitiæ, accipientes, in vita regnabunt per unum Jesum Christum* [89]. Peccatum, inquit, mortem conciliat, in vitam vero regni cum unius justitia servamur : non lege, sed misericordia divinam salutem consequentes. Juris enim lex omnes supplicio reos addixerat : omnes enim peccati operarii eramus. Nam si ob unius peccatum prosapia condemnata est, æquius utique prorsus erat, ut qui peccato serviebant, supplicio addicerentur. Sed divina misericordia juris fines transgressa est, atque humanitas æqualitatem superavit : ita ut lege ab uno completa omnes in eum credentes salute fruerentur. Quibus verbis posteaquam immensam humanitatem ostendit, denuo ad verbi divini explicationem transit. *Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem : sic et per unius justitiam in omnes homines in justificationem vitæ* [90]. Hinc a rebus ad personas transiens, *Sicut enim*, inquit, *per inobedientiam unius hominis, peccatores constituti sunt multi, ita et per unius obeditionem, justi constituentur multi* [91]. Pernecessarium porro erat, ut in utroque dictione *Multi* uteretur. Cum enim peccasset Adamus, quamplurimique leges divinas transgressi essent, nonnulli intra naturæ fines perseverarunt : et studiosi virtutis fuerunt, ut Abelus, Enochus, Noæus, patriarchæ, prophetæ, cæterique permulti, non tantum apud Judæos, sed etiam apud alias gentes : de quibus ita beatus Apostolus ait : *Cum enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, ejusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex* [92]. Ab adventu autem Servatoris non omnes salutem consequuntur, sed ii qui credunt, et ex divinarum ejus legum præscripto vitam suam instituunt. Qua etiam de causa in imagine et in archetypo dictione *Multi* usus est.

CAP. XLI.

Cur Christus homo factus. Resurrectio. Judicium. Varii beatorum et damnatorum ordines.

Sed videamus, cujusnam rei ergo Unigenitus Dei Filius carnem assumpserit : humanaque natura se-

[83] Matth. x, 28. [84] Rom. v. 12. [85] Rom. XIII, 14. [86] Rom. VI, 23. [87] Rom. v, 15. [88] Ibid. 16. [89] Ibid. 17. [90] Ibid. 18. [91] Ibid. 19. [92] Rom. II, 14.

mel assumpta, homo fuerit, et audiverit. Eamdem nobis Apostolus doctrinam in ea quoque proposuit Epistola, quam ad Corinthios scripsit, ubi sic ait : *Nunc autem Christus resurrexit a mortuis, primitiæ dormientium : quoniam quidem per hominem mors et per hominem resurrectio mortuorum.* Tum deinde a natura ad personas transit, his verbis : *Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur* ; communis enim resurrectio est : post resurrectionem autem, judicium erit, quod quidem significavit iis quæ subjunxit : *Unusquisque autem in suo ordine* [94]. Multi sunt enim, et eorum qui puniuntur et eorum qui servantur, ordines ; siquidem pro justitiæ qualitate et quantitate, donorum retributiones fient, eodemque modo, pro peccatorum differentia, pœnæ quoque et supplicia irrogabuntur.

[93] I Cor. xv, 20 seqq.

NICETÆ CHONIATÆ
THESAURI ORTHODOXÆ FIDEI
LIBER QUARTUS.

ADVERSUS ANTEARIANAS HÆRESES QUADRAGINTA QUATUOR.

Unicuique capiti seu hæresi sua annexa est confutatio.

PRÆFATIO.

De Christi et Satanæ ministris.

Cum sapientissimus universorum Deus humanam propter nos massam subiisset, ita demum, quemadmodum jam diximus, Trinitatis lumen, primo quidem paucorum piscatorum, deinde vero doctorum pietatis opera et ministerio, per universum terrarum orbem propagavit, et erroris illius, qui deorum examen myrmeciamque invexerat, sentes radicitus exstirpavit.

Quod cum ille communis hominum adversarius æquo animo ferre non posset, ut qui sibi subditos a se abduci cerneret, hominum sua ipsius nequitia dignorum ministerio, fidei orthodoxæ insidiatus ess, nihil prius ant antiquius habens, quam ut homines in exitium pertraheret. Ex quo evenit, ut cum vix adhuc apostolorum confirmata prædicatio esset, verum primorum etiamnum fundamentorum firmitatem experiretur, ille confestin semina impietatis ei permiscere, eaque superseminare cœperit.

CAP. I.

Prima hæresis, Simonis Magi et Basilidis.

Hujus adeo vaframenti Simon primus administer fuisse fertur, qui Gitthis ortus (is Samariæ vicus est) cum præstigias omne genus ad unguem teneret, multos miraculorum editione suam in sententiam pelliciebat. Atque si quando cum Judæis versaretur, se Dei Filium : si cum Samaritanis, Deum Patrem ; si cum reliquis nationibus, Spiritum sanctum esse profitebatur. Ut generaliori verbo communique doctrina concludam, seipsum infinitam Dei potentiam nominabat. Principatum et potestatum nomina, cœlosque confingebat ; et unicuique cœlo potestates aliquot barbaris nominibus dictas ascribebat. Insuper meretrici cuidam Tyriæ genere, Helenæque nomine, quam secum circumductabat, primæ notionis appellationem indiderat, et quemadmodum se Deum Patrem, ita et illam aliorum (39) esse matrem : per eamque se angelos et archangelos fecisse, imo ipsum ab angelis mundum conditum fuisse asserebat. His addebat, quemadmodum Helenæ invidentes angeli, eam penes se detinuerant, ut qui ejus opera seu creaturæ dici nollent. Unde factum esset, ut eam in plurimarum feminarum corpora detrusissent, novissimeque adeo in Helenam Tyndari, quæ Trojano bello causam dedisset. In hujus Helenæ gratiam cœlo se descendisse subjungebat, ut eam a vinculis, quibus detinebatur, adsereret : hominibusque in seipsum credentibus salutis auctor esset. Idem mysteria quoque fœditate omne genus refertissima, quæque idcirco linguis humanis exprimi nequeant, in ipsum credentibus, viri quidem per genitatis seminis defluvium, feminis autem per menstruos defluxus suggerebat, atque hujusmodi μυσταγωγίαν, seu initiationem, impurissimam, γνώσεως, hoc est scientiæ cognitionis nomine homo impurissimus insigniebat. Unde Gnosticorum etiam hæreticorum hæresis suppullulavit. Insuper actionem quoque quamlibet, vel fœdissimam, citra ullum discrimen obeundam esse docebat. Hujus hæresibus Menander Samaritanus imbutus, nec

(39) Irenæus *omnium*, ut ὅλον pro ἄλλων legas.

eorum quidquam, quæ didicerat, immutans, Simone etiam ipso majorem se profitebatur.

In hujus autem errores Basilides et Saturninus juraverant, quibus etiam Simonis decreta summopere placebant. Cæterum Basilides quasdam etiam appendices magistri sui fabulamentis interserens ingenitum esse dicebat, eo nomine solum Patrem omnium intelligens : ex eo intellectum, ex intellectu sermonem, ex sermone prudentiam, ex prudentia virtutem et sapientiam, ex sapientia et virtute principatus, potestates, et angelos, ex angelis denique intellectum primum et summum processisse fabulatur : a quibus angeli facti secundum cœlum construxissent, et alios insuper angelos, qui alios itidem angelos, alludque cœlum fabricassent, eoque rem deduxissent, ut trecenti sexaginta quinque cœli pro dierum anni numero reperirentur. His addebat, mundum ab iis angelis constructum esse, qui cœlum infimum, quod aspectabile nobis est, incolerent, terræque adeo principatum inter se divisissent : eum denique angelum, cui sortito provincia Judæorum obtigisset, angelorum principem fuisse, cui quidem cæteras nationes Judæis subjicere volenti, angeli restitissent. Quibus perspectis Ingenitus Intellectum primogenitum suum amisisset, Christumque nominasset, ut credentes omnes salvos faceret. Porro Christum passum non esse,sed Simonem Cyrenensem.Christum enim eminus extraque teli jactum, stetisse, atque Judæorum dementiam irrisisse, tandemque velut postliminio ad Ingenitum rediisse a quo missus fuerat. Credendum porro dicebat, non in crucifixum, sed in eum qui crucifixus videbatur. Basilides insuper, ut Simon, et quoquot ejusdem deliramenta verborumque portenta tuebantur, carnis resurrectionem negabat, ab eoque angelo, qui Judæis præesset, mundum factum fuisse dicebat. Quemlibet etiam hortabatur, ut pro libidine idolothytis, hoc est, iis quæ idolis essent immolata vesceretur, illicitisque adeo actionibus citra delectum vacabat. Idem præterea incantationum, præstigiarumque inventor fuisse perhibetur:quas dementibus postea, et vesanis, quasi per manus tradiderit.

HÆRESEOS PRÆCEDENTIS CONFUTATIO PER EUNDEM NICETAM CHONIATAM.

Qui ab hac hæresi se ad Ecclesiam catholicam recipiunt, baptizantur.

Ex Simonis traditionibus nulla est, quæ confucatore indigeat. Omnes enim esse satis superque subvertunt,in quibus nulla sit omnino consequentia, nihilque adeo, quod sanis auribus arrideat.

Siquidem ille, dum sibi alias Patris, alias Spiritus sancti, alias denique Potentiæ divinæ nomen imponit, eo ipso satis ea nihil prorsus esse coarguit. quæ sibi tantopere dissentanea vindicabat. Imo vero, dum cœlorum quoque multitudinem introducit de quibus Græcorum philosophi nihil omnino tractassent, qui tamen intactum nihil reliquerunt, neque vetus illa, et ab ipso Deo data Scriptura, mentionem ullam fecisset, illa insuper, quæ sunt in rerum natura,ab angelis creata nugabatur, (qui tamen nihil aliud sunt, quam virtutes ministerio deputatæ, quas Deus produxit, et quæ ad ejus ministerium semper apparatæ sunt) interim Dei Patris universorum, sanctique Spiritus,necnon immensæ Dei Potentiæ sibi nomen affigens. Quodque nulla non blasphemia, nulla non impietate scatet, ab Helena quoque nescio qua meretrice Tyria, cujus illegitimo contubernio utebatur, angelos creatos esse affirmabat.

Pluribus itaque verbis,ad hujusmodi nugamenta Simonis explananda, quid opus ? quæ quam vana sint, et absurda, ejusmodique adeo, ut vel suo se gladio jugulent, satis superque Simon ipse ex iis confirmavit, quæ ab apostolis et audivit, et passus est. Cum enim Philippus in Samariam se contulisset, ille quidem ex septem diaconis unus, iisque adeo qui ibidem in nomine Domini nostri Jesu Christi baptizati fuerant. Simon et ipse lustrales ad aquas accessit, cœpitque familiarius cum Philippo versari, magna, ut præ se ferebat, animi constantia cum illo perseverans. Qui cum *mira* illa, quæ a Philippo fiebant, coram *cerneret, admiratione* rapiebatur. Cum vero tandem in Samariam,promulgata jam Philippi prædicatione,Petrus et Joannes apostoli venissent, et credentibus in Christum sancti Spiritus communicationem *aporecati* fuissent, illumque adeo per manuum *impositionem* recepissent. Hæc ipsa coram Simon intuitus, pecunias apostolis obtulit dicens : Date et *mihi hanc potestatem, ut cuicunque imposuero manus, accipiat Spiritum sanctum. Petrus autem dixit ad eum : Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri. Non est tibi pars, neque sors in sermone hoc. Cor enim tuum non est rectum coram Deo.* [*Roga ergo Deum, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui.*] *In felle enim amaritudinis, et obligatione iniquitatis, vidimus te esse* [93_94].

Proinde hujusmodi repulsam miserrimus ille passus,et ad proprium vomitum reversus,Samaria excessit, et ad ea se oppida civitatesque *contulit*, quibus nondum Evangelii lumen illuxerat, jamque adversus Verbi divini præcones imprimis autem Petrum,crucem se Satanamque præstare cœpit. Siquidem cum nihil prius antiquius haberet quam ut Petro per omnia refragaretur,ad eum,*cum* pietatem in confertissima populi concione *docere*t, canem misit,qui hæc humanis verbis proloqueretur: Finem tuis, Petre, quibus populum circumvenis, imposturis imponito. Mox vicissim canis idem ad Simonem a Petro relegatus, eadem illi renuntiavit. Tandem cum multo ex illis, quos Petrus concionibus suis instruxerat, ad privatum dogma suum

[93_94] Act. VIII, 19 seqq.

Simon pellexisset, jam de fidei suæ traditione et expositione cogitabat. At ne sic quidem Petrus animum despondit : imo vero in Simonis ipsius caput fraudulentæ artes omnes reciderunt.

Tandem vero, cum Romam, omnium civitatum decus, appulissent, ibi controversis dogmatibus concertarunt. Jam autem apud Romanos Simon tantam nominis celebritatem consecutus erat, ut ærea statua donatus esset a Claudio Cæsare. Cujus ea fuisse fertur inscriptio : Simoni Deo sancto. Cum itaque Simon Petro refragaretur, atque partim Spiritus sancti verbis, partim miraculis, præstigiæ illius et imposturæ patuissent, ille gravi se affici ratus ignominia, in cœlos ad proprium Patrem ascensurum se, pœnasque de incredulis inde repetiturum, comminatus est. Et cum dicto a dæmonibus in cœlos ferebatur, cum Petrus orando Deo intentus, spiritibus, a quibus ille rapiebatur, increpatis, effecit ut in caput ex alto Magus corruerit, pedibusque in aera protensis, miseram animam exhalans, effuso viam cerebro disperserit.

Menandri, Saturnini, et Basilidis hæreseon confutatio.

Jam si primus absurdorum auctor hunc vitæ finem sortitus est, haud dubie Menander, Saturninus, et Basilides, ejusdem exitii cohæredes aliquando, et consortes erunt, qui non modo dogmatum Simonis sectatores exstiterunt, verum illis absurdiora quoque multo altexuerunt, qualia sunt ea, quibus varios angelorum ortus commenti, eo cœlos numero corrotundarunt, ut totidem esse confinxerint, quot in anni curriculo dies deprehenduntur. Quod si Cyrenensis ille Simon, ut illi volunt, passus est, quis alter ille, quæso, fuit qui surrexit a mortuis, vulnera, quæ in cruce acceperat, ostendit apostolis, denique cum corpore in cœlos ascendit ? Porro in Deum ipsum manifeste refractarius est, cum Mosaicam legem ab angelis datam esse asserit. Nec enim angeli dederunt, sed is demum qui Mosi locutus est, et seipsum, Eum qui est, nominavit. Illi enim ex nihilo producti sunt, ut ad Dei obsequium parati spiritus semper essent, prout vel ipse Moses his verbis attestatur.

Constituti sunt termini gentium, secundum numerum angelorum ejus [95] ; et Davides : *Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos, ignem urentem* [96]. At vero, quonam, quæso, pacto sibi temperassent, ne linguam flagitiis hujuscemodi constuprarent, qui portentosas omnegenus, impudicasque libidines, citra delectum, nullaque honesti ratione habita, actionibus suis et mysteriis expresserunt.

CAP. II.

Secunda hæresis Nicolaitarum est qui et baptizantur, et Gnosticorum.

Nicolaus quidam Antiochiæ ad Daphnen ortus advena inter apostolos versabatur, sub quibus cum christianam fidem imbibisset, viduarum curam demandatam cum sex aliis suscepit, quos inter Philippus et Stephanus primas facile tenebant, quorum ille Samariam ad fidem adduxit, et Candacen baptizavit, hic primus omnium pro Christi nomine martyrium passus est.

Nicolaus ergo, cum formosam uxorculam duxisset, primum quidem ab illa se continebat, deinde rursus congrediebantur. Cæterum hic neminem ad vitam æternam perventurum esse dicebat, qui se quotidie vitiis omnegenus non immergeret. Hinc ergo Gnostici, a Simone sati, incrementi susceperunt, quorum quidem alii alia fabulabantur, alii vero feminam quamdam, nomine Prunicum, colebant, eique vim illam adscribere non verebantur, quæ genitali semini insita est : alii denique Caulacam venerabantur. Sunt autem omnia hæc effeminatam mollitiem significantia nomina ab illis excogitata, qui spurcitiam quamlibet laudi et honori ducebant. Quandoquidem προύνιχος coitum significat. Græci enim, si de virginum defloratoribus loquantur, his verbis uti solent, ἐπροσνίκευσεν τήνδε, hoc est, istam vitiavit. Ad Caulacam quod attinet, honeste id quidem sensu ab Hebræis effertur, a Gnosticis vero ad turpitudinem detortum est. Siquidem in duodecima Danielis visione ita scribitur, Saulasan, Saulasan, Caulacan, Caulacan, hoc est, afflictio post afflictionem, spes post spem. Hi porro Gnostici multis designantur nominibus : alii enim Borboriani, διὰ τὸν βορβόρον, hoc est, a luto, denominati sunt ; alii Codiani, κοδὸ enim Syris escarium vas dicitur, eo quod una cibum cum illis sumere, propter insignem illorum spurcitiem, nemo non detrectaret. Alii etiam Borbolitæ, Secundiani, Socratitæ, et Racchæi nominantur. Sunt autem uxores illis communes, quodque nullam non in illis spurcitiem et impuritatem arguit in ipso coitu cavent, ne semen in mulieris vulvam ejaculentur, aut in terram defluat, sed manibus exceptum alias deglutiunt, alias eo servato, sanguinique mulièbrium menstruorum permisto, pro mysteriis utuntur. Quod si per illorum imprudentiam in vulvam deciderit, mulierque prægnans ex eo facta fuerit, fœtum, simul ac editus est, arreptum in mortario contendunt, illique mel, piper et unguenta nescio quæ immiscent, tum cuncti ex eo gustantes digito : Gratias, aiunt, agimus, o Deus, quod a principe concupiscentiæ delusi minime fuerimus, sed lapsum fratris collegerimus. Atque hoc perfectum esse Pascha putant.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Quemadmodum inter duodecim apostolos proditor Judas inventus est, ita et in septem diaconorum numero Nicolaus Antiochenus illi se haud absimilem præbuit, usque adeo rerum omnium nulla est, quam sinceram, et a malo prorsus immunem

[95] Deut. xxxii, 8. [96] Psal. ciii, 4.

dicere queas : sed inter spinas etiam rosa nascitur, et una cum frumento lolium emergit. Cæterum miser ille, imposque mentis cum primum a septenario diaconorum numero digressus, virgineum quoque cœtum corrupisset, eo quod adulteræ scelestæque mulieri sese uxorius addixerat, jam neque septem collegis quidquam impertiebatur, neque viduarum curam amplius gerere volebat, imo vero sæculum quoque illud octavum quod nobis aliquando successurum est, aspernabatur.

Eorum porro, qui Gnostici dicti sunt, actiones et præstigiæ tanta spurcitiarum omnegenus illuvie infames evaserant, ut præ illis ipse turpitudinum magister diabolus honestus videri possit. Proinde ab hujusmodi Camarina movenda supersedens, iisque adeo describendis, quæ modis omnibus detestanda juxta, Deoque ingratissima, designarunt, hæreseos Gnosticæ lectoribus auctor fuerim, ut Ithacum heroa imitati aures suas cera obstruant, non eo quidem, quo Syrenæos modulos prætervehantur, sed ne cum auribus et lingua ipsam quoque γνῶσιν, hoc est, rationem et intelligentiam conspurcent, dum faciles aures iis legendis præbent, quæ sua impietate quamlibet impietatem multis parasangis exsuperant.

CAP. III.

Tertia hæresis, Carpocratenorum : hi baptizantur.

Carpocrates quidam (40), cum ageret in Asia, spurcitias omnegenus ibi docuit, nullumque scelus prætermisit, cujus non certa præcepta traderet, hoc addito, fieri non posse, ut quisquam hinc ad supremum cœlum transcendat, nisi se prius peccatis omnibus immerserit, dæmonumque voluntati obsecutus fuerit. Nuptias porro abrogat, nec mortuorum resurrectionem admittit. Excogitarunt etiam Carpocrateni præstigiaturas et incantationes, quæ dæmoniacis artibus omnibus exsequendis sufficerent. Insuper et sigillum cauterio, vel novacula vel subula cartilagini auris eorum imprimebant, quos deceperant, ut hoc incidio esset, suam ab illis hæresin comprobari. Unde et Marcellina quædam ab illis seducta Romæ sub Aniceto episcopo Romano, matronarum plerasque eamdem in hæresin pellexit. Statuas etiam Christo et Paulo, imo etiam Pythagoræ, cæterisque philosophis erigunt, quas in occultis locis adorant. Insuper Græcorum quoque mysteriis utuntur.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Hic Carpocrates hæreseos asperitate, quæ varias in opiniones dissecta, sincero pietatis dogmati adversabatur, effecit ut ἀκάρπῳ illi, hoc est sterili et infructuosæ ficui, foliisque tantum luxurianti, atque etiam, ut ita dicam, fonti linum ejectanti, simillimus evaserit.

Qui turpitudinis omnimodæ auctor et magister, diabolis etiam virtutem quamdam ascribit, quæ animarum ad cœlos ascensui adversetur, earum imprimis, quæ fœdas in actiones se minime provolverint. Qui tamen tantum abest, ut quod maxime cupiunt, ad optatum finem perducant, ut etiam ingressum in porcos sibi liberum dari a Deo et homine Christo petierint, nec iidem in bubilia, et ovilia Jobi, nec in ipsum denique rabiem suam exercere alia lege permissum est, quam quia ita divinæ decretum providentiæ ferebat. Quinam vero alii ex alto cadere tanquam fulgur, a Christo visi sunt, quam reprobi spiritus, eorum princeps Satanas, tanquam exterior ignis, pervigil vermis, gehennaque nunquam desinens ? Proinde novi nihil in eo designant, quod nuptias improbent, in libidinem interim diffluentes, nihilque non fœditatis aut agentes, aut patientes.

Quod autem Carpocratis sectatores hæreseos, sigilla quædam, annulosve imæ auricularum prominentiæ infigunt, in eo conveniunt, prorsusque se consentaneos protestantur, serpentis ejus argutiis et imposturis, qui in Evæ aurem insusurravit.

Hinc enim perspicuum omnino fit, quam sint divinis præceptis obstreperi et *inobedientes*, quamque alienam ab Ecclesiæ, tanquam Paradisi alterius, septis insistant viam, quam quidem in fraudem nostri generis auctores, dicto serpentis audientes, incurrerunt.

CAP. IV.

Quarta hæresis Valentini est. Ab hac autem resipiscentes baptizantur.

Ægyptius natione Valentinus (41), Antonino primo imperante, cum Græcarum disciplinarum orbem, quem ἐγκυκλοπαιδείαν dicunt, absolvisset, triginta deos, totidemque sæcula et cœlos introduxit, quindecim nimirum masculos, et quindecim feminas, quorum masculi ex adverso feminarum starent. Eorum nomina ille percenset, tametsi a me prætermittuntur. Hunc porro tricenarium deorum numerum spirituale pleroma, hoc est plenitudinem, vocat Bythum vero (quem triginta horum sæculorum propatorem seu avum *dicit)* sæculis omnibus invisibilem et incomprehensibilem asserit. Sophiam autem, seu sapientiam (quam sæculis accenset) ex amore, quo Bythum propatorem prosequebatur, concepisse subjunxit, atque informem substantiam peperisse, quam Hylen, seu materiam, nominat : cujusmodi partu cum indolesceret, ad propatorem se contulisse, et quid passa esset, coram renuntiasse addit : eique supplices Æonas quoque reliquos, seu sæcula presto adfuisse commemorat : cui cum pepercisset Bythus, terminum mox cum Philia, seu amicitia, conjuge constituit, quem quidem terminum cru-

(40) Iren. lib. I, cap. 24.

(42) Iren. lib. I, cap. 1.

cem nominat, aliaque fabulosa nomina confingit. Hinc subjicit, quemadmodum Unigenitus, nimirum Christus, et Spiritus sanctus, consilio Patris ad sæculorum securitatem propositus fuerit. Ait enim a Christo sæcula didicisse, quod Pater incomprehensibilis esset; Spiritum autem sanctum æqualitatem sæculis esse largitum. Cum autem quilibet in medium quæcumque pulcherrima habebat contulisset, propositum idcirco Jesum fuisse, quem Deum quoque Servatorem, Christum, et Verbum nominant, cum quo angeli, tanquam satellites hastati venerint. Qui Valentini hæresin sectantur, mortuorum resurrectionem, et Vetus Testamentum improbant, et quamvis Prophetas legant, ea tamen duntaxat admittunt, quæ possunt absolute ad suam ipsorum hæresin detorqueri.

Aiunt denique Christum a seipso corpus assumpsisse, et per beatam Virginem, non secus atque per canalem, transivisse.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Posteaquam a Patre mendacii doctore fabulosas nugas Valentinus didicisset, sua solius auctoritate principia constituit, deos et sæcula confinxit delirantibusque hominibus tradidit. Nam cum Græci multorum, Hebræi vero unius dominatum probent, et venerentur, nosque adeo ipsi Patrem, Filium, et Spiritum sanctum colamus: hic tricenos deos, tricenos cœlos, tricena sæcula tradit, ipsis certe Græcis in superflua deorum multitudine excogitanda multo ambitiosior. Imprimis autem incomprehensibilem quemdam et invisibilem Bythum sæculorum creatorem commentus, cum nonnulis aliis, quæ tantum abest, ut dignosci queant, cum digna sint, quæ in oblivionis βυθόν, seu profunditatem, demergantur sic tandem in Christi mentionem obiter incidit, eaque de illo narrat, quæ ab orthodoxis improbantur, et eo demum prolabitur, ut resurrectionem neget, nec id sane immerito. Ei enim, qui veritatis adversariis dogmata se propositurum profitebatur, fides alia lege non erat habenba, quam si resurrectionem antiquaret, et ex consequentia judicium quoque rejiceret. Hinc adeo mendacium ille suum ita præstruxit, ut extra omnem reprehensionis aleam positum videretur: nec advertit, (quia nimirum lymphata mente ferebatur,) quod sæculum nulla substantia sit, quæ per se subsistere queat, sed intervallum quoddam temporis index, alias quidem immensi, cum de Deo scilicet ennuntiatur: alias contra, quod cum mundi fabrica: alias denique, quod cum humana vita commensurabile sit. De iis enim divinus ille Davides ita loquitur: *Sæculum nostrum in illuminatione vultus tui* [97]. De mundi porro fabrica sic Dominus inquit: *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi* [98]. De universatis item Deo hæc alio in loco beatus idem Davides: *A sæculo et usque in sæculum tu es* [99], pro eo quod est: Principio et fine cares. Proinde, quia sæculum intervallum quoddam significat, ne quis stulte arbitretur Deum universi ante sæcula non fuisse, alio in Psalmo idem ille Propheta sic ait: *Exaudie Deus, et humiliabit illos, qui est ante sæcula* [1]. Quocirca qui universi, idem sæculorum quoque conditor est, non illorum quidem turpium et copulatim confictorum, sed eorum, quibus intervallum quodlibet significatur. Qua quidem ratione beatus ille Paulus adducitur, ut Patrem et Filium sæculorum creatorem esse dicat: *Locutus est nobis*, inquit, *in Filio quem constituit hæredem universorum, per quem fecit et sæcula* [2]. Verbum porro, *fecit*, sæculorum substantiam non indicat; sed universitatis Deo antiquiorem prorsus esse neminem. Alio item in loco sic habet: *Regi sæculorum immortali, invisibili, soli Deo, honor et gloria, in sæcula sæculorum. Amen* [3]. Non ut sæcula quæpiam ostendat, quæ per se subsistant, suisve nitantur viribus, sed perenne Dei regnum prædicet. Idem Apostolus alibi sic ait: *Sapientiam autem loquimur inter perfectos: sapientiam vero non sæculi hujus, neque principum sæculi hujus qui deseruntur, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinavit Deus ante sæcula* [4].

Jam vero, si carnis assumptæ mysterium sæculis, ut divina testantur oracula, antiquius est, extremam id impietatem arguit, si quis universi Deum sæculis juniorem dicat Isaias quoque propheta sic exclamat: *Deus sempiternus Dominus, qui creavit terminos terræ* [5]. Item: *A sæculo non audivimus, nec oculi nostri viderunt Deum, præter te* [6]. Deus igitur universæ naturæ conditor est ante sæcula, imo extremis etiam temporibus nostræ salutis. Ergo una ex Trinitatis personis, unigenitus nimirum Patris Sermo, cum ex virgineis sanguinibus sibi templum exædificasset, duplicem naturam, non autem hypostasin, habere visus est. Carneque indutus ex semper virginis utero Mariæ processit: non autem per illam, tanquam per canalem transivit, ut impuro huic Valentino visum est, cœleste secum corpus deferens, sed nuda cum deitate illam subiens, proinde ut Paulus ipse quoque docet apertius: *Qui sanctificat, et qui sanctificantur, ex uno omnes: quamobrem non erubescit fratres eos appellare* [7]: quandoquidem in cœlo nihil est humanæ conditionis, nec in vita illa, quæ supra mundanam hanc sublunaremque degitur, ubi vitii morbo locus est. Ubi ergo mali nihil est, nullaque vitæ humanæ conditio visitur, qui fieri, quæso, potuisse credibile est, ut inde sibi corpus humanum Deus asciuerit? quænam etiam naturæ nostræ emen-

[97] Psal. LXXXIX, 8, [98] Matth. XXVIII, 20. [99] Psal. LXXXIX, 9. [1] Psal. LIV, 20. [2] Hebr. I, 2. 1 Tim. I, 17. [4] I Cor. II, 7, 8. [5] Isa. XL, 28. [6] Isa. XLV, 21. [7] Hebr. II, 11.

datio expectanda fuisset, si cum terrestre animal gravi morbo laboraret, aliud a cœlestibus diversumque divinam illam commistionem recepisset? Nam quis ægrotum sanare queat, nisi membro male affecto peraccommoda medela applicetur? Jam si ægrotum in terris agentem virtus divina pertingere non potuisset, homini certe nihil profuisset circa ea occupari, quæ ne tantillum quidem divinæ virtutis impertitura erant. Certerum ii qui naturam nostram conviciorum plaustris, et velut e proscenio, lacerant, nativitatisque rationem calumniantur, hoc Deo indecorum fuisse rati, ut eodem modo quo solemus ipse quoque nasceretur, et in terris versaretur, sciant apud Deum turpe nihil haberi: vitio duntaxat excepto, et si quid ad vitium proxime accedit. Naturæ porro nostræ series ad divini nutus arbitrium legemque temperatur longe aliena a calumnia illa, cui vitium obnoxium esse solet. Alioqui si quid in humanæ naturæ fabrica deprehenderetur, quod præ turpitudine et indecentia satis tutum a calumniæ morsibus non esset, in creatorem certe culpa redundaret.

Proinde cum in nativitate Christi cætera mira fuerint, eaque adeo, quæ Deum haud quaquam dedecerent, (ut carnis absque semine generatio, processus absque corruptione: ut eadem virgo, quæ mater: quod eadem mater, quæ virgo, citra ullam virginitatis in partu jacturam, fuerit: ut Deus carnem humanam in essentia personali, non in persona essentiali assumpserit: ut totus semper in Patre manens, totusque natura Deus existens, homo quoque natura totus exstiterit: ut neque divinam, neque humanam detrectarit naturam, sed eas confuse commistimque conjunctas servaverit), tum vero vel maxime eodem prorsus modo, quo nasci solemus, ille quoque natus est ex Virgine, nec inde quidquam contraxit, quod Dei generationi aut indecorum aut dissentaneum esset. Nam si rubo, sterili plantæ sese applicuit, ejusque adminiculo cum Mose collocutus est, nihil certe Deo indignum fecit, si summa sua bonitate manum suarum figmentum inhabitans, hocce pacto non gentem unam, eamque modicam, ab Ægyptiorum manu liberavit, sed mundum universum ad creatorem Deum converterit, et a dæmonum dominio asseruerit.

Jam divina incarnatione hoc modo demonstrata, age, divinorum oraculorum testimoniis freti, ab incarnato Dei Verbo corpus humanum assumptum fuisse demonstremus. Ac primum quidem corporis incunabula ad divinitatem maxime pertinebant. Deinde butyrum et mel, quod Propheta longe ante prædicit, necnon maternum lac, et quævis alia cibi potusque species, vas, quo exciperentur, in illo fuisse satis arguunt.

Quod si fatuus quis cibum illum objiciat, qui in Abrahæ tabernaculo sumptus est, is vero sciat se a recta ratione longe aberrare. Hujusmodi enim cibaria videbantur alio quodam modo absumi, qui ei, a quo absumpta sunt, incognitus non est. Quod si quis stulte incorpoream naturam hisce usam inferat, illic certe neque famem neque sitim inveniat, hic vero necessitate affectiones et appetitus hujuscemodi concitabantur, non quod divinitas conjuncta corpus tali ab egestate asserere non posset (qui enim paulo post corporibus immortalitatem largitus est, suum ipsius corpus multo facilius ab omni egestate vindicasset), sed hoc illi concessit, ut propriam naturam perspicuam faceret. Proinde quotquot hæreses hoc ab illo assumptum negarunt, manifesti mendacii convincuntur. Quemadmodum enim ille, tametsi corpus a morte immune reddere poterat (nam tertio id a morte die præstitit) passioni tamen et morti objectit, ut incarnationis mysterium adimpleret: ita etiam fami idem, siti labori et somno exposuit, ne ulla mendacii constabiliendi ansa iis superesset, qui id duntaxat approbant, quod sibi videtur. Quare fames et sitis, insuper et labor et somnus Domini corpus humanum esse corpus arguunt: quod quidem confirmaturus *beatus ille* Paulus ita exclamat: *Quia ergo pueri communicaverunt carni et sanguini, et ipse similiter participavit eisdem: ut per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium et liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti* [8]. Quibus certe verbis naturam ab illo assumptam fuisse aperte ostendit, quæ nostræ persimilis esset. Quod si quis hujuscemodi vestimentum non probet, Jacobum patriarcham ita vaticinantem audiat: *Lavabit in vino stolam suam, et in sanguine uvæ pallium suum* [9]. Audiat vero beatissimum quoque Paulum exclamantem: *Habentes itaque, fratres, fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Jesu, quam initiavit nobis viam novam et viventem per velamen, id est, per carnem suam, et sacerdotem magnum super domum Dei, accedamus cum vero corde in plenitudine fidei* [10]. Velaminis enim nomine, quemadmodum stolæ et pallii, patriarcha carnem ipsius appellavit. Sed superfluum videtur si pluribus hoc verbis explicem.

Nam vel ipse Christus seipsum hominis Filium vocat. Apostolis enim sæpius hoc inculcat. Futurum est, ut *Filius hominis tradatur in manus hominum, et interficient eum et tertia die resurget* [11]. Ei autem qui sequi volebat: *Vulpes*, inquit, *foveas habent, et volucres cæli nidos, Filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet* [12]. Et hoc Judæis in os objecit: *Quid me quæritis interficere, hominem qui veritatem locutus sum vobis, quam audivi a Deo* [13]? Beatus Apostolus autem ita clamat: *Unus Deus et mediator Dei et hominum* [14]. Item: *Quia per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum* [15], pro-

[8] Hebr. II, 14. [9] Gen. XLIX, 11. [10] Heb. X, 19 seqq. [11] Matth. XX, 18. [12] Matth. VIII, 20. [13] Joan. V, 20. [14] I Tim. II, 5. [15] I Cor. XV, 21.

pterea etiam semen Abrahæ universorum Deus, in A semine ejus omnes se gentes benedicturum et Isaaco et Jacobo promisit : ut merito beatus idem Apostolus ad Galatas scribens dixerit : *Abrahæ autem dictæ sunt promissiones, et semini ejus* [16] : tum docens quemnam seminis appellatione intelligat, ita subjicit : *Non dicit seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno, et semini tuo, qui est Christus* [17]. Idem ad Hebræos scribens, sic ait : *Nusquam enim angelos apprehendit : unde debuit per omnia fratribus similari, ut misericors fieret, et fidelis pontifex apud Deum* [18]. Qua etiam de causa cum Jacobus Judæ benedictionem illam impertiret, quam ab universorum Deo acceperat, ita dixit : *Non auferetur sceptrum de Juda, et dux de femore ejus, donec veniat, qui mittendus est, et ipse erit exspectatio* B *gentium* [19]. Michæas quoque propheta vaticinium hoc hisce verbis renovat : *Et tu, Bethleem, terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda* [20]. *Ex te enim mihi adveniet dux, et egressus ejus ab initio, a diebus æternitatis* [21]. Beatus item Apostolus prædictionum finem ostensurus, ita exclamat : *Manifestum est enim quod ex Juda ortus sit Dominus noster* [22].

Has ipsas promissiones Davides quoque rex et propheta ab universorum Deo accepit. Ait enim ad ipsum : *Usque in æternum præparabo semen tuum, et ædificabo in generationem et generationem sedem tuam* [23]. Item alia loco : *Et ponam in sæculum sæculi semen ejus : et thronum ejus sicut dies cœli* [24]. Et paulo post : *Semel juravi in sancto meo, si Davidi mentiar, semen ejus in sæculum manet.* C *Et thronus ejus sicut sol coram me, et sicut luna perfecta, et testis in cœlo fidelis* [25]. Has ipsas item promissiones per Isaiam prophetam denuo verax ille Dominus renovavit : *Egredietur enim*, inquit, *virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet. Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ et intellectus, Spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiæ et pietatis, et replebit eum spiritus timoris Domini* [26], et cætera, quæ in eumdem sensum consequuntur. Item : *Erit radix Jessæ, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur: et erit sepulcrum ejus gloriosum* [27]. Item alio loco : *Et feriam*, inquit, *vobiscum pactum sempiternum, misericordias Davidis fideles* [28]. Quæ D enim illi promisi, complebo ; et per illius semen servabo orbem terrarum ; fidelis enim et verax est mea promissio.

Harum promissionum veritatem evangelista quoque Matthæus indicans, in ipso statim historiæ suæ proœmio orbi terrarum annuntiat, gentium exspectationem floruisse. Ait enim : *Liber generationis Jesu Christi, filii David, filii Abraham* [29]. Utrique enim semini promissiones factæ sunt.

Quin et beatus Apostolus scribens ad Romanos, in ipso Epistolæ principio fidem promissionis ejus indicavit, quæ Davidi facta est. Ait enim : *Paulus, servus Jesu Christi, vocatus apostolus, segregatus in Evangelium Dei, quod promiserat per prophetas suos in Scripturis sanctis, de Filio suo, qui natus est ex semine Davidis, secundum carnem* [30]. Porro eo quod *secundum carnem* addidit, perspicue indicat Dominum nostrum Jesum Christum Deum fuisse ante sæcula. Filium autem *Davidis* humanæ naturæ ratione pronuntiavit. Quod ut apertius doceret, subjunxit : *Qui declaratus est Filius Dei cum potentia, per Spiritum sanctificationis, ex eo quod resurrexit a mortuis Jesus Christus Dominus noster.* Postquam enim resurrexit a mortuis, inquit, et Spiritus gratia replevit apostolos, per miracula ab illis facta, Deus innotuit : siquidem in ejus nomine maxima peregerunt miracula. Cæterum in Epistolæ medio, bonorum, quibus olim Judæos impertivit, mentione facta, subjunxit : *Quorum sunt patres, et ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus* [31], atque una in persona duarum naturarum differentiam ostendit, cum ex Judæis secundum carnem processisse, et super omnia Deum esse dicit, tanquam Deum et in sæcula benedictum. Beatum porro Timotheum his verbis exhortatur : *Memor esto Jesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine David, secundum Evangelium meum, in quo labore usque ad vincula, quasi male operans* [32].

Alioqui permulta in utroque Testamento testimonia inveniri possunt, quibus Servatoris nostri cognatio carnalis confirmetur. Sed hæc meo judicio sufficiunt, quod humanam naturam perfectam et absolutam ab illo assumptam fuisse doceant. Qua etiam de causa Filius Davidis, Filius Abrahæ, Filius hominis, Homo, Adamus, Jacobus et Israel dictus est. Quemadmodum enim perfectus Deus, ita homo quoque perfectus erat, perfectam hominibus salutem conferens.

CAP. V.

Quinta hæresis, Ptolemæi : ab hac qui ad orthodoxos confugiunt, baptizantur. [*Ptolomæi et Heracleonæ meminit Irenæus lib.* I *et* IX. *Ptolemæum Valentinum vocat Athan. lib.* III *contra Arianos, cap.* 5.]

Gnosticos hic impuros sequitur. De æonibus, seu sæculis, idem cum Valentino sentit. Addit insuper Deo, quem ille Bythum vocat, duas esse conjuges. Ennæam seu cogitationem, et Thelema, seu voluntatem : primum enim, inquit ille, cogitavit, deinde voluit. Idem etiam ad matronam quamdam, nomine Floram scribens, in legem illam blasphemus invehitur, quam per Moysem dedit Deus ; solumque Decalogum a Deo datum : cæterorum au-

[16] Gal. III, 16. [17] Ibid. [18] Hebr. II, 16. [19] Gen. XLIX, 10. [20] Mich. V, 2. [21] Matth. II, 6. [22] Hebr. VII, 14. [23] Psal. LXXXVIII, 5. [24] Ibid. 30. [25] Ibid. 35,36. [26] Isa. XI, 1 seqq. [27] Ibid. 11. [28] Isa. LV, 3. [29] Matth. I, 1. [30] Rom. I, 1 seqq. [31] Rom. IX, 5. [32] II Tim. II, 8.

tem scriptorum alia Moysi ipsius, alia seniorum populi propria esse contendit.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Quia Gnostici omnimoda honesti ignorantia laborabant, idcirco malos etiam dæmones suis in Traditionibus et actionibus invocabant. Itaque Ptolemæus hic profanis illorum dogmatis subscribens, impurus quidem fuit, quia cæcos duces secutus, impurior vero, quia sensu perverso Ennæam et Thelema, seu cogitationem et voluntatem, necnon Deum quoque Bythum commentus : nonnullaque adeo fabulamenta, digna quæ in profundam βυθὸν infernalis voraginem demergantur, quorum quidem narratio sanis auribus tædium afferre solet.

Idem atra bile haud dubie percitus, et impos animi, linguaque procaci et effræni, Mosaicam legem vellicans, ex ejus constitutionibus alias Dei, alias Moseos, alias denique seniorum plebis voces esse asserit. Nescio unde ad hæc deblatteranda adductus, præsertim tot annorum millibus a Mose nato, legeque ab eodem lata exactis (utinam natus nunquam fuisset !) nisi forte nugas hujuscemodi ab Ennæa illa et Thelesi, quas deo suo Bytho nupsisse fingit, didicisse videtur, prorsus oblitus ea ipsa Deum Mosis ore locutum esse, quæcunque a Mose tradita, librisque exarata sunt. Quemadmodum ex illa exsecratione facile colligas, quæ contemptorum legis cervicibus imminet. Ait enim : *Maledictus, qui non permanet in sermonibus legis hujus* [33] : quibus verbis omnem legem intelligit.

Universam porro legem divinitus datam esse, cum ex aliis non paucis Scripturæ sacræ locis, tum ex hisce verbis videre est, quæ Davidi divinitus dicta sunt : *Si custodierint filii tui testamentum meum, et testimonia mea hæc quæ docebo illos : Et filii eorum usque in sæculum sedebunt super sedem tuam* [34]. Item : *Si derelinquerint filii ejus legem meam, et in judiciis meis non ambulaverint ; si justificationes meas profanaverint, et mandata mea non custodierint, visitabo in virga iniquitates eorum, et in verberibus injustitias eorum. Misericordiam autem meam non dispergam ab illis, neque injuste agam in veritate mea; neque profanabo testamentum meum, et quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita* [35]. Nam per Testamentum, justificationes et testimonia, universam legem intelligit, quam quidem sibi Deus, ut propriam traditionem vindicat.

Appendix Theodori Scutariotæ.

Melius fuerat his niti rationibus : *Si Mosen et prophetas non audiunt, neque si quis a mortuis resurrexit, credent* [36]. Item : *Habent Mosem et prophetas* [37], etc. Item : *Si quis solverit unum de mandatis* [38], etc. Item in lege : *Maledictus, qui non permanet in sermonibus legis hujus, nec eos opere perficit*, cætera his consimilia.

Ea autem quæ Davidi dicta sunt, ad Novum Testamentum referri possunt : *Docebo* enim, inquit Davides, alter a Mose, et post Davidem evangelica legislatio.

CAP. VI.

Sexta hæresis, Marci, a cujus hæresi resipiscentes, baptizantur.

Magicis hic artibus instructus, præstigiisque suis mirifica nescio quæ faciens, multos ex simplicioribus circumvenit (43), imprimis vero matronarum illarum, quæ multitiis et purpureis stolis ornatæ incederent, animas et corpora corrupit. Ille enim, ut Irenæus auctor est, vitrea quædam albi coloris pocula præparabat ; deinde carmine nescio quo usus, confestim eorum aliud in purpureum, aliud denique in cæruleum convertebat. Idem cum Valentino multa sæcula confingebat quæ quidem quatuor et viginti Græcorum litteris similia dicebat. Aliaque muta, alia semivocalia, alia denique vocalia nuncupabat. Quin et prolixam quamdam fabulam instituens, eam, ut idem Irenæus ait, Sigen seu Silentium vocabat, nomine sane quod fabulæ atque ejus argumento neutiquam conveniret ; insuper et alia, quæ superfluum scribere duxi. Addebat a tetrade seu quaternione, sæcula processisse. In quaternione porro Hominem, Ecclesiam, Verbum, *et Vitam* contineri. Virtutes præterea, quæ ab *iis* emanaverant, ab eo Jesu generatas esse, qui visus esset in terra. Et Verbi quidem vices angelum Gabrielem : Vitæ, Spiritum sanctum : Hominis, virtutem Filii : Ecclesiæ denique Virginem adimplesse. Atque ita per Mariam genitum esse eum, qui divina dispositione homo factus est. Quoties autem eos baptizant, quos circumvenerunt, his uti verbis solent : In nomine ignoti Patris omnium, et Veritatis Matris omnium, et ejus qui descendit Jesu, ad conjunctionem, et redemptionem, et communicationem virtutum. Quoque majorem ei qui baptizatur stuporem injiciant, hæc Hebraica nomina superaddunt (44) : Chamosi baeannora : mystadia, rhuda, custaba : phogor : calathi. *Quorum* interpretatio hæc est : O qui es super omnem virtutem Patris, te invocamus, qui Lumen, et Spiritus bonus, et Vita nominaris : quoniam in corpore regnasti.

Qui autem sacratur hunc in modum ad ista respondet : Confirmatus sum, redemptus sum, in nomine Iao, qui animam meam ab hoc sæculo liberavit. Deinde ipsum opobalsamo inungunt, et perfectum evasisse pronuntiant.

[33] Deut. xxvii, 29. [34] Psal. cxxxi, 12. [35] Psal. lxxxviii, 31 seqq. [36] Luc. xvi, 31. [37] Ibid 29 [38] Matth. v, 18.

(43) Iren. lib. iii, c. 18 ; Euseb. iv, cap. 10.

(44) Hinc Irenæi locum restituerunt.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Mirificus Marcus prestigiis et incantationibus præsentium vel perspicaces oculos fascinabat, efficiebatque ut ea quæ conspicerentur, contra se habere viderentur, quam eorum natura ferret. Nec enim pellucida vasorum vitreorum corpora in varios mutare colores potuisset: ut quæ adeuntibus alba protenderet, eadem mox in purpurea, vel cærulea mutaret, hocque pacto simpliciorum plerosque circumveniret: in primis autem mulierculas, quæ circa colum occupatæ fabulis et nugamentis gaudent. Nec minus in eo nugatur, quod sæcula tradit esse, quæ numero litteris quatuor et viginti respondeant. Quamvis enim sæcula sæculorum audiamus, vera tamen opinio, quæ res divinas immobiles esse docet, unicum illis sæculum attribuit.

Iis autem rebus, quæ motui et corruptioni sunt obnoxiæ, tempus assignat, quod transitorio solis et lunæ cursu semper motum, mensuram, et fluxum recipiat. Quarum enim rerum natura perpetua non est, eæ temporis vicissitudinibus consistunt. Quarum autem essentia immobilis est, et statu numeris omnibus absoluto prædita, iis accommodum sæculum citra dimensionem procedit, neque ullis noctium et dierum intervallis, neque veris, æstatis, autumni, et hiemis vicissitudinibus instar temporis ita discernitur, ut anni partibus ordine productis curriculum solstitio absolvat, denuoque incipiat, sed semper Ens, essentiaque præteriti et futuri experte præditum. Nam temporis pars una præteriit, alia futura est, præsens alia dicitur. Sæculum autem, ipsum partitione caret, nulloque tempore ac loco circumscribitur, sempiternitateque adeo cum iis, quæ sempiterna sunt, gaudet. Væsanæ porro mentis figmentum, Marcique de sæculis commentum semivocale, vocale, et mutum est. Nam quatuor et viginti litteris alias vocales appellat grammaticus, cujusmodi sunt α, ε, η, ι, ο, υ, et ω: quia nimirum per se ipsas, vique sua vocem perficiunt, etiamsi aliis non conjungantur litteris: altas semivocales: alias item mutuas vocat, ut β, γ, δ, et quæ consequuntur, ut quæ nihil eorum exprimant, quæ ad colloquium faciunt, absque aliorum elementorum conjunctione, nimirum α, ε, et cæterorum hujusmodi. At sæculorum (si tamen a quoquam sæcula plura admittantur) qua, quæso, ratione, quaque naturali differentia vocem aliis, aliis semivocem, merum denique vocis defectum aliis Marcus tribuit? Absurda prorsus hæc est distinctio, ut et illa quaternitas, quæ sæcula peperit, absurdior, cui quidem hominis, Ecclesiæ, Verbi, et Vitæ nomen imponere Marcus assolet. Quemadmodum meræ quoque nugæ sunt Potestates illæ, quas idem Jesu, qui visus est in terra, generandi auctores tradit, quæ nimirum a quaternitate, non secus atque a cratere quodam, profluant. Si-

A quidem quaternitatem Pythagoreum dogma fuisse scimus. Potestates vero, si angelicas concedamus, a Jesu productas, at non generationis ejus causas exstitisse dicemus. Hoc porro illæ quoque comper tum habentes vociferabantur: *Quid nobis et tibi, Jesu Fili Dei? venisti huc ante tempus torquere nos* [39]. Illæ enim, dum superbiæ peccato efferuntur, ad id quod deterius est sese converterunt, pristinaque illa dignitate excidentes, supplicio mancipatæ subjectæ sunt, quod βάσανον hoc est tormentum, appellatur. Nam quæ fuit ejus, quæso, superbia, qui inter illas primatum habet? *Super astra Dei exaltabo sedem meam, et ero similis Altissimo, et comprehendam orbem terræ quasi nidum, et tanquam ova derelicta tollam* [40], Hæc quidem ille, B Christus autem quid? *Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, et scorpiones et super omnem virtutem inimici* [41]. Contra porro Christianæ doctrinæ sunt, propterea que cum aliis Marci dogmatis rejicienda, quæcunque etiam sacerdotes ejus incantantes iis insusurrant, quos baptismatis lavacro proluunt. Christus enim in nomine Patris, et Filii et Spiritus sancti, baptismum conferendum esse apostolos docuit: hi autem patris ignotii nomen invocant. Certe quis ille sit nescio, ut tamen ex sequentibus ariolari datur, is est a nobis qui Christi nomen profitemur, alienus.

CAP. VII.

Septima hæresis, Ascodrugorum, vel Ascodrupitarum.

C Hi neque divina mysteria, sive sacramenta, quæ sunt eorum quæ non videntur symbola, rebus sub aspectum cadentibus: neque incorporea sensibilibus et corporeis referenda aut commemoranda esse contendebant. Perfectam autem redemptionem in eo consistere dicebant, si quis veram ejus quod est notitiam habeat. Nam quæ videntur universa, ignorationi et passioni obnoxia, per generationem dissolvuntur. Igitur expiatio spiritualis esse debet. Proinde neque baptizant ad se accedentes, neque ullus omnino apud illos baptismatis mysterio locus est. Redemptionem enim eorum quæ sunt cognitionem vocant.

Hæreseos præcedentis confutatio.

D Ascodrugi quoque vana et falsa locuti, misericordiæ illius, quæ hominum assidua comes est, mœnibus sese prorsus excluserunt. Rerum enim divinarum et quæ sub aspectum non cadunt plerœque Dei jussu, corporeum et oculis omnium expositum statum sortitæ sunt. Ille enim, Vide, ad, ut facias omnia secundum formam tibi præmonstratam in monte. Ubi de tabernaculo verba facit, et cæteris, quæ in eo a Beseleele disposita sunt.

Continebat autem tabernaculum septa decem, quorum unumquodque in longitudinem ad viginti octo cubitos, in latitudinem vero ad quatuor quo-

[39] Matth. VIII, 29. [40] Isa. XIV, 13. [41] Luc. X, 19.

tendebatur, universum bysso intorta, hyacintho, purpura, et coccino intorta contextum erat.

Fulciebant autem tabernaculum columnæ ex lignis incorruptis, viginti numero exterius auro incrustatæ. Porro tabernaculi velum hyacintho, purpura coccino, et bysso constructum erat. Arca autem intra velum sita erat, et in superiori post velum parte, Propitiatorium conspiciebatur, cui duo Cherubim auro tornata mutuo se ex adverso respicientia insidebant. Velum porro Sancto sanctorum per medium partiebatur, atque arcam testimonii ita operiebat, ut non appareret.

Mensa vero extra velum stabat, versus septentrionem, cujus e regione candelabrum versus meridiem jacebat.

Cæterum sacerdotalis stolæ pectorale, superhumerale, talaris tunica ποσπόδοτος ex bysso intorta constabant. Atque superhumeralium textura ex auro, hyacintho, et purpura, duoque lapides humeris superhumeralis, quibus nomina filiorum Israelis insculpta erant. Ratione autem judiciorum quadrangulum duplex erat, primi longitudine, et psalmi latitudine, quatuor ordinibus lapidum pellucidorum variegatum. In rationali autem decretum et veritas inerat. Talis tunica tota ex hyacintho contexta erat, circa cujus fimbriam mala punica purpurea, hyacinthina, et coccinea, intermistis aureis tintinnabulis, dependebant. Aurea autem lamina, quæ erat sanctificatio Domino, mitræ ad aptata erat. Porro mitra corona quædam erat, quæ sacerdotis frontem præcingebat. Cidaris quoque (capitis id indumentum) byssina erat, et zona opus variegatum.

Atque rationale quidem superhumerali, lamina vero mitræ cohærebat, mitraque adeo sacerdotis capiti imponebatur.

Erat præterea altare thymiamatis, seu suffimenti, ex lignis incorruptis quadrangulis deauratum : et cornibus aureis distinctum, et adolebatur in eo incensum compositum, tenue, incensum ἐνδελεχισμένον, hoc est quod assidue movebatur. Erat porro incensum compositum ex myrrhæ gutta, onyche, fragrante galbano, et thure pellucido.

Dedit autem Deus Mosi, posteaquam desiit loqui cum illo, in monte Sina, tabulas duas testimonii, tabulas lapideas, digito Dei scriptas.

Mandat insuper Deus, ut sacrificium fiat, juxta facultatum proportionem, vel vitulo, vel agno, vel capra ; cæterum ut a pauperibus per turturum, vel duo pulli columbarum, a pauperioribus autem simila modica oleo mista offerretur. Hostiarum præterea aliæ integræ urebantur, aliarum parvæ quædam partes, omentum, renes, superjacens adeps, et pars hepatis inferior. Is porro qui animal offert, homo : qui vero similam, anima in sacris Scripturis appellatur. Prohibet autem ne mel fermentatique panes altari apponantur. Quod si pontifex præceptum aliquod trangressus esset, vitulo immaculato : si princeps, anniculo hædo : si quivis alius e populo, capra facere jubebatur. Si pauper forte fuisset, par turturum, aut duos pullos columbarum : si pauperrimus, similam sine oleo et incenso offerebat. Cæterum sanguine et oleo aurem, manum dextram, et pedem sacerdotis inungebat.

Jam si eo typo qui Moysi præmonstratus in monte fuerat, tabernaculum, et quæ in eo continebantur, facta sint, typus autem exemplum erat et imago prototypi, seu exemplaris formæ : quanto magis baptismus peragendus est, qui divinitus nobis in remissionem et ablutionem peccatorum propositus est ? et statim a baptismo, incruentum quoque sacrificium, ejusque perceptio ? quia nimirum institutio illa, quam pane et vino ad salutem et reformationem humanæ corruptionis nobis Servator proposuit, haud ea fuit, quæ corpore careret, soloque intellectu perciperetur, sed quæ sub sensum quoque caderet.

Quia enim, ut Jobus autumat, luto formati sumus, lutum autem ex terra et aqua compositum est, formationisque nomine, dicitur alio quodam modo cibus etiam, quo virium intertrimentum debilitatioque resarcitur et reformatur : idcirco quemadmodum quo tempore nos Deus formavit, terram et aquam assumpsit, ita etiam ad *nostri* reformationem panis et vinum assumuntur.

Proinde cum Christus aperte dicat, neminem in regnum cœlorum ingressurum, nisi in aqua et Spiritu renatus fuerit, impudenter profecto legi refragatur, extremaque dementia laborat, *quisquis* baptismum conferendum non esse contendit, quo tamen intersignio citra controversiam præcipue dignoscuntur illi, quicunque nomina *Christo* dederunt. Priscis enim generationibus alias aliis leges imposuit :

Adamo quidem arboris, Noæo carnium esus legem, Abrahamo circumcisionem dedit, generalem denique legem prophetæ Mosis opera conscripsit.

Atque in sacris Evangeliis non jam de parvi momenti rebus, quæque sint elementorum vice, lege proposuit, sed perfectiora meditanda esse docuit. Et quemadmodum recens natis infantibus matres mammas admovent, nec ita multo post lutritum comminutumque dentibus cibum, et ubi adoleverint, solidiorem suggerunt : ita etiam cum legem nobis pædagogi loco Deus universorum introduxisset, perfectiora tandem proposuit. Interim tamen Vetus quoque Testamentum haud secus atque maternam mammam amplectimur, etiamsi ab ejus lacte abstineamus, nec circumcisionem, sabbatum, sacrificia, et aspersiones observare curemus.

Alium præterea fructum ex Veteri Testamento decerpimus ; pietatem enim, fidem in Deum, dilectionem proximi, temperantiam, justitiam et fortitudinem exacte docet, atque veterum sanctorum exempla nobis imitanda proponit. Verumenimvero

aspersionum illarum vice divinum baptisma sufficit, quod non solum vetera peccata gratis remittit, sed etiam promissorum bonorum spem proponit : nos Dominicæ mortis et resurrectionis consortes efficit, donorum sancti Spiritus participes facit : filios Dei nos esse demonstrat, nec solum filios, sed etiam hæredes Dei, et cohæredes Christi. Est enim futurorum bonorum arrhabo, futuræque resurrectionis typus et figura, communicatio Dominicarum passionum, participatio resurrectionis Christi, vestimentum salutis, tunica lætitia, et stola splendida, imo splendor ipse.

Quotquot enim in Christum baptizati sumus, in mortem ejus baptizati sumus, ut quemadmodum Christus per gloriam Patris excitatus est a mortuis, ita et nos in novitatate vitæ ambulemus. Si enim insiti sumus in similitudinem motis ejus, certe et in resurrectionis erimus [42].

Hæc sunt quæ nos Apostolus de divino baptismo sentire voluit, hæretici autem, tuum Ascodrupitæ hi, de quibus agimus, tum quicunque illorum vestigia secuti divinum baptisma detrectant, abeant in malam rem, quia potissimum quæ sub aspectum cadunt omnia, ignorantiæ et affectibus obnoxia esse dicunt. Nam quis ignorantiæ affectibusque locus apud Deum, qui nihil aliud est, quam natura simplex, nullisque affectibus obnoxia, et quæ scientiam homini patefacit ?

CAP. VIII.

Octava hæresis Colobrarsi

Ogdoadem quamdam, seu octonarium numerum Colobarsus hic fabulabatur : eamque Propatore, Ennœa, seu Cogitatione, Patre, Veritate, Homine, Ecclesia, Verbo et vita, constare dicebat.

Quod igitur a Propatore ante omnia, tanquam conducibile factu, excogitatum fuerat, id Patrem vocari Colobarsus asserebat. Aliud porro Veritatis, aliud Hominis appellatione designabat. Alios cum in medium proponeret, Ecclesiam esse præcogitarat, atque ex Ecclesia Verbum processisse, qui quidem est Filius Dei primogenitus, quem pone Vita sequeretur. Atque hoc modo suam complebat Ogdoada. Cæterum Colobarsi auditores et discipuli, hominis quoque nomen Universorum Propatori et Proanennoeto, hoc est ei, qui ante omnia mente concipiendus est, attribuere ausi sunt. Qua de causa Filium hominis seipsum in Evangeliis Christum dixisse contendebant.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Colobarsus quasdam Ptolemæi, Marci, et Valentini sententias impurissimas refingens, atque illorum Tetrada seu Quaternitatem ad Ogdoada seu octonarium numerum producens, perditionis scalas sibi iosi suæque factionis hominibus compegit, cum ea quæ effutivit nullo prorsus ordine stent, ime sibi inter se repugnent : ut ii deprehendere possunt, qui in traditionum ejus lectione versantur. Ubi enim paulum progressus est, Filium hominis vocat Universorum Propagatorem, quem nemo cogitatione percipere queat, eaque de causa Christum seipsum hominis Filium in Evangeliis vocare asserit, nec interim conjectare potest, Deum Verbum Creatorem hominum, at non hominem fuisse, qui tandem humanitate divinitati commista, unus idemque Filius Altissimi, et Filius hominis dicitur, unius hypostaseos ratione, quæ duobus ex naturis ita perfecta est, ut composita sit, quoniam post conjunctionem una in hypostasi composita, uno inquam, Christo, naturæ salvæ supersunt, nihilo secius atque naturales earumdem proprietates, ita ut qui Christum enuntiat, duarum naturarum conjunctionem perspicue significet. Atque Deum carne passum, et carnem Verbi propria in natura passam, denique Dominum gloriæ crucifixum esse propter summam naturarum conjunctionem dicimus. Et hæc illa est Theandrica energia, hoc est, Dei et hominis operatio. Posteaquam enim Deus homo factus est, et humana ejus operatio divina erat, seu deificata, nec divinæ operationis ejus expers : atque divina vicissim operatio ab humana operatione non abhorrens, sed utraque cum altera citra confusionem elucescebat.

CAP. IX.

Nona hæresis, Ophitarum. Hi baptizantur.

Ophitæ vocantur a serpente, quem colunt. Aiunt autem ab Æone, seu sæculo superiore, alia sæcula processisse, quorum infirmum sit Jaldabaoth, ex superiore matre Pronice. Hunc porro ad infima loca descendisse, ibique septem filios genuisse, qui septem sibi cœlos construxerint. Jaldabaoth deinde, quem Hebræorum quoque Deum dicunt, seipsum supra conclusisse, ne septem filii ea cognoscerent, quæ supra se sunt. Qui mox hominem ad patris Jaldabaoth idem confinxerunt, erat autem homo reptile quemadmodum vermis. Cæterum cum Pronice mater Jaldabaoth filium odio prosequeretur, quod præ fastu seipsum superius conclusisset, hominem scintilla divinæ virtutis, hoc est anima, donavit. Erectus itaque in pedes homo cogitatione cœlos penetravit, laudibusque cœlestem Jaldabaothi patrem celebrare cœpit. Qua quidem re Jaldabaoth offensus, infra despexit ad materiæ sedimentum, filiumque serpentina Idea genuit, a quo decepta Eva est. Proinde serpentem Deum esse, hominibusque ipsis scientiæ principium fuisse docent, cujus rei gratia prudentissimus omnium serpens dictus sit, propter multiplices illas volubilesque intestinorum nostrorum spiras, quibus corpora nostra confarcinata sunt. Insuper et serpentem nutriunt, et mysteriorum suorum tempore, panibus mensæ appositis, cistaque aperta, illum ad pastum invitant. Ille circum

[42] Rom. vi, 3 seqq.

panes volutatur, quos ex continenti tanquam sanctificatos frangunt, et populo distribuunt: atque hoc perfectum sacrificium arbitrantur. Tum deinde nescio quibus incantationibus et præstigiis cicuratum serpentem et delinitum deosculantur omnes in ore, atque adorantes hymno Patrem cœlestem concelebrant. Eorum porro nonnulli Christum aiunt, cum seipsum in serpentem transformasset, virginis uterum subiisse: eoque sensu miseri hoc apostolicum intelligunt: *Qui cum in forma Dei esset, non est rapinam arbitratus, se æqualem essee Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens* [43].

Hæreseos præcedentis confutatio.

Serpentum, qui vera sunt viperarum progenies, in morem Ophitæ hi pullularunt: quippe qui animantium omnium maxime detestandum, atque repens divino jussu super pectus et ventrem, velut insani adorarent, et Hebræorum Deum Jaldabaoth (nomine sacris incognito litteris) dicerent, quem ab antiquioribus sæculis Pronice matre progenitum impie fabularentur. Tum deinde septem filios ub ipsa progenitos, qui todidem cœlos construxerint, tandem vero hominem ad patris sui Jaldabaoth imaginem protulerint. Neque hac quidem velitatione contenti, hominem quoque reptilem fuisse, vermis in morem asserunt: cæteraque omnia, quæ superiori oratione exaravimus. Adversus quæ hæc a nobis afferri possunt: Quod nimirum sacra Scriptura unum Deum, universitatis hujus conditorem tradit, eumque adeo carentem principio, haud genitum, et qui una cum unigenito Filio, Spirituque sancto, sæcula produxerat, eaque de causa cum iisdem glorificetur. Pronicen vero una cum septem filiis, tanquam meras nugas, ad corvos relegamus: quemadmodum etiam, quod hominem primo vermem productum fuisse dicunt: deinde animam accepisse a Pronice, quam Jaldabaothi matrem confingunt. Dei enim, qui est super omnia, manu constructus et firmatus, haudquaquam serpentis formam accepit, sed qualem nos habemus qui cum illo formæ et naturæ ejusdem participes sumus: cumque spiritum viventem, quem nos animam intellectu rationeque præditam dicimus, ab illo accepisset, imperium illi in res terrenas datum est. Simul atque vero diaboli invidia, mulierisque fraude prohibitum fructum contigit, paradiso exturbatus est.

Porro σκώληκα seu vermem scimus animalculum esse, quod ex lignis putrefactis, ut plurimum autem ex cœno enascitur. Quamvis enim per prophetam Dominus dicat, *Noli timere, vermis Jacob* [44], non eo tamen vaticinio videns usus est, ut Adamum hujusmodi forma ab initio aut postea præditum fuisse, imo vero, ut humilitatem et abjectionem Verbi significaret. Serpentem quoque non minus quam vermem, terra enatum novimus, qualitate cæteris assimilem animantibus, quæ Deus e terra enasci voluit, cui vim propagandi seminis inseverat. Prudentem vero non eo vocatum dicimus, quia humana figura menteque præditus sit, ut homo, verum quia nos supplantare conatur, malorum memor, quæ tum perpessus est, cum super pectus et ventrem repere jussus est, versatilibusque corporis spiris, tanquam muro aheneo, illæsum caput conservat: quod non raro inde exserit, et quantum habitu contendere potest, venenum contra hominem ejaculatur. Adhæc facile certis annorum periodis, foraminum attritu, leberidem exuit. Per sæculum et sæcula si quis continuum eorum quæ sunt motum intelligat, quem neque nox neque dies dimetiatur, prorsus ei subscribemus. Quemadmodum et quis zonas, pro quarum situ errantia sidera inferiore fixis ordine disposita sunt, abusive cœlorum nomine designet vel etiam zodiaci circuli, quem curru suo sol circumvehitur. Quod si quid præterea obloquuntur hæretici, et sæcula iis quæ sunt priora antiquioraque existiment, eos una cum suis sæculis explodendos censemus. Omnia enim visibilia et invisibilia a rerum omnium conditore Deo atque ab unigenito Verbo, Spirituque sanctissimo *creata* esse didicimus: *Verbo* enim *Domini*, ut philopsalmus ille Davides auctor est, *cœli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum* [45]. Ante hunc autem Moses ipse prophetarum excellentissimus nos, cœlum, terram, et cætera elementa *ab illo* facta esse docet, qui lucem in rerum naturam produxerit, qui cœlum sideribus, terram saltibus, pratis, et segetibus ornaverit, varia animantium genera deprompserit, aerem volucribus, aquam piscibus, terram jumentis et feris habitandam exposuerit: qui denique naturam humanam formaverit. Quibus astipulatur Isaias his verbis: *Qui fecit cœlum et firmavit illud, qui dedit spiraculum populo inhabitanti terram, et spiritum ambulantibus in ea* [46]. Item: *Qui statuit cœlum sicut fornicem, et extendit illud sicut tabernaculum* [46]. Ipse porro Deus per eumdem prophetam sic ait: *Extendi cœlum solus* [47]. Jeremias quoque hunc in modum exclamat: *Qui mittit lucem et proficiscitur, vocavit eam, et paruit ei cum timore* [48]. Ipse quoque Melchisedech, qui tegis tempora præcessit, eum benedicere Abrahamo, his verbis usus esse fertur: *Benedictus Abrahamus Deo excelso, qui creavit cœlum et terram* [49].

Atque Abrahamus ipse, cum famulum ad Rebeccæ nuptias emitteret. *Pone*, inquit, *manum tuam subter femur meum, ut adjurem te per Dominum Deum cœli et terræ* [50]. Insuper Jobus ille tot generibus certaminum exercitatus, *Qui extendit*, inquit, *cœlos solus, qui graditur super fluctus maris* [51] [sicut super pavimentum].

[43] Philipp. II, 6. [44] Isa. XLI, 14. [44a] Psal. XXXII, 6. [45] Isa. XLII, 5. [47] Isa. XL, 22. [47] Isa. XLIV, 24 [48] Baruch. III, 33. [49] Gen. XIV, 19. [50] Gen. XXIV, 2. [51] Job. IX, 8.

Ut autem Vetus Testamentum cum Novo consentire, et eadem cum illo effari, atque adeo utriusque rivulos ex eodem fonte scaturire perspicuum stat, audiamus Joannem tonitrus filium, qui omnia Verbo facta, nec eorum quæ sub sensum cadunt, et quæ intellectu percipiuntur, quidquam sine eo productum asserit. Nam, *Sine ipso*, inquit, *factum est nihil quod factum est* [52].

Audiamus et Paulum exclamantem: *In eo facta esse omnia, seu visibilia sint, seu invisibilia* [53]. Idem alibi. *Per eum Pater fecit sæcula.* Idem cum in Arcopago concionem haberet, hunc in modum locutus est: *Deus, qui fecit mundum, et omnia quæ in eo sunt, ipse dedit omnibus vitam et inspirationem, et omnia: fecitque ex uno sanguine genus omne hominum inhabitare super universam faciem terræ* [54]. Item, *Fide intelligimus aptata esse sæcula Verbo Dei* [55].

Atque hæc quidem de cœlis et sæculis. Quod si quis tertium Pauli cœlum in medium afferat, is vero sciat unicum proprie a sacra Scriptura cœlum agnosci, reliquos autem duos improprie cœli nomine designari. Unum quidem quod secundo die factum, proprie firmamentum dictum est: abusive autem cœlum: *Vocavit enim*, inquit *firmamentum cœlum* [56]. Siquidem hoc diversum est ab eo, quod primo die creatum est, idque nominis sortitum, sive quia est aquis compactum, et idcirco firmamentum dictum, sive ad corporum distinctionem, quæ superius et inferius contigua sunt, quæ quidem cum tenuia et pellucida sint, hoc quia crassum est corporeum, στερέωμα seu firmamentum dictum est: στερεὸν enim a geometris corpus dici solet, quoniam tres in partes diducitur, nec tactui cedit, aut obsequitur. Quemadmodum autem firmamentum hoc quod primi cœli vicem adimplet, cœli nomen adeptum est, ita etiam proximum illi elementum, aer, quia contiguus nobis est, eumque primo suspicientes intuemur, majore cum abusu cœlum dicitur. *Erit* enim, inquit Scriptura, *cœlum quod supra vos est, æreum* [57]. Et David, *Volucres cœli* [58]. Maximus igitur Paulus aerem et firmamentum prætervectus in ipso primo et tertio cœlo, ratione ordinis inferiorum ad superiora, requievit.

Eo item, quod homini a serpente cognitionem datam esse dicunt, extremam impietatem redolent. Mosaica enim historia Adamum animantibus nomina imponentem, hocque modo de Eva disserentem introducit: *Hoc* igitur *os ex ossibus meis, et caro ex carne mea* [59]. Qui cum Domini præceptum nihili fecisset, quo cavebatur ut arbores omnes, quibus Edem immensum luxuriabat, contrectaret, indeque victum sibi pararet, ab unica vero scientiæ arbore abstineret, causamque adeo hujus rei compertam habuisset, imo præsens a præsente Domino auribus excepisset, non injuria Dei jussu exsulavit, et deliciarum horto exturbatus est: prudentiorque post consilium, ut ita dicam, evasit. Atque reipsa didicit, obsequium rebellioni quid præstat. Quare serpens scientiæ dator non erat, sed arbor scientiæ boni et mali nuncupabatur. Si quid autem contrariorum cognitione præditum sit, non statim dignum est, quod contrariis accenseatur. Eadem enim ratione legem contemnendam judicabimus, quæ contraria discernat, et alternis utraque expendat. Imo vero Adamum oportuit observato præcepto ad Deum quibusdam quasi gradibus ascendere, et veluti quadam e specula arboris scientiæ vim comtemplari, tumque demum ejus perceptione se efferre, cum per Deum licuisset, perceptioque ipsa damno caruisset, nec ad deteriorem partem inclinasset. Contra autem, cum præcepta in omnium oculis transgressus esset, nec auspicato fructum arboris scientiæ boni et mali gustasset, totus ad contraria proclivis se convertit: nec solum a vitæ arbore exclusus est, sed jure etiam a conversatione illa et statu excidit, quibus antea dignus habitus fuerat. Dicat vero etiam quispiam Adamum sese speculationibus altioribus quam par esset, addixisse, quæque ingenii sui capacitatem excederent: quia nimirum boni malique scientia præditæ essent. Quod in causa fuerit, ut a Deo ejiceretur. Ejusmodi enim eorum qui sunt contemplationes multis præcipitiis scatent, multosque a vera de Deo sententia. quasi obtorto collo, transversos agunt, quemadmodum, verbi gratia, Ophitas, de quibus nunc agimus philosophorumque veterum plurimos. Democritus enim aquam Deum esse dixit. Anaximenes aerem principium primum et summum esse asseruit. Anaxagoras idearum particularium æqualitatibus attribuit, quas ὁμοιομερείας Græci vocant. Alius cœlo universitatis hujus administrationem ascripsit. Alii denique cum alio modo ad variam rerum quas Deus creavit cognitionem, tanquam ad arborem scientiæ boni et mali, animum appellerent, exitiali se morti manciparunt, tantum abfuit, ut arboris vitæ participes essent. Porro Deum Adamus absque intermedio non videt, aut stantem coram obtuetur, sed solum in paradiso prodeambulantem audit, ut his quoque verba faciamus, quamvis ab instituto argumento aliena sint. Quoniam stat quidem Deus iis qui stant, caventque ne ab honesti actione decidant. Ab inconstantibus autem, et obliquam ab iis quæ meliora sunt viam sectantibus, dimovetur quoque Deus, et alio se conferl, eaque de causa Deus vespere, ut arbitror, non autem mane, ut prius, Adamo videndum se præbet quia nimirum capax amplius non erat, cui splendoris divini Oriens illucesceret, quippe cui post transgressionem obtusa sensuum organa hebescerent. Antea enim non ex intervallo cum Deo colloquebatur, neque ita, ut nunc quidem adesset, nunc vero abesset: imo mane et meridie, hoc est,

[52] Joan. I, 3. [53] Coloss. I, 16. [54] Act. XVII, 24. seqq. [55] Hebr XI, 3. [56] Gen. I, 8. [57] Deut XXVIII, 23. [58] Psal. VIII, 6. [59] Gen. II, 23.

cum intellectu et cogitatione, denique spiritualiter cum Creatore suo conversabatur et colloquebatur. Postea vero quam a seipso divini jubar luminis exclusit, tunc audivit, ut Scriptura refert, vocem Domini prodeambulantis in paradiso sub vesperam, et occuluit se, quia nudus erat. Præter eo quæ jam dicta sunt, Ophitæ hoc quoque contra receptam piorum sententiam astruunt: quod scilicet Dominus Jesus formam serpentis induerit, atque ita Virginis uterum subierit, quod in causa fuit, ut Apostolus exclamarit: *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo, sed exinanivit semetipsum formam servi accipiens* [60]. Quæ enim Deo cum animantium omnium maxime detestando serpente, qui Adamum circumvenerat, communicatio est? Sed Dei Verbum, cum in forma, seu substantia Dei esset, nec ejus essentia per rapinam, sed naturam potius, eamque adeo ejusmodi, quæ amitti nullo modo possit, æqualis Deo esset; seipsum exinanivit, formam servi, hoc est humanam naturam accipiens, quemadmodum et in sequentibus ostendit, cum ait, *Ad similitudinem hominum factus* [61]. Quare cum Paulum Ophitæ in medium afferant, ut Dominum forma serpentis assumpta Virginem subiisse confirment, a Paulo ipso ventriloqui perspicue coarguuntur, imo illis os tanquam vaniloquis obstruitur. Cæterum qui fieri potest, ut formam serpentis Dominus acceperit, quem de medio sublaturus venerat, tanquam dæmonis emissarium, qui Adamum, hoc est manuum suarum opus, circumvenerat? Quod enim quis expetendum judicat, id magna quoque diligentia prosequitur, quod vero nocumentum, tanquam sibi contrarium, afferre novit id aversatur, nec ulla prorsus affinitate sibi conjungit.

CAP. X.

Decima hæresis, Prodici et Adamitarum.

Platonicam Prodicus disciplinam cum percurrisset, eorum qui Adamitæ dicuntur hæreseos auctor fuit, publicamque libidinosæ prurigini licentiam Carpocraticis dogmatibus addidit. Mulieres enim communes esse sancivit, cujus rei gratia non tantum publicis in conviviis, lucernis confestim exstinctis, in quamcunque quivis incidisset, eam comprimebat, sed hujusmodi quoque turpitudinem mystici sacrificii loco habebat. Atque hujus rei testem Clementem, qui Stromata conscripsit (45), auctorem citabo, sacrum virum, quique rerum multarum peritia cæteros omnes exsuperet, cujus in Stromaton tertio hæc leguntur: Sunt porro qui publicam, et omnibus expositam Venerem mysticæ communionis nomine dignentur, rei sacræ vel nomine solo haud dubie injurii. Deinde contra subidam illam, porcinamve spurcitiem nonnulla præfatus, hæc subjicit: Miserrimi enim carnalem et venereum concubitum rebus sacris accensent, et ab eo sibi in Dei regiam aditum patefactum iri putant. Certe ad ganea consectanda fenestram aperit hujusmodi communio, eorumque societatis albo suos et hirci libenter ascribantur. Sit vero iisdem præcipua et maxima spes in iis meretricibus reposita, quæ in fornice prostant, et citra delectum quosvis accedere volentes impudenter admittunt. Aliis porro in eamdem sententiam additis, infert: Hæc et hujusmodi sunt Pronicensium dogmata, qui se Gnosticos falso nomine dixerunt.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Si Plato Platonico more locutus est, nec prætento legumlationis cortice, philosophicum sensum occuluit, haud dubie Plato indigna se tum molitus est, cum nuptias communes esse suis sancivit legibus. Nam Prodicum sino, et qui Platonis auditores dissentaneis sibique dissimilibus magistri sui opinionibus, tanquam muscæ ulceribus, inflati sunt. Qui enim communitatis mulierum auctor est, is nihil aliud, quam nationum omnium, totiusque generis humani confusionem introducit. Qui enim fieri potest, ut ex hujusmodi *complexibus* pater ullus cognoscatur, et cæteri consanguinei demonstrentur? At certe Deus nihil confuse creavit, sed ubi primum materiam quatuor in elementa digessisset, ex illis hunc quem videmus, mundum fabricavit. Hic vero dum communem nobis *Venerem* lege permittit, nec cum delectu mulieri adhærendum tradit, et patres nobis nostros invidet, et genus ambiguum promiscuumque *statuit*: ita ut vix cuiquam innotescere queat, an hic parte Græco natus fuerit, an vero ille ex barbaris Amaxobiis et Hippomulgis ortum habuerit. Per te vero mihi, quæso, patris nomine frui liceat, quemadmodum tu in hodiernum usque diem filius Aristonis diceris, nec ab re denominaris. Nec ea certe animantia, quibus insita ratio est, quibusvis mulieribus semen committere solent, sed his quoque vis quædam inest, qua amorem respuant et devitent. Non ita Draco, non ita Solon cives tui suas sanciverunt leges, sed lectos distinxerunt, pœnas *raptoribus* virginum irrogarunt, supplicio illos extremo multarunt, quicunque vim thalamis inferrent alienis, omnia denique bene et recte disposuerunt. Tu autem, qui vere sapientissimus, et ubique celeberrimus habitus es, quid tibi, quæso, voluisti cum talia promulgare ausus es? aut unde, ex quove tripode, ex quorum denique philosophorum, ut ita dicam, corollariis aut syllogisticis rationibus ad hæc tabulis inscribenda adductus es, quæ ne dii quidem tui probaverunt? Qui metatores sibi ipsis præfecerunt, nobilesque adeo pœnas ab iis

[60] Philip. II, 6. [61] Ibid. 7.

(45) Clemens in Stromatis lib. III.

repoposcerunt, qui aliena cupidas manus injicere auderent, ut ex Ixione conjicio, quamvis ille Junonis loco nebulam amplexatus esset: et ex Marte, quam Vulcanus iis vinculis constrinxerat, quæ neque frangi, neque solvi possent: atque communi multorum ludibrio elevatum exposuerat, quamvis vel jugerum magnitudine superaret.

Sed quia beneficum tempus civitatem ipsam, quamvis bene muratam deseruit, hujusmodique leges solis mandari litteris permisit, nos quoque finem dicendi faciemus, ne forte iis vires restituamus, et secundæ quodam modo vitæ auctores simus, quæ tempus irrita et emortua esse voluit.

CAP. XI.

Undecima hæresis Cainorum.

Caini ad inculpatam fidem nostram accedentes baptizantur, impie vero universitatem hanc a duabus potestatibus contineri dicunt: quarum altera infirmior, altera potentior exsistat. Et ex iis Adamum Evamque prognatos. Cæterum potestates easdem postea Evæ adhæsisse. Atque Cainum quidem, Esaum, et Coritas ex potentioris potestatis semine, Abelem autem ex debilioris processisse. Magnifice quoque se efferunt, quod a proavis Caino, Sodomitis, Esau, imo vero etiam a proditore Juda descenderint. Proinde opusculum quoddam proferunt, quod auctori Judæ ascribunt. Angelorum porro et potestatum nominibus confictis, ephoros eos, hoc est præsides seu præfectos appetitionum rationis expertium esse dicunt. Ex quo fit, ut cum in exsecranda et infanda peccata impingant, ad eorum quodlibet exclament, O tu, angele, abutor opere tuo, munere tuo defungor. Quin et ex Pauli apostoli nomine opusculum aliud nulla non obscœnitate scatens confingentes, Ἀναβατικὸν, hoc est, De ascensione Pauli vocant. Hinc arrepta occasione, quod Apostolum ad tertium usque cœlum ascendisse dicant, atque ibi verba non referenda audivisse, quæ non fas est homini loqui: quibus non referendis verbis impia illa sua flagitia intelligunt.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Dicat vero quispiam adversus hanc hæresim contendens: Inaudita audivi, eaque adeo percurrere mihi contigit, quæ oblivione profecto, tenebrisque digna sunt. Cum enim Caiani duo principia prædicant, quibus rerum universitas constet: quorum alterum debilius, alterum fortius sit, ex duabus illis potestatibus primos parentes processisse aiunt. Deinde vero ambo Evæ adhæsisse, atque ex debiliore potestate Abelem prognatum, cæterosque omnes, qui illum secuti cultum Dei amplexati sunt: ex altera vero, quæ potentior ab illis dicitur, Cainum, Coræum, et Abironem processisse, atque adeo Sodomitas: et quicunque illos secuti, luxuque diffluentes, molliter et delicate vixerunt. Hæc et hujusmodi professi, quæ pudorem hominibus facile incutiant, sibi tamen in eis placent, animumque ad omne genus flagitii appellunt. Revera illorum gloria in illorum dedecore consistit: qui non solum corporeos concubitus ordinibus materia carentibus attribuunt, atque duo principia inter se contraria tradunt, quæ quidem se mutuo prorsus interimunt, ut quæ se mutuo pati nequeant, sibique ex diametro repugnent: sed etiam nequioribus hominibus addicti, ne futura quidem illis supplicia miseri secum quoquomodo reputant, vel tantillum quidem subverentur. Siquidem Cainus meritas cædis fraternæ pœnas luit, dum gemit et trepidat, atque per totum miseræ vitæ curriculum comitiali morbo laborat. Coræus vero et Abiron terræ abocssu, atque ad inferos cum universa familia descensu, condemnati sunt.

Porro Sodomitæ igne cœlitus in Pentapolin demisso perierunt, quod quidem ii qui mascula libidine pruriunt, etiamnum fructuum cinereorum perceptione, terræque siccitate, et inhabitabili sole erudiuntur.

Judas denique ultro seipsum, nulla prorsus percepta mercede strangulans, vitam laqueo abrupit. Quam vero apposite dæmonas quoque suæ ipsorum libidinis et intemperantiæ præfectos confingunt? At vero *quæ societas luci ad tenebras* [62]? quid Judæ et Paulo commune? ut illius quidem Evangelium proferatur, qui ne auribus quidem Dominum a mortuis surrexisse, gentesque fidem Christianam edoctas esse percepit, qui seipsum eodem tempore suspenderit, quo Dominum prodidit: ita ut perire, quam sceleris pœnitere maluerit: hujus vero libellus commentitius omni obscœnitatis specie refertus configatur, cum tamen dicat: *Sequimini sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum* [63]. Item, *Castigo corpus meum, et in servitutem redigo, ne forte cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar* [64]. Item in Epistola ad Corinthios, de eo qui cum noverca se polluerat, hunc in modum scribit: *Ego quidem absens corpore, jam præsens autem spiritu judicavi, ut præsens eum, qui sic operatus est in nomine Domini nostri Jesu Christi, tradere hujusmodi Satanæ, in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini Jesu* [65]. Et paulo post: *Quare non magis injuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? sed vos injuriam facitis et fraudatis, et hoc fratribus. An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare: neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neneque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt* [66].

Verba autem illa non referenda, quæ Paulus auribus hausit, quæ nefas est nomini loqui, vel quæ ad fidem non ædificant, propter ipsorum novitatem, et naturæ humanæ infirmitatem, quæ fit,

[62] II Cor. vi, 14. [63] Hebr. xii, 14. [64] I Cor. ix, 27. [65] I Cor. v, 3 seqq. [66] I Cor. vi, 7 seqq.

ut non facile auditiones hujusmodi percipiat, quæ divinitate cæteras antecedunt.

Quo etiam referri evangelicam hanc assertionem existimo : *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo* [67]. Item : *Sunt autem et alia multa, quæ fecit Jesus in conspectu discipulorum suorum : quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt libros* [68]. Vel quia vita, quæ secundum Christum est, atque adeo regnum cœlorum, quodammodo latet, nec omnino sub aspectum cadit. Hoc sensu, non solum bona ipsius humanis rationibus pervia non sunt, sed ne mysteria quidem ejusdem doceri et percipi possunt. Illud quoque, *Audivit arcana verba, quæ non licet homini loqui* [69], ita accipi potest : Raptus Paulus illa minime linguæ cujusquam explicatione percepit, sed illi animi parti quæ rationis est particeps, tacitus impressit. Deus enim nequaquam voce colloquitur, arcanaque suggerit, sed illa eorum animis inserit, quos colloquio dignatur. Quibus igitur arcanis nullo linguæ ministerio initiatus est, ea etiam ne lingua quidem explicare voluit.

CAP. XII.

Duodecima hæresis, Sethianorum. Hi baptizantur.

Sethiani ab angelis cuncta ortum ducere tradunt : atque duos in primis homines, Cainum et Abelem. De quibus cum aliquando inter se angeli contentiosius digladiarentur, Abelem Cainus angelorum fortiorum auxilio interfecit. Quo cognito superior illa virtus, quam matrem etiam vocant; puro semine suscepto, Sethum ad justitiæ stabilimentum, seminisque delectum effinxit. Temporum porro successu genera illa duo, Abelis, inquam, et Caini, commista sunt. Quinetiam angeli, qui Cainum et Abelem formaverant, cum viderent illorum filias, quod pulchræ essent, rem cum illis habuerunt. Quod cum superior mater illa vidisset, diluvium immisit, et utrumque genus pessumdedit, eo solo genere superstite, quod a Setho descenderat. Cæterum hi Sethiani, ad nugas quod attinet, quas de angelis et potestatibus circumferunt, mire cum Caianis conveniunt.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Sethiani eo dicti sunt, quod Setho adhæreant, ejusque vitæ institutum magnifice efferant. Quemadmodum et Caiani, quod Caini placita præ cæteris sibi proponerent, eaque sequerentur. Porro quemadmodum Cainorum dogmata propter fœditatem detestanda sunt, ita Sethianis orthodoxorum cœtus omnino interdicendus est, quandoquidem illorum traditiones veritati non sunt consentaneæ, imo a Mosaica disciplina prorsus alienæ. Cum enim Moses de hujus universi constitutione dicere proposuisset, *In principio* inquit, *creavit, Deus cœlum et terram* [70]. Deinde quibusdam expositis, Adami et Evæ generationem edisserit : eorumdem lapsum atque e paradiso exsilium subjiciens. Postea vero sic ait : *Adam vero cognovit uxorem suam Evam, quæ concepit et peperit Cain* [71]. Paulo post Abelis quoque nativitatem describit, non sine artium enumeratione, in quibus se uterque exercebat.

Virtutum porro, quæ materiei prorsus exsortes Deum circumstant, nullam Moses neque in Genesi neque in Exodo mentionem fecit, nisi semel in Cantico, his verbis :

Constituit terminos populorum juxta numerum angelorum ejus [72]. Jesus porro Nave nocte in exercitu Michaelem Dominicæ militiæ principem, cum districto gladio vidit. Cæterum in iis generationibus, quæ tempora illa subsecutæ sunt, a judicibus, prophetis, aliisque justitia celebribus viris coram visi sunt angeli, qui nihil aliud esse videntur, quam naturæ quædam simplices, quæ nullo modo aut vis in pejores partes transversæ rapiuntur : divinæ quidem claritatis capaces, a nostrate vero concretione materiali prorsus immunes.

Cæterum hi Sethiani, nulla divinorum eorumdemque Mosaicorum scriptorum habita ratione, hoc universi corpus ab angelis *constitutum* asserunt a quibus Cainus et Abel primi creati fuerint, suppressis parentum, Adami scilicet Evæque nominibus. Deinde Abelem a Caino angelorum fortiorum ope interfectum tradunt. Et quod maxime absurdum est, ex divina quadam virtute, *sic enim* vocant, quæ a Patre cœlesti semen conceperat, Sethum natum fabulantur. Impia porro verba hæc præstigiis magis impiis cumulantes, *angelos* cum mulieribus congressos intrepide asserunt, quæ a Caino et Abele descenderant; et quantum conjecturis assequor, auditis his Moseos verbis : *Videntes filii Dei filias hominum, quod pulchræ essent, acceperunt sibi uxores* [73], filios Dei nullo judicio angelos nominarunt, qua in re se perversos sacræ Scripturæ interpretes, atque, ut ita dicam, suis ipsorum sententiis aperte repugnantes ostenderunt. Angelos enim, a quibus rerum universitatem productam fuisse volunt, ac si corporibus membrisque virilibus non careant, male et impie muliebri *pulchritudine* captos asserunt, camque non secus venari suo figmento, atque nos hamo natatilia solemus. At non ita se res habet : sed deos Scriptura solet eos appellare, qui virtute Deique cognitione cæteris facile præstant : qualis a Mose Sethus describitus, nimirum Dei amore celebris, piorumque Abelis morum imitator exactissimus : quemadmodum et vaticinii ejus character ita sibi constat, ut evariari non possit. Idcirco enim inter homines de corporibus cœlestibus philosophatus est, futuramque mundanæ totius machinæ corruptionem per alterum ex duobus elementis præstan-

[67] Joan. XVI. 12. [68] Joan. XXI, 23. [69] II Cor. XII, 4. [70] Gen. I, 1. [71] Gen. IV, 1. [72] Deut. XXX, 3. [73] Gen. VI, 2.

tioribus, aqua, inquam, et igne, prædixit : atque adeo columnis duabus inscripsit, quæcunque in cœli tabulis antea legerat. Columnarum altera ex latere coctili præparata, altera lapide exsculpta erat, ut si quando igne absumerentur homines, lateritia inconsumpta superesset, si vero aqua perituri essent, lapidea conservaretur. Cæterum filiæ hominum illæ sunt, quæ a Caini genere provenerunt. Hæc enim vox, homo, sine adjuncto proferatur, nec synecdochice subauditur, malam in partem, ut plurimum sacris in Scripturis,et intelligiet accipi solet : quo in significatu etiam apud Davidem dicitur : *Filii hominum, usquequo gravi corde* [74]? Item : *Filii hominum, dentes eorum arma et sagittæ* [75]. Item : *Non timebo quid faciat mihi homo* [76].

Filii autem Dei, qui a Setho pio viro genus ducebant apud tempestatis illius homines oblectabantur, quemadmodum Moses his verbis obscure subindicavit: *Et viderunt filii dei filias hominum, quod pulchræ essent, et acceperunt eas in conjuges* [77]. Davides autem apertius id prolatavit, dum chorditoni psalterii chordis personans hunc in modum psalleret : *Ego dixi,Dii estis,et filii Altissimi omnes. Vos autem ut homines moriemini, et ut* ἀρχόντων *seu principatuum unus cadetis* [78].

CAP. XIII.

Tertia decima hæresis, Archonticorum seu Principatuum. Hi baptizantur.

Nomen his a dogmatibus impositum est. Cum enim cœlorum hebdomadem atque ogdoadem, hoc est sptenarium et octonarium numerum esse dicant, horum unicuique proprium ἄρχοντα seu principem præstituunt. In octavo autem matrem φωτεινὴν, hoc est lucidam, esse aiunt. Atque diabolum septimæ potestatis filium affirmant,nimirum Sabaoth ; qui sit Hebræorum Deus, cum Evaque congressus fuerit, ut maritus cum uxore solet, atque eo ex congressu Cainum et Abelem susceperit. Qui cum germanam sororem ambo rivales deperirent, invidia crepans Cainus Abelem interfecerit. Improbant vero mortuorum quoque resurrectionem, atque solam animam resurgere, ac in cibum principatibus et potentiis cedere contendunt Iidem baptismum exsecrantur, divinorumque mysteriorum perceptionem explodunt, quippe quæ in Sabaothi nomine celebretur. Ab Adamo præterea cognita tandem Eva Sethum processisse fingantur, quem superna potestate ex continenti correptum apud se enutriverit, post multaque temporum intervalla in terram detulerit, ut principatuum et potentiarum mysteria diceret. His porro sunt pseudoprophetæ quidam Marsiades et Marsianus, quorum posteriorem in cœlum quoque abreptum fuisse, et per tres indidem dies descendisse aiunt. Postremo resurrectionem mortuorum continua filiorum ex patribus generatione jam fieri dicunt.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Tenebrarum principis revera discipuli sunt archontici seu principatuum fictores, vel principales. Vanis enim rerum vocabulis in animum inductis suum, hebdomados et ogdoadas, seu septenarios et octonarios numeros cœlorum confixerunt. iisque principes præfecerunt, non quale Moses ait *Constitui terminos populorum, juxta numerum angelopum ejus* [79],sed unicuique cœli subpræfecturam non secus adjudicarent, atque si nulli principatui subditus esset. Hoc vero quid aliud, quæso, est quam multiplicis dominationis introductio,Deique contemptus, qui hanc rerum universitatem protulit? Quod etiam propemodum profitentur, dum φωτεινὴν seu lucidam quamdam introducunt,diabolumque septimæ potestatis, filium esse autumant, atque eum esse Sabaoth Deum Hebræorum impudenter proloquuntur, ut qui Deo contrarii sint. Quæque supradictis magis impia et ridicula dicas, Evæ cum dæmone concubitum, et ex eorum congressu Cainum et Abelem conceptos esse confingunt. O qualia malignus ille mendaciique ab initio pater effinxit? quæ nimirum spurcitiæ suæ capacia sint, quales linguas illis intra dentium septa conclusit,usque adeo mendaciis omne genus exercitas,ut vel ipsum verbis tanquam jaculis impetant, dum eum qui materiæ natura expers est cum corporibus humanis congressum esse tradunt. Hi certe animum non secus atque dæmonem, ut par est, materia constare rati, ea illum de causa cibi loco apponi suis quales sint, principatibus,et potentiis dementissimi omnium pronuntiant.

Neque vero novi quidquam est,quod divinum lavacrum improbant, Sethumque raptum esse nugantur, atque adeo mortuorum resurrectionem filiorum procreatione fieri censent, in omnibus a Veteri Novoque Testamento dissentientes, imo ipsi Deo obstreperi, necnon sors portioque mali dæmonis omnium gratissima.

CAP. XIV.

Quarta decima hæresis, Cerdonis et Marcionis. Hi ad fidem orthodoxam accedentes baptizatur.

Blasphemiæ Simonis his quoque initium dederunt. Fuit autem Cerdo antiquior, qui duos etiam deos esse asserebat, unum qui in lege et prophetis locutus esset, quem etiam impurus hic et scelestas homo creatorem malem notumque vocabat, alterum vero deum bonum et ignotum omnibus affirmabat : quem Christi quoque patrem dicebat, [qui venisse quidem ex Maria existimaretur, ad ea antiquanda, a mundi opifice deo, malo inquam, illo et noto, sancita essent, re autem vera non venisset. Propterea etiam veterem a Christo legem in Evangeliis antiquari,qui dicat *Dentem pro dente, et oculum pro oculo* [80], tanquam dei mali institutionem.

[74] Psal. IV. 3. [75] Psal LVI, 5. [76] Psal CXVII, 1 8. [77] Gen. VI, 2. [78] Psal. LXXXI, 6, 7. [79] Deut. XXXI [80] Matth. V. 36.

Cæterum Marcion Sinopensis, ejus qui per ea tempora Ecclesiæ catholicæ episcopus erat, viri quidem religione pietateque clarissimi filius fuisse fertur, qui cum virginem quamdam circumvenisset, et constuprasset, ejectus a patre, atque eodem persequente fugatus est. Cum ergo Romam pervenisset, ibique qualis erat innotuisset, nec a quoquam ad synaxim admitteretur, Cerdonis impostoris hæresin vel cum additamento amplexus est. Illo enim duos deos asserente, hic tres introducebat, unum quidem supernum, eumdemque innominabilem, invisibilem et bonum, quique nihil in mundo creasset : alterum vero visibilem, creatum, et mundi opificem ; tertium denique qui inter hos duos, invisibilem, inquam, et visibilem, medius esset, nempe diabolum. Idem insuper Christum ab invisibili, innominabili, et bono patre processisse, atque eumdem ad inferos descendisse dicebat, non quidem, ut Judæos servaret, qui Deum noverant, ut Abelem, Enochum, Noæum, Abrahamum, Isaacum, Mosem, Davidem, iisque consimiles : sed Cainum potius, Coræum, Dathanem, Abironem, Esaum, et si quis ejusmodi superesset, gentesque adeo, quæ Deum non noverant. Inde etiam diebus Sabbatorum jejunandum esse prædicabat, ungisque suis quietem Sabbati a Judæorum Deo institutam esse mentiebatur, quocirca jejunandum nobis esse, quo illius placita servemus. Adhæc idem non semel, sed iterato, et sæpius baptizabat. Interdum vero quartum quoque Deum, nempe Hylen, seu materiam, introducebat, eamque ab ipso mundi opifice Deo assumptam esse dicebat, ex qua ille rerum universitatem produxisset : ex purissima nimirum ejus parte cœlum, ex reliquis elementa quatuor, ex ima vero fece et sedimento Infernum atque Tartarum. Item, Purissima, inquit ille, terræ parte transcolata paradisum condidit Deus, ex quo gleba unica correpta Adamum formavit : atque illi animam propria ex substantia largitus est : exindeque adeo corporis et animæ pugnam oriri censet, cum hinc quidem anima corpus ad mundi opificem attrahere conetur : illinc vero corpus eamdem lucta devictam hylæ, seu materiæ, ex qua nimirum formata sit, ascribere contendat. Idem serpentem opifice mundi meliorem esse nugabatur, quia scilicet hic quidem arboris scientiæ perceptionem prohibuerat, ille vero eamdem permiserat et invexerat. Quare qui Marcionis hæresin profitentur, æneum serpentem colunt, eumque in capsulis asservant. Marcionistæ insuper virginitatem professi, mulieribus quoque ad baptizandum accedere permittunt, atque in mysteriis aqua sola utuntur, et unicum Lucæ evangelium approbant abscisso principio, iisque omnibus, quibus ejus conceptionem et incarnationem percurrit : atque inde inchoata narratione, *Anno decimo quinto imperii Tiberii Cæsaris* [81], pleraque etiam e medio atque fine hujus Evangelii detraxerunt : aliaque scripta adulterina interseruerunt. Ex apostolis denique Pauli Epistolis nonnullas admittunt.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Cerdon ejusque præceptor Marcion os in cœlum ponentes duos deos profitentur, unum quidem in lege et prophetis locutum, quem et malum esse dicunt, quicunque omnium impurissimam et pessimam vivendi rationem sectantur : alterum vero bonum et ignotum, quem et Domini nostri Jesu-Christi Patrem vocant. Dei Filium, quamvis in terras venisse censeretur, re tamen vera non venisse tradunt : idque ut Mosaicam legem a malo deo datam antiquaret. Ulterius progressi tertium deum diabolum, et cum eo quartum Hylen, seu materiam commenti sunt.

Porro illis quidem certe per me nugari liceat, Nos autem unum Deum nocimus et credimus, qui materiam ex nihilo produxerit, ex eaque cœlum et terram formaverit, atque omnia quæ in eis sunt condiderit, qui primum quidem per Mosem Israelitis optimam juxta et salutiferam legem dederit, quæque omni detestandæ actioni adverseretur. Deinde vero per unigeniti Filii Domini Jesu Christi legationem gentes ut converterentur Deumque cognoscerent, invitavit. Christus autem non eo venit, ut legem solveret, quod illi volunt, sed ut adimpleret. Siquidem in lege scriptum est, *Audi, Israel, Dominus Deus tuus, Dominus unus est* [82]. Item : *Non erunt tibi dii alii, præter me* [83] Item : *Non facies tibi idolum, non accipies nomen Domini Dei tui in vanum* [84]. Atque hæc quidem verba efficiunt, ne plures esse deos existimemus : ipsumque unum et solum agnoscamus, qui natura Deus est. Porro Deum cum hominibus, hoc est nobiscum, quasi per velum carnis, conversatus, perfectiorem Dei cognitionem in mundum invexit, qui Patrem ita cognoscendum, ut qui principio causaque careat, Filium vero in principio quidem a Patre genitum, principio tamen carentem, ut coæternus illi sit ; Spiritum denique ab illo procedere, docuerit : qui duo eodem quo Pater imperario, eadem potentia, eodem honore, eadem essentia gaudeant : ut ex *his* ejusdem ad Samaritidem verbis colligere *est, Crede mihi, mulier, quoniam venit hora quando neque in monte hoc, neque Hierosolymis adorabitis Patrem. Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus, quia salus ex Judæis est. Sed venit hora, et nunc est quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et veritate* [85]. Etenim tales Pater quærit adoratores, Item illa etiam quæ post resurrectionem discipulis dixit : *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti* [86]. Item : Lex quidem ait, *Dentem pro dente, oculum pro oculo* [87]. Item : *Non occides Non mœchaberis* [88]. Christus autem : *Quicunque in-*

[81] Luc. III, 1. [82] Deut. VI, 4. [83] Exod. XX, 3. [84] Ibid. 7. [85] Joan. IV, 21 seqq. [86] Matth. XXVIII. 19
[87] Matth. V, 38. [88] Ibid. 21, 27.

fensus fuerit fratri temere, *reus erit judicio* [89]. Item : *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est cum illa in corde suo* [90].

Jam vero in hujusmodi exhortationibus constitutio legis haudquaquam consistit, sed honesti custodia et conservatio perfectior. Vetus enim lex scelerum fine aversatur, eosque punit, a quibus illa commissa fuerint, quæ minus honesta sunt : Christus vero vel prima germina radicitus exstirpat eorumque nomine pœnas exposcit. Mulierem enim ad concupiscendum vidisse, aut iracunda comminatione contumeliosiusque in fratrem insurrexisse (quot ne fiat, summa cura cavendum esse Christus admonet), haudquaquam actionum finis et consummatio est, quam Mosaica lex aversatur, sed appetitus quidam et motus, quia ea parturiat, quæ minime conveniunt, atque ad finem etiam deducat.

In utroque igitur hi Cerdonis et Marcionis asseclæ ex diametro ab orthodoxa fide dissentiunt : et quia legem Mosaicam malam esse pronuntiant, et quia Christum ideo venisse contendunt, ut illam solveret.

Quod vero phantasia, seu simulatione, non autem revera Christum in terris apparuisse dicunt, nec pure naturam humanam assumpsisse, dignos ultro sese produnt, qui in Chaos et Erebum pœnas daturi protrudantur. Qui enim fieri potest, ut phantasia dicatur, quod ex virgine natus sit, quod sapientia, ætate, et gratia profecerit, quod crucifixo latus lancea perfossum fuerit, quod statim a resurrectione cicatrices clavorum, laterisque deductionem ostenderit, quod discipulus de iis ipsis curiosius addubitans ea procul dubio sic se habere deprehenderit ? Quæ quidem omnia divinæ dispensationis præscripto ideo conservata sunt, ut eum ipsum esse crederemus, qui apparuerat, qui tertio ante die passus erat in carne, non autem spectrum spiritumve, qui oculis cerni posset.

Quod autem Deus unus est Pater, unusque Dominus Servator noster Christus : quod denique Verbum caro factum sit, id filius ille tonitrus his verbis attestatur : *Et Verbum caro factum est* [91]. At testatur et gentium doctor Paulus, qui plerisque divinarum Epistolarum in locis ea latius explicat quæ de Christo scripta sunt. Inquit enim, *Gratias agimus Patri qui nos idoneos reddidit in partem hæreditatis sanctorum in lumine, qui liberavit nos a potestate tenebrarum, et transtulit in potestatem Filii dilectionis suæ, qui est imago Dei invisibilis primogenitus omnis creaturæ* [92]. Et postea : *Quia in ipso complacuit omnem inhabitare plenitudinem, et per ipsum reconciliare omnia in ipsum pacificans per sanguinem crucis ejus, sive quæ in terris sunt, sive quæ in cœlis sunt* [93]. Item : *Nunc autem reconciliati sumus Deo, per mortem Filii ejus* [94]. Item alibi : *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, se esse æqualem Deo : sed seipsum exinanivit, formam servi accipiens* [95]. Proinde, venit, ut genus humanum servaret, cujus formam assumpserat, atque adeo subdolas dæmonis artes irritas faceret, quem profani homines Deum vocant, quamvis angelica claritudine una cum rebellionis agmine deciderit, tenebrasque cum gloria illa commutaverit, qua totus luce lucebat matutina : cuique pauca quædam, nec magni momenti, posse datum est, in sui ludibrium potius, justorumque certamen et exercitium, quam ad virium demonstrationem. Nec enim alia lege coronatur athleta, victoriæque præconiis effertur, quam si pugno adversarium percusserit, aut ejus viscera catapulta transverberarit : aut in guttur acinacem distrinxerit, atque ita virium suarum dexteritatisque specimen coram agonotheta, seu certaminis præfecto, ediderit. Quomodo, quæso, nobis pietas, aut martyrum pro Christi nomine constantia, optimumque cæterorum sanctorum propositum innotuisset, nisi dæmon Jobum petivisset, et obtinuisset, nisi præterea tyrannos adversus martyras subornasset ?

Cæterum Hylen, seu materiam, neque sine principio esse, neque principio cum Deo carere dicimus, neque etiam imaginationem esse, quæ sit formarum receptaculum : quamvis externorum nonnullis id visum fuerit et placuerit. Nam cum Deus mundum producere in animo versaret, cogitatio illa opus et actio erat. Hylenque seu materiam forma subsequebatur, et simul emergebat. Qui vero Mosem ita dicentem audiunt, *Terra autem erat inanis et vacua, et tenebræ erant super faciem abyssi* [96], atque hinc arrepta occasione divinam sempernitatem materiæ tenebrisque contra imum sed mentum tribuunt, tota errant via, tanquam exleges. Posteaquam enim paucis verbis edisserit, *In principio creavit Deus cœlum et terram* [97], tum deinde quæ facta fuerint, et qua forma producta sint exposuit, et hunc in modum subjunxit. *Terra autem erat inanis et vacua, et tenebræ erant super faciem abyssi.* Cum enim cœlum in orbem circumageretur, et necdum luminaria illa magna sideraque ordinem suum in firmamento sortita essent, merito tenebræ diffundebantur ; ubi primum vero lux emersit, stellæque productæ sunt, tenebræ quidem eadem opera discussæ, et ad nihilum redactæ sunt : quia nimirum per se, suaque vi subsistere non poterant, lumen autem diei ubique resplenduit : ubi verbi gratia in arborum umbris videre est. Sole enim transeunte, ipsæ quoque collectæ adductæ circumferuntur et dissiliunt. Extenso itidem tabernaculo vel papilione lumen diei quodam quasi septo disjungitur, tenebræque liberius diffunduntur, eodem everso et destructo, hæc quoque ad nihilum redacta evanescunt. Verum enimvero rerum, quas Deus creavit, nulla est, quæ ex divina ejus essentia constet, at humanum quidem corpus luto compactum est, anima vero

[89] Matth. v, 22. [90] Ibid. 28 [91] Joan. i, 14 [92] Col. i, 12 seqq. [93] Col. i, 19 seqq. [94] Rom. v, 10. [95] Philip. ii, 6. [96] Genes. i, 2. [97] Genes. i, 1.

extrinsecus insufflata, substantiam ex spiraculo illo concepit, quo Deus illam in primum hominem inspiravit : ut quæ rationis intellectusque particeps, nulli materiæ aut figuræ obnoxia, Dei typus et imago sit : ea tamen lege, ut ejus substantiæ,quæ causa caret, portio non sit ex qua cæterorum quoque omnium, quæ in rerum natura sunt, atque animæ etiam ipsius substantia dependet.

Novi porro nihil est, quod qui dogmata hujusmodi profitentur, diabolum quoque beneficium nominant, ipsique rerum opifici Deo præferunt : atque hunc quidem præ invidia parentibus nostris arboris illius fructu interdixisse, cui boni et mali scientia inerat, diabolum vero ut fructum decerperent ultro permisisse dicunt : minus advertentes, usque adeo desipiunt, vel data opera exorbitant, mortem auspiciis diaboli introductam irrupisse in mundum, atque primos nostri generis auctores, dum illi obsequuntur,exitium sibi parasse paradisoque nudos ejectos esse. Insuper ex consequentia prorsus evenit, ut quæcunque ab iis qui contra Deum talia deblaterant, ex Christianorum rituum præscripto fiunt, ea non sine crimine fiant, ut cum sæpe eos baptizent, vel demergant potius, qui hæresin eorum amplectuntur.

Item cum suis in mysteriis aqua sola utuntur, imo etiam ministerium baptismi feminis permittunt. Atque quatuor ex Evangeliis illud tantum approbant quod a Luca conscriptum est, nec id tamen integrum et citra contextus corruptionem.

Cæterum Theodoritus quemdam hujus hæreseos decrepitum se vidisse testatur, qui cum mane surrexisset, salivæ excremento faciem suam ablueret, causamque rogatus se cavere responderet, ne rerum a mundi opifice Deo creatarum ulla indigeret, atque idcirco ne aqua quidem uti, quæ nimirum ab illo creata esset. Cui cum objecisset ipse. Qui fit ergo, ut panem offeras, vinum et aquam bibas, dormias, mysteria denique tibi præscripta celebres ? subjecit ille, hæc a se necessario fieri : quia nimirum si secus faxit, vivere, mysteriaque celebrare nequeat. Atque ita miser ille volens nolens se rerum a Deo creatarum tanquam bonarum participem esse fatebatur, quibus antea refragatus et oblocutus erat.

CAP. XV.

Quinta decima hæresis, Luciani. Baptizantur et hi, si resipiscant.

Lucianus dogmata Marcionis secutus est, atque ut cæteris in rebus præceptori consentiret, certe legitimas nuptias improbabat, et ad virginitatem hortabatur, non eo sane quod optimam illam, Deoque gratam, judicaret, sed ut Dei opera calumniaretur, legemque scelestus ille ferret, caveretque ne quis feminæ conjungeretur, idque eo tantum consilio, ut rerum omnium opifici et creatori Deo refragaretur, efficeretque ne matrimonii beneficio mundus ab illo recte administraretur.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Quæcunque ad Cerdonis et Marcionis hæresin infirmandam adduximus, ea Lucianistarum quoque blasphemiis evertendis sufficiunt, usque adeo inter illos omnibus in dogmatum articulis convenit, et eamdem revera, ut ita dicam, figlinam summe impii homines exercent. Jam vero cum nuptias hic in universum abroget, in eo fornicationis patrocinium suscipit : atque ita Deo adversatur,hominum quotquot sunt homo impurissimus, exlegemque scortationem immaculato et legitimo torro præfert. Quod si una et eadem opera scortationem se antiquatam velle contendat, nullo igitur modo viri et feminæ congressum approbat, ut hac arte magnum illud Dei opificium homo intercidat, et evanescat (dignus, qui tam tristem aleam primus experiatur) atque ita solis animantibus brutis brutæ telluris habitatio cedat. Unde satis apparet, quam ignavo miser ille quamque inhumano pectore sit, imo vero rationis minus, quam ipsa bruta, ut ita dicam, particeps.

CAP. XVI.

Sexta decima hæresis, Apellis.Hi quoque ad Ecclesiam catholicam redeuntes baptizantur.

Luciani quidem condiscipulus, Marcionis autem discipulus Apelles a præceptore in plerisque *dissentiens* haudquaquam tria,ut ille, quatuor*ve principia*,sed unum principium,unam potentiam unumque Deum innominabilem asseruit, a quo Deus alter factus fuerit, cujus opera cœlum, terram et omnia quæ in eis sunt, creaverit, hunc tamen posteriorem nequaquam bonum evasisse, neque ea quæ fecit bene fecisse, sed pro pravi sui affectus libidine, subjecit.Quod in causa fuit, ut novissimis in diebus Christus Dei superni, ejusdemque boni Filius in terram venerit, carnemque vere, non ex Maria virgine, sed ex mundi substantia, assumpserit, qui deinde crucifixus et sepultus resurrexerit discipulisque suam ipsius carnem ostenderit,atque tandem in ea denuo resolutus, ex quibus constabat, suum cuique elemento, calidum scilicet calido frigidum frigido, siccum sicco, humidum denique humido reddiderit, atque ita ea carne quam assumpserat, liberatus, carnis expers in cœlum ascenderit.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Apellem illum optimum humanarum formarum depingendarum artificem Apelles hic in opinionibus suis de Deo commentandis nequaquam se præstitit, imo potius obliquorum dogmatum conflictor, et veluti quidam figulis imperitus deprehenditur. Quæ quidem dogmata virga ferrea, hoc est fidei regula tandem confracta et antiquata atque validius etiam, quam fusilis

quam taurino capite effixerat ebrietas, in minuta fragmenta confracta et potrita fuerit.

Introducit autem principium unum innominatum, a quo Deum alium processisse subdit, qui omnia creaverit : idque non recte, sed male et prout corruptæ mentis erat lumen illud quod diei præ-lucet, aut aerem quem spiramus haudquaquam veritus, non panis quo alimur, non aquæ qua in potu utimur, non cæterorum cujusquam, quibus homines, ut cætera spirantia perfruimur, rationem ullam habens. In quibus præsertim minus recte, nec ut creaturas decet verba de eo fecisse deprehenditur, a quo illæ in rerum naturam productæ sunt. Ut certe Christum superni ejusdemque boni Dei Filium fateatur, qui revera carnem humanam induerit, passus sit, et resurrexerit, eumdem tamen cum in cœlos ascendit, carnem deposuisse, privatumque corpore ascendisse contendit. Qua in re partim Cerdoni, partim Marcioni colludit, partim cæteris hæreticis astipulatur, erroneaque et improbanda cum illis dogmata velut hæreditario jure sortitur.

Idem aliam quoque hæresim innovat, dum Christum sibi quatuor ex elementis, non autem ex Virginis sanguinibus carnem compegisse asserit : eademque denuo in illa dissolvisse, ex quibus composita fuerat, quod quidem Christi gestis adversatur. Nam si carnem cœlitus attulisset, quo tempore Angelum Evangelistam in civitatem Nazaretham miserat : ad quid, quæso, opus ei fuerat, ut ad tempus in utero Virginis formaretur, ex eodemdemque cum crassitudine corporis exiret?

CAP. XVII.

Septima decima hæresis, Severianorum. Hi quoque ad baptismum admittuntur.

Principatibus hic quoque Potestatibusque illam rerum creationem quam credimus accommodat. Aitque unum esse Deum bonum in supremo cœlo et sæculo. Diabolum autem ex ejus femore processisse, qui potestatum ordini præest : quem etiam Jaldabaothum vocat. Diabolum hunc, simul atque in lucem editus est, serpentem deprehensum, et idcirco in terram dejectum. Cumque venereis stimulis pungeretur, cum terra non secus atque cum muliere rem habuisse, vitemque ejus e spermate prognatam. Proinde a vino abstinendum esse dicebat, quod quidem nunc in furorem, nunc in iram exacueret. Feminam præterea miser ille a Satana factam, eosque qui cum femina concumberent, Satanæ opus adimplere fabulabatur. Atque ea de causa nuptias dissuadebat. Insuper eam quoque hominis partem, quæ superior esset, umbilicoque tenus protenderetur, potestatis Christi creaturam: quæ autem consequerentur umbilicum, [illegible] opus esse contendebat.

deliramenta Severianus expiscatus est, deinde ipse quoque aliarum auctor hæreseon, tanquam blasphemiis blasphemos superare contendat, a vini usu prorsus abstinendum esse docet. Diabolumque cum terra congressum, et exinde vitem mox enatam asserere non veretur : ita ut vitem mali dæmonis malum opus affirmet : ignorans omnia quæ Deus creavit esse bona, prout ejusdem divina vox attestatur. Malum quidem est ebrietas, et rerum creatarum abusus ; nam sol quoque caliginis auctor est iis, qui in ejus orbem recta oculorum aciem dirigunt : non tamen ea de causa lucidissimum hoc dici lumen aspernandum est. Aqua vitam rebus admotis largitur : eadem suffocare quoque solet. Ignis itidem calefacit atque urit. Gladius multis in rebus conducibiles est : at idem homicidia perpetrat. Sic se habent cætera quoque omnia, quibus humana vitat constat. Quin earum etiam virtutum quæ reginæ dicuntur, usus ipse medio neutiquam caret. Si quis ergo res hujusmodi ex hominum usu auferat, solo contrarietatis concursu permotus, is efficiet, ut earum rerum sine quibus vita nostra ingrata et acerba futura sit, nullæ supersint. Multis vero etiam vel mica panis mortem attulit. At fieri tamen nullo modo potest, ut pane careamus, qui tanquam res omnium solidissima, cor hominis confirmat, quemadmodum et vinum, si opportune moderateque bibatur, nec illum σωφροσύνης seu temperantiæ craterem transiliat, aut secundum saltem non excedat, αὐταρκείας, seu sufficientiæ vulgo fertur, quo quidem bona corpori valetudo accedit animique pars rationalis sarta tecta fovetur. Quodque eo majus est, seipsum Christus viti discipulosque palmitibus comparavit : Patri denique nomen agricolæ indidit. Quin et in nocte illa, qua tradebatur, accipiens panem refertumque vino calicem, et utrumque benedicens, Novum nobis Testamentum tradidit; pane quidem in suum corpus, vino autem in sanguinem commutato. Hisque adeo ambobus nobis conjunctus, qui ab illo sumus appellationem sortiti, dies omnes nobiscum versatur, quemadmodum etiam promisit. Atque ita nostris quidem vel in hujusmodi mysteriis arcanis vini usus utilis et salutifer deprehenditur.

Severianus autem qui vinum et nuptias exsecratur, indignum se prodit, et qui unquam in lucem productus sit, et qui calicem Domini sumat. Utraque enim Christus benedixit, nuptias quidem præsentia, vinum autem ex aqua novo et inaudito miraculo factum, Jam vero quid commune luci et tenebris? Itemque Deo et dæmoni ut eum creationis compotem faciat? Hic enim universi creator, ille vero creatura censetur, eaque adeo, quæ quia in iis quæ acceperat, minime perseveravisset, imo temerariis in creatorem ausis insurrexisset, idcirco [illegible] ex alto præceps deturbata est, omnis denique [illegible] se caput et auctorem se præstitit.

perditionis et malorum auctoris III

proles est, quicunque Deo et dæmoni nostri, quasi communi quodam dividundo, creationem impertit, marisque adeo cum femina congressum, opus Satanicum appellat: qualis figmentorum hujusmodi auctor Severianus arguitur.

CAP. XVIII.

Octava decima hæresis, Tatiani. Hi baptizantur.

Tatiani hæreses a Valentini Marcionisque dogmatibus alienæ sunt. Imo hic illos impietate in plerisque superare contendens, Evangelium conscripsit, quod διὰ τεσσάρων, hoc est ex quatuor Evangelistis conflatum vulgo appellatur: genealogiis accisis, non cæteris, quæcunque Dominum ex semine Davidis secundum carnem processisse commonstrant. Et quod ad sæculorum quidem deliramenta pertinet, eadem ille cum Valentino sentiebat. Quod autem nuptias exsecraretur, et a rebus animatis vinoque abstineret, cum Saturnino et Severiano sentire deprehendebatur. Unde etiam eorum qui Encratitæ, et Aquarii dicti sunt, dux et auctor fuit. Cum enim sacramenta ad sanctæ Ecclesiæ imitationem perageret, atque ita continentiam profiteretur, in sacramentis quidem aqua sola utebatur. Cæterum nuptiis injurius nulla illas in re a fornicatione differre dicebat. Adamum denique ipsum salvum esse inficiabatur.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Adversus Marcionem et illum subsecutos hæreticos scribens, eadem quoque in hæresi cum illio Tatianum fuisse dixi. Eadem autem subinde repetita narratio fastidium haud dubie parit: nec minus auribus ipsis molesta est. Neque vero a reliquis impietatibus Tatiani alienum est, quod in mysticis sacris aqua uteretur: cum Dominus institutionem suam panis et vini oblatione definierit, et ex ejusdem latere non aqua solum, sed sanguis etiam ita defluxerit, ut Deum nullatenus dedecuerit, posteaquam in Dei Patris manus spiritum commendavit.

CAP. XIX.

Nona decima hæresis, Encratitarum, seu Continentium. Hi baptizantur.

Encratitarum quoque, seu Continentium hæresis, hæreseos Tatiani fragmentum est. Duo autem principia bono Deo opposita proponunt, eidemque diabolum adversari dicunt: non quia a bono ad malum deflexerat (quæ catholicæ quidem Ecclesiæ sententia est), sed quia tantis viribus polleret, ut suo jure quidquid collibuisset, id ageret, neque Deo subditus obsequeretur. Scripturis autem utuntur, quas Andreæ, Joannis et Thomæ Acta vulgo vocant: necnon quibusdam aliis apocryphis, iisque Veteris Testamenti locis, qui potissimum arrident. Cæterum nuptias aperte diabolo ascribunt atque ab omnium animatorum esu abstinent, non continentiæ gratia, ut aiunt, sed quia metuunt, ne eb animatorum esum condemnentur. Vinum porro non approbant: ipsum quoque diabolicum esse causati: atque illos qui eo utuntur, iniquos et peccatores vocitant. In sacramentis denique sola aqua utuntur.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Encratitæ quoque seu Continentes, sicut equus et mulus quibus non est intellectus, intemperanter in Deum insurgentes, illis tanquam in camo et freno constringentur, quæ adversus Valentini et Marcionis, necnon Apellis et Tatiani hæreses a nobis adducta sunt.

CAP. XX.

Vicesima hæresis, Cataphrygum, qui et Montanistæ, et Tascodrugitæ vocantur. Hi baptizantur.

Cataphrygum hæresis Phrygiam potissimum pervagata est. Vetus autem Novumque Testamentum admittunt. Atque mortuorum resurrectionem confitentur. Cæterum Montano pseudopropheta quodam præceptore gloriantur: qui de seipso ita prædicare solebat: Ego sum omnipotens Pater. Item: Non sum angelus, neque legatus, sed Deus ego, idemque Pater veni mundum servaturus. Prophetissas porro duas, Priscillam et Maximillam asciscunt: quarum Maximilla his uti verbis consueverat: Post me propheta non erit, sed consummatio. Adhæc desertum Phrygiæ locum, cui Pepuza nomen est, in honore habent: quo in loco civitas aliquando fuit, quæ nunc deleta est: quem cœlestis Hierusalem speciem referre dicentes, in eo mysteria sua peragunt. Iisdem porro Tascodrugitarum hac de causa nomen inditum est: τάσκος Phrygio idiomate paxillus, δροῦχος autem nasus dicitur, Solebant autem quo tempore Deum precabantur, naso medio supponere digitum, hoc nimirum signo se ad justitiam ultro amplexandam paratos esse significantes.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Cum Dominus et Servator noster Jesus Christus in Evangeliis dixerit: *Vos autem nolite vocari Rabbi: unus est enim magister vester Christus* [98]: cum etiam ex apostolis Paulo et Joanne, hic quidem aperte dicat, *Omnis spiritus, qui non confitetur Dominum Jesum Christum in carne venisse ex Deo non est* [99]; ille autem pseudoapostolorum vaniloquia aversetur, et pietatis alumnos veluti confirmet, ne ipsorum doctrinis distrahantur atque ita prænuntiet: *Nam ejusmodi pseudoapostoli sunt operarii subdoli, transfigurantes se in apostolos Christi. Et non mirum. Ipse enim Satanas transfigurat se in angelum lucis* [1]. Itemque alio loco præcipiat, immutationem doctrinæ et fidei non esse admittendam: *Sed licet nos, aut angelus de cœlo evangelizet vobis præterquam quod evangelizamus vobis, anathema sit* [2]. Quis, quæso, pietate tam imbecilli est, tamque

[98] Matth. XXIII, 8. [99] II Joan. IV, 2. [1] II Cor. XI, 13 14. [2] Gal. I, 8.

facilis ad credendum omni verbo, ut ea sibi vera esse persuadeat, quæ a Montano docentur? Denique cum Christus Hebræis dixerit, *Testimonium meum non est meum, sed Pater est, qui testimonium fert de me* [3], ne quis omnium Montanum vera dicere autumet, qui de seipso testimonium ferat: idque ejusmodi, ut non de rebus quibusdam mediocribus narrationem instituat, sed illum Patrem omnipotentem Servatoremque pronuntiet.

Hic dubio procul interest maligno spiritu prætumidus, qui paulo post vacuus inventus est, quemadmodum etiam duæ ejusdem prophetissæ. Cum enim nullum post se prophetam venturum, sed in foribus esse consummationem prædicant, falsa et per se reprehensioni obnoxia sese, dum Montano adhærent, ore proprio vaticinatas esse prodiderunt. Illæ enim jampridem obierunt, atque inferorum tormentis expositæ sunt; mundus autem durat et etiamnum propriæ Dei, qui est super omnia, potestati subjacet.

CAP. XXI.

Vicesima prima hæresis, Quintilianorum, Priscillianorum, Pepuzitarum et Artotytarum. Hi baptizantur.

Quintiliani hi pseudoprophetissam, una cum Priscilla hæreseos suæ ducem jactant. Aiunt autem ipsarum unam in loco, qui Pepusa dicitur, dormisse, Christumque in somnis vidisse, muliebri habitu, stola splendida indutum, una secum versatum esse, et somnum cepisse, sapientiam denique sibi inspirasse; atque revelasse quam sanctus ille locus esset. Cæterum Veteri et Novo Testamento utuntur, mortuorumque resurrectionem admittunt. Mulieres autem in episcopos et presbyteros ab illis eliguntur. Aiunt enim, in Christo Jesu nec masculum, nec feminam esse. Artotytitæ porro vocantur, quia panem et caseum suis ipsorum sacramentis adhibent: ἄρτος enim Græcis panis est, et τυρός caseus. Fertur insuper quiddam aliud magis impium apud illos fieri. Puerum enim apprime juvenem quodam die festo per omnes corporis partes subulis pungunt, tum ejus sanguine farinam pinsunt et subigunt, tandemque oblatione inde facta communicant.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Figulinæ ejusdem cum præcedentibus hi quoque sunt, imo vero perversæ illius satanicæque doctrinæ ac traditionis. Quia vero rerum immutatio et innovatio nunquam non hæreticis arridet, eorumque adeo, quæ deteriora sunt, copiam insolentius sibi vindicant, his quoque vestigiis inhærentes Artotytitæ feminas etiam ad episcoporum presbyterorumque cathedras evehunt, atque illis permittunt, ut quæ apud eos celebrantur mysteria, manibus attrectent. In cujus rei assertionem Pauli locum proferunt, ubi sic habetur: *Omnes enim filii Dei estis per fidem in Christo Jesu. Quicunque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Judæus, neque Græcus: non est servus, neque liber, non est masculus, neque femina. Omnes enim vos unum estis in Christo Jesu. Si autem vos Christi, ergo semen Abrahæ estis, secundum promissionem hæredes* [4]. At falso Paulum citare coarguuntur, qui his verbis nequaquam mulieribus ea pertrectare permittit, quæ viris conveniunt: et ea imprimis, quæ mysteriis scatent vivamque docentis vocem requirunt: imo vero nos non amplius sub lege, tanquam pædagogo esse, sed ex fide justificari, Deique filios tam mares quum feminas esse docet atque prædicat, universumque adeo genus humanum, dummodo Christum lavacro baptismatis induerit, imprimis autem cum sic alio quodam loco exhortatur: *Mulieribus docere non permitto; sed domi viros suos interrogent, si qua re sit opus* [5]. Item, *Vos ipsi judicate. Decet mulierem non velatam orare Deum* [6]? Jam si nullo modo convenit, naturæque legibus adversatur, ut femina retecto capite oret (vir enim si comam nutriat, ignominia est illi, mulier autem si comam nutriat, gloria est illi) quoniam coma illi velamenti loco data est, si mysteria tractet, denique ad altare Dei propius accedat, quantum scelus molitur?

Artotyritæ autem et Deum, et salutifera ejus præcepta ignorantes, Christum et Paulum calumniantur: illum quidem, quia muliebri habitu ad suarum prophetissarum unam accessisse, cum ea dormivisse, sapientiam denique et futurorum prænotionem ei instilasse dicunt. Hunc vero, qui magnus orbis præco jure censetur, quia perversi divinorum ejus dogmatum interpretes, feminis non secus atque viris sacra contrectanda permisisse mentiuntur impudenter.

Quod ad προσφοράν, hoc est mysticam sacrificii oblationem pertinet, quam illi celebrant, eam ipsam esse puto, quam vel ejus auctor, et impii sacri præsul diabolus, tanquam maxime nefariam, detestetur.

CAP. XXII.

Vicesima secunda hæresis, Tessaresdecatistarum seu Quartodecimanorum. Hi unguento inunguntur.

Reliquis in rebus Quartodecimam prope fideles, in Paschæ festo judaizant (46). Nec enim illud die Dominico celebrant, sed quocunque decimaquarta lunæ dies inciderit, hoc legis oraculo freti, Maledictus omnis, qui non faciet Pascha die decima quarta mensis, dicentesque Joannem apostolum et evangelistam auctorem fuisse, ut Pascha die lunæ decima quarta celebretur. Insuper apostolorum Actibus utuntur, qui erronei vulgo censentur, aliisque præterea libris illegitimis, quos apocryphos vulgus vocat.

[3] Joan. v, 31, 32. [4] Gal. III, 26 seqq. [5] I Cor. XIV, 35. [6] I Cor. XI, 13.

(46) Euseb. hist. lib. v, c. 22. Exod. XII.

Theodori Scutariotæ scholion.

Honestum quoque puto, si Quartodecimani baptizentur. Quondoquidem ne presbyterum quidem habent, qui baptismi sacramentum administret, ubi enim vel nomine solo episcopus? Quinetiam illorum sacerdotes, qui generis Judaici sunt, nec sacrificium nec omnem Scripturam, nec omnia hagiographa admittunt. Joannis apostoli Evangelium et intelligentes ut omnes porro sanctorum nomine dignantur. *Opera rejiciunt. Sanctorum communionem nullam noverunt. Bogomilorum improbitatem exsequuntur, et in ejusdem.) Si Tessaresdecatistæ iidem sint cum illis, qui Tetraditæ seu Quaternarii dicuntur, ut aliis placet, multa, o Niceta, te illorum hæreseos capita latent: quemadmodum ipse tum perspexi, cum in horum librorum lectionem frequens incidissem, quo tempore apud Hellespontiacam Lampsacum exsulabam, quia scilicet apostolorum Patrumque traditionibus primas deferrem, et ex illarum præscripto res ecclesiasticas componendas et restituendas esse dicerem, potius quam pro hæreticæ ataxiæ seu confusionis libidine.*

Hæreseos præcedentis confutatio.

Mosaica quidem lege cavetur ut sub decimam quartam lunæ diem Pascha celebrent ii, qui ab Abrahamo genus ducunt. Illud autem agni occisio erat, postiumque ex ejusdem sanguine perunctio, atque azyma quæ mane cum lactucis edebantur. Et stantes quidem recti cum baculis omnes, et calceos adeo coriaceos induti, his rebus simul magna cum diligentia utebantur. Ut merito maledictus haberetur et impius; qui hanc institutionem antiquaret. Nos autem non agnum occidimus, sed in Christi commemorationem nostrique sanctificationem et purgationem, corpus et sanguinem Christi offerimus, sacrificium incruentum tractantes. Paschaque nostrum eo ipso die præparare debemus, quo Christus e subterraneis inferorum latebris tanquam sponsus de thalamo suo exsiliit: quo etiam tempore ex Ægypto revera profugimus, armatosque satellites atque infestos dæmonas capite minutos, et viribus debilitatos evanuisse vidimus. Nam si appetente vespera quintæ feriæ pridie quam Christus inique in ligno suspenderetur, sacramenta instituta et percepta sunt, certe προληπτικόν, seu præsumptivum, non autem πραγματικόν, seu rei gestæ commemorativum hujusmodi sacrificium fuit. Præsumptivum quidem, mysterioque scatens, id voco, quod sub quintæ feriæ vesperam peractum est: nondum enim revera mortuus erat, resurrexeratve Christus. Pragmaticum vero seu rei ante gestæ commemorativum, quod post passionem, sepulturam et resurrectionem celebratum est. Vere enim et re ipsa tum mortuus, vere et re ipsa surrexit a mortuis Christus. Quamvis ergo utraque perceptio, nimirum proleptica, seu præsumptiva, et pragmatica seu rei gestæ commemorativa, æque polleant (illic enim et hic corpus et sanguis Christi vere inest), proprie tamen Paschæ festum diei Dominicæ resurrectionis adjudicatur: eique potius, quam vesperæ quintæ feriæ nomen hujusmodi convenit, et tanquam mutuo succedit. Cæterum, ut apertius explicem, unum et eumdem Christum præsumptive et commemorative mortuum esse et resurrexisse, præsumptive quidem sub quintæ feriæ vesperam, cum divina mysteria instituta sunt, commemorative autem die resurrectionis ejusdem quæ tertio post die facta est, exempli gratia in medium proferam illa, quæ in baptismatis regeneratione fiunt. Ibi enim qui redemptionis aqua lustrantur, vere sepeliuntur vereque resurgunt. Eo enim quod ter aqua lustramur, una cum Christo sepelimur, denuoque cum Christo iisdem lustrationibus resurgimus, ab illa veteri mortalitate liberati, quam ex Adami lapsu contraxeramus. Hujusmodi porro mortificatio et resurrectio haud quaquam pragmatica, sed mystica est. Pragmatica enim mortificatio tunc in nobis est, cum animæ a corpore separatio fit. Pragmatica item resurrectio tunc fiet cum tuba canens angelus mortuos e monumentis excitabit. Nihilo minus mystica illa quæ triplici lustratione fit, mortificatio, quæque illam subsequitur, resurrectio, a nobis vera existimatur, et creditur; vique prædita est, ab iis quæ oculis objiciuntur diversa, quemadmodum Paulus in Epistola ad conterraneos meos Collenses his verbis theologice philosophatur: *In quo et circumcisi estis, circumcisione non manufacta, in exspoliatione corporis carnis, in circumcisione Christi, consepulti ei in baptismo: in quo et resurrexistis per fidem operationis Dei qui suscitavit illum a mortuis* [7].

Proinde neque festum cum Judæis celebrandum, nec ad lunam decimam quartam studiosius attendendum est, sed tum demum Pascha celebrandum est, cum Servatoris nostri dies instat.

At vero Tessaresdecatitæ, seu Quartodecimanni, cæcos duces secuti, Actusque apostolicos, qui ab ipsis probantur, non injuria in perditionis barathrum ceciderunt, quippe qui tenebras cum luce, hoc est cum apostolicis dogmatis, catholicisque traditionibus atque adeo ipsius Christi præceptis, quæ terram omnem, quam lumine suo sol illustrat pervagata sunt erroneas illas traditiones commutarint, quas ipsi apocrypha vocant.

CAP. XXIII.

Vicesima tertia hæresis, Alogorum, seu Dei Verbum negantium. Hi unguntur.

Joannis Evangelium non admittunt Alogi, imo nec Apocalypsin quidem, sed ea Cerinthi hæretici commenta esse aiunt, dubitantes et dicentes Christum in Ægyptum quidem profugisse, atque a fuga postliminio reversum Nazarethæ habitasse,

[7] Col. II, 9, 11, 12.

deinde baptizatum, et in solitudinem a spiritu abductum fuisse : indeque reversum prædicare cœpisse, ut ex aliorum evangelistarum scriptis constat. Hujusmodi autem nihil Joannis Evangelio contineri.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Demens revera, et expers rationis est Alogorum, de quibus hic agitur, hæresis, nec minus vana cum ipsa dubitatione dubitationis occasio ; nec enim in omnibus quatuor evangelistæ consona inter se proferunt, sed ea quidem quæ pro tempore gesta sunt quæque Christi ad nos adventui cohærent, ab omnibus citra ullum falsi vestigium conscribuntur, quod nimirum Dei Filius, ita volente qui est super omnia Patre, sanctoque Spiritu cooperante, in terram descenderit : ubi carne Virginis e sanguinibus mutuo accepta, passus in cruce, sepultusque sit, et resurrexerit, denuo denique in cœlos ascenderit.

Ad miraculorum porro explicationem quod attinet, quamvis eodem illam omnes modo non tractaverint, quod tamen ab alio prætermissum est, id litteris alius exaravit, quodque idem hic silentio suppressit, id ab eo qui subsecutus est haudquaquam omissum, sed expressum et historiæ insertum est. Quod quidem divinæ providentiæ et administrationis opus haud dubie præstantissimum est. Si enim quatuor evangelistæ in omnibus inter se consensissent, ii qui ad veritatis lumen cæcutiunt illos convenisse, communique conspiratione atque sophistico consensu ea conflnxisse et conscripsisse objecissent, quæ nullo modo accidissent, nunc vere in illis concordia discors elucescit, similisque adeo est, ut ita dicam, Evangeliorum quaternio musico organo tetrachordo, quod Spiritus sanctus personat, modoque hæc salutari cantico, modo illa sono vocis ornatissimo hominibus, quotquot nondum prorsus obsurduerunt, percurrenda assumit, ita ut quoties Evangelium Joannis cœleste voco, sæpe autem facio ἀπήχημα quoddam, seu extremum resultantis vocis sonitum percipio, quo Dei gloria et harmonica firmamenti vox explicatur, quæ quidem miracula illa annuntiat, quæ cum carne a verbo, et ejusdem cum illo naturæ Spiritu facta sunt : quæque paternæ manus appellatione designantur. Discipulus enim Deo charus viam tribus Evangelistis inviam et inaccessam ingressus, ea Christi miracula exposuit, quæcunque prætermitti non poterant, quin quoquomodo tractarentur. Miraculorum enim suorum Christus discipulos quoque participes gratis effecit, illosque adeo iis quæ fecisset ipse, majora facturos esse pollicitus est. Atque a tribus quidem evangelistis satis superque tradita et exposita sunt illa, paucis aliquot exceptis. Cœlestem vero et propriam Christi generationem verbo ἦν erat, expressam statim ab initio tonitrus filius hic tanquam fulguris impetus, in omnes orbis fines ejaculatus est, ut cætera quoque id genus, quæ ille sui sublimitate sermonis in medium idcirco proposuit, quia verbum illud ἦν erat, quod nullo modo recusari refutarive potest, jam hominum auribus intonuerat, et animis innotuerat. Quamvis enim vel his exacte traditis, perspicuaque theologia expositis, indocti pessimique veritatis æstimatores hæc verborum portenta : οὐκ ἦν, non erat ; ἦν ὅτε οὐκ ἦν, fuit tempus, quo non erat ; ὅμοιον, simile ; ὁμοιούσιον, similis essentiæ ; ἧττον, minus, et κτιστὸν creatum, excogitarunt, et cætera alia quæ ad confutationem manifestamque auctorum suorum derisionem libris editis circumferuntur. Papæ ! quam dissimilia de Christo dicerentur nisi Dominus per eum qui hæc arcana revelavit, tanquam de cœlo intonuisset, vocem suam Altissimus emisisset, dogmatum maxime divinorum fulgura multiplicasset, atque hæreticos confudisset. Sed, ut videre est, non alia de causa Evangelium Joannis ab his Alogis improbatur, quam quia Dei Verbum non admittant, nec Deum, nec apud Deum esse, nec omnia per ipsum facta esse, confiteantur, et prædicent.

CAP. XXIV.

Vicesima quarta hæresis, Adamianorum. Ili unguntur. At honestum quoque fuerit, si baptizentur.

Adamiani Adamo quodam doctore usi ecclesias suas in partibus inferioribus leves et angustas efficiebant quibus excalfaciendis ligna accendebant, januisque adstare jubebant, qui virorum feminarumque omnium, quos statim ab ingressu exui moris erat, vestimenta custodirent, atque ita precibus et Scripturarum lectioni intendebant, virginitatis studio sese insolentius efferentes. Quod si quis in flagitio deprehenderetur, eum mox foras ejectum Adamum dictitabant, qui de ligno comedisset. Ecclesiam enim suam paradisi nomine dignabantur. Iidem præterea nuptias improbabant.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Nec recte, nec pie pro Adami cum Eva concubitu ab Adamianis ligni degustatio exposita est. Moses enim aliam fuisse arboris scientiæ ex serpentis suggestione perceptionem, alium Adami Evæque concubitum testatus est. Atque illam quidem in paradiso nefarie perpetratam ait, hunc vero postea quam inde ejecti sunt, pelliceasque tunicas induerunt. Quod autem nuptias interdicunt, virginitatis simulatio meraque sine rebus verba sunt. Cum enim non sine magna turpitudinis nota, omni amictu deposito, alii aliorum mutuo fruantur aspectu, qui fieri potest, ut apud æquos rerum æstimatores virginitatis amantes et studiosi judicentur ? Cæterum quantum illi scelus nefasque committant, qui de industria volentesque nudantur, et ea detegunt, quæ occultari natura voluit vel ipsi generis humani progenitores ostendere cum sibi ficulnea folia consuerunt, eorum actum aversati, quæ pudore digna sunt. Absurdum porro et ab omni modestia prorsus

quodque calidum illum et ferventem zelum in Adamianis augeat, hoc merito censeatur, quod cum in Ecclesiam vestibus induti, et cum pudore preces Deo fundere deberent, in hypocaustis et caminis ignem accendant, ibique cum feminis conversantes, atque una cum illis psallentes, amoris pruritu inardescant, et calido admodum mutuo concubitu fruantur.

CAP. XXV.

Vicesima quinta hæresis, Sampsæorum, qui et Helcesæi. Hi baptizantur.

Sampsæi vocantur, quasi puri Hebraica lingua ; Helcesæi vero, a quodam eorum doctore (47). Hæreseos porro dux et auctor illis fuit pseudopropheta quidam Judæus, nomine Elxai, qui Trajani temporibus vixit. Is per salem, aquam, terram, panem, cœlum, ætherem, et ventum jurare, divinumque illis exhibere cultum jubebat. Cæterum continentiæ adversabatur, virginitatemque exosus, nubere cogebat. Sed et hypocrysin commendabat, in eaque nihil inesse peccati asserens, eos a peccato immunes esse addebat, qui ex necessitate, non ex conscientia tempore persecutionis idola venerati essent. Prophetas non admittebat. Amuletorum vel monilium usum imperabat. Christum creaturam esse, atque in Adamo formatum fuisse fabulabatur, cujus corpus pro suo arbitratu indueret, posteaque exueret. Spiritum sanctum fratrem ejus esse, atque eorum utrumque longitudine ad nonaginta sex milliaria, latitudine vero ad viginti quinque protendi asserebat. Huic porro frater erat, Iexæus nomine. Tandem ex eorum sanguine mulieres duæ Maltho et Malthana exortæ sunt, quas non secus atque deas mente capti venerabantur, et si quo proficiscerentur, pulverem pedum earum, insuper et salivam, et sputa, benedictionis loco sibi sumebant.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Adamianis hi, ad nuptias et virginitatem quod attinet, ex diametro repugnant, Utrique enim a mediocritate et recta ratione deflexerunt. Nuptias quidem Sampsæi maximo in honore habent, cunctosque jubent nubere. At virginitatem Adamiani summo studio prosequendam esse rati, eos odio prosequuntur, qui nuptias contrabunt, cum tamen honorandæ nuptiæ, nuptiisque virginitas anteferenda sit. Utraque enim Deo grata sunt. Christus enim a virginitate non alienus, idemque nuptiarum auctor, *Qui potest capere*, inquit, *capiat* [8]. Item magna illa prædicationis tuba Paulus, virginitati primogenia dans, aperte clamat. *Dico autem non nuptis et viduis, bonum est illis, si sic permaneant sicut et ego : sed si non contineant, nubant* [9]. Eo autem quod per elementa jurant, manifestos se gentium imitatores ostendunt. Illæ enim per canem, per anserem, et per pinum jurabant, elementorumque quaternionem ad fidem dictis suis astruendam proferebant.

Quin et apud gentium deos e Styge (quem inferorum fontem esse fabulosa tradit antiquitas) aquam frigidissimam scaturire, verissimi quotidianis in colloquiis juramenti loco habebat. Nos autem Christo docente, neque per terram, neque per cœlum jurandum esse didicimus ; illam enim pedum Dei scabellum, hoc vero sedem esse idem testatus est. Jusjurandum autem nostrum esse voluit, *Est, est, non, non* [10]. Nugonum denique deliria sunt, et eorum qui in seipsos divinam concitant iram, cum totum Christum corruptioni obnoxium esse aiunt, qui ab Adamo sit ortus, nec eum, quatenus Deus est, præcesserit, cum corpus ab eodem exui, denuoque indui asserunt, non secus atque a nobis vestimenta, et a serpentibus leberides decurso temporis spatio solent. Unigenitus enim Dei Filius, cum sit Patri coæternus, uniusque et ejusdem cum illo naturæ, in ultimis temporibus, creata nostra natura divinæ increatæ et puræ per hypostasin unita, corpus quod assumpserat divinitatis dignitatum, ipsa conjunctione, particeps effecit, nec illam ullo unquam tempore deposuit, ut quæ eadem esset cum eo quod unixerat, *imo vero*, ut ita dicam, ὁμόθεος, hoc est Deo semper et indissolubili vinculo conjuncta, quemadmodum magnus ille theologicis in rebus Gregorius auctor est. Ex quo fit, ut hypostasin illam quæ ex divinitate et humanitate conflata est, nunc quidem *Christum*, item Deum et hominem, item Deum *incarnatum* : nunc vero Deum duntaxat, et Filium hominis itemque hominem tantum nominemus. Nec tamen, cum Deum duntaxat dicimus, ab homine illum separamus, nec cum hominem tantum nominamus, illum a divinitate sejungimus (idem enim totus Deus, et totus homo est), nec divinitatem quidem cum dicimus, illi quæ humanitati propria sunt, nomina tribuimus (nec enim divinitatem passioni obnoxiam, aut creatam dicimus), neque contra quoties a nobis humanitatis mentio fit, eam divinitatis proprietatibus decoramus (nec enim humanitatem increatam dicimus), at si unius hypostaseos mentio fiat, non ita, sed ingenue et Deum duntaxat, et hominem duntaxat, et utramque conjunctim Christum confitemur. Atque, quemadmodum Deus Verbum, antequam in cruce pateretur, carnem quam sibi conjunctione et commistione ineffabili conjunxerat, differentiæ expertem reddiderat : ita immortalitatis quoque participem resurrectione sua reddidit, neque ab illa quoquo modo sejunctus est, neque unquam sejungetur propter summam illam conjunctionem, duplicisque naturæ concursum, qui confundi nullo modo possit. Ita in cruce pependit, et

[8] Matth. xix, 12. [9] I Cor. vii, 8, 9. [10] Matth. v, 37.

(47) Euseb. lib. vi, cap. 27.

carne passus est: ita e monumento prodiit: ita A januis clausis a discipulis visus, eorumdemque digitis contrectatus est: ita in cœlos ascendit, et consessus paterni honore exceptus est: ita denique rursum venturus, et vivos cum incredulis judicaturus est. Cæterum, cum Dominus ipse dicat: *Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo: qui autem negarit me coram hominibus, negabo et ego illum coram angelis Patris mei, qui in cœlis est* [11]; item; *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit* [12]: qui fieri potest, ut Sampsæi peccare negentur, cum persecutionis tempore idolorum cultum permittunt? Mutuum enim cordis et linguæ consensum esse oportet, atque illud quidem interius pietatem parturire, hanc vero eamdem B coram iis profiteri, qui diversam a nobis fidem amplectuntur, quod autem pio viro ita faciendum sit, verba illa quæ per prophetam Deus pronuntiat attestantur. *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me* [13]. Et Paulus, corde quidem credi, ore autem confessionem fieri auctor est.

Insuper cum Spiritum sanctum Christi fratrem nominant, haud dubie nugantur, satanicumque mendacium proferunt. Fratres enim simili prorsum modo a parentibus in rerum naturam procedunt. At in Christo et Spiritu generationem et processum a Patre didicimus et prædicamus. Atque Spiritus quidem substantia nullo modo mensurabilis est, ut quæ dimensiones omnes exsuperet, tanquam materia quædam quæ materia formaque careat. Christus autem, quia carnem assumpsit, mortalemque formam subiit, idcirco loco circumscriptus, necnon visui tactuique expositus est, ad justum denique ætatis terminum pervenit: ita tamen ut non omnibus punctis extenderetur.

Quomodo enim in cruce mortuus aut in monumento, quod sibi ipsi Josephus lapide construxerat, sepultus fuisset, si ad jugeris et stadii mensuram accrevisset, atque ad immensam fere longitudinem, et longitudinem latitudini respondentem protensus fuisset.

Quia vero ipsas quoque mulieres gentili more deorum numero adscribebant, pulveremque pedum earum et salivam tanquam salutarem expetebant, digni sunt, qui respuantur, atque hujus erroris et D imposturæ nomine omnium maxime ridiculi censeantur, tanquam cerebrum in calcaneis gestantes, et circa illa occupati, quæcunque serpens ille despulor, et qui virulenta voce Evam appetiit, tandemque condemnatus est, ut super pectus et ventrem reperet, terræque pulvere vesceretur, antiqua hypocrisi sua inter hos quoque introduxit: quam quidem hypocrisin honore etiam dignam apud se reputant, ut quæ nulla prorsus in offensa sit, contra certe quam Christi verba demonstrent, quibus ita exclamat: *Væ vobis, Pharisæi hypocritæ* [1]: quibus verbis ingratam esse Deo hypocrisin indicat.

CAP. XXVI.

Vicesima sexta hæresis, Theodotianorum. Hi baptizantur.

Byzantius quidam, nomine Theodotus, arte quidem coriarius, at Græcorum disciplinas ad unguem callens his nomen imposuit, qui cujusdam persecutionis tempore carceribus detentus Christum abnegavit. Qua de causa cum multorum conviciis et opprobriis lacesseretur, inde aufugiens Romam profectus est, ubi cum etiam innotuisset, nec minoribus opprobriis appeteretur, Christum B nudum et simplicem hominem esse profiteri cœpit, utique ut excusare factum suum posset, qui hominem, non Deum, abnegasset: hacque adeo apologia utebatur. Nam vel ipse Christus dicebat, *Nunc autem me quæritis interficere hominem qui veritatem locutus sum vobis* [15]. Item, *Si quis verbum contra Filium hominis dixerit, remittetur ei* [16]. Insuper apostoli quoque dicebant, *Virum qui inter vos signis et prodigiis inclaruit* [17].

Hæreseos præcedentis confutatio.

Si Christus homo nudus simplexque sit, adoratores hominis haud dubie sumus; quod si hominem adoremus, pejus quam antea deliramus, si saltem olim quidem præ ignorantia cultum divinum elementis exhibebamus, quæ hactenus C eodem se modo habuerunt, nunc vero data opera et nobis conscii in homine, qui servare non possit, spes nostras reponimus. Atque Christianismus in posterum manifesto cunctorum ludibrio exponetur una cum narrationibus illis multis, miris, omnino divinis quæ de ipso circumferuntur.

Nec tamen interim nudus homo et simplex Christus est, sed Dei Filius, et Sermo per se subsistens, qui massam nostram assumpsit, et cum hominibus in corpore conversatus est. Cæterum Christus, qui tanquam ex duplici natura, non autem hypostasi compositus, hæc in Evangeliis ait: *Nunc autem quæritis me interficere, hominem qui veritatem locutus sum vobis* [18]. Item: *Filius quidem hominis, secundum quod definitum est, vadit; verumtamen væ homini illi per quem tradetur* [19]. Christus, inquam, ita in Evangeliis dicere deprehenditur: *Pater clarifica Filium tuum, ut et Filius tuus clarificet te* [20]. Item: *Clarifica me claritate, quam habui prius quam mundus esset apud te* [21]. Item: *Qui videt me, videt et Patrem.* Item: *Ego in Patre, et Pater, in me* [22]. Illa ad humanitatem, hæc ad divinitatem referenda sunt, quandoquidem duplex erat, ratione quoque du-

[11] Matth. x, 32, 33. [12] Matth., xxiv, 13. [13] Isa., xxix, 13. Matth. xv. 13. [14] Matth. xxiii, [15] Joan. viii, 40, [16] Luc. xii, 10. [17] Actor. ii, 99. [18] Joan. viii, 40. [19] Luc. xxii, 22. [20] Joan. xvii, [21] Ibid. 5. [22] Ibid. 9, 10.

plicis naturæ homo solum dicitur, et Filius Dei; item, Verbum Dei, et Dominus gloriæ.

Cæterum hæc verba, *Qui dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei; blasphemanti autem in Spiritum sanctum non remittetur neque in hoc sæculo neque in futuro* [23], sic accipienda sunt. Pharisæi et Scribæ cum stupenda Christi miracula coram intuerentur, cum illa Dei operibus accensere, in eumque credere debuissent, a quo fiebant, invidia potius moti eum in Beelzebule principe dæmoniorum malos spiritus ejicere dicebant. Ipse vero illorum dementiam his dictis parabolicis prius arguens, *Nemo potest vasa fortis ingressus in domum diripere, nisi prius fortem alliget* [24], quibus ne seipsum quidem dæmones increpaturum, et corporibus humanis ejecturum fuisse significat, nisi fortem prius vinxisset, nimirum dæmoniorum principem Beelzebulem: in quem dæmonia ejicere a sycophantis dicebatur; postea subjungit: *Ei qui in Spiritum sanctum blasphemaverit, non remissum iri; ei vero qui in Filium blasphemaverit, remissum iri* [25]. Nam cum esset ratione carnis assumptæ compositus, carnisque tanquam veli, ut ita dicam, intermedio nobiscum versaretur, eo fiebat ut nunc quidem lacrymaret, Lazarum a mortuis excitaturus, nunc vero super mare ambularet, mulierem profluvio sanguinis laborantem sanaret: denique vitalem arefactæ manui motum restitueret. Proinde par est, ut qui utraque cernunt, et quæ ad naturam divinam affecta erant, et quæ ab illo fiebant humanitus, nunc quidem ad ea quæ meliora sunt excitentur, Deumque rerum hujusmodi effectorem cognoscant, nunc vero hominem fuisse existiment, qui naturam factis obsignaverit. Qui ergo ad Verbum humana forma exutum accesserit, legibusque carnis acquieverit, ei blasphemia remittetur, eique parcet Dominus, quia in eo lapsus sit, quod aspectabile est, et propter carnem in ea se vitia demerserit, quibus caro obnoxia est. Si quis vero ad divina miracula, et quæ præter vulgi opinionem operatus est Dominus, clausis oculis conniveat, eaque satanicis virtutibus adscribat, ei absurdum hoc scelus non condonabitur, judicemque severum et immisericordem experietur, ipsum scilicet Spiritum, in quem præ ignavia, vel improbitate peccaverit. Loquitur autem de iis, qui blasphemare Spiritum perseveraverint, atque in hac opinionis perversitate vivis excesserint. Quod si quis Domini cognitionem sit adeptus, eorum quæ in hoc mundo ignoravit, remissionem consequetur. Idem quoque sensus est hujus Actuum apostolicorum loci: *Virum qui inter nos signis et miraculis inclaruit* [26].

CAP. XXVII.

* *Vicesima septima hæresis, Noeti, et Novati. Hi unguntur; præsliterit autem, ut Noetiani quidem baptizentur, Novatiani vero inungantur.*

Partim consentiunt hi duo inter se, partim dissentiunt. Noetus enim patria Ephesius unum et eumdem esse non sine blasphemia contendebat, qui Pater, et Filius, et Spiritus sanctus dicitur, Patremque passum asserere audebat. Cujus blasphemiæ ergo quoties objurgabatur, nihil se mali committere respondebat, quia unum Deum noverat, qui natus, passus, et mortuus esset. Inquit enim, dicebat ille, Deus ad Mosem: *Ego Deus primus, Ego et postea* [27]. Item, *Non habebis deos alienos* [28]. Proinde si Christus in mundum veniens natus est, idem prorsus est Pater, idem Filius, idem denique Deus unus, qui semper est, et nunc venit. In hæreseos autem suæ confirmationem sacris e Litteris depromptam, hæc prophetica detorquere conabatur: *Hic est Deus noster, et non æstimabitur alius, adversus eum. Hic adinvenit omnem viam disciplinæ, posthac in terris visus est, et cum hominibus conversatus est.* Item, *Non est Deus præter te* [29]. Cum ergo ἀνόητος hic, hoc est mente captus, Noetus hujuscemodi dogmata disseminaret, in extremam tandem absurditatem incidit, adeo ut seipsum Mosem, fratremque suum Aaronem diceret.

Novatus autem, Ecclesiæ Romanæ presbyter, arrogantiæ spiritu elatus, in errorem impegit. Nec enim illos qui persecutione grassante lapsi fuerant postea pœnitentes admittebat: *nihil iis salutis* relictum esse dicens, qui post baptismum peccassent. Denique quamvis eum Cornelius, qui Ecclesiæ Romanæ tunc temporis præerat, sæpe cohortaretur ut concito gradu ad Christianos Tyrannorum sævitia perculsos et labascentes se conferret, eosque tanquam sacerdos sacris concionibus confirmaret, nullo tamen modo id ut faceret, adduci potuit, sed sese subducens delitescereque conatus, tandem hac impia crudelitate laborans, ab Ecclesiæ quoque corpore secessit. Cæterum hujus hæreseos sectatores non tantum Novatiani, sed etiam Cathari, hoc est puri, nuncupantur. Idem eos quoque aversabatur, qui post baptismum ad secundas nuptias convolabant, nec illos ad communionem admittebat.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Ætatis puerilis informatrices illæ Salomonis voces quibus ait, *Vidi justum perditum in sua justitia* [30]; item, *Sunt viæ, quæ videntur homini rectæ, extrema tamen earum tendunt ad mortem* [31], mirum in modum Novati sævitiæ et opinioni, qua veniam nullam admittit, consentaneæ sunt. Nam dum puritatis se quam par est amantiorem præstat eamque accuratius æquo sectatur, minus advertit, quantum in crudelitatis barathrum se præcipitet: exitiumque sibi ultro accersat: nec secum reputat, neminem esse, qui quod bonum est: ita sectetur, ut inde excidere nunquam possit, atque id ne simplici quidem angelicæ naturæ quæ Deo assistit, perpetuo datum. Ad hæc si ab eo quod bonum est

[23] Luc., XII, 10. [24] Marc. III, 27. [25] Matth. XII, 31. [26] Act, II, 22. [27] Exod. III, 6. [28] Exod. XX, 3. Eccli. XXXVI, 5. [30] Eccl. VII, 16. [31] Prov. XIV. 12.

non deflexissemus, opus haudquaquam fuisse, ut Deus Verbum ad nos assumpta carne descenderet. At vero, quia vitam mutationi obnoxiam sortitus homo est, et non secus atque trutinæ lances in utrumque latus vergit et movetur, idcirco neque angelus, neque homo (cum Spiritus sint ministerio addicti), sed Dominus ipse venit, ut salvos nos faceret. Quid ergo Novatum movebat, ut eos non admitteret, qui post baptismum peccassent? aut persecutionis tempore lapsos aversaretur? Prorsus ignoro : nisi quis hujusmodi contentionem, hominis persuasionem rationis expertem dicere malit, quæque ad puritatem nullo modo quemquam deducere queat. Ex quibus enim, quæso, dictis evangelicis ore Dei prolatis, vel etiam apostolicis constitutionibus Novatus hic tantam severitatem hausit? Nonne Dominus fletum Petri, ab eo abnegatus, admisit? nonne eumdem apostolorum coryphæum fratri septuagies peccata esse remittenda docuit? Nonne Paulus Corinthium illum qui novercam constupraverat venia post lacrymas dignum esse censuit? eumdemque reliquo Ecclesiæ cœtui restituit?

Quanta vero socordia falsaque puritatis opinione laboret Novatus hic, vel ex eo arguitur, quod iis, qui ad secundas convolant nuptias, communicare nolit, quamvis Paulus aperte dicat : Volo etiam ut juvenes viduæ nubant! Idem quid de Noeto sentiendum est, qui injustitiam in altum locutus est, et posuit os in cœlum, cum præsertim Patrem, Filium et Spiritum, blasphemus ille unum eumdemque vocet! Quamvis enim dispensationis mysterium admittat, incarnationem Dei prædicet, Evangelium evolvat, quæque in eo continentur omnia percurrat, corde tamen et labiis ea se fugere, atque in contrariam sententiam pedibus ire manifeste prodit. *Euntes* enim, inquit Christus, *docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti* [32]. Videns quemadmodum tres unius divinitatis hypostases explicantur? Item ex eo quod alio idem in loco ait : *Pater, clarifica Filium tuum, ut Filius etiam tuus clarificet te* [33]. Item : *Nunc autem ad te venio.* Item : *Clarifica me claritate, quam habui priusquam mundus esset apud* te [34]. Atque Dominus quidem ipse posteaquam assumptus est in cœlum, seditque ad dexteram Patris, aperte indicavit aliam Patris esse, aliam Filii hypostasin. Imo ipsa quoque Patris et Filii significatio personarum dualitas est, quæ schetica significatione, seu habituali et relativa effertur.

Eo præterea quod Filius de Spiritu dixit : *Petam a Patre, et alium Paracletum mittet vobis, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit* [35]. Item, *Ille me clarificabit* [36], tertiam quoque sancti Spiritus hypostasin indicat. Male igitur, nec tanquam bona mente præditus ille, qui vulgo tamen Νόητος quasi mente præditus dicitur, Patrem, Filium, et Spiritum sanctum, naturam quidem unam, divinitatem vero tribus distinctam personis in unam personam contrahere et coarctare, proque personarum differentia substantiam usurpare deprehenditur. Insuper eo quod carnem a Patre assumptam, quemadmodum a Filio, eaque omnia, quæ dispositionis erant, completa esse affirmat, evangelicis traditionibus perspicue repugnat. Joannes enim evangelista et theologus, *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum* [37], fulminanti voce exclamat. Et paulo post : *Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* [38]. Incorporeus quoque angelus Virginem ita in civitate Nazareth allocutus est : *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque quod ex te nascetur sanctum vocabitur Filius Dei* [39]. His Davidicum quoque vaticinium astipulatur : *Propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis* [40]; quemadmodum illa quoque Theanthropi seu Dei et hominis verba, *Cum ipsum bibent novum in regno Patris mei.* Item : *Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum, Deum meum et Deum vestrum* [41]. Item : *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum* [42]. Quibus quidem omnibus pietatis alumni sic sentiendum esse discunt, ut tres personas in beata et immortali divinitate intelligant, quæ in Patre, et Filio, et sanctissimo Spiritu cernitur, et colitur.

CAP. XXVIII.

Vicesima octava hæresis Sabellii. Hi baptizantur, vel, ut quibusdam placet, inunguntur.

Sabellius Libyca Pentapoli oriundus unam in Patre, Filio, et Spiritu sancto personam prædicabat, eumdem esse Patrem asserens, qui et Filius, et Spiritus sanctus esset : ita ut in una persona tres significationes, quemadmodum in eodem quoque homine corpus, anima, et spiritus deprehenderentur. Atque in Veteri quidem Testamento tanquam Patrem leges tulisse, in Novo tanquam Filium carnem assumpsisse, apostolis autem tanquam Spiritum supervenisse : ita ut corporis quidem Pater, ut ita dicam, animæ vero Filius, spiritus denique vicem, sanctus ille suppleret Spiritus : vel tanquam in sole, cujus una persona est, tres actiones elucescerent, nimirum illuminativa, calefactiva, ipsaque figura, qua in orbem circumducitur; atque calefactiva quidem actio Spiritus : illuminativa, Filius : totius denique personæ figura, Pater esset. Filium addebat, tanquam radium, aliquando missum esse, imo potius Patrem in specie Filii descendisse, qui ea exsecutus, quæ ad evangelicam dispensationem pertinebant : tanquam Filius rursus in cœlum receptus esset, non secus atque radius a sole missus ad ipsum denuo se recipit. Sanctum denique Spiritum in hunc mundum, tanquam energiam, seu vim effectivam Patris missum esse, ad eos et publice et privatim, qui ab illo vivificari,

[32] Matth. XXVIII, 19. [33] Joan. XVII, 1. [34] Ibid. 5. [35] Joan. XV, 26. [36] Joan. XVI, 14. [37] Joan. I, 1. [38] Ibid. 14. [39] Luc. I, 35. [40] Psal. XLIV, 8. [41] Joan. XX, 17. [42] Ibid.

foveri, et calefieri, votis ardentibus expeterent.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Quæ contra Noetum dicta sunt (48),cui Sabellius (ut ex hæreseos similitudine perspicuum est) suam prodituras imperitiam adhæsit, ad Sabellium quoque confutandum sufficiunt. Ad ampliorem porro Sabellianorum hæresoos confutationem hæc quoque superadjici possunt : Si unus idemque sit Pater et Filius, quænam, quæso, nominum distinctionis ratio fuerit ? Nam qui fieri potest, ut qui alium non genuit, Pater, et qui nullo prorsus modo genitus est, Filius appelletur ? Quia vero illum quidem genuisse, hunc autem genitum esse sacræ attestantur Litteræ, eo fit, ut per se subsistant, et peculiari quodam nomine Pater et Filius vocentur, quia nimirum id quod generat, aliud esse videtur, ab eo quod generatur. Quin etiam beatus quoque Paulus ad Hebræos scribens ita de Filio inquit : *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo,sed seipsum exinanivit. formam servi accipiens* [43].

Proinde necesse est, ut is alius fuisse dicatur, qui in forma Dei esset, alius contra, is cujus forma ea erat : nec unum quippiam idemque numero Pater et Filius, sed propria peculiarique persona præditi esse dicantur, qui inter se vicissim eadem in substantia considerandi sint.

Alio loco Filius ex substantia paterna se prodiisse ostendens, *Ego*, inquit, *a Patre exivi* [44]. Qui ergo fieri poterit, quo minus alius sit a Patre Filius, si personæ numerique ratio habeatur ? Nam quidquid ab aliquo processit, ab eo revera diversum est, a quo processit.

CAP. XXIX.

Vicesima nona hæresis Marcelli : hi baptizantur.

Galata Marcellus eodem modo, quo Sabellius, Trinitatem negavit : sed quamdam paternæ divinitatis ἔκτασιν, hoc est extensionem in Filium subiisse dicebat, quam Deum Verbum nominabat : quæ quidem post universæ dispensationis consummationem rejecta retractaque ad Deum denuo redisset, a quo ante extensa fuerat. Sanctissimum autem Spiritum παρέκτασιν τῆς ἐκτάσεως, hoc est extensionis extensionem, quæ apostolis obtigisset. Ut uno verbo absolvam, ille Trinitatem extendi et contrahi, pro dispensationis diversitate fabulabatur.

Hæresos præcedentis confutatio.

Dogmata hic quoque nullo modo admittenda probandave proponebat. Qui enim fieri potest, ut ὑπόστατον, hoc est per se subsistens Dei Verbum una cum assumpta carne assumptum, assidensque Deo et Patri, ἔκστασις, seu extensio paternæ divinitatis,rursumque ad Deum Patrem contrahi dicatur ? Prorsus enim conjuncta (et consequetur deinceps ut Deus Pater carnem assumpsisse dicatur, propter illam divinitatis ἔκτασιν, seu extensionem, quam Marcellus introduxit, una cum concorpore Verbi Dei denuo in eamdem contractione, quæ necessario consequeretur. Una enim Verbi Dei etiam post assumptam carnem persona erat) : aut absque corpore ad Deum Patrem illa divinitatis extensio, quæ in Christo erat, ad pristinam contractionem rediit : nec amplius erit Christus, sed nudus et simplex homo duntaxat,ut qui duarum naturarum præstantiorem exuerit.Patri denique Jesus quidam divinitatis expers assidebit : aut saltem implumium pullorum instar deturbabitur, divinitate nimirum privatus, qua gravitatem sublevet : nosque adeo egregie desipiemus,quo hominem,non autem Deum incarnatum adorabimus : quod quidem cunctas hæreses impietate facile excedit. Nestorius enim, tametsi naturalem divinitatis et humanitatis conjunctionem negaret, unumque Christum duas in personas divideret,scheticam tamen, hoc est habitualem seu relativam copulam,et individuum Verbi et Jesu concursum fatebatur. Alii autem Davidicam vocem male intelligentes, qua inquit, *In sole posuit tabernaculum suum* [45], carnis depositionem invexerunt, Filiumque Verbum *ad Deum Patrem* cum sola divinitate ascendisse docuerunt. Qui autem a Marcello stabant, in contrariam sententiam, eamque deteriorem divertentes, *Filii* personam in Deum Patrem resolvebant. Verum *enim* vero cum blasphemi illi Spiritum ἐκτάσεως παρέκτασιν, hoc est exstensionis productionem esse aiunt, unam in sancta Trinitate personam manifeste autumant ; hocque pacto divinis Scripturis et evangelicis dictis adversantur. Nam qui fieri possit, ut is Filius et Verbum Dei vocetur, qui nullo modo apud illos ἐνυπόστατος est, seu per se substitit ; vel alius Spiritus Paracletus ? Hujusmodi certe assertiones dogmatibus Christi refragantur, qui ait : *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii, et Spiritus sancti* [46]. Triplici enim nominum invocatione, et his verbis, *Alius Paracletus*,tres designantur hypostases. Hanc porro hæresin nihil aliud quam sensus humani sensum esse, vel ex eo constat, *quod* hæc quoque desolata, exstincta, et sub oblivionis tenebras demersa sit. Is enim qui profundum increpat, eique dicit, *Desolare* [47] : et hanc et cæteras hæreses oblitteravit, quippe quæ plantatio essent quam Pater cœlestis nullo unquam tempore plantaverit.

CAP. XXX.

Tricesima hæresis, Valentiorum.

Valens quidam Arabs natione fuisse fertur, ex quo evenit, ut ejus hæresis in Bacathis pullularet.

[43] Philipp. II, 6, 7. [44] Joan. XVI, 28. [45] Psal. XVIII, 6. [46] Matth. XXVIII, 19. [47] Isa. XLIV, 27.

(48) S. Cyrilli in Evangelium Joannis. Euthym. tit. K.

Sunt autem Bacatha Metrocomia, hoc est primarium oppidum, ejus Philalphiæ, quæ in Arabia trans Jordanem sita est. Eadem itaque Valentii quoque de principiis et potestatibus cum Archonticis, Sethianis, et cæteris hujus farinæ sentiunt, Sunt autem omnes exsecti : præcipuam enim in eo collocant operam, ut quam plurimos eunuchos habeant. Hominem autem quemcunque suis ritibus et cerimoniis initiandum susceperint, nullis animatis vesci permittunt, quamdiu pudenda habuerit. Quibus ablatis persuaso jam vel etiam coacto discipulo, libere tum, et ex animi sententia quidquid arriserit edere permittunt : quia jam, ut ipsi aiunt, a certamine liber et expeditus est. Nec amplius eum in pathicam ibidinem ciborum deliciis despumaturum suspicantur. Nec hos duntavat his afficiunt modis, sed et si quis transeuntium ad eos divertat, illum intro revinctis a tergo manibus abripiunt, tumque vi pudendas partes exsecant.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Exsecrandis hæresibus accensenda videtur et illa, quæ Valentiorum est, quippe quæ non solum principiis et potestatibus a Deo creatis totius hujus universitatis administrationem concredat : sed divinis etiam dogmatis refragetur. Illa enim ad legitimas nuptias exhortantia sic sanciunt : *Crescite et multiplicamini, et replete terram* [48].

Valentii vero modis omnibus exsecrandi pudendorum exsectionem, hoc est commune omnium exsitium, magnopere extollunt. Proinde si eorum deliramentis omnes forte fortuna subscriberent, hominibus haud dubie terra orbaretur, ferarumque duntaxat habitationi pateret. Cæterum quam exsectio illa, qua ex hominibus eunuchi fiunt, laude sit indigna,Dominus in Evangeliis attestatus est, illam solam probans quæ propter regnum cælorum fieret : quæ quidem frenatis affectibus potius quam pudendis resecandis effici solet.

Alioqui vero cum variæ sunt affectuum species, corporeis idcirco cembinationibus haudquaquam circumscribuntur (quorum invitam abstinentiam insolentius sibi vindicant Valentii), sed avaritia quoque, invidia, ambitione. luxu,et cæteris hujusmodi constant, quibus ad nequitiam fenestra panditur. Ut taceam miserorum exsectorum plerosque longa die in ganeis deprehensos, ubi mulieribus præter naturam viros se præstarent : imo vero, ut ita dicam, muliebria paterentur ; aliisque tam pathice obscœnitatibus addicti essent, ut viri jam præ semiviris nulli prope viderentur.

CAP. XXXI.

Tricesima prima hæresis, Origenis. Ili unguntur.

Origenes, qui et Adamantius cognomento dictus est, et Commentator, ob commentariorum quos edidit multitudinem, Ægyptius genere, sanctissimique martyris Leonidæ filius fuit. Alexandriæ commoratus est, ubi cum et educatus et edoctus fuisset, Athenas quoque commigravit, ibique assiduum se in gymnasiis auditorem præstitit.Tandem cum Græcorum disciplinas perdidicisset, ecclesiasticis quoque dogmatis animum excoluit.

Cæterum Decianæ persecutionis tempore multa hic propter fidei confessionem passus est : cum convictis lacessitus mediam per urbem trahitur, tormentis objicitur, ludibrioque habetur. Aliquando enim, ut memoriæ proditum est, eum capite detonsum Græci in Serapæi templi vestibulo constituerunt, id muneris imponentes, ut palmarum ramulos iis porrigeret, qui Serapin adoraturi eo ascenderent : quod quidem munus sacerdotes idolorum obire solebant. Ille vero correptis ramis, elatiore voce nihil aut veritus aut addubitans vociferabatur : Venite et accipite, non idoli, sed Christi, ramum. Quibus verbis mox iniquitatis operarii commoti optionem proponunt, utrum dæmonibus sacra facere, an vero corpus Iibidin Æthiopis cinædi prostituere malit. Ille cum tam sceleratum stuprum pati non posset, miserabili querelaque voce sacrificare se malle respondit : quod cum paulo post immutata sententia facere : detrectasset, illi prioribus promissis instantes, imposito manibus ejus thure, sacris id imponi focis imperant.

Quod cum fecisset, ob omnibus Christiani dogmatis confessoribus et martyribus explosus, et Ecclesia ejectus est. Tandem cum tantum dedecus ferre non posset,Alexandria se in Palæstinam contulit, ubi rogatus ab Hierosolymitano clero,ut concionem aliquam haberet (siquidem ad presbyteratus ordinem antequam sacrificaret allectus fuerat) surrexit, et e tricesimo nono Psalmo hunc versum recitavit : *Peccatori autem dixit Deus, Ut quid tu exponis justitias meas, et assumis testamentum meum in ore tuo* [49] ? confestimque librum clausit et reddidit : atque in gemitus et lacrymas prorumpens, omnibus ei collacrymantibus,suam se in sedem recepit.Postea cum in familiaritatem venisset Aabrosii (59) cujusdam Marcionistæ, vel Sabelliani, ut quibusdam placet, illi tandem persuasit, ut, hæresi relicta, Ecclesiæ catholicæ adhæresceret. Ille porro studiosus sacrarum Litterarum lector, Origenem rogavit, ut illas interpretaretur. Hic votis illius facturus satis apud Tyrum Phœniciæ, ut aiunt, per octo et viginti annos Scripturis interpretandis operam navavit. Habrosio itaque cibaria, notarios, et amanuenses, nec non chartas cum reliquis sumptibus suggerente, Origenes continentia. vigilia et labore assiduis tandem confecit opus, et ad umbilicum perduxit,præcipuam autem operam dedit, iis quæ Hexapla dicuntur. Cum vero

[48] Gen. I, 22, 28. [49] Psal. XLIX. 16.

(49) Pro quo vulgus Ambrosius habet.

dictiones Hebraicas litteris Græcis una pagina expressisset,unius enim loco duas, ut quæ idem convenirent, habebat,mox tertiam vel potius secundam paginam, nimirum duorum et septuaginta Interpretum, subjunxit.Duos et septuaginta Interpretes Aquilas, Aquilam Symmachus, Symmachum Theodotion, atque ita demum quinta sequebatur versio. Hoc modo Vetus omne Testamentum suis Hexaplis complexus est.

At vero tot talesque labores in explicandis Bibliis exantlatos illud perniciosorum dogmatum corrollarium obscuravit.

Atque illum fortasse Deus dereliquerat, quod eum vanæ gloriæ auræque populari aucupandæ plus æquo addictum videret : præ cujus studio pristinæ suæ, quamvis privatæ vitæ insidiatus erat. Nam cum nollet corporeis sensibus titillari, genitalia sibi membra resecuerat : atque propriis, ut quidam volunt, manibus : ut alii, opera Eliæ cujusdam medici percelebris usus.

Non desunt, qui nervum cremasterem, hoc est eum, ex quo testiculi dependent, duntaxat exsecuisse tradunt. Quidam apposito pharmaco partes illas exsiccasse arbitrantur. Alii medicam herbam reperisse malunt, cujus viribus spermatica vasa marcescerent. Sed de his hactenus. Tunc porro suæ virus hæreseos cum in plerosque alios, tum in monachos, anachoretas, et eremitas Ægyptios spargere cœpit : imo vero primam fenestram Ario aperuit, cæterisque sceleratis, qui sunt Arium subsecuti.

1. Ausus enim est asserere, quod Unigenitus Patrem videre non possit : neque item Filium Spiritus : neque Spiritum angeli, neque homo angelos videre queat.

2. Item, Filium dicebat non esse ex Patris substantia, sed modis omnibus alienum ab eo, quia nimirum creatus sit, Filiusque per gratiam vocetur.

3. Adhæc animas hominibus antiquiores affirmabat, quæ scilicet angeli aliquando potestatesque fuerint : tandem vero, cum peccassent, in hoc corpus, tanquam in ergastulum demissas, ut hic primam condemnationem experirentur.Ex quo evenit, ut Græci corpus δέμας dixerint, παρὰ τὸ δέδεσθαι τὴν ψυχὴν ἐν αὐτῷ (50), hoc est, quod eo tanquam viuculo anima coerceatur. Animam iidem ψυχὴν appellarunt, διὰ τὸ ἄνωθεν ἐψυχέσθαι,, hoc est, quia cœlitus inspirata sit, quod quidem sibi sacræ testimonio paginæ confirmare videtur. Hoc enim, *Antequam humiliarer, ego peccavi* [50], de ipsa. inquit ille, anima dictum est quippe quæ in cœlo peccarit, antequam in corpore humiliaretur. Item illud, *Convertere, anima mea, in requiem tuam* [51], quippe quæ rebus in hac vita bene gestis ad pristinam requiem quasi postlimino redeat ; tum quia Adamus, antequam peccaret, effigiem illam divinam sartam tectam,hoc est omnibus integumentis nudam, solaque humana forma præditam, conservabat. At vero posteaquam Domini præcepta transgressus est, eamdem illam formam perdidit, cum primum scilicet corpus hoc anima subiit, quod quidem pellicearum tunicarum nomine sacris in Scripturis significatur, tum quia corpus hoc, quo involvimur, resurrectionis illius die non resurget ; sed humana tantum forma, qua Paulus forte vel Petrus dignoscitur, atque adeo extrinseca illa figura resurget, quæ sub forma quaque comprehenditur. Porro subjectum ipsum, sive corpus, haudquaquam idem manebit : *Seminatur* enim *corpus animale*, inquit Apostolus, *corpusque spirituale resurgit* [52]. Quapropter necesse est, ut resurrectionem in sola forma futuram speremus, in subjecto vero non item.

Hæc sunt quæ Origenes de animarum præexsistentia, et resurrectione disseruit.

Idem ἀλληγορικῶς omnia explicare conatus est, paradisum, inquam, et aquas,tam quæ infra,quam quæ supra firmamentum esse feruntur.

Ut uno verbo absolvam, totam Scripturam pervertit, futurique adeo sæculi supplicium tempore certo præbuit, locum illum Pauli *apostoli male intelligens*, quo ita scribitur, ***Uniuscujusque opus quale est ignis probabit, ipse autem quasi per ignem servabitur*** [53].

Alia insuper nonnulla nugatur, et deblatterat, quæ ne scribere quidem honestum mihi *videtur.*

Hoc autem in summa dicendum est, Origenem in physicis theorematis, eorumque allegoriis, necnon in tota morali disciplina doctorem omnibus acceptissimum accommodatiesimumque fuisse, atque adeo eum, qui virtutum actionibus se maxime omnium exerceret. Hujus enim exercitii studio vitam usque adeo excolebat, ut pectus ejus, quemadmodum aiunt præ nimia rei cujuscunque animatæ continentia et abstinentia exciderit. At in vera fide, iisque disciplinis, quæ majorem contemplationem, atque in primis theologicam, requirunt, omnium quotquot illum præcesserunt, et secuti sunt, absurdissimum se præstitit.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Sapientissimus Origenes Salomonis exhortationem parvipendens, qua ita loquitur,*In multiloquio non decrit peccatum* [54], non advertit se, *dum* universam legis et gratiæ Scripturam pervestigat, in absurdas cogitationes et opiniones inauditas præcipitem incidisse, imo vero alicubi divinis dogmatis impia et profana permiscuisse, quemadmodum ex iis quæ supra memoravimus cuivis volenti discere licet.

Nam qui fieri possit, ut creatus Dei Filius di-

[50] Psal. cxviii, 67. [51] Psal. cxiv, 7. [52] I Cor. xv, 44. [53] I Cor. iii, 13. [54] Prov, x, 19.

(50) Platonicum dogma de inferis vide apud Macr. lib. i, in *Somn. Scip.*

catur, atque participatione Filius, quemadmodum prophetæ, reliquusque sanctorum catalogus? qui mutabili etiam natura præditus. et a Dei natura alienus? qui denique Deum minime videre dicetur is, de quo Joannes evangelista clara voce exclamavit : *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum* [55]; item : *Unigenitus Filius, qui est in sinu Patris. ille enarravit* [56]? Ipse quoque Christus ait : *Ego in Patre, et Pater in me* [57]. Item : *Qui videt me, videt et Patrem* [58].

Jam vero si cum Patre in principio erat, nullo modo creatura est. Creaturæ enim ex nihilo factæ, temporique subjectæ sunt.

Cujus autem essentia caret, is principio creatus non est, sed ne natura quidem mutabili præditus est, siquidem in principio erat, ejusdemque cum Patre substantiæ, diversæ vero nequaquam. Quomodo enim Unigenitus, quomodo etiam paternis et sinibus inseparabilis? Eum enim Pater apud se manere nunquam permisisset, qui diversæ a se substantiæ fuisset, hic autem ejusdem cum Patre substantiæ est, natura immutabili præditus, quemadmodum et ille.

Qui fieri præterea potest, ut invisibilis sit Pater Filio, cujus hæc verba leguntur : *Nemo novit Patrem nisi Filius, et is cui voluerit Filius revelare* [59], qui Patri coæternus est,nec ulli principio subjacet quæ res in causa est, quod ignoretur, nec aspectabilis sit. Jam qui fieri potest, ut se minime norit ipsum, qui aliis cognitionis auctor est?

Quanam vero ratione a Spiritu quoque sancto Filium minime videri quis contendat, cum substantia sit, quæ solo intellectu percipitur, eaque infinita, si vires expendamus : substantia,inquam, temporibus et sæculis immensa, qua abunde bona sibi insita largitur, is denique, quem omnia sibi expetunt, quæ vitam ex præscripto virtutis instituunt; ad quem etiam cuncta confugiunt, quæ sanctificatione indigent,is ex quo cæterorum omnium perfectio dependet, is qui nulla in re deficit qui vitam suppeditat, qui additione non complctur, sed semper plenus; nec minus quam Pater et Filius principio carens, et coæternus est, divinaque charismata dividit, et singulis pro dignitate tanquam Deus distribuit, prout vult : quod Petrus etiam iis attestatus est, quæ Sapphiræ dixit : Quid utique convenit vobis tentare Spiritum Domini? *Non mentiti estis hominibus, sed Deo* [60].

Cæterum angelos etiam divinam et ineffabilem super substantialis divinitatis pulchritudinem velut in speculo contemplari juxta proportionem prærogativæ, quæ inter illos est, et sanctificationis modum, quam a Spiritu sancto habent, nec hominum oculos prorsus effugere, testis est illa Abraham hospitalitas, testis hæc Monoæi oratio, *Morte moriemur, quia vidimus Dominum* [61]; testis angelus, qui Tobiæ apparuit, et is, qui Virgini *Ave* dixit, Zachariæque concepturam Elizabetham pronuntiavit; ipse denique Christus testis, qui apostolos his verbis increpavit : *Sinite parvulos venire ad me. Angeli enim eorum semper vident faciem Patris mei, qui est in cœlis* [62]. Item : *Spiritus veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum : quoniam apud vos manet* [63]. Præterrea per prophetam : *Ego vobiscum sum, dicit Dominus* [64], et Spiritus meus.

Si quis etiam animas corporibus præexsistere dicat, easque angelorum et virtutum nominibus dignetur, angelos autem in peccatum lapsos supplicii loco in hoc corpus missos esse,ut hic primum judicium subeat, impium certe fuerit, et primi hominis creationi repugnans. Vetus enim eademque divina Scriptura nos docet, quemadmodum Adamus e limo formatus insufflationem divinam in facie sua divinitus exceperit, quæ etiamnum rationis et intellectus particeps anima dicitur a nobis.

Origenes porro cum animarum præexsistentiam introducit, et, quod absurdissimum est, eas angelos esse dicit, qui peccato lapsi fuerint, in hujus rei confirmationem hæc Davidica proferens : *Prius quam humiliarer, ego peccavi* [65]; item, *Convertere, anima mea, in requiem tuam* [66], judicium dæmonum introducit ante tempus, eosque supplicii loco in corpore introductos esse dicit, quod quidem judicium determinavit Deus, ut Paulus apostolus ait, nec ulli tamen in hunc usque diem intulit; imo vero in mortuorum resurrectionem, totiusque mundi consummationem reservavit : quo etiam tempore dæmones in ignem exteriorem abibunt, qui eis eorumque præfecto præparatus est, eosque adeo damnati homines comitabuntur, propter illa, quæ in vita contra jus et æquum admiserunt.

Origenes ergo fabulatur, dum animas angelos esse peccato lapsos existimat, quarum substantia ex divina insufflatione dependeat.

Qui fieri etiam potest, ut Christus corpus ex sanguinibus virgineis compactum, animamque rationis et intellectus participem assumere dignatus sit, si animæ pro dæmonibus peccato lapsis habendæ sint? Christus, iuquam,qui in mundum idcirco venit, ut dæmonum imperium destrueret, communemque generis humani salutem procuraret. Illa porro animarum præexsistentia, quam introducit, Græcorum fabulamenta redolet.

Græci enim, animas præexsistere rati, eas peccato obnoxias esse dicebant, quæ cum alio modo detersis maculis et sordibus, quibus inficiebantur, expurgari, ad pristinamque puritatem redire non possent, idcirco corporibus infunderentur, quæque adeo expiatoriis virtutibus non abuterentur, ea a corporibus resolutæ pristinam puritate[illegible], sine-

[55] Joan. I. 1. [56] Ibid. 18. [57] Joan. XIV, 10. [58] Ibid. 9. [59] Matth. XI. 27. [60] Act. V, 4. [61] Judic. XIII, 22. [62] Matth. XIX, 14; XVIII, 10. [63] Joan. XIV, 17. [64] Jer. XLII, 11. [65] Psal. CVIII, 40. [66] Psal. CXIV. 7.

rumque nitorem denuo reciperent, cæterisque animis statim a reditu commiscerentur, quæ corporibus nullo se modo conjunxissent, quæ vero affectuum corruptioni obsequentes propriam dignitatem irritam et inutilem redderent, similesque speculo se præstarent, a quo levor ille purus et pellucidus absit, eæ ubi primum a corpore exirent, in chaos et Erebum præcipites darentur.

Horum porro verborum, *Prius quam humiliarer. ego peccavi :* item, *Convertere, anima mea, in requiem tuam* hic est sensus, ut his verbis seipsum vates commonefaciat, eaque in mentem revocet, quæ in Uriam scelerate admodum commiserat : humiliationem seu abjectionem pro turpi dedecore, quod in eum inde redundaverat, illoque seditionis tumultu, quo eadem de causa ab Achitophele et Absalone fuerat impetitus, subsecuta denique ab imperio deturbatione, necnon ignominiosa regiis ex ædibus fuga, solitudinisque habitatione usurpans,quemadmodum alio etiam in loco psalleus Deo profitetur : *Dixi, Confitebor adversum me injustitiam meam Domino* [67] ; item, *Bonum est mihi, quod humiliaveris me, et per exitus aquarum demersi sunt oculi mei : quia non servavi legem tuam* [68]. Quibus omnibus promulgatio quædam et recantatio continetur ejus quem anteactorum malorum pœnitet, quique cum propria colloquitur anima et eam ad gratias agendas exhortatur, pro beneficiis, quæ tum percepit, cum meritas pœnas eorum nomine non dedit, quæ in Deum contumeliosius admiserat. Per requiem autem, illam quoque animæ justi peregrinationem intelligere possumus,qua quidem tristibus hujus mundi periculis libera subducitur, et corporis a se tabernaculum, tanquam onus grave excutit, ut Paulus etiam ait : *In hoc tabernaculo ingemiscimus gravati* [69] : item, *Cupio dissolvi, et esse cum Christo* [70].

Blasphemia non minore sequentia quoque scatent, quibus scilicet Adamum antequam Domini mandatum transgrederetur, imaginem Dei conservasse contendit, cujus nimirum anima nuda, nec ullis velamentis obducta esset, at in sola hominis forma conspiceretur. Transgresso autem mandato eamdem illam imaginem amisisse ait,cum nimirum anima corpus hoc induisset, quod per tunicas pelliceas intelligit. Moses enim in Geneseos historia Deum sumpto limo hominem formasse,deinde animam eidem inspirasse scribit, qui cum mandatum transgressus esset, hæc a Deo audiverit : *Pulvis es, et in pulverem reverteris* [71], nec ita multo post exsulare jussus sit, tandem vero exturbatus paradiso tunicas pelliceas induerit.

Jam qui fieri potest, ut is cui dictum est, *Terra es, et in terram abibis*, sine corpore fuerit, sed idolum duntaxat corporea forma conspicuum animæ circumjectum habuerit?

At vero curiosus hic homo, subtilitatisque studiosus plus quam satis est, hæc tunc elocutus mihi videtur, cum ex Platonicis placitis, aliorumque philosophorum, quorum lectione animum suum teneris ab annis excoluerat,contraria nostræ fidei dogmata hausisset, et ad satietatem bibisset. Idolorum enim genera duo uni eidemque animæ rationis participi Græci attexunt, quorum alterum illi ab æterno cohæret, ab illisque divinum corpus et luminosum dicitur, alterum vero crassius, quod ex astrorum dispositione, ut aiunt, insitum eidem est. Atque huic secundo idolo nomen imponunt, animæque idolum rationis expers appellant, opinandi vi præditum, imaginativum, sensitivum, generationis appetens, necnon eorum quæ generationi subjiciuntur. Non enim uni eidemque animi naturæ, unius contemplationem, primas notiones, exquisitas scientias, erroneas opiniones, eorum quæ sensibus objiciuntur apprehensiones, imaginativamque facultatem tribuunt, sed ei quidem parti, quæ rationis est particeps, præstantiora, ei vero, quæ ratione caret, ea quæ deteriora sunt assignant, non eo quidem animo, ut *inde* maculas ullas aut dedecus ullum diviniori naturæ irrogent, sed ut cum illa necessariis *perfuncta fuerit* muneribus, hæc ad ea se duntaxat convertat, quæ diviniora censebuntur,

Hoc igitur idolum, quod et crassius diximus, hic quidem ab anima rationis participe separari minime posse aiunt, at homine soluto nonnunquam præstantiorem illam, rationisque participem animam, cum luminosa figura, cumque parte rationis experte, ad propriam peculiaremque sortem subvehunt, nonnunquam vero sejuncta illa, quæ rationis expers est (quemadmodum de Hercule scribit Homerus) in Orco vel inter sidera collocant.

Itaque Origenes, ut mea quidem fert sententia, cum animam idolo hujusmodi vestiisset, quod proprias actiones, sibique involutas circumferret, foro subjecit,ut una cum hoc illa resurgeret,futuroque judicio subjiceretur, qua in re gentes prorsus imitatur, mortalis autem tactuique exposita caro defluceret, atque evanesceret.

Ad cujus absurdi dogmatis confirmationem his Apostoli verbis abutebatur, *Seminatur* enim *corpus animale, excitatur* autem *corpus spirituale* [72] : quod quidem Apostoli verbum corporum resurrectionem haudquaquam subvertit. Nec enim verisimile est, ut is in ea sit sententia, qui Domini resurrectionem cum corpore gentes apud omnes promulgat, ejusdemque nos formæ participes fore prædicit, qua ille fuit, cum a mortuis resurgeret. Sed corpus animale, inquit, illud est, quod affectibus et fluxui obnoxium est, quemadmodum alibi hominem animalem idem vocavit Apostolus eum, qui omnia ex animi ratiocinationibus metitur, nec rerum

[67] Psal. xxxi, 5. [68] Psal. cxviii, 71. [69] II Cor. v, 4. [70] Philip. i, 25. [71] Gen. iii, 19. [72] I Cor. xv, 44.

divinarum ullam meditatur, nec earum, quæ naturæ seriem transcendunt, in quibus tamen se animus exercere solet.

Cujusmodi, quæso, sunt ea, quæ levis hic et inconstans homo de eo tradebat, quod ad imaginem creatum est,quo tempore novam rerum divinarum interpretationem moliebatur, eaque ad animi sui sensa et conceptiones tyrannice revocabat. Aliud enim Deum, aliud id quod ad imaginem efformatum est, aliud item similitudinem, aliud id quod ad similitudinem effectum est esse statuebat. Atque primas quidem imagines et similitudines, Dei angelos aliasque virtutes esse dicebat : nos autem secundos ab illis, ut minores illis, qui ad illorum scilicet imaginem efformati simus. Deinde ad deteriora deflectens imaginem invisibilis Dei unigenitum Filium vocat, apostolica voce corrupta, nec eo adjecto, quod in illo mutationi obnoxium non est, nosque ad imaginem Dei, seu Filii unigeniti, factos esse scribit, quod impietate non caret.

Ad Dei enim imaginem idcirco creati dicimur, quia in nobis dominatur ratio, qua duce, artes a nobis inventæ sunt, virique adeo rerum divinarum cognitione celebres pleraque ad Dei gloriam, et magnificorum ejus operum laudem excogitarunt. Proinde, ut ex iis quæ a nobis dicta sunt perspicuum est, ejus participes sumus, quod ad imaginem effictum est,ejus vero quod ad similitudinem ii, qui virtute perfecti evaserunt : nullumque non moverunt lapidem, quandiu vixerunt, quin rerum cognitionem, qua converti possent ad Deum, consequerentur, eademque votis omnibus expeterent, quæ semper eodem se modo habere dicuntur : quos idcirco divina Scriptura deos Altissimique filios appellat, neque eodem quo cæteros nomine compellat, quos cum jumentis insipientibus confert : iisque similes evasisse clamat, qui male Dominum calcibus impetant.

Nec vero mirum, quod Origenes pleraque in Deum minus convenientia commentus et prolocutus, paradisum quoque et aquas, quæ tam infra, quam supra firmamentum esse dicuntur, allegorice exponat (hoc enim de illo non parvus professorum veritatis numerus asserit, nec aquas cum nonnullis doctoribus Hebræis, tam priscis quam recentioribus, ad angelicos ordines refert : sed gentium synagogis accommodat, quæ quidem scaturientibus aquis similes in multijugas fides, et multifidas derivatæ et effusæ sunt, donec in unam synagogam Christi apparitione per angusta confragosaque loca fluentes coaluerunt, quemadmodum alii nihil ab historiæ Mosaicæ veritate aberrantes, naturam nostram cum paradiso,bonum autem nobis a Deo insitum cum fonte velut a paradiso scaturiente et profluente contulerunt : bonumque ipsum quatuor in flumina, hoc est, præcipuas virtutes. prudentiam, justitiam, fortitudinem, et temperantiam diduxerunt : ita ut Phison cum prudentia conferatur, qui omnem terram Evilat, hoc est animam laboribus et angustiis oppressam, circuit : hæc enim est Hebraicæ dictionis interpretatio quia nimirum labore prudentiam consequimur : quæ nihil est, quam collectio, et coacervatio, imo vero etiam æmulatio eorum,quæ honeste aliquando gesta sunt, vel etiamnum geruntur.

Gæon autem, qui Æthiopiæ regionem circum alluit temperantiæ accommodatur, quæ cupidam animæ partem quodammodo constringit et continet. nec in absurdas actiones diffluere sinit.

Tigrim autem, qui ex adverso Assyriorum fluit, fortitudinis symbolum esse voluerunt,quia scilicet Tigri non absimilis est ille animi ardor, et constans eorum propositum, qui ex spiritus præscripto vitam instituunt. Illi enim impavidi ea penetrant, quæ aliis terrorem afferre videntur.

Justitiam denique cum Euphrate conferunt, quæ nulla parte circumscribitur, quemadmodum virtutes cæteræ ; sed per omnes discurrit omnibus adest,omnes exornat,omnes amplexu suo fovet (51).

Sed hæc hactenus, quorum quidem narratio, ut opinor, auditoribus haud inutilis fuerit.

Pauli porro locus, quo ait : *Uniuscujusque opus quale est, ignis probabit ; dies enim manifestabit, quia in igne revelatur* [73], hoc sensu accipi potest. Heraclitus quidem philosophus elementum primum ignem esse statuens, etiamnum servari, et cætera servare dicebat, quæ nimirum contrariis inter se qualitatibus commista sunt, ita tamen cætera elementa sui effusione superaturus aliquando esset : atque suis limitibus tanquam crateribus emissus, usque adeo efficaci qualitate sua intumesceret, ut omnia quæ sunt in rerum natura depasturus et assumpturus esset (52).

Apostolus autem de igne hujusmodi nequaquam verba facit : cum mundi pars, ipse quoque sit, et corruptioni universi ipsius obnoxius, neque de illo quidem, cujus apud apostolorum columen Petrum his verbis mentio fit : *Veniet dies Domini, ut fur in nocte : in qua cœli cum magno impetu præteribunt, elementa autem æstuantia dissolventur. Terra vero quæque in ea sunt opera comburentur. Si ergo hæc omnia solvantur quales esse nos oportet in sanctis conversationibus, et piis operationibus, exspectantes, et accelerantes adventum diei Domini, in qua cœli ardentes dissolventur, et elementa æstuantia liquescent* [74] ? At vero ignem alium intelligit, qui scilicet gehennæ quasi quædam portio fragmentumque sit, ad quem nos quoque tunc admovendi sumus, ut in eo purgati, vel dextræ parti, vel sinistræ accensa-

[73] I Cor. III, 13, [74] II Petr. III, 10 seqq.

(51) Aristot. in Ethicis ex Theognide.

(52) Hujus dogmatis meminit Ovidius Metam. I : *Esse quoque in fatis reminiscitur, affore tempus*, etc.

mur. Vel ignis nomine Deum etiam ipsum intelligere possumus, qui lumen quoque dicitur, nec ignis appellationem dedignatur. Idem enim hic et nomine caret, et nominibus abundat, pro habituum nostrorum ratione appellationem subinde mutans. Quia enim animam purgat et candori pristino restituit, atque maculas inhærentes eluit, quas ei vitium inusserat, idcirco lumen est et dicitur, quo lumine nihil quidquam lucidius splendidiusque dici possit. Quia vero materiam consumit, ignis idcirco dicitur, quemadmodum et alibi quia secat, dividit, et ad animæ medullas pertingit, ea de causa gladius et sermo acutus nuncupatur. *Uniuscujusque* ergo *opus, quale fuerit, ignis probabit.* In hoc quidem mundo aliorum probationi exponimur, ubi permultus error inest, permultaque commissorum delictorum repensatio, atque opus quidem ipsum coronis plerumque vel suppliciis dignum est: amicorum tamen opem ferentium consolatione disertique oratoris patrocinio persæpe fit, ut judex ad misericordiam flectatur, eoque adducatur, ut sententiam immutet : illic autem quale est uniuscujusque opus ignis probabit. Nec enim judex circumveniri, nec tribunal muneribus corrumpi potest, et simul atque propius ad judicem quis accessit, igne quoque jam probatus est. Exactissima enim actionum probatio ab ipsius judicis natura dependet: *Dies enim*, inquit, *manifestabit, quod igne* cuncta *revelentur.* Hæc est præcedentis dicti confirmatio. Quia enim nos igne universos judicatum iri dixit, ignis autem ille, qui vitium consumit, et in favillam convertit, ipse Deus est, ea de causa subjecit : *Dies enim manifestabit quod in igne* cuncta *revelantur.* Diem Apostolus hoc loco pro sæculo futuro posuit : vel quia solis cursu non ita regitur, ut dies sit, cui mox vicissim succedat : vel quia si cum præsenti vita conferatur, dies nocti similis est. Hæc ergo *dies*, inquit, *manifestabit quod* omnia *in igne revelantur.* Cæteris enim judiciis antiquatis, omnique tormenti et inquisitionis genere longum valere jusso, operum nostrorum judicium coram solo Deo nobis superfuturum esse constat. Nullus enim illic erit, qui rerum administrationem aliis ambitione extorqueat, aut judicia circumveniat, aut judicis voluntatem sibi conciliet, aut legem divinam et insolubilem immutet : *Si cujus ergo opus manserit, quod superædificavit, mercedem accipiet : si cujus autem opus arserit, multabitur.* Quemadmodum enim si nostrum hunc in ignem, qui sensibus est expositus, materia quæpiam cum alia conjiciatur, quæ pura vereque aurea sit, magis ac magis in fornace splendescit : et quo efficacior ignis est, eo etiam res in eum conjecta pellucidior evadit. Si quid vero plumbi aut stanni particeps in eumdem incidat, materia deteriore assumpta pristinus ille massæ tumor imminuitur : ita etiam posteaquam homines simul omnes igni divino et purgatorio, ipsi inquam Deo, propius admoti fuerint, quicunque anima pura et pellucida prædita erit, clarior ex ignis probatione factus, mercedem accepit quæ vera aureæ ejus animæ, actionisque sinceræ, nec ulla delictorum labe conspurcatæ, retributio est : quia nimirum Deo conjungitur, ignemque divinum illum perfert? et puro illius immistus lumini, creatoris tandem beneficio Deus evadit. Manet enim opus ejus, quod superædificavit. Superædificavit autem in eo turres et propugnacula, hoc est inexpugnabilia fidei dogmata, virtutum fastigia, ea, inquam, per quæ, tanquam per intermedios gradus, si quis e terra sursum ascendat, ipsum Deum videre possit. Hujusmodi muri, hujusmodi mœnia divina, haudquaquam flammis absumuntur, sed magis magisque firmantur et servantur. Quod si quis fasciculum stipularum quæ materia facile absumitur, igneque conflagrat (quemcunque intelligere velimus, ut meo judicio malorum operum copiam) propria in anima gustaverit, simul ad ignem propius accesserit, conflagrationem ferre non poterit, proinde multabitur. Multam vero hic non ut quidam arbitrati sunt, pro materiæ conflagratione accipiendam puto, sed pro eo quod quis divini luminis particeps haudquaquam fiat, neque creatoris splendore dignus habeatur. Talis ergo vir *multabitur, et servabitur.* Quibus in verbis inesse videtur contrarietas. Nam si multæ nomine privatio luminis, nomineque salutis ejusdem luminis fruitio intelligi debeat, qui fieri poterit, ut eodem *temporis* momento idem homo multetur et salvus *evadat?* Itaque sciendum est, salutis emphasin *hoc loco* aliam esse ab ea, quæ vulgo inolevit. Hoc enim loco verbum *servari* haudquaquam salutem promereri significat, sed igne non absumi, aut conflagrare : quandoquidem adamantem quoque in igne servari dicimus nonnullaque animantia fornacibus admota servari quodammodo dicuntur, quoties ignis calorem perferunt, nec uruntur aut mutilantur. Proinde servatus in igne is quoque dici potest, qui multatur, cum præsertim sit immortali corpore præditus, quod nec incisionibus ullis, nec adustionibus obnoxium est. Quod autem hoc sensu verbum *servari* capiatur, ex eo patet, quod subjecit Apostolus. Postquam enim dixit *: Ipse autem servabitur*, modum quoque addidit, his verbis, *tanquam per ignem*, nec enim, inquit, præstantiore salute, sed deteriore fruetur, ea nimirum, quæ fit per ignem.

Origenes ergo hinc, ut dixi, arrepta occasione, animas pristino statui restituendas esse confirmat : dum supplicium illud, quod in sacris Evangeliis æternum dicitur, non minus atque gaudium perperam interpretatur aperteque demonstrat fore, ut animæ, quæ peccato lapsæ materiem vitiorum sibi aggesserint, tantisper in igne maneant, dum vitiorum suorum sordes absumantur : quibus assumptis illæ denuo servabuntur, posteaquam flammis excoctæ et expurgatæ fuerint, ita tamen ut vermis sine

fine permaneat, nec gehenna exstinguatur, quemadmodum Dominus in Evangeliis ait, ut hoc pacto stimuletur in posterum, refriceturque memoria divinæ humanitatis in animis, quæ a perennibus hisce supplicis liberatæ fuerint.

CAP. XXXII.

Tricesima secunda, Pauli Samosateni; hi unguntur.

Paulus hic Samosatis, in Mesopotamia ortus, Antiochæ magnæ præfuit post Demetrianum, decimunquintum ejus urbis episcopum : qui cum Zenobiæ obsequeretur, in absurdissimam hæresin prolapsus est. Quæ porro de Zenobia circumferuntur, ita se habent. Quo tempore Galienus Valeriani filius Romanis imperabat, Macrinus in eum insurrexit. Odennathus autem Palmyriæ metropoleos Arabiæ princeps Galienum juvabat : quapropter hic victoria parta, administrationem totius Orientis illi concredidit.

Cæterum Odennatho, a domesticis cæso, nec ita multo post Galieno vita defuncto, successit in imperium Claudius, quem cum Persæ bello devicissent, Zenobiam Odennathi conjugem Syriæ Phœniciæque præfecerunt. Cum vero paulo post ipse quoque Claudius e vivis excessisset, Aurelianus imperator creatus contra Zenobiam exercitum movit : eamque captivam abduxit. Huic ergo, quemadmodum diximus, etiamnum prædicta loca regenti cum Paulus obsequi vellet, ut quæ Judaismum profiteretur, ipse quoque unum esse Deum docuit, qui pater, et Filius, et Spiritus sanctus unus idemque diceretur. Unus enim, inquit, Deus est, et Filius ejus in eo, quemadmodum in homine sermo. Ipse autem Sermo cum in terram venisset, habitavit in homine, qui Jesus dicebatur, completaque dispensatione, ascendit ad Patrem. Jesus vero Christus inferior est, qui ex Maria initium habuerit.

Hujusmodi ergo Pauli dogma fuit, quod partim cum Noeto et Sabellio consentit, partim ab utroque discordat : quandoquidem illi quoque inter se quadantenus dissenserunt. Eo enim quod unum Deum, quasi tribus distinctum personis asserunt, hi tres inter se conveniunt : in hoc autem differunt quod Noetus quidem Patrem ipsum in forma et nomine passum esse dicit, Sabellius autem ipsum quidem Patrem, at non ut Patrem, sed ut Filii persona indutum : Paulus denique non prorsus ut Patrem, sed ut Filium.

Atque hæc sunt, in quibus hic vel cum prædictis hæresiarchis concordat, vel ab iisdem dissentit. Aperte vero cum Artemone et Theodoro coriario consentit, qui Dominum Jesum Christum nudum et simplicem hominem perspicue tradunt.

Quæ cum ita se habere Ecclesiarum moderatores compertum exploratumque haberent, haudquaquam negligenda esse duxerunt, sed Antiochiam ad hanc hæresin e medio tollendam convenerunt. Concilio præerant Theodorus (53), qui et Gregorius mirificus, Neocæsariensis episcopus, Athenodorus ejus frater, qui Ponticarum Ecclesiarum uni præerat, Firmilianus Neocæsareæ, quæ in Cappadocia est, episcopus, Helenus Tarsi, Icomas Iconii, Hyemenæus, Hierosolymorum, Theotecnus Cæsareæ, quæ in Palæstina est, Maximus Bostrorum, et Anatolius Laodiceæ, quæ Syriæ finitima est, episcopus magnus autem ille Dionysius Alexandrinus præ senio interesse quidem non potuit, litteris tamen eos qui convenerunt, ad veritatis propugnationem exacuit.

Coacta autem synodo Paulus inficias ire jam paratus erat, cum Malachion, qui antea quidem sophisticam artem exercuerat, postea vero presbyterii dignitate exornatus fuerat, disputationem adversus illum instituit. Cumque hoc pacto detecta fraus ejus esset, qui Christum hominem divina præ cæteris gratia exornatum diceret, e sacerdotum cœtu segregatus merito est. Quia vero ecclesiastici se ei opposuerant, Aureliano tunc temporis imperanti hæreses ejus patefecerunt, persuaseruntque, ut ab Ecclesia illum exturbaret. Quamvis enim ille idolorum cultui deditus esset, æquum tamen existimabat, ut qui ejusdem fidei consortibus contradiceret, is ab eorum cœtu, communi omnium calculo secluderetur.

THEODORI SCUTARIOTÆ SCHOLION.

Sciant lectores hoc Samosateno Paulo deposito, clericorum et episcoporum, quos instituerat, nullum esse cum eo depositum. Sed quia omnes in sanctissimorum Patrum nostrorum, a quibus ille depositus est, sententiam pedibus iverant, idcirco suis dignitatibus singuli restituti sunt.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Paulus Samosatenus terra erat nec bona, nec fertilis, nec divinæ sementi accommoda, sed sentibus et tribulis horrida : nimirum dogmatis ab inculpata et orthodoxa fide nostra dissentaneis ? atque adeo, ut ita dicam, cloaca quæpiam cœnum ejectans, quod in Dei Filium vel ipsi posteri ejacularentur. Ex hoc enim cum Nestorius hausisset, atque bibisset, eum nudum et simplicem hominem esse, qui revera Deus erat, asseruit, ut explanatius in Nestoriana dicemus historia. Paulus itaque Sabellio et Noeto Ephesio consentanea professus, inanes cum illis voces eructat : Patremque, Filium, et Spiritum sanctum, in unam eamdemque coarctat hypostasin, prædivinamque naturam animali cuipiam trinomini similem tradit, cum tamen multis e Scripturæ locis eam triplici definitam hypostasin didicisset, atque ex Veteri quidem Testamento, ubi ait : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* [75] : quæ Patris verba sunt ad eos, qui sua e substantia processerant, qui etiam

[75] Gen. 1, 26.

(53) Theodotus qui et Georgius mirificus.

creatricis cum illo Dominicæque dignitatis participes fuerant. Idem ubi ait : *Ecce Adam factus est, sicut unus ex nobis* [76], sive ut unusquisque nostrum, qui tres personæ una in divinitate sumus. Quamvis enim hoc ironice dictum sit, nullo tamen modo unicam personam significare potest. Item ubi sic habet : *Apparuit Abrahæ Deus juxta quercum Mambre. Respiciens autem oculis suis vidit : et ecce tres viri steterunt supra eum, et intuitus occurrit obviam illis : et adoravit in terra, et dixit : Domine, si inveni gratiam coram te, ne prætereas servum tuum* [77]. Vident quomodo Scriptura testetur Deum apparuisse Abrahæ, tres autem fuisse, qui apparuerint. Et quamvis tres essent, eum tamen cum uno esse collocutum, quod omnino ita factum est, ut una eademque tribus sub personis Divinitas cluceret. Quod si quis unum tantum Deum, duosque angelos esse dicat, quomodo una cum Domino sedere ausi sunt? Item : *Pluit Dominus super Sodoma et Gomorrha ignem et sulphur a Domino de cælo* [78]. Item : *Audi, Israel, Dominus Deus tuus, Dominus unus est* [79]. His certe verbis *Dominus, Deus*, itemque *Dominus*, hypostases : his autem, *unus est*, una in tribus Divinitas subindicatur. Quibus hæc Davidica consentanea sunt : *In Deo laudabo Verbum, in Domino laudabo Sermonem* [80]. Item : *In Deo speravi, non timebo quid faciat mihi homo* [81]. Item : *Immola Deo sacrificium laudis, et redde Altissimo vota tua* [82]. Item : *Invoca me in die tribulationis tuæ* [83]. Item : *Vivit Dominus, et benedictus Dominus* [84]. Item : *Exaltetur Deus salutis meæ* [85]. Quibus hæc addi possunt : *Verbo Domini cæli firmati sunt, et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum* [86]. Item : *In lumine tuo videbimus lumen* [86], id est, In Filio tuo cognoscemus Spiritum sanctum. Per ipsum enim ea quæ sunt de Spiritu sancto cognoscenda, non minus quam ea quæ de Patre, manifestius cognovimus. Imo etiam in libro Jeremiæ ita scriptum est : *Hic est Deus noster, et non æstimabitur alius adversus eum* [87] : quibus id quoque subjunxit, quod subsequitur· *In terris visus est, et cum hominibus conversatus est* [88]. Micheas quoque ait : *Et tu Bethlehem terra, Juda, ex te enim exiet dux qui reget populum meum Israel* [89]. Sed Daniel etiam ita scribit : *Aspiciebam in visione noctis, et ecce cum nubibus cœli quasi Filius hominis veniebat : et usque ad Antiquum dierum pervenit : et in conspectu ejus obtulerunt eum : et dedit ei potestatem, et honorem, et regnum, et omnes populi, tribus, et linguæ servient ei : potestas ejus, potestas æterna, quæ non auferetur : et imperium ejus non corrumpetur* [90].

Verumenimvero si quis Testamentum Vetus evolvat, prophetasque percurrat, triplici illa cherubica sanctificatione, et hujusmodi plerisque sanctam designari Triada videre possit, quemadmodum et hoc Davidico : *Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum* [91a]. Item, *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech* [92]. Aaron enim, et ejus consortes, animalium visceratione rem sacram fecerunt : pane autem et vino, solus omnium Melchisedech : qui Christi etiam atque initiationis mysteriorum ejus typus erat : cui *Davides quoque* sacerdotium æternum vaticinatur. Ex nostro autem, seu Novo Testamento clariora, et majoris ponderis testimonia expiscari queat, quemadmodum ex Triadis supersubstantialis mysterio, quod per incarnatum Christi adventum illuxit. *In ipso* enim quasi limine angelus Virgini dixit : *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi* obumbrabit *tibi* [93] : quibus verbis divinitatem tribus hypostasibus contentam subindicavit. Qui plura volet, ex aliis quoque, evangeliois dictis venari poterit, in quorum mèntionem incidimus obiter, cum de Sabellii dogmatibus ageremus.

CAP. XXXIII.

Tricesima tertia hæresis, Manichæorum et Cubricorum ; hi baptizantur.

Περὶ Μανιχαίων τῶν καὶ Κουβρίκων (*a*).

Hi Acuanitæ tandem dicti sunt, propterea quod Acua quodam, e Mesopotamia oriundo, impuræ hujus hæreseos doctores usi sunt. Manichæi vero et Cubrici ab antiquo denominati sunt, nimirum a Manete Persa, qui Cubricus antea vocabatur sibique postea Manetis nomen indiderat. Cæterum hac voce Manes Babyloniorum idiomate vas, vel, ut quidam volunt, dialecticus designatur. Paracletum porro se ipsum miser hic Manes vocabat, Christumque sola phantasia, seu simulatione, apparuisse, atque passum esse docebat. Insuper prin-

Οὗτοι Ἀκουανῖται μὲν ὕστερον ἐκλήθησαν, διότι Ἀκούαν οὕτω καλούμενόν τινα ἐκ τῆς μέσης τῶν ποταμῶν ὁρμώμενον ὑφηγητὴν ἔχοντες μιαρᾶς αἱρέσεως. Μανιχαῖοι δὲ καὶ Κούβρικοι ἀνωθεν ὠνομάσθησαν ἀπὸ Μανέντος Πέρσου· ἐκεῖνος γὰρ Κούβρικος ἐκαλεῖτο πρότερον, εἶτα μετεκάλεσεν ἑαυτὸν Μανέντα· δηλοῖ δὲ ὁ Μάνης τῇ Βαβυλωνίων γλώσσῃ τὸ σκεῦος, ἢ ὡς ἔνιοί φασι τὸν διδακτικόν. Παράκλητον δὲ ἑαυτὸν ἐκάλεσεν ὁ ἄθλιος Μάνης· καὶ τὸν Χριστὸν ἔφη δοκήσει μόνῃ καὶ φανῆναι καὶ παθεῖν. Ἡρὸς τούτοις εἰσηγήσατο δύο ἀρχάς, πονηράν τε καὶ

[76] Gen. III, 25. [77] Gen. XVIII, 1 seqq. [78] Gen. XIX, [79] Deut. VI, 4. [80] Psal. LV, 5, 11. [81] Ibid. [82] Psal. XLIX, 14. [83] Ibid. 15. [84] Psal. XVII, 47. [85] Ibid. [86] Psal. XXXII, 6. [87] Psal. XXXV, 10. [88] Baruch. III. 6. [89] Ibid 38. [90] Mich. V, 2. [91] Dan. VII, 13, 14. [91a] Psal. CIX, 1. [92] Ibid. 4. [93] Luc. I, 55.

(*a*) Græce apud Malum *Biblioth nov.* tom. IV, part. II, p. 110.

ἀγαθήν· δύο γὰρ ὑποθέμενος ἀγεννήτου; καὶ ἀϊδίους, Θεόν τε καὶ ὕλην, τὸν μὲν Θεὸν προσηγόρευσεν φῶς, τὴν δὲ ὕλην σκότος· καὶ τὸ μὲν φῶς, ἀγαθόν· τὸ δὲ σκότος, κακόν. Τὴν Παλαιὰν Διαθήκην ἐβλασφήμησε, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ λαλήσαντα, καὶ πάντας τοὺς προφήτας· ἡλίῳ καὶ σελήνῃ, καὶ ἄστροις θεοῖς προσκυνεῖν ἐπέτρεψε· μετενσωματώσεις ψυχῶν ἐδίδασκε· σαρκὸς ἀνάστασιν ἠρνήσατο· βοτάνας καὶ δένδρα καὶ ὕδωρ καὶ τὰ λοιπὰ πάντα ἔμψυχα εἶναι ἀπεφήνατο· καὶ ἕτερα μυρία τοιαῦτα παρελήρησεν. Τελευταῖον δὲ τὸν τρόπον τοῦτον πνεύματι κεπφωθεὶς οἰήσεως, καὶ τοῖς αὐτὸν ἄγουσι δαίμοσι θαῤῥήσας, τὸν υἱὸν τοῦ βασιλέως Περσῶν ἀσθενοῦντα θεραπεύειν ἐπηγγείλατο· καὶ δὴ προσήνεγκέ τινα τούτῳ θεραπευτικὰ φάρμακα· αὐτίκα δὲ τὸ μειράκιον ἐν ταῖς αὐτοῦ χερσὶ διεφώνησεν. Ὀργισθεὶς οὖν ὁ βασιλεὺς, εἰς φυλακὴν τοῦτον κατέκλεισε· καὶ τότε μὲν χρήματα πλεῖστα τοῖς φύλαξι παρασχὼν, ἐξέφυγεν. Ὕστερον δὲ κατασχεθεὶς, ἐξεδάρη καλάμοις· καὶ τὸ δέρμα τούτου πλησθὲν ἀχύρου ἐφυλάττετο ἐν Περσίδι· τιμῶντες δὲ αὐτὸν οἱ Μανιχαῖοι ἐπὶ καλάμων τὰς ἰδίας κοίτας ποιοῦνται.

cipia duo, bonum et malum introducebat. Positis enim duobus non genitis et æternis, Deo scilicet atque materia. Deum quidem lumen, materiam autem tenebras appellabat. Atque lumen quidem bonum, tenebras autem malum. Vetus Testamentum, et eum qui locutus in illo, cum omnibus suis prophetis, blasphemus ille maledictus incessebat. Solem, lunam et astra, tanquam deos, adorare suadebat. Animarum a corporibus in corpora migrationes docebat. Carnis resurrectionem inficiabatur. Herbas, arbores, aquam, et cætera omnia habere contendebat: atque innumera hujusmodi alia deliramenta proponebat. Tandem autem arrogantiæ spiritu elatus, dæmonum a quibus subvehebatur, auxilio fretus, se Persarum regis filium morbo laborantem, pristinæ sanitati restituturum pollicitus est: eique adeo cum pharmaca morbo curando accommoda applicuisset, excontinenti puer in manibus ejus expiravit. Quocirca rex ira percitus in carceres illum conjecit: unde custodibus pecunia corruptis aufugit. Ad extremum autem comprehensus, et arundinibus excoriatus est: ejusque pellis paleis suffarcinata in Perside servabatur. Cæterum in ejus honorem Manichæi super arundinibus lectos suos insternunt.

Ἀντίῤῥησις.

Τὴν ἀποστολικὴν ῥῆσιν τὴν λέγουσαν ἐν ὁμοιώσει ἀνθρώπου φανῆναι τὸν Κύριον, καὶ σχήματι εὑρνθῆναι ὡς ἄνθρωπον, οἱ Μανιχαῖοι κακῶς ἐκλαβόμενοι, αἵρεσιν ἑαυτοῖς συνεστήσαντο φάσκοντες, κατὰ φαντασίαν μόνην ὀφθῆναι καὶ παθεῖν τὸν Χριστόν. Ἡμεῖς δὲ ὁ τῆς φυτείας Χριστοῦ λεὼς, τὸ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου γενέσθαι καὶ σχήματι εὑρεθῆναι, οὕτω θεοσεβῶς νοεῖν ἐδιδάχθημεν, καὶ πιστεύομεν ὅτι τὴν ἡμετέραν φύσιν προσλαβὼν καὶ ἴσος ἡμῖν ὤφθη καὶ ὅμοιος ὡς μορφὴν δούλου λαβών, ἤτοι φύσιν ἀνθρώπου δεξάμενος, οὐ κατὰ ἀνθρωπίνην ἀκολουθίαν ἀλλὰ δίχα σπέρματος. Τὸ μὲν γάρ ἐκ γυναικὸς προελθεῖν, ἀνθρώπινον καὶ αὐτῷ τῷ Χριστῷ ἴδιον· τὸ δὲ ἐκ παρθένου, ὑπὲρ ἄνθρωπον καὶ μόνου Χριστοῦ. Εἰ γὰρ καὶ τὸ ἀνθρώπινον εἶδος εἶχε, καὶ ἀληθῶς αὐτὸ περιέκειτο, ἀλλ' οὖν πλέον εἶχεν ἀνθρώπου, τὸ μὴ ψιλὸν αὐτὸν εἶναι ἄνθρωπον, ἀλλ' ἡνωμένον θεότητι· καὶ ἄλλως δὲ εἰπεῖν τὸ ὁμοίωμα καὶ τὸ σχῆμα, καὶ τὸ ἀμφίβολον τοῦ ἐπιῤῥήματος το, Ὡς ἄνθρωπος, δοκοῦσιν οἷον τῷ τῆς ἐνανθρωπήσεως λόγῳ λυμαίνεσθαι. Πλὴν οὐχ ὅμοιος ἀνθρώπῳ ὁ Κύριος γέγονεν, ἀλλ' ἄνθρωπος τέλειος ὀὐδ' ὥσπερ ἐν σκηνῇ δραματουργήσας τὸ σῶμα, καὶ τὴν οἰκονομίαν ὑποκριθεὶς, ὑποβολιμαῖον προσωπεῖον τὸν ἄνθρωπον ἔξωθεν περιεβάλετο, οὔθ' ὥσπερ αἱ κατὰ τῶν τοίχων διὰ χρωμάτων σκιαὶ, σχῆμα μόνον καὶ οὐ τὴν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν προσείληφεν, ὡς μὴ κυρίως εἶναι ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπος φαίνεσθαι. Ταῦτα γὰρ ἡ ἐπιπόλαιος τοῦ ἀποτσολικοῦ λόγου ἐπιβολὴ ἐμφαίνει τοῖς μὴ εἰς τὸ βάθος ἐγκύπτουσιν. Ἀλλ' οὐσιώσας ἐν ἑαυτῷ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν,

Hæreseos præcedentis confutatio.

Apostolicam vocem, quo Dominus *in hominum similitudinem factus, et habitu inventus ut homo* [94] fuisse dicitur, Manichæi male detorquentes, hæresin suam constituerunt, solaque phantasia, seu simulatione, Christum apparuisse, et passum esse dixerunt. Nos autem, qui populus sumus, quem Christus plantavit, ipsum in similitudine hominis fuisse, et habitu inventum hoc sensu pie intelligere didicimus, ut et credimus, eum scilicet, assumpta natura nostra, nobis æqualem et similem apparuisse, ut qui servi formam accepisset, seu hominis naturam assumpsisset, nec eam quidem humana conditione, sed absque semine. Quod enim ex muliere processerit, humanum, id ipsique Christo proprium fuit. Quod vero ex virgine, id humana conditione præstantius, atque proprium Christi solius exstitit. Etsi enim humana forma vere præditus erat, hoc tamen hominem superabat, quod homo simplex nudusve non esset, at divinitati conjunctus. Alioqui, ut ita dicam, similitudo, et habitus, et adverbii, ut homo, ambiguitas, incarnationis rationi velut officere videntur. Cæterum Dominus haudquaquam similis homini, sed perfectus homo fuit: nec tanquam in proscenio fabulam acturus, corpus et dispensationem confingens, subditiam hominis, personam exterius assumpsit, nec tanquam umbræ, quæ colorum adminiculo parietibus appinguntur, habitum solum, nec item hominis naturam assumpsit, ita ut non proprie homo fuerit, sed ut homo apparuerit. (Hæc enim Apostoli verba in superficie præ se ferunt, si qui profundius non

[94] Phil. ii, 7.

perscrutentur.) Imo vero natura hominis ad suam ipsius substantiam applicata, eamdem cum divinitate commistam ita conservavit, ut neque cum illa confunderetur, neque commutaretur. Similitudinem porro quodammodo duplicem esse didicimus, altera enim de re dicitur, quæ mutationi obnoxia est, altera vero de re, quæ semper eadem manet. Imagines enim, quæ ab exemplari processerunt, si inter se conferantur, similes : si cum exemplari, æquales esse dicimus : at vero cum exemplari ita conferuntur, ut quæ mutationi sunt obnoxiæ, quo nimirum et exemplaris et imaginis ratio diversa servetur : inter se vero, ut quæ nullo commutari modo queant, ut nimirum exemplaris quoque imagines permaneant. Beatus itaque Apostolus Deum homini similem dicit, ratione substantiæ, quæ nulli mutationi obnoxia est. Sed habitu etiam inventum ut hominem addit. Porro habitus duplex intelligitur, nimirum fictitius et verus. Rectum enim hominis habitum esse dicimus, et hic est verus : sed habitum Socratis aut Platonis ab hoc vel illo eorum, qui personas in prosceniis effingunt, assumptum esse dicimus, quemadmodum in fabulis seu comœdiis et tragœdiis, agendis antea moris erat : atque hic fictus et falsus habitus est. Hoc itaque loco habitus veritatem præmonstrat. Habitu enim Dominus inventus est homo, hoc est ipsa humana substantia, quæ tali habitu efformata erat : nec enim solam hominis substantiam in propriæ hypostaseos substantiam convertit, forma autem, seu humano habitu quem assumpserat, diverso, nec nostro assimili præditus processit, sed et substantia et habitu inventus *est* ut homo.

A ἐτήρησε ταύτην ἐν τῇ πρὸς τὸ θεῖον ἀνακράσει ἀσύγχυτόν τε ἀναλλοίωτον. Διπλῆν δέ τινα τὴν ὁμοιότητα διδασκόμεθα· τὴν μέν, τὸ παρηλλαγμένον ἔχουσαν· τὴν δὲ, τὴν ταυτότητα σώζουσαν. Τὰς μὲν γὰρ ἀπὸ τοῦ πρωτοτύπου προελθούσας εἰκόνας, πρός τε ἀλλήλας ὁμοίας εἶναί φαμεν καὶ πρὸς τὸ πρωτότυπον· ἀλλὰ πρὸς μὲν τὸ πρωτότυπον, παρηλλαγμένως, ὅπως δὴ καὶ ὁ τοῦ ἀρχετύπου λόγος, καὶ ὁ τῆς εἰκόνος σωθείη· πρὸς δὲ ἀλλήλας ἀπαραλλάκτως, ἵνα δὴ καὶ εἰκόνες τοῦ πρωτοτύπου μένειεν. Καὶ ὁ θεῖος τοίνυν ἀπόστολος ὅμοιόν φησι τῷ ἀνθρώπῳ τὸν Θεὸν, κατὰ τὸ τῆς οὐσίας ἀπαράλλακτον· ἀλλὰ καὶ τῷ σχήματι φησὶν εὑρεθῆναι αὐτὸν ὡς ἄνθρωπον. Τὸ δὲ σχῆμα διττὴν ἔχει τὴν ἔννοιαν, τὴν ὑποκριτὴν δηλαδὴ, καὶ τὴν ἀληθινήν. Ὄρθιον γὰρ τὸ τοῦ ἀνθρώπου σχῆμά φαμεν· τοῦτο δὲ ἀληθινόν. Ἀλλὰ καὶ B τὸ σχῆμα λαβεῖν Σωκράτους ἢ Πλάτωνος τόνδε ἢ ἐκεῖνον τῶν ὑποκρινομένων ἐν ταῖς σκηναῖς τὰ πρόσωπα ὡς ἐν τοῖς δράμασιν πρῶτον ἐγίνετο· τοῦτο δὲ τὸ σχῆμα πεπλασμένον ἐστὶ καὶ ψευδές, Ἐνταῦθα δὲ σχῆμα τὴν ἀλήθειαν ὑποδείκνυσι· σχήματι γὰρ εὑρέθη ὁ Κύριος ἄνθρωπος, τουτέστιν αὐτῇ τῇ τοιωσδὲ ἐσχηματισμένῃ ἀνθρωπίνῃ οὐσίᾳ· οὐ γὰρ τὴν οὐσίαν μόνην τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ οἰκείᾳ ὑποστάσει οὐσίωσε, τὴν δὲ μορφὴν ἤτοι τὸ ἐν αὐτῷ ἀνθρώπινον σχῆμα ἀλλοῖον ἔχων προῆλθε, καὶ οὐχ οἷον ἡμεῖς, ἀλλὰ καὶ οὐσίᾳ καὶ σχήματι εὑρέθη ὡς ἄνθρωπος.

Cæterum duo principia non esse, quorum alterum bonum, alterum malum sit, ut Manichæorum astruit impietas, hinc haud dubie perspicuum fiet. Bonum et malum inter se contraria sunt, seque mutuo perimunt, nec simul consistere possunt, quemadmodum neque lux cum tenebris subsistere potest. Proinde horum unumquodque pars totius futura est : et primum quidem horum unumquodque non a toto solum, sed etiam a totius parte circumscribetur. Quis enim contrariis, nimirum bono et malo, viam præcludet ? nec enim quis utrumque simul domo pedem efferre, conciliarique inter se dixerit : quandoquidem ne malum quidem, id est, ex quo pax oritur, quodque tantopere a bono amatur : neque bonum vicissim bonum est, quod quidem malo benevolum se ostendit. Quod si quis aliorum cuique propriam sedem, quam commorari possint, assignet, ille certe solus erit Deus, qui simul et semel assumpsit ea, quæ inter se vel maxime repugnabant. Proinde duorum alterum in his eveniat necesse est, nimirum aut ea inter se conveniant, seseque mutuo patiantur : vel ut medium aliquod intercedat, quo bonum a malo secernatur, sitque quasi septum aliquod transversum, quo alterum ab altero dirimatur : atque ita non jam duo, sed tria principia erunt, quorum unum cætera velut in pace custodiat, necesse est : quod quidem a malo fieri nequit. Nem pacem custodire

C Ὅτι δὲ οὐ δύο ἀρχαί εἰσι κατὰ τῶν Μανιχαίων ἀθεότητα, μία μὲν ἀγαθὴ, ἑτέρα δὲ πονηρὰ, ἐντεῦθεν εἰσόμεθα. Ἐναντία εἰσὶν ἀλλήλοις τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ πανηρόν· καὶ φθαρτικὰ ἀλλήλων, καὶ ἐν ἀλλήλοις, ἢ σὺν ἀλλήλοις οὐχ ὑφιστάμενα· ὥσπερ οὐδὲ τὸ φῶς καὶ τὸ σκότος. Ἕκαστον οὖν τούτων ἐν μέρει ἔστι τοῦ παντός. Καὶ πρῶτον μὲν περιγραφήσεται οὐχ ὑπὸ τοῦ παντὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ μέρους τοῦ παντὸς τούτων ἕκαστον. Ἔπειτα τίς ὁ τὴν χώραν τοῖς ἐναντίοις, τῷ πονηρῷ δηλαδὴ καὶ τῷ ἀγαθῷ ἀποτεμόμενος ; Οὐ γὰρ ἄν τις φήσειεν οἴκοθεν ἀμφότερα συνεναχθῆναι καὶ συμβιβασθῆναι· ἐπεὶ οὐδὲ κακὸν τὸ κακὸν εἰρήνην ἄγον καὶ φιλιούμενον τῷ ἀγαθῷ οὐδὲ ἀγαθὸν αὖθις τὸ ἀγαθὸν, φιλίως πρὸς τὸ κακὸν διακείμενον. Εἰ δ' ἕτερος ὁ τούτων ἑκάστῳ τὴν οἰκείαν τάξιν καὶ τὴν διατριβὴν ἀφορίσας, ἐκεῖνος ἂν εἴη μᾶλλον Θεὸς ὁ τὰ διεστῶτα συνειληφώς. Ἀνάγκη δὲ καὶ δυοῖν θάτερον ἐπὶ τοῦτοις συμβαίνειν, ἢ συνάπτεσθαι καὶ φέρειν ἀλληλα, ἢ εἶνόί τι μέσον διιστῶν τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ πονηρὸν, ὥσπερ τι διάφραγμα διεῖργον ἀπ' ἀλλήλων ἀμφότερα· καὶ οὐκέτι λοιπὸν δύο, ἀλλὰ τρεῖς ἀρχαὶ ἔσονται· καὶ τούτων τὸ ἕτερον ἀνάγκη, ἢ εἰρηνεύειν ὅπερ τὸ κακὸν οὐ δύναται· τὸ γὰρ εἰρηνεύειν, οὐ κακόν· ἢ μάχεσθαι, ὅπερ τὸ εἰρηνεῦον οὐ δυναται· μία τοίνυν ἀρχὴ ἀγαθὴ πάσης κακίας ἀπηλλαγμένη.

D

malum non est. Jam quod paci custodiendæ aptum est, id vero bellum movere pugnareque nequit. Quo fit, ut principium unum relinquatur, id bonum, et ab omni vitio liberum.

Εἰ δὲ φήσουσι, καὶ πόθεν τὸ κακὸν ἔφυ ; ἀμήχανον γὰρ ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ τὸ κακὸν εἰληφέναι τὴν γένεσιν, φαμὲν ὅτι τὸ κακὸν οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ τοῦ ἀγαθοῦ στέρησις, καὶ ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν εἰς τὸ παρὰ φύσιν παρατροπή· οὐδὲν γὰρ κακὸν κατὰ φύσιν· πάντα γὰρ ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεὸς, λίαν εἰσὶ καλὰ, καθ' ὃ γεγόνασι. Μένοντα τοίνυν καθὼς ἔκτισται, καλὰ λίαν εἰσίν· ἑκουσίως δὲ ἀποφυγόντα ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν, καὶ εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἐλθόντα, ἐν τῷ κακῷ γίνονται. Κατὰ φύσιν μὲν οὖν πάντα δοῦλα καὶ ὑπήκοα τῷ δημιουργῷ· ὅταν δὲ ἑκουσίως τι τῶν κεισμάτων ἀφηνιάσῃ, καὶ παρήκοον τοῦ ποιήσαντος αὐτὸ γένηται, ἐν ἑαυτῷ συνέστησεν τὴν κακίαν· ἡ γὰρ κακία οὔτε οὐσία τις ἐστὶν, οὔτε οὐσίας ἴδίωμα, ἀλλὰ συμβεβηκός· ἤγουν ἑκούσιός τις παρατροπὴ ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν εἰς τὸ παρὰ φύσιν, ὅπερ ἐστὶν ἡ ἁμαρτία. Ἡ δὲ ἁμαρτία τῆς αὐτεξουσίου τοῦ διαβόλου γνώμης εὕρεμα· κακὸς οὖν ὁ διάβολος, οὐ καθ' ὃ γέγονεν, ἄγγελος γὰρ φωτεινότερος καὶ λαμπρότερος ὑπὸ τοῦ Δημιουργοῦ ἔκτισται, αὐτεξούσιος, ὡς λογικός· ἑκουσίως δὲ τῆς κατὰ φύσιν ἀρετῆς ἀπεφοίτησε, καὶ ἐν τῷ ζόφῳ τῆς κακίας ἐγένετο, Θεοῦ μακρυνθεὶς τοῦ μόνου ἀγαθοῦ καὶ ζωοποιοῦ· ἐξ αὐτοῦ γὰρ πᾶν ἀγαθὸν ἀγαθύνεται· καὶ καθόσον ἐξ αὐτοῦ ἐμακρύνθη γνώμῃ, οὐ γὰρ τόπῳ, ἐν τῷ κακῷ γέγονεν.

A Quod si percontari velint, undenam malum oriatur (nec enim fieri ullo modo potest, ut a bono malum originem traxerit), malum nihil aliud, quam boni privationem esse dicimus, atque adeo eversionem ejus quod est naturæ consentaneum, in id quod est naturæ contrarium : siquidem nullum malum naturæ consentaneum. Omnia enim quæcunque fecit Deus, valde bona sunt, si creationis eorum habeatur ratio. Proinde si qualia creata sunt, talia maneant, valde bona sunt ; at si ultro ab eo quod est naturæ consentaneum, ad id deficiant, quod naturæ repugnat, jam malo accensentur. Natura igitur omnia rerum Opifici subjiciuntur atque parent. Cum vero creatura quæpiam rebellaverit, et Creatori suo minus morigeram se præstiterit, sibi vitium ultro accersivit. Nam vitium B neque substantia neque substantiæ proprietas ulla est, sed accidens, seu spontina quædam deflexio ab eo quod est naturæ consentaneum, ad id quod naturæ repugnat : quod quidem peccatum est. Peccatum autem liberæ diaboli voluntatis inventum est. Proinde diabolus malus est, non quod talis creatus fuerit, angelus enim lucidissimus et clarissimus a rerum omnium opifice Deo creatus est atque libero arbitrio præditus, quia nimirum rationis particeps : sponte vero a virtute naturæ consentanea descivit : et ad vitii caliginem transfugit : procul a Deo remotus, qui solus bonus et vivificus est. Ab ipso enim quidquid bonum est, id bene et benigne factum est : et quatenus ab illo procul diverterit, voluntate (nam loco non item) ad malum defecit.

Ματαίως τοίνυν ὁ Μάνης, καὶ σκότους φθεγγόμενος ἄξια, οἷς τὸ σκότος καὶ τὴν ὕλην ἀΐδια δοξάζει καὶ Θεῷ σκναγέννητα· καίπερ ἀκούων Μωϋσέως λέγοντος· Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων τὰ πάντα γέγονε· καὶ ὡς ἅμα τὸ φῶς παρήχθη, καὶ τὸ σκότος ὑπεχώρησε. Καὶ γὰρ ὁ Σωφρονίσκου Σωκράτης, καὶ ὁ Ἀρίστωνος Πλάτων, καὶ οἱ τούτων διάδοχοι, καὶ ἕτεροι πλεῖστοι, τῆσδε τῆς δοξης γεγένηνται, τοῦ ἐξ ὑποκειμένης ὕλης τὰ πάντα δημιουργηθῆναι, καὶ συναίδια αὐτὰ τοῦ Θεοῦ λέγοντες, αἴτιον αὐτῆς τὸν Θεὸν ὀνομάζουσιν. Οὐ μὴν αὐτὴν [ὕλην] καὶ κακὴν ὁρίζονται. Μεγίστην γὰρ βλασφημίαν νομίζουσι τὸ φάναι τὸν Θεὸν εἶναι τῶν κακῶν ποιητήν. Καὶ ἐκεῖνοι μὲν ἔχουσιν ἴσως τινὰ συγγνώμην, μήτε προφητικῶν ἐπακούσαντες λόγων, μήτε τοὺς θείους ἀποστόλους ποδηγοὺς ἐσχηκότες μόνοις δὲ τοῖς λογισμοῖς τὴν τῶν ὄντων ἐπιτρέψοντες γνῶσιν. Οὗτοι δὲ ποίας ἂν τίσειαν δίκας τῆς ἀσεβείας ἀξίας, τῶν μὲν θείων ἀπολαύσαντες. Εὐαγγελίων, τὸ δὲ τούτων ἀποδράσαντες φῶς, καὶ τὸ σκότος ἀσπασάμενοι ταῖς νυκτερίσι παραπλησίως ; Ἐπειδὴ γὰρ πᾶσα τέχνη παρὰ ἀνθρώποις ὕλης ὑποκειμένης προσδεῖται, ὑπέλαβον οἱ ἀνόητοι καὶ τὸν Θεὸν μὴ δύνασθαι ὕλης δίχα δημιουργεῖν· καὶ οὐ συνεῖδον ὅσον ἀνθρώπου καὶ Θεοῦ τὸ διάφορον· καὶ ὡς οὐχ οἷόν τε τὴν εἰκόνα

C Vanus itaque Manes est, et futilis, qui tenebris digna proloquitur, cum tenebras et materiam æterna, et non secus atque Deum, non genita esse autumat, quamvis Mosen ita dicentem audiat : *In principio creavit* [65], quod ex nihilo cuncta creata sunt, quod etiam simul atque lux producta est, tenebræ secesserunt. Socrates enim Sophronisci, et Olato Aristonis filius, eorumque successores, atque alii quamplurimi ea in sententia fuerunt, ut omnia ex subjecta materia creata fuisse dicerent : quæ quidem Deo coæterna dicentes, ipsi Deo causæ nomen imponunt : non tamen materiam ipsam in malis esse definiunt ; siquidem blasphemiæ maximæ loco esse dicunt, si quis Deum malorum creatorem esse dicat. Atque illi quidem aliqua forte venia D digni sunt, qui neque propheticos sermones audiverint, neque sanctos apostolos viæ duces habuerint, sed solis conjecturis rerum cognitionem consecuti sint. Hi vero quales, quæso, quamque sua impietate dignas pœnas luent, qui cum sanctis fruerentur Evangeliis, ab eorum lumine ad tenebras, more noctuarum transfugerunt. Quia enim cuilibet arti inter homines materia subjecta est opus, suspicati sunt vecordes illi, ne Deum quidem quidquam sine materia creare potuisse : deo dil- intellexerunt, quantum inter se Deus et homo dif-

[65] Gen. I, 1.

ferant, fierique non posse, ut imago illa omnia consequatur, quibus archetypum nobilitatum est : hominem præterea, tanquam imaginem, si quid creet, id ex iis creare, quæ in rerum natura sunt ; Deum vero et ex iis quæ sunt, et iis quæ non sunt ; id quod aperte sacra testatur Scriptura : Apostolus enim ait : *Fide intelligimus aptata fuisse sæcula Verbo Dei, ut ex invisibilibus visibilia fierent*[56]. *Qui vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt*[57]. Moses porro, qui de mundi generatione conscripsit historiam, docuit quænam ex iis quæ non erant, quænam etiam ex iis quæ erant creavit. Ait enim, *In principio creavit Deus cœlum et terram*. Lumen itidem ex iis quæ non erant condidit. Dixit enim Deus : *Fiat lux, et facta est lux*. Firmamentum autem ex iis quæ jam creata erant produxit. *Fiat* enim, inquit, *firmamentum in medio aquæ et dividat aquam ab aqua*. Semina insuper et plantas terra emergere jussit, quemadmodum ex variis quoque animantium generibus ea ex aquis versantur, quæque adeo ἀμφίβια, hoc est nunc in aquis, nunc in terra degentia dicuntur, ex terra autem quadrupedes et reptilia. At hominem ex iis quæ non erant et ex iis quæ erant creavit : corpore quidem ex limo terræ plasmato, anima autem ex nihilo effecta. Nec enim, quod impia Marcionis opinio astruit, anima ejusdem cum Creatore substantiæ est, sed ex nihilo creata.

Quod insuper Vetus Testamentum blasphemiis suis incessit, necnon eum qui locutus est in illo, antiquat, atque etiam soli, lunæ et astris cultum divinum exhibet, herbasque et arbores frondibus alte comantes, necnon aquas perennes animatas esse contendit, aliaque hujusmodi absurda proponit, inde indicat, quam vere ἀπὸ τῆς μανίας, seu ab insania, denominetur, ex qua cognomen quoque merito adeptum esse puto. Ut taceam quod sexagesimo legum libro cavetur, ne quis Manichæis ex testamento, aut ab intestato succedat, sed bona eorum ærario publico inferantur. Cæterum iterato baptizantur, si qui ex illis ad inculpatam nostram fidem se recipiant. Eorum enim hæresis etiamnum grassatur, Cubricorumque vici et prædiola circa Apolloniadem sita sunt.

πάντα ἔχειν, ὅσα τὸ ἀρχέτυπον· καὶ ὅτι ἄνθρωπος μὲν ὡς εἰκὼν ἐκ νῶν ὄντων δημιουργεῖ, Θεὸς δὲ καὶ ἐξ ὄντων καὶ μὴ ὄντων· καὶ τοῦτο σαφῶς ἡμᾶς διδάξει ἡ θεία Γραφή· ὁ μὲν γὰρ Ἀπόστολος φησί· Πίστει νοοῦμεν κατηρτίσθαι [τοὺς αἰῶνας] ῥήματι Θεοῦ εἰς τὸ μὴ ἐκφαινομένων τὰ βλεπόμενα γεγονέναι· καὶ πάλιν· Ὁ καλῶν τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα. Ὁ δὲ τὴν κοσμογένειαν γράψας Μωϋσῆς ἐδίδαξε τίνα μὲν ἐκ μὴ ὄντων, τίνα δὲ ἐξ ὄντων ἐποίησεν ὡς δημιουργός· καὶ ὅτι τὸν μὲν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὰ ἄλλα στοιχεῖα ἐκ μὴ ὄντων πεποίηκεν. Ἐν ἀρχῇ γὰρ, φησὶν, ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· καὶ τὸ φῶς δὲ ὡσαύτως ἐκ μὴ ὄντων ἐδημιούργησεν· Εἶπε γὰρ, φησὶν ὁ Θεός· Γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς. Τὸ δὲ στερέωμα ἀ τῶν ἤδη γεγενημένων παρήγαγεν· Γενηθήτω γὰρ, φησὶ, στερέωμα ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατος, καὶ ἔστω διαχωρίζον ἀνὰ μέσον ὕδατος καὶ ὕδατος. Καὶ τὰ σπέρματα δὲ καὶ τὰ φυτὰ ἐκ γῆς βλαστῆσαι προσέταξεν· ὥσπερ καὶ τῶν ἀλόγων ζώων τὰ γένη παρήγαγεν· ἐκ μὲν τῶν ὑδάτων τὰ ἀεροπόρα, καὶ τὰ ἐν τοῖς ὕδασι διαπορευόμενα, καὶ τὰ ἀμφίβια προσαγορευόμενα· ἐκ δὲ τῆς γῆς τὰ τετράποδα καὶ τὰ ἑρπετά. Τὸν δὲ ἄνθρωπον ἐξ οὐκ ὄντων καὶ ὄντων ἐποίησε· τὸ μὲν σῶμα διέπλασε χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς· τὴν δὲ ψυχὴν ἐκ μὴ ὄντων ἐδημιούργησεν· οὐ γὰρ, κατὰ τὸν δυσσεβῆ Μαρκίωνος λόγον, ὁμοούσιός ἐστιν ἡ ψυχὴ τοῦ πεποιηκότος, ἀλλ' ἐκ μὴ ὄντος ἔκτισται.

Ἀλλὰ καὶ τὴν Παλαιὰν βλασφημῶν Διαθήκην, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ λαλήσαντα ἀθετῶν, καθεξῆς δὲ καὶ σελήνῃ, καὶ ἡλίῳ, καὶ τοῖς ἀστράσι σέβας ἀποδίδους, καὶ βοτάνας, καὶ δένδρα ὑψιπέταλα, καὶ ἀέννα ὕδατα ἔμψυχα εἶναι ὀλόμενος καὶ ἕτερ' ἄττα φθεγγόμενος ἄτοπα, φερώνυμον ἑαυτὸν ἀληθῶς τῆς μανίας δείκνυσιν· ἐξ ἧς, οἶμαι, καὶ τὴν προσωνυμίαν δικαίως ἐκτήσατο. Ἀλλὰ καὶ ὁ νόμος ἐν ἑξηκοστῷ φησι βιβλίῳ μηδένα τοὺς Μανιχαίους κληρονομεῖν ἐκ διαθήκης ἢ ἐξ ἀδιαθέτου, τὰ δὲ πράγματα αὐτῶν εἰς τὸ δημόσιον εἰσκομίζεσθαι ταμεῖον. Ἀναβαπτίζονται δὲ οἱ ἐκ τούτων τῇ ἀμωμήτῳ ἡμῶν προσιόντες πίστει· ἔτι γὰρ ἡ αἵρεσις αὕτη ἐπικρατεῖ, καὶ κῶμαί εἰσι καὶ κτησείδια τῶν Κουβρίκων περὶ τὴν Ἀπολλωνιάδα κείμενα.

CAP. XXXIV.

Tricesima quarta hæresis, Hieracitarum. Illi unguuntur.

Quidam Hieracas nomine in Leonum Ægypti civitate fuisse fertur, qui non tantum Ægyptiorum, sed Græcorum linguam callebat, omnique dicendi genere exercitatus, atque in arte medicosophistica, astronomica, fortassis etiam magica, non mediocriter versatus. Hic cum annos ad plures nonagginta vitam protraxisset, pulchre et eleganter ad supremum usque vitæ diem, citra ullam oculorum offensionem scribere perrexit, adeo continens, ut a cibis omnegenus et vino abstineret, cumque vir gus tanto mentis exercitio perterruisset, eorum animis ut sibi adhærerent, et agglutinarentur, persuadere potuit Quo factum est, ut Ægyptiorum monachorum plerique hæresin ejus amplexi sint. Hæreseos autem præcipua capita hujusmodi fuerunt.

Hieracas hic Vetus et Novum Testamentum velut expectorans interpretabatur, librosque Ægyptiaco et Græco sermone componebat. Ejus porro interpretatio deliramentis Origenis assimilis erat ; variis nimirum fabulis referta necnon allegoriis, quæ ver

[56] Heb. II, 3. [57] Rom. IV, 17.

borum fastu scatebant. Ex quo evenit ut, cum sibi sapiens videretur, dogmata in posterum pro libidine proponeret. Nam ipse quoque carnis resurrectionem antiquavit, animamque solam resurgere fabulatus est, quia nimirum spiritualis resurrectio sit. Paradisum sensilem esse nullo modo admittebat. Nuptias in Veteri Testamento duntaxat permissas fuisse, post Christi autem adventum non amplius posse qui nuptias contraherent regni cœlestis fieri participes asserebat. Quid enim, inquiens, novi facturus, aut prædicaturus, aut emendatus ille Dei Sermo venit, præter castitatem et sanctimoniam, sine qua nemo Dominum visurus est? Unde Paulus quoque, cum *honorabile connubium* [58] dicit, non prorsus idcirco dicit, ut laudet illud, sed obiter subinfert, ne tandem incidant in tentationem. Deinde subjicit: *Quæ nupta non est, cogitat quomodo placebit Deo. Nupta autem, quomodo placebit viro* [59]. Si ergo Deo non placeat, quomodo servabitur? Item: *Vellem*, inquit, *omnes esse sicut ego sum* [60]. Item: *Sunt eunuchi, qui se castraverunt* [61]. Hæc Hieracas non solum docebat, sed et opere complebat: nec patiebatur quemquam ad suam synaxin seu communionem venire, qui aut monachus, aut continens, aut virgo, aut vidua non esset. Spiritum sanctum nihil aliud esse dicebat, quam eum qui vulgo Melchisedech ferebatur. *Hic enim* est, inquit, de quo dicitur, quod cum *assimilatus sit Filio Dei, manet sacerdos in perpetuum*. Ad hæc quia Filio Paracletus assimilis est, propterea *sine patre, sine matre, et sine genealogia* [62] dicitur: sine matre quidem, quia matrem sursum non habet, sine patre autem, quia in terra nullus ei pater est.

Hujus porro interpretationis ansam ex quodam apocrypho libello expiscatus est, cujus inscriptio erat, Anabaticum, seu de Ascensione Isaiæ, in quo ita scribitur: Angelus qui ambulabat ante me, ostendit mihi, et dixit mihi: Quis est ille qui ad dexteram Dei sedet? et respondi ei: Tu scis, Domine: et dixit: Hic est dilectus. Rursum ita dixit: Quis est alter, qui a sinistris venit ei similis? Tunc respondi ei: Tu scis, Domine: et dixit: Hic est Spiritus sanctus qui loquitur in te et prophetis: et erat similis dilecto. Pueros insuper qui præmatura ætate morerentur, antequam Dei cognitionem adepti essent regni cœlestis hæredes esse non posse dicebat, qui nimirum non certassent. Ita enim inquit: Si qui certat non coronatur nisi legitime certaverit, quanto minus is qui ad certamen vocatus non est?

Hæreseos præcedentis confutatio.

Is non erat Hieracas, qui venaticorum præpetumque ἱεράκων, hoc est, accipitrum more divinas Scripturas oculis circumlustraret, atque dogmatum veritatem undique venaretur: aut saltem aquilis assimilis, ipso ad Deum ascensu innovaretur; sed nescio quis informi deformitate graculus, Origenis opinionibus, nonnullorumque qui illum præcesserant, hæresibus quasi syllogisticis alis gestiens. Quemadmodum enim Dominus soluta mortis tyrannide monumento exsiliit, discipulisque astans, et ab iisdem palpatus, carnem habere deprehensus est, ita et nos resurgemus, ejusque tribunali cum eodem corpore atque anima eadem astabimus, cum quibus et hujus vitæ curriculum peregerimus.

Origenes enim longum valeat, cum omnibus, qui ab illo stantes animam corpore nudam judicium subituram esse tradiderunt, tale hominis idolum ei adaptantes, quales ideæ sunt a Stoicis confictæ, quibus ea etiam, quæ in mundo videntur, creata fuisse docuerunt. Ad cujus opinionis, absurdissimæ quidem illius, confirmationem, stulte admodum hunc apostoli Pauli locum proferunt, ubi sic ait: *Seminatur animale, surget spirituale* [63], ubi per spirituale corpus id intelligunt, quod ad solam hominis figuram efformatum, non autem ex quatuor elementorum commistione conflatum sit: quæ quidem interpretatio a doctrina et sensu Apostoli aliena est. Is enim ad sanctos, qui Corinthi erant, ita scribit: *Sed dicet aliquis: Quomodo excitantur mortui? quali autem corpore venturi sunt? Insipiens, tu quod seminas, non vivificatur, nisi prius moriatur: et quod seminas, non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum, utputa tritici, aut alicujus cæterorum. Deus autem corpus illi dat, sicut voluit, et unicuique seminum proprium corpus. Non omnis caro, eadem caro, sed alia quidem hominum, alia pecorum, alia piscium, alia volucrum.* Item: *Corpora cœlestia, et corpora terrestria, sed alia quidem cœlestium gloria, alia autem terrestrium. Alia claritas solis, alia claritas lunæ, et alia claritas stellarum. Stella enim a stella differt in claritate, sic et resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, excitatur in incorruptione: seminatur in ignobilitate, surget in gloria: seminatur in infirmitate, surget in virtute: seminatur corpus animale, surget corpus spirituale* [64].

Quibus verbis eos instruit, quorum aures cerumine infidelitatis haudquaquam obsurduerunt, quod, quemadmodum granum frumenti in visceribus terræ moritur, et suo tempore resurgit, non nudum quidem, et quale seminatum est, sed clarum et perpulchrum, atque ex pristini corporis substantia: ita etiam corpus nostrum nudum quidem, informe et inglorium terræ committitur, elegans vero, concinnum et spirituale resurgit. Quemadmodum in seminibus quoque videmus: germen enim aristis munitum emittunt, non autem nudum, quale etiam terræ commissum est, proinde corpus idem excitatur. Hujus enim rei ipse quoque Paulus auctor est: *Unicuique resurgenti semini proprium corpus datur.*

Idem præterea astruit non uno in honore resurr-

[58] Heb. XIII, 4. [59] I Cor. VII, 34. [60] Ibid. 7. [61] Matth. XIX, 12. [62] Heb. VII, 3. [63] I Cor. XV, [64] Ibid. 35, seq.

recturos, sed sanctos peccatoribus clariores futuros, eadem comparatione, qua se quoque habent corpora cœlestia ad terrena. Quin vel inter ipsos justos idem claritatis futurum discrimen, quo luna a sole, et quo stellarum chorus a luna differt. Animale autem corpus intelligendum est, quod animalibus facultatibus regitur et movetur, atque idcirco iis haudquaquam eget, quæ ad crassitudinem necessaria sunt, prout corpora ante mortem omnia. Spirituale vero, quod sanctus Spiritus operatione dives est, ab illo fertur, cum anima denique ipsa gubernatur : vel alias per spirituale illud intelligit, quod corruptioni non obnoxium, sed subtile et leve est, atque quasi per aera vectatur, et ad ætheream substantiam ascendit, nec ulla terrenorum cupiditate capitur : cujusmodi etiam corpora nostra post resurrectionem a Deo fiunt, qui cœlestia elementa ea conditione produxit, ut nulli senio, nullique labori obnoxia essent.

Jam quo jure, quæso, animam ad æterna supplicia, vel coronas perpetuum duraturas, sine corpore abduci doceat, cum quo vel pia, vel impia quæque commisit.

Indigni porro sunt, qui nativitatis dies unquam viderint, quicunque nullum eorum qui nuptias contraxerint servatum iri affirmant. Paulumque mendacii sui testem proferunt, ubi ait : *Volo omnes esse sicut et ego* [65]. Item : *Sequimini sanctimoniam corporis, sine qua nemo visurus est Dominum* [66]. Nec enim sanctimoniæ nomine Paulus cœlibatum intelligit, sed *connubium* quidem *honorabile, torum* vero *immaculatum* tradit [67] ; quemadmodum Deus quoque præfinivit, dicens : *Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adjutorium simile ipsi* [68]. Sed Paulus Christi vestigia secutus, qui primas virginitati detulit, cum ex Virgine secundum carnem natus est, dixitque : *Qui potest capere, capiat* [69] : nuptias quoque legitimas esse docet, eisque virginitatem præfert, seipso in exemplum proposito, qui Pharisaicæ vitæ regulam sequeretur, quæ inter cætera hæreseos suæ asseclas a feminis abstinere jubebat. Atqui corporis sanctimonia femineo concubitu haudquaquam circumscribitur, sed latiore intellectu patet : quo Paulina quoque verba accipienda sunt, qui plerisque locis Epistolarum monet [70], ut ab adulterio, fornicatione, invidia, detractione, mendacio, perjurio, crapula, et cæteris peccati vestibulis purimus.

Nam si anilem Hieracæ traditionem secuti quicunque Christi nomine censentur, a mulierum complexu abstinerent, omnes ad unum una in generatione deficeremus : nemoque sibi superstitem relinquere curaret, si revera cultum se præstare Domino intelligeret.

Idem Melchisedeci nomine Paracletum intelligebat : qui Deo similis nullam aliam ob causam dictus esset, quam quia solus omnium apud Mosem sine genealogia esset, et quia, ut ita dicam, panis et vini oblatione benevolentiam suam erga Abraham declarasset, cum a quinque regum excidio reverteretur, quæ quidem omnia Christo mirum in modum conveniunt. Nam *generationem ejus quis enarrabit* [71] ? illamque adeo mysterii institutionem nocte illa factam, qua tradebatur, pane et vino definiunt [72]. Dicam vero quiddam aliud tertio loco, quod a multis ignoratur. Uno eodemque tempore duos insignes pietate viros Abrahamum scilicet et Melchisedecum, floruisse Moses scribit : quorum tamen ille in circumcisione, hic in præputio testamentum acceperat. Proinde Christus sacerdos secundum ordinem Melchisedeci nominatur, non solum quia pane et vino, quemadmodum et ille, mystice fecit : sed etiam quia circumcisionem in præputio benedixit, quemadmodum Melchisedec in præputio circumcisum Abrahamum benedixerat.

Eorum porro qui præmatura morte obeunt, vitæ brevitatem alii prognosticæ rerum omnium Providentiæ ascribunt, ut nimirum subsecutura mala et exleges actiones quas perpetraturi erant, hac ratione præcidantur ; alii ad parentum *castigationem* referunt, quæ nec absque ineffabili illa Numinis providentia fiat. Atque ii quidem qui sacro initiati baptismo non sunt, quique parentibus a recta fide nostra alienis orti sunt, non secus *damnabuntur*, atque parentes eorum, qui *illos simul* atque nati sunt, a baptismo alienarunt, quos quidem Davides in judicio minime resurrecturos [73], neque in consilium justorum venturos ait : ii vero, qui parentibus divino intinctis baptismate nati sunt, aquisque lustralibus veterem exuerunt hominem, tametsi coronis illi privantur, quibus redimiti sunt athletæ, non sine sanguine et sudoribus, qui in hujusmodi certaminibus exantlari solent, requie tamen illa non excidunt, qua beati fruuntur, quæ quidem in multas et varias mansiones divina est. Non enim ex professo, et melioris sententiæ immutatione, sed extemporaria potius certaminis interruptione, martyrii effectum perdiderunt. Quia vero primi parentes in ipso *flore* ætatis confestim in mundum producti sunt. Resurrectionis autem is scopus et finis est, ut natura humana ad antiquam illam primorum parentum formationem revocetur, idcirco et qui senio confecti sunt, et qui vel cunis in ipsis animam exhalant, eadem ætatis mensura resurgent, nec natura eis ob magnitudinis diversitatem immutabitur.

CAP. XXXV.

Tricesima quinta hæresis, Collyridianorum. Hi unguntur.

Collyridianorum quoque hæresis in Arabia pullulavit, initio a quibusdam feminis e Thracia et Scy-

[65] I Cor. VII, 7. [66] Hebr. XII, 14. [67] Hebr. XIII, 4. [68] Gen. II, 18. [69] Matth. XIX, 12. [70] I Thess. IV, 3. [71] Isa. LIII, 8. [72] I Cor. XI, 23. [73] Psal. I, 5.

thia superiore oriundis sumpto. Hi majore quam par esset honore sanctam Dei Genitricem prosequentes, eam Dei nomine, et cultu præter rationem dignabantur, feminisque ipsis eidem sacra facere, atque sacrificium tanquam Deo offerre permittebant : quæ quidem feminæ curru seu vehiculo instructo, linteum quadrangulum pandebant, cui collyridia, seu parvum panem imponentes, in nomine Mariæ sursum tollebant, atque ita ex eo communicabant omnes, et aliis impertiebantur.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Non sine magna laude virtutes nominibus mediocritatum designatæ sunt ; excessus autem et defectus pro honesti transgressionibus et optimæ cuique actioni contrariis semper habiti sunt. Etsi enim iisdem in ædibus habitant, ut ita dicam, aliæque aliis inhæreant, non tamen idcirco actionibus inter se conveniunt.

Proinde qui divino Numini cultum majorem impendet, quam par est, quamque a piis viris acceperit, haudquaquam Deo acceptus erit, aut salutem hoc pacto consequetur, etiamsi corpus comburendum tradat, etiamsi bona sua pauperibus distribuat, imo ne magnum quidem quid fecisse dicetur, qui ad virtutem alia via aspiraverit quam quæ cœlicolis arrideat.

Si quis enim jejunii vires eas esse doctus, ut pravos affectus de medio tollat, eosque ingeneret, qui mediocritate sua laudabiles sint, eam continentiam nullo modo prosequitur et excolit, cujus capaces homines esse queant, sed frenis ejus excussis, nimia imbecillitate corpus attenuarit, animamque ita miserrime tandem efflaverit, seipsum potius occidisse, quam jejunio cum angelis certasse videbitur. Quemadmodum neque martyr, sed sui ipsius interfector censebitur, neque sanctitate illa dignus habebitur, qua fideles exornari solent, quicunque gladium in viscera propria distrinxerit, quasi hoc pacto pro Christi nomine mortem ferat, ut martyribus accenseatur. Eodem etiam modo Collyridiani ejus certe fidei, qua Christum venerantur ergo amplexandi sunt : quod vero Dei Genitricem Deum existiment, eique sacra faciant, sacerdotibus feminis ad id destinatis, quibus ne templa quidem omnino patent, propter sordes illas, quas sibi a natura contraxerunt, sacri prorsus et intestabiles a fidelibus habendi sunt : nec quidquam lucri animæ suæ, meo quidem judicio, acquirunt ex iis quæ quadamtenus pie gerere videntur. Illa enim propter aliorum improbationem, irrita quoque et prorsus inutilia evadent. Quoniam qui unum legis mandatum antiquaverit, ita condemnatur ac si totam legem transgressus esset.

CAP. XXXVI.

Tricesima sexta hæresis, Massalianorum, sive Euchitarum. Hi unguntur, ut quibusdam placet, vel, ut aliis, baptizantur, quod quidem præstat.

Massaliani ipsa notatione nominis Euchitas, hoc est voventes aut precantes significant. Docent enim nihil aliud ad dæmonas effugandos, animamque a pravis affectibus asserendam, orationis perseverantia efficacius esse. Iidem Euphemitæ quoque, hoc est fausta precantes, seu ore faventes, item Martyriani, et Sataniani dicuntur. Euphemitæ quidem, quia cæteris, orando et benedicendo Deo, exercitatiores esse videntur ; Martyriani autem, quia ex suis nonnullos ab orthodoxis occisos martyribus accenserent. Sataniani denique, quia Satanam fortem existimantes eum venerabantur, ne mala in eis, ut dicebant, operaretur.

Massalianorum porro hæreseos capita ex eorum libris excerpta hæc sunt.

1. Quod Satanas enhypostatice, hoc est revera homini cohabitet, eique in omnibus dominetur.

2. Quod Satanas et dæmones humanum animum possideant, humanaque adeo natura spirituum nequitiæ consors et socius sit.

3. Quod Satanas et Spiritus sanctus homini cohabitent, quodque ne apostoli quidem a contraria energia, seu dæmonum potestate, liberi fuerint.

4. Quod neque baptismus hominem perfectum reddat, neque divinorum mysteriorum perceptio animam expurget, sed sola, quæ ab illis censetur oratio.

5. Quod homo, etiam post baptismum, peccato inquinatus est, quodque non baptismi, sed orationis beneficio fiat, ut fidelis immortali illa et divina veste fruatur.

6. Quod amplexanda est apathia, hoc est perturbationum vacuitas, quodque spiritus communicatio sensu et reapse percipienda sit.

7. Quod anima tali cœlestis hujus sponsi consortio frui debeat, quali tum fruitur uxor cum in viri amplexibus jacet.

8. Quod qui Spiritu aguntur, peccatum et gratiam, tam operatam quam operantem, interius et exterius videant.

9. Quod revelatio sit, quæ sensu et divina hypostasi fiat, qualis est hæreseos.

10. Quod ignis vim procreatricem habeat.

11. Quod anima, quæ Christum sensu et omni operatione non habet, reptilium et venenatorum animalium, hoc est omnis contrariæ virtutis, habitaculum est.

12. Quod natura malorum fons et origo sit.

13. Quod Maria et semen et Verbum conceperit.

14. Quod Adamus, etiam ante transgressionem, cum Eva citra ullam animi perturbationem concumberet.

15. Quod homini duæ sint animæ, quarum altera cæteris hominibus communis, altera cœlestibus propria sit.

16. Quod fieri possit, ut homo sensu, hoc est reapse, et omni operatione, Spiritum sanctum suscipiat.

17. Quod orantibus crux in lumine apparere possit, quodque aliquando procerum quidam deprehensus fuerit, cum ad altare astanti tres panes oleo pisti apponerentur.

18. Quod Massiliani opus omne aversantur, quod manibus fit, tanquam Christianos minime deceat.

19. In parte vero inhumanitatem quoque in pauperes introducunt. Negant enim eos qui mundo renuntiaverint, vel omnino quidquam boni agere voluerint, iis quidquam erogare oportere, qui stipem publice mendicat, aut desertis viduis, aut iis qui varia pericula subierunt, aut corpore mutilati, aut morbo afflicti, aut creditorum sævitiam, aut Barbarorum excursiones, aut alias id genus calamitates experti, rerum suarum jacturam fecerunt, sed sibi ipsis, qui pauperes spiritu revera sint, omnia suppeditanda esse aiunt.

20. His ecclesiarum et altarium contemptum addunt, quasi eos qui pietatem profitentur, haudquaquam in ecclesiasticis communionibus perseverare deceat, iis precibus contentos, quas ipsi suis in oratoriis Deo fundunt. Preces enim suas tanti ponderis esse dicunt, ut sibi et iis quos instituunt Spiritus sanctus apparere sensu deprehendatur.

21. Fabulantur etiam decere, ut qui salvi esse volunt, tandiu orent, nihil aliud prorsus agentes, donec peccatum, tanquam fumum aut ignem, aut draconem, aut id genus feram quamvis aliam, orationis vi abigi, a seque abscedere sensu percipiunt, et vicissim sancti Spiritus efficaciam sensu excipiant : manifestumque introeuntis ejus sensum animo deprehendant. Atque hanc demum veram Christianorum communionem esse dicunt.

22. Negant enim in Ecclesiæ baptismo, aut clericorum electionibus, eos qui baptizantur, aut eliguntur, sancti Spiritus participes esse, nisi suis ipsorum precibus studiosius communicaverint. Ita ut cuivis, etiam sine baptismo, communicatio Spiritus sancti pateat : modo assidue suis in cœtibus versari, quæque ibi dogmata traduntur, ediscere velit.

23. Unde cum presbyteri orthodoxi quædam illis objecissent, puta quod fide, non sensu, nos Spiritus sancti participes fieri confitemur, illi suis precibus sensum quoque Spiritus sancti obtingere sibi responderunt.

24. Tanto autem arrogantiæ fastu efferuntur, ut eos qui secum Spiritus sancti sensum percipiunt beatos prædicent : tanquam perfecti et ab omni peccato liberi, denique meliores evaserint : eosdem etiam summo amore prosequantur, et colant, ut qui non amplius peccati periculis sint obnoxii. Sed in posterum quiete, ciborum cupediis, omni largitionis genere, deliciis honoribusque fruantur. Quorum plerique apud eos hujusmodi testimonium perfectionis adepti, inter externos (quos ne nomine quidem Christianorum dignantur) in varias obscenitates, pecuniarum furta et scortationes inciderunt.

25. Hæc et pleraque id genus alia portenta desinant, ita ut nuptias etiam legitimas facillime dissolvant, et eos qui a nuptiis alieni sunt, non secus atque monachos, secum asciscunt, beatosque prædicant. Atque adeo persuadent, ut patre, matre liberisque (quos educare debuerant) posthabitis, ad se cuncta comportent.

26. Servos a dominis fugientes libenter excipiunt : variis peccatis infames ad se accedentes, absque ullo pœnitentiæ fructu, absque auctoritate sacerdotali, absque gradibus, qui canonibus ecclesiasticis præscribuntur, ab omni se peccato quantocius expiaturos promittunt, si quis modo triviales eorum preces apud eos meditatus extemporaneus nequitiæ sacerdos evaserit.

27. Itaque nonnullos, etiam antequam a peccatis absolvantur ipsi ad clericorum electiones adducunt, et ab episcopis dolo persuasis manuum impositionem extorquent, quos nimirum testimonio eorum inescant, qui apud eos monachi censentur.

28. Id ut faciant, non eo adducuntur, quod clericorum gradus honorabiles judicent, qui vel ipsos, quoties collubitum est, episcopos contemptui habent, sed ut potestatem et auctoritatem sibi comparent.

29. Nonnulli porro eorum ne mysteriorum quidem communioni se unquam interfuisse dicunt, nisi sancti Spiritus præsentiam, quæ illa hora fiebat, aperte sentirent et experirentur.

30. Nec desunt inter illos, qui ad virilia resecanda, si qui forte velint, exhortentur.

31. Separationes (quæ vulgo degradationes appellantur) facile contemnunt.

32. Audacter jurant, et pejerant.

33. Denique vel suam ipsorum hæresin tacite detestantur.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Deplorandi certe sunt Euchitæ, propter multiplicem illam hæresin, atque piorum precibus sublevandi ut tandem aliquando a temeritatis veterno excitati, Deumque cognoscentes, a stultis illis precibus abstineant, atque dogmatum sacrorum fabulis longum valere jussis, pietatem perdiscant.

Vera enim dementia est, si quis existimet enhypostatice, hoc est revera, Satanam et Spiritum sanctum homini inhabitare : cum præsertim Deus hominem ex anima et corpore composuerit, alienumque a Satanæ ditione, sub ipsa mundi primordia formaverit. Idem enim ipse cœlum quoque appendit et firmavit, qui hominum generi spiraculum vitæ dedit. Jam si Satanas homini cohabitaret, eique συνενυπόστατος, hoc est revera insitus et immistus dominaretur, nunquam a sanctis calcatus increpatusve, tanquam vile mancipium, nec aliter quam misellus passerculus ludibrio habitus

fuisset. Alias etiam fieri non potest, ut apud unum eumdemque hominem duæ contrariæ virtutes, sanctus, inquam, Spiritus et Satanas, simul conveniant. Nec enim illorum concursus is est, qui accidere, aut ullo unquam tempore contingere possit. Ille enim Deus est et angelorum creator, hic vero apostatica maleficaque potentia, quæ propter insitam superbiam ab illo procul exsulat ; et juxta Domini verbum, *tanquam fulgur* una cum ejusdem rebellionis consortibus potentiis *e cælo decidit* [74].

2. Divino porro baptismate, Christique mysteriorum perceptione, animam, unam quidem illam, nec duplicis naturæ, ut Euchitæ nugantur, purgari hominemque perfectum reddi, ipsius Dei verbis constat, quæ remissionem peccatorum, spiritualemque cœlitus factam regenerationem, baptismum vocant. Divina quoque munera cibum esse novimus, qui nunquam absumatur et pereat : qui manna ipso longe sit melior [75]. Hoc enim Hebræi Ægypto exeuntes in solitudine comederunt, et mortui sunt : illa vero immortalitatem conferunt : multoque melius animam ab animalibus maculis inhærentibus expurgant, quam carbo ille qui, forcipe a Cherubin Isaiæ oblatus est [76]. Ut uno verbo absolvam, nihil aliud illa sunt, quam copula quædam cum Christo, veraque vitæ causa. Christus enim in Evangeliis dixit : *Qui manducat meam carnem, in me manet, et ego in eo* [77]. Item : *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habetis vitam in vobis* [78].

3. Oratio autem virtutibus conjuncta quæ ad piam vitam introducunt, gratiam Spiritus conservat, quæ per lavacrum regenerationis et participationem corporis et sanguinis Christi iis qui ea digni sunt infunditur. Nec vero sola per se ad fidei fundamentum assumenda est : nec ad salutem precantium quidquam confert. Quo enim referetur oratio, nisi pietas illam, Deique cognitio præcedat ? quem quidem sensu, hypostasi, et perspicue videre nemini adhuc eorum contigit ; qui terreni corporis ergastulo coercentur. Paucis certe, iisque expurgatis, eum tanquam in ænigmatis et visionibus obscuris apparuisse constat. Quandoquidem Moses, cum petiisset ut Deum videret, audivit : *Nemo videbit faciem meam, et vivet* [79] : unde dignus etiam habitus est, qui posteriorum partium aspectu frueretur, quæcunque tandem posteriores Dei partes sint : qui in columna nubis, caligine, et turbine venti Mosen, et justos eum subsecutos allocutus est. Idem etiam Deus unus est qui una in Divinitate, et hypostaseon Trinitate dignoscitur : quem in Patre, Filio et Spiritu adoramus. Atque Mosi quidem et prophetis personarum Trinitas obscure retecta est : in ultimis vero temporibus cum Filius Dei nostram assumpsit corruptionem, unius divini et æterni principii cognitio orbi terrarum clare innotuit.

4. Porro si quis dicet malum ἐνυπόστατον esse, hoc est, revera consistere, quid aliud hoc est, quam eorum impietas, qui bono Deo malam quamdam potentiam opponi, et tanquam contrarium quid, una cum eo quasi ex adverso comparare, censent et profitentur ? quod nullo modo fieri potest. Bonum enim et malum mutuo se vicissimque perimere constat : quia nimirum sibi invicem irrequiete repugnant, et infirmius a fortiore corrumpitur. Quod si quis æquo illa pondere existimet, perpetuo inter se bello dimicare, atque ex consequentia mutuam sibi assidue perniciem inferre deprehendet : cum alternis utraque vincant et vincantur. Qui enim cuncta in rerum naturam produxit, honesta et bona omnia creavit, ut qui honestus et bonus esset. Neque enim vita mortem generat, neque lumen e tenebris oritur. Qui fieri ergo potest, ut malum a Deo minime creatum natura enhypostatica, seu per se subsistente præditum sit ? Malum certe esse nemo ibit inficias. Id autem viventem et animatam substantiam, aut naturam nequitiæ parentem, negamus : sed affectionem in anima idcirco virtuti repugnantem asserimus, quia ab honesto et bono lapsa sit, quæ quidem ignavis innascitur, non extrinsecus, aut præter animi voluntatem : alioqui neque legibus in facinorosos pœnæ decretæ, neque supplicia in eosdem a judicibus illata fuissent. Quod autem malum nec in rerum natura consistat, nec a Deo productum sit, sed eidem ex adverso repugnet, hinc perspicuum fiat. Ex honesti transgressionibus malum oritur : non secus atque secedente lumine tenebræ succedunt : atque ex boni declinatione progressus ad malum nascitur. Virtutes enim singulæ cum affixum sibi vitium habeant, nisi inconcussæ firmæque maneant, contrarium vitium substituunt : quemadmodum corpus quod splendori solis obtenditur, umbram. Verbi gratia, cum fortitudo tanquam virtus mediocritas sit, contrarietates utrinque, timiditatem, inquam, et audaciam, tacite substitutas habet. Quandiu ergo firma et constans, suoque nomine digna manet, timiditati et audaciæ nullus superest locus. Harum vero alterutra obrepente, illa obscuratur, venerabileque nomen amittit : atque adeo tanquam inaudita perit, et vitia a se efformata substituit : ut arcum in nubibus hypostasi propria carentem atque in sole parhelium seu virgam, quos vulgus soles vocat, videre est.

5. At vero, quid adeo malum dici potest, quod non ii designent, qui opus omne defugiunt, nullique alii vacant, nisi ut ea comminiscantur, quæ a vero prorsus aliena sint ? Cum enim statim a transgressione hominem Deus in labore et sudore panem sibi comparare jusserit, Paulusque apertis

[74] Luc. x, 18. [75] Exod. xvi, 15 ; Joan. vi, 31. [76] Isa. vi, 6. [77] Joan. vi, 57. [78] Ibid. 54. [79] Exod. xxxiii, 20.

exclamet : *Qui non laborat non manducet* [80] : hi opus inter peccata recensuerunt. Jam si omnes homines,ut isti volunt, orationi sine intermissione vacarent nec eorum quidquam curarent, quæ ad corporis constitutionem pertinent, fame prorsus enecti mortem omnium maxime miserandam obiissent.Sed dices, o Euchita, te herbis et fructibus sponte per anni partes enascentibus esse contentum. Quid ? cum illa colligis, nonne operaris ? nonne a perpetuis illis precibus ad tempus supersedes, non secus atque,quo per otium liceat ori tuo esculenta suggerere, cantiones illas et preces in tuam perniciem a te cani solitas, intermittis ? Absit enim, ut eas te Deo canere dicam.

6. Ut autem interea dum ab omni opere cessandum, ex assiduis precibus invigilandum esse doces, persuadeas iis, quos tuis initiasti mysteriis, ut in te solum, qui orationi invigiles, spirituque pauper exsistas, beneficentiam exerceant, nulliusque præterea misereantur,Christum quoque testem allegas, qui citra delectum in unumquemque eleemosynæ bonum extendendum esse tradidit, ut hoc pacto Patrem imitemur, qui in cœlis est, *qui solem suum oriri facit* super terram, quamcunque suo lustrat lumine : *et pluit super justos et injustos* [81]. Nisi enim ejus te misereat,qui vulneribus scatet : eum vestias, qui nudus oberrat : eum denique nutrias, qui fame contabescit : in quemnam, quæso, alium beneficus Deum coles ? an in teipsum ? Atqui hoc misericordia non est, sed divitiarum conservatio, moresque hominis, qui mutuo nullum amore prosequitur, imo etiam privata quædam ingurgitatio,quam nemo non vitio vertat. Absit vero a nobis tanta inhumanitas.Diabolica hæc doctrina, et a Christi præceptis aliena est.

7. Quonam autem artificio, heus tu, interim dum orationi vacas, peccatum tuum fumi et ignis, sive cruenti etiam draconis instar, tuo excedere corpore videbis ? Nullo prorsus : nisi dæmonum,quos colis, aliquis te solita vesanum adigat impostura, ut oræstigiis hujusmodi credas, cujus etiam dolis fit, ut mente captus precibus tuis plus ponderis, quam divino baptismati, attribuas, ad consequendam peccatorum remissionem, manuumque impositionem, quæ sacerdotali sit excellentior, et sola divini Spiritus accessum suggerat : qui certe baptismus a nobis orthodoxis initium et fundamentum fidei censetur : atque adeo causa, quæ sanctum ad nos Spiritum alliciat,ut confirmare possum ex manuum impositionibus, quæ in discipulis Christi post baptismum, tam efficaces fuerunt, ut palam Spiritus descenderet. Idem Virgini quoque Mariæ inhabitans eam præparavit et sanctificavit, ut ab eo non secus atque divino templo, Verbum Dei conciperetur, et ita nostræ salutis primitias Spiritus operatus est, simul atque Virgini virtus Altissimi, Patre ita volente, obumbravit.

Quod vero semen in Virginis uterum una cum Verbo immissum fuisse fabularis, id a nullo rerum divinarum interprete unquam accepimus : aut tu figmenti hujus solus auctor es, qui certe tanquam malum et ingratum semen, vanisque sermonibus gaudens,emersisti.Iniquissime porro naturam quoque divinam mutationi obnoxiam esse atque idcirco animis qui ea digni sint,commisceri dicitis. Atqui rerum earum quæ creatæ sunt, mutatio dicitur, quæ vel voluntate mutantur, ut angeli, et animæ prout in bono proficiunt, et ad malum moventur : vel quia creatæ et mutationi obnoxiæ sunt,ut quidquid corrumpitur et interit : qualia sunt, quæ in mundo cernuntur omnia. Deus autem neque creatus, neque mutationi obnoxius est. Quia enim essentiæ ejus ratio iis contraria est, quæ generationi obnoxia sunt, ea de causa nec iis subjicitur, quibus illa subjici solent. Illa enim mobilia sunt hic autem natura immobilis est : et supra motus a philosophis descriptos, quantitatis, qualitatis, et loci expers : modis denique omnibus immutabilis.

9. Quam vero impium hoc quoque dicitis quod humanam naturam Deus dæmonibus servire voluerit : hinc enim Deum quoque auctorem malorum esse inferri posset. At non ita se *res habet : imo* vero hominem sui juris, et a dæmonum consortio et consuetudine alienum Deus efformavit. Dæmonas porro potestatem natura non solum in homines, sed ne in bruta quidem exercere posse, *vel* hinc patet, quod illi jussu Christi in *porcos ingressi* sint [82]. Verum enim vero Paulus quoque sic ait : *Non est nobis certamen adversus sanguinem et carnem, sed adversus principatus, adversus potestates, adversus spiritualia nequitiæ mundi hujus* [83], quasi nobis cum illo conferre pedem formidantibus animos addens, atque his verbis exacuens : *Assumite armaturam Dei, ut possitis resistere* [84] insidiis adversarii diaboli. Enumerata deinde armatura hæc quoque subinfert : *Estote præcincti lumbis vestris in veritate, et induti thoracem justitiæ, calceatique pedes in præparatione Evangelii pacis. In omnibus assumentes scutum fidei, in quo poteritis omnia tela maligni ignita extinguere* [85].Item : *Galeam salutis assumite, et gladium Spiritus, quod est verbum Dei* [86]. Si quis hac armatura præmunitus ferit, quæ telorum jactibus ita resistit, tantoque fulgore resplendet,quis dæmon contra occurret, nec *potius* aversus aufugiet, in primis si talibus armis instructus orationem et jejunium asciscat ? orationem,inquam, non qualem vos curiosius exercetis, quæ revera inutilis est, nec effugandis dæmonibus idonea. Qui enim fieri potest, ut qui infidelitate gestiat, nec baptismate sit expiatus, jejunio et oratione dæmonas ejicere possit, quamlibet et fame disrumpatur,aut orationis vehementia præfocetur ? Quorum enim fides reproba et infirma est, eorum-

[80] II Thess. III, 10. [81] Matth v, 45. [82] Matth. VIII, 31 seqq. [83] Ephes. VI, 12. [84] Ibid. 13. [85] Ibid. 14. [86] Ibid. 17.

dem quoque opera inutilia sunt. Quod si Deus, ut dicitis, naturam humanam dæmonum consortem ratione transgressionis esse voluerit, qui fieri, quæso, potuit, ut Christus naturam humanam, usque adeo peccato subjectam, usque adeo dæmonibus obnoxiam, assumpserit, ita ut ipse quoque malignorum adversorumque spiritum contubernalis deprehenderetur? At hoc quidem maxime impium est, imo a dæmonibus ipsis inventum, et excogitatum. Hominem certe transgressionis ergo morti adiudicavit. Jam naturis morti obnoxiis morbi obrepunt. Porro vel hoc pacto ea potestate præditus homo est, ut dæmonibus insultare, seque ex illorum laqueis expedire possit, si modo Dei præceptis obsequi pergat, ejusque mandatis obtemperet. Dæmonibus hoc vicissim datum est, ut cum camo et freno, quibus nos a Deo distrahunt, aliquando nobis ob oculos proponant, aliquando clam suggerant, aliquando denique dolose simulent, taciteque obtrudant quæcunque a recto tramite in præcipitia trahunt.

10. Papæ! quantum deliratis etiam, cum ne Verbi quidem mystas et comites a dæmonum potestate liberos fuisse dicitis! Eosne, o ter exsecrandi, qui dæmonas ejiciebant? qui vel solis umbris infirmos curabant? qui dæmonas sæpenumero non secus atque vilia mancipia increpabant, qui scorpios et serpentes, omnem denique inimici potentiam pedibus proterebant? O scelus nulla unquam venia dignum! o dictum ab omni ratione alienum, cujus auctores digni sunt, qui pugnis confician- C tur.

11. Quemadmodum ii quoque qui dicunt, ab eorum anima, qui quod ἀπάθειαν adepti sunt, perfecti apud vos habentur, tale consortium ex cœlestis Sponsi præsentia percipi, quale femina ex mariti complexu percipere solet. O apertam dementiam, seu potius comparationem maxime omnium absurdam! si saltem ignorent se rebus divinis et castissimis eo contumeliam afferre, quod eas cum pathicis et venereis illecebris conferant: puerilium que cylindrorum fluxus effrenata sua audacia conjunctionibus iis adaptent, quæ ab effectibus hujusmodi alienissimæ sunt: si denique res divinas præ imperitia cum humanis comparent.

12. Nec vero a prædictorum blasphemia abhorret, quod dicitis animam ejus, qui prius sit ἀπάθειαν consecutus, in divinam transmutari naturam: ita ut vestra illa decantatissima oratio eos etiam qui dii natura sunt proferre, atque gregatim apud vos, o ridiculi homines, quasi quibusdam stabulis simul includere norit: qui non solum deorum Græcorum multitudinem numero superent, sed etiam quia gradus eorum in primis accubitibus consistant, in eoque quod sedes primas in cœnis et A cœtibus hominum venentur: ita ut hoc pacto rursum mortales evadunt, nec jam ulla in admiratione sint, sed mirabiles potius videantur, ob deificationem illam, quæ in ore est omni populo.

13. Præterea fieri posse dicitis, ut homo qui ἀπάθειαν vestram sit adeptus, divini Spiritus hypostasin sensu ipso et perspicue percipiat. Hoc autem qui, quæso, fieri potest? quove fidei ante jacto fundamento? Nam nos etiam dicimus et credimus, quod iis qui expiatione legitima expiati sunt, nescio quæ, non dicam hypostatica seu personalis descensio, sed Patris, Filii, et Spiritus sancti præsentia obtingit: prout Dominus quoque dixit: *Ego et Pater veniemus, et mansionem apud eum faciemus* [87], et B prout homo Dei capax esse potest. Porro non est ea creatæ naturæ vis ut Divinitatem intueri queat, prout natura se habet, quia nimirum immensa et infinita est.

14. Quid verbis opus est? Græcorum certe fabulamenta redoletis, cum homini duas esse debere animas contenditis, quarum altera hominibus communis, altera vero cœlestis exsistat. Verum enimvero nulla huic commento subtilitas inest. Illi enim alteram luminosam, alteram tenebricosam, esse dicunt. Cæterum ambas simul uni eidemque homini non attribuunt, sed vicissim et alternative. Vos autem hoc quoque dicitis, quod auditoribus tædium afferat: *Inspiravit* enim, ut Moses ait, *in faciem ejus spiraculum vitæ* [88]. Hæc jam una est anima. Christus item in Evangeliis C inquit: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem occidere non possunt* [89]. Et Paulus in Troade, ubi de Eutychio illo verba facit, qui de tertio cœnaculo decciderat: *Nolite turbari, anima enim ipsius in ipso est* [90]. Sed nullus adhuc aut inter Christiani dogmatis homines, aut inter externos inventus est, qui δίψυχον, hoc est anima duplici præditum esse dixerit.

15. Præter illa, quæ a me adducta sunt, fama circumfertur, εὐνουχισμόν, hoc est virilium membrorum exsectionem, illis apud vos haudquaquam accenseri, quæ procul a cœtibus hominum aspellenda sint. Vellem igitur, quamvis hujusmodi voto natura humana mutiletur et adulteretur, ut vestra synagoga ab iis omnibus exscindi posset, quibus D natura membrum illud arrexit; atque ita generis successione privati pessum prorsus cum vestris dogmatis daremini.

Ego vero hæc quoque ab illis et dici, et doceri, referente quodam, qui ab eis seductus fuerat, viro litterato, et apud Pontificem instituto, accepi, qui quomodo erga me sit affectus, ignoro. Se enim ab illorum doctore, monasticis vestibus induto, atque ad sacerdotium provecto, et sanctorum Evangeliorum librum præ manibus habente, his compellatum verbis referebat:

[87] Joan. XIV, 83. [88] Gen. II, 7. [89] Matth. X, 28.

Quid ais, o bone? Christianusne es, Christi baptismate intinctus? Tum qui interrogabatur respondit: Certe, Christi gratia, parentibus Christianis natus sum, ab ipsaque adeo ætate infantiæ sacro ablutus baptismate. Tum vitii Sophista subjecit: Quonam tempore id, a quibus, et ubi? Rursum pius ille: In Dei Ecclesia, inquit, addito Pontificis nomine, qui tunc Ecclesiæ præerat, in qua nativitatem quoque sortitus esset, necnon imperatoris, qui tunc temporis ea quæ imperii erant administrabat, adjecitque se in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti baptismum suscepisse, quemadmodum in Evangeliis Christus auctor fuit. Tunc alter ille ore impuro, subdolaque mente subdidit: Sed baptismus ille introductitius aqua constat. Eo autem de quo discipulis suis Christus ait: *Vos autem baptizemini Spiritu sancto et igne* [91], accedito propius, ut te baptizem, gratiamque Spiritus inhabitantem tibi cognoscas. Cæterum alter ille hunc imitatus, impostor et ipse evasit.

CAP. XXXVII.

Tricesima septima hæresis, Cerinthianorum.

Cerinthus hic se magnis initiatum revelationibus, angelis nimirum magistris, regnum Christi post resurrectionem terrenum fore; Hierosolymamque denuo carneis cupiditatibus, deliciis, festivis diebus, et nuptiis fruituram per mille annorum spatium dicebat. Beatus autem Polycarpus martyr auctor est, contigisse aliquando, ut cum beatus Joannes apostolus lavandi corporis gratia balneum adiisset, ibique Cerinthum lavari rescivisset, exsiliens confestim e balneo se in fugam proripuerit, et comites idem ut facerent exhortatus sit, ne forte balneum corrueret, in quo veritatis adversarius Cerinthus esset, et ita omnes protererentur.

Aiunt etiam Cerinthum ejus tumultus auctorem fuisse, cujus Jacobus (54) in Epistola ad Antiochenos meminit, his verbis: A nobis exierunt, qui nos conturbant. Idem cum Petro de Cornelio contendisse fertur: alias Pauli adversariis ejus seditionis auctor fuisse videtur, quæ, cum ille caput radendum tradidit, Hierosolymis in templo exorta est [92]. Idem Christum cruci quidem affixum fuisse fatetur, at resurrexisse pernegat. Sed tum demum resurrecturum asserit, cum universalis illa resurrectio fiet.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Sufficiebant impurissimo Cerintho ad propriæ vanitatis et impietatis confutationem, non ea solum quibus in Christum blasphematus fuerat, verum etiam quia illum discipulus cognomento Theologus aversabatur, et usque adeo refugiebat, ut ne in illius quidem conspectum divinus ille vir, qui supra pectus Domini in cœna recubuerat [93], venire vellet.

Annorum porro χιλιὰς, hoc est millenarius numerus, mendacium sole clarius est, et reprobæ Cerinthi cogitationis fetus. Cum enim nos a resurrectione Christus neque cibum sumpturos, neque bibituros, neque nuptias contracturos, neque nuptum collocaturos dicat, verum angelis Dei similes futuros asserat [94], quis adeo temerarius, audax, et a libera Christi veritate alienus esse velit, ut terrenum illi imperium, amicisque cum illo a morte resurrecturis aliquando futurum pronuntiet? vel cuinam, precor, usui resurrectio esse queat, quæ quidem *si* denuo corporum concubitus, ciborum cupediæ, *affectuum* denique tædia inter homines, ut antea, locum habeant, nihil spirituale, nihil quod diviniorem illam conditionem redoleat, nihil denique a terrena conditione alienum, quæ corporalium motuum excitatione constat, habitura sit?

Quod si nondum Christus resurrexit, quomodo *primogenitus ex mortuis* dicitur [95]? Quis item ille, qui discipulis apparuit, ab iisdem palpatus est [96], et tandem cum corpore in cœlos ascendit [97]?

Unam porro mortuorum resurrectionem esse futuram divina testantur Oracula, quæ nunc quidem Christum his utentem verbis introducunt: Sed *veniet hora et nunc est, cum mortui audient vocem Filii hominis: et omnes qui audierint, resurgent* [98]: nunc vero forum judiciale pandentem, ut justos ab injustis secernat (quemadmodum pastor quoque oves ab hircis segregat) atque hos a dextris, illos vero a sinistris statuat: atque his quidem regnum ante constitutionem mundi præparatum largiatur, illos vero in ignem demittat, qui diabolo præparatus est.

Quin et Christi præco Paulus ad Corinthios ita scribit: *Christus a mortuis resurrexit primitiæ dormientium* [99]. Et paulo post: *Ecce mysterium dico vobis, omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur; in momento, in ictu oculi, in novissima tuba. Nam tuba canet, et mortui resurgent incorrupti, et nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem* [1].

Proinde abeat in malam crucem Cerinthus, *qui* ea tantum scrutatur, quæ in cute et superficie apparent, nec ab iis, quæ hic sunt, ea quidquam differre putat, quæ illic esse feruntur.

CAP. XXXVII.

Tricesima octava hæresis, Ecetarum. Hi unguntur.

Ecetæ monachi sunt, qui cæteris in rebus cum universis Christianis recte sentientes in hoc tantum dissentiunt, quod cum feminis et monialibus in monasteria conveniant, ibique cum quadam

[90] Act. xx, 10. [91] Matth. iii, 11; Act. i, 5. [92] Act. 21, 26 seqq. [93] Joan. xiii, 25. [94] Matth. xxii, 30. [95] Coloss. i, 18. [96] Joan xx, 19. [97] Marc. xvi, 19; Luc. xxiv, 30. [98] Joan. v, 25. [99] I Cor. xv, 20. [1] Ibid. 51-53.

(54) Forte *Ignatius*.

chorea et saltatione Deum hymnis et canticis celebrent: ad illius nimirum choreæ imitationem, quam sinu maris Rubri trajecto, Moses et ejus soror Maria instituerunt.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Vetera præterierunt, ecce nova facta sunt omnia [2], litteraque decedens spiritum libertate donavit. Itaque non jam nobis, qui spiritu agimur, aut chori instaurandi, aut cantica concinenda sunt: sed potius Deum corde confiteri, ejusque magnifica opera ore canere, stantes in templis cum timore et habitu religionis indice, nos addecet. Negare obiter possumus feminas post Ægyptiorum submersionem viris permistas saltavisse, unaque cum illis Deo gratias concinuisse. Mosen enim seorsum cum viris canticum trajectionis cecinisse, sororem vero ejus Mariam cum cæteris feminis choreas instaurasse vero similius est. Ex quo fit ut quæ ab Ecetis designantur, præterquam quod ab iniquitate illa discrepent, a sanctorum quoque Patrum et a nostris ipsorum traditionibus aliena sint.

CAP. XXXIX.

Tricesima nona hæresis, Gnosimachorum. Hi unguntur.

Gnosimachi cuivis Christianismi cognitioni et scientiæ resistunt, illosque frustra laborare asserunt, qui sacris in Scripturis scientiam aut cognitionem investigant, cum præsertim a Christianis Deus præter bona opera, nihil requirat: ut sit satius, si quis simplicius ambulet, nec curiosius quidquam perscrutetur.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Quilibet Gnosimachis ita respondere potest: Ecquonam modo quis Scripturarum sacrarum, earum præsertim, quæ obscuritatis caligine involvuntur, sensum explicare poterit, nisi aliqui præsto sint interpretes, quos Spiritus profunditas non lateat?

Itaque si ex erroneæ traditionis vestræ regula, lectione sacrarum Scripturarum contenti, nulla scientiæ et cogitationis habita ratione, vitam nostram instituissemus, quid tandem, quæso, utilitatis ex ipsis reportassemus? aut quonam modo quod credimus, id oratione sciscitantibus explicare potuissemus?

CAP. XL.

Quadragesima hæresis, Thnetopsychitarum, hoc est eorum qui animarum immortalitatem negant [*Hos confutat Origenes apud Eusebium, lib.* VI, *cap.* 26. *Histor. Eccles.*]

Thnetopsychitæ hominum animam, animæ brutorum similem esse, atque una cum corpore interire asserunt.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Falsa sunt ergo, si huic traditioni locus detur.

[2] II Cor. v, 47. [3] II Cor. III, 13. [4] Eccle. III, 31. [5] Sap. III, 1.

quæcumque de judicio futuro et decantatissima illa resurrectione traduntur. Nam si mortales sunt animæ, nullo prorsus modo in judicium resurgent, nec *uniuscujusque opus quale est ignis probabit* [3], ut magni illius præconis Pauli verbis utar. Jam qui fieri possit, ut animæ mortalitati subjiciantur, cum tot mortui a Christo, prophetis et apostolis excitati sint? Si enim mortales fuissent, in corpora certe propria nunquam remeassent. Imo vero animæ sunt immortales, ut sacræ passim testantur Litteræ, de quibus sigillatim disserere superfluum fuerit, ut omnes facile norunt. Quin etiam ii qui de mundi origine conscripti sunt libri, inter hominum et brutorum animas discriminis hoc statuunt, ut brutorum anima sanguis eorumdem dicatur, ut una cum corpore intereat; hominum vero animæ spiraculi divini nomen attribuitur: quod quidem spiraculum animam rationis et intellectus participem, atque adeo immortalem dicimus.

Alias vero communibus omnium et notionibus et opinionibus dogma hujusmodi repugnat. Communi enim gentium, quotquot sunt consensu, immortales esse animæ videntur: multique adeo necromantiæ studiosi animas evocarunt, et de rebus futuris percontati sunt.

Aristoteles ergo, et quisquis illum secutus Thnetopsychicus, animam mortalitati obnoxiam lana redimitus, unguentoque delibutus, hirundinum more asserit. Ab eorum cœtu explodatur, qui Christo nomina dederunt. Nam Christus a mortuis surrexit, et fore pollicitus est, ut et nos aliquando resurgamus.

Quod autem Salomon ait: *Quis novit si spiritus filiorum Adam ascendat sursum, et si spiritus jumentorum descendat deorsum* [4]? Id vero longe aliud est. Nec enim de hominibus et brutis eo in loco verba facit, quatenus hominum anima rationis, brutorum autem vitæ tantum idque sanguinis beneficio particeps est, nec horum quidquam a morte superest: et una cum corpore anima quoque ipsa dissolvitur. Hominum porro filios hoc loco eos in primis vocat, qui ex rationis præscripto vitam instituunt, et suis affectibus imperant, eos contra qui in terram cernui et obstipi procumbunt, cum jumentis confert Salomon idem ille, qui justorum animas in Dei manibus esse alio in loco asseruit [5].

CAP. XLI.

Quadragesima prima hæresis, Christolytarum, hoc est, eorum qui Christi naturam destruunt.

Christolyti Dominum nostrum Jesum Christum post resurrectionem a mortuis, animato corpore suo in terris relicto, una cum nuda et simplici divinitate in cœlos ascendisse contendunt.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Atqui angeli, qui apostolis tunc temporis appa-

ruerunt, quo Christus cum corpore in cœlos ascendit, ita dicebant : *Viri Galilæi, quid admiramini suspicientes in cœlum ? Hic Jesus, qui assumptus est a vobis, ita veniet rursus, quemadmodum vidistis eum ascendentem in cœlum* [6].

Sed martyrum quoque antesignanus Stephanus, cum jamjam saxis a Judæis adobruendus esset : *Ecce*, inquit, *video cœlos apertos, et Filium hominis stantem a dextris Dei* [7]. Filium Dei vocat, non qui relicto corpore, cum sola et simplici divinitate ascenderit, sed qui carnem secum in cœlos ascendens asportaverit. Quod nisi se ita res habuisset, corpore certe exutum Dei Filium dixisset. Evangelista porro ait : *Dominus quidem postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum, et sedet a dextris Dei* [8]. Assumptus est, inquam, eo cum corpore, cum quo passus fuerat, resurrexerat, seque discipulorum manibus contrectandum præbuerat.

CAP. XLII.

Quadragesima secunda hæresis, Ethnophronum, hoc est, eorum qui gentiles superstitiones affectantur.

Ethnophrones, hoc est, gentilium rituum et superstitionum imitatores, ut cæteris in rebus cum Christianis orthodoxis conveniant, in hoc certe dissentiunt, quod gentilis superstitionis studiosiores æquo, genesin, hoc est natalitium sidus, fortunam, fatum, astronomiam, et astrologiam introducunt et recipiunt. Item vaticinia et divinationes, quæ auguriis, auspiciis, cledonismis, hoc est incerti auctoris rumoribus, expiationibus, prodigiis, incantationibus, et cæteris id genus constant, non sine dierum, mensium, temporum annorumque observatione, amplexantur.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Hæc quoque omnia Christianis hominibus aversanda sunt, quorum spes omnis a Deo optimo maximo dependet. Nam si apud Deum vel capilli nostri numerati sunt, nec ullus passerum, qui asse veneunt, in cujusquam rete absque Dei voluntate cadit [9] : ipseque adeo Jobus animi magnitudine cæteros omnes antecellens, cum uxorem increparet : *Si bona*, dicebat, *de manu Domini suscepimus, mala quare non sustineamus* [10] ? hinc divinum auxilium præsto cunctis rebus esse, perspicuum est.

Qui ergo fieri potest, ut ex hujusmodi affectionibus, itemque ex astrorum progressibus, regressibus, variis figuris, et earum observationibus, commodi aut incommodi quidquam ei accidere queat, qui rebus illis intentus fuerit ? Si enim elementa, non secus atque homines ipsi, subjecta sunt divino nutui, quo tandem modo humanæ conjecturæ patere poterunt, in quibus divinus ille contra nos motus, observationibus illorum contrarius deprehenditur ? Nam siquunde, verbi gratia, bellum irrumpat, aut in mari tempestas exoriatur, Deus est, qui mare conturbat, permititque ut militum in nos fiat incursio. Quocirca bellum suscitasse, ut ex plerisque divinarum Scripturarum locis videre est, vel navem una cum navigantibus demersisse merito dicatur. Contra vero, hic astris inhians Mammacuthus duci, cui internecio, navisque gubernatori, cui naufragium immineat, officiis artis utens, quæ lætum et fortunatum diem pelliceantur, illi quidem, ut aciem instruat, huic vero, ut oram solvat, velaque expandat, auctor est. Numnam igitur astrorum concursus et connexio consilium Dei prævertisse, aut energiæ atque efficaciæ majoris, quam ipsa cunctipotens Dei manus esse dicetur ? Impius certe fuerit, si quis vel tacitus ita secum reputet.

Qui fit autem, ut ex duobus regibus, qui iisdem prorsus omnibus certamen inierunt, utroque victoriam ex astrologi familiaris prædictionibus sperante, ille quidem tropæum erigat, hic autem in vincula conjectus, turpissima quæque subire cogatur ? quamvis eodem horoscopo usus fuerit, quo dux ille, cui succubuit, usus est ?

Hæc porro si quis exquisitius consideret, utriusque fortunæ et fati, nec non *curiosæ astrorum* disquisitionis vires nullas esse, *vel ex* Cyri et Crœsi historia, deprehendet. Crœsus enim Lydiæ rex et provinciarum omnium, quæ ad Tharsum usque protenduntur, Cyro terrorem ex eo incutiebat, quod pecuniis abundaret, quarum adminiculo *Græcos* et alios populos ad societatem *et auxilia pellicere* posset. Cyrus e contrario Crœsum perterre faciebat, bellicarum rerum, stratagematum, acieique instruendæ peritia, qua quidem gentes quam plurimas subegerat, et suæ ditioni subjecerat. Cum igitur uterque ea præparasset, quæ bello gerendo necessaria videbantur, Crœsus quidem in prælio succubuit, vel Apollinis oraculo, quod ita præmonuerat. *Crœsus Halym superans, magnam consumet opum vim* ; cujus quidem oraculi nomine Apollinem ducentis lateribus aureis donaverat, quo tempore et oraculo ipso, et astronugonum prædictionibus fretus arma contra Cyrum moverat, Cyrus vero contra prædictionibus astrologorum ab expeditione contra Crœsum suscipienda revocabatur (quorum quidem nutu Chaldaica regio tunc temporis præ cæteris omnibus gentium provinciis administrabatur) atque adeo ab illis monebatur, ut aliud in tempus profectionem differret. Divinis autem Danielis consiliis persuasus, qui cunctandum non esse, sed contra procedendum auctor erat, quia nimirum Deus gloriosam illi victoriam paraturus esset, paucis præliis Crœsum in fugam vertit, vivumque tandem cepit, totius denique imperii ejus brevi tempore dominus evasit.

Audi vero tu, qui astronomiæ addictus, et dies et tempora observas, quid Babyloni Dominus per

[6] Act. I, 11. [7] Act. VII, 55. [8] Marc. XVI, 19. [9] Matth. X, 29, 30. [10] Job. II, 10.

Dei ministrum prophetam Isaiam dicat, super iis, quæ Nabuchonosor contra urbem Hierosolymorum designavit, cum illa solo æquata, temploque flammis absumpto, populum captivum abduxit : Propterea quod desertam reddidisti civitatem meam, nec populi mei misertus es, desertos reddam muros tuos, et campum desolationis statuam te. Exsurgant ergo astrologi tui, et prædicant, si possis effugere manum Domini [11].

Alia quoque nonnulla propheticus liber de falsiloquis astrologis percurrit, quæ mihi memoria exciderunt, ita ut verbatim illa referre jam non sit integrum. Perierunt enim libri, eosque tanquam in Orci ventrem, vel Laconicam latebram, Latinorum ventres, una cum opibus et pecuniis meis absorpserunt : multis quidem illis, nec luculentis illis opibus absimiles, quæ imperialium officiorum fuerunt, quibus ordine graduque debito sum cohonestatus.

Quin et Paulus, os ipsum Christi, quique omnem fere terram, quantamcunque sol pulcherrimo igni suo expositam fovet, prædicando percurrit, in Epistola ad Galatas ita dicens, deprehenditur : *Sed tunc quidem ignorantes Deum, iis qui natura non sunt dii, serviebatis. Nunc autem cum cognoveritis Deum, imo cogniti sitis a Deo, quomodo convertimini iterum ad infirma et egena elementa, quibus denuo servire vultis? Dies observatis, et menses, et tempora, et annos. Timeo vos, ne forte sine causa laboraverim in vobis. Estote sicut ego, quia et ego sicut vos* [12].

Itaque quisquis observationi astrorum immoratur, iisque fidem habet, quæ ab astrologis dicuntur, tacite Mercurium, Saturnum, Martem, et cætera sidera colit, quæ motu suo in orbem circumferuntur. Quamvis enim nec æreas illis, nec lapideas imagines consecret, nec actu ad orationem præ se ferat, iis tamen alium cultum exhibere coarguitur, eo quod ex illorum circumvolutionis effectibus dependet. Oportet enim, ut qui veri Christiani nomen non mentiuntur, omnia uno eodemque modo enuntient, quæ a divina Providentia proveniunt, hoc cum David psallentes : *Adhæsit anima mea post te* [13].

Quod si quis lingua quidem Deum esse fateatur, cujus nutu et consilio cuncta succedant, ut cuncta tuentis et inspicientis, fixo autem pede errori astrorum inhæreat, qui fiet, ut si nihil aliud agat, oratione tamen vim pietati afferre non videatur, cum mentem barbaris moribus inficiat? Gentes enim quæ Deum non norunt, astrorum figuris et constellationibus, velut hiantes Mamacuthi (55), inniluntur : et eorum effectibus obstupescunt. Deus porro hæc jure de illis dixerit : *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas et mandata hominum, attendentes spiritibus erroris, et ad falsiloquas* [14]; vatum nugis animum appellentes : quia ea quidem scire sibi videntur, quæ supra cælos, et sub terra sunt, nec interim advertunt, quanta mentis cæcitate laborent, et quantopere fallantur, atque in eamdem secum fraudem, et idem exitium, eos pertrahant, quoscunque suos in casses pellicere potuerint.

Iis enim qui parum sapiunt, nec spem omnem in Deo reposuerunt, facilem et quibusvis expromptam esse futurorum cognitionem persuadent, atque motui astrorum ea tribuentes, quæ divinæ præcellentiæ propria et peculiaria sunt, a sana erroris-que nescia opinione eos abstrahunt, quicunque ad anilium nugarum insusurrationem proclives fuerint : quemadmodum etiam propheta Ezechiel ait ; *Hæc dicit Dominus Deus : Væ prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, et nihil vident. Numquid non visionem cassam vidistis, et divinationem mendacem locuti estis? propterea erit manus mea super prophetas, qui vident vana, et divinant mendacium* [15].

Quia vero ipsæ quoque mulierculæ futurorum cognitionem sibi vindicabant, rursus ait prophetæ Dominus : *Et tu, fili hominis, pone faciem tuam contra filias populi tui, quæ prophetant de corde suo, et vaticinare super eas, et dic : Hæc dicit Dominus Deus : Væ quæ consuunt palvillos sub omni cubito manus : et faciunt cervicalia sub capite universæ ætatis ad capiendas animas. Et violabant me apud populum meum propter pugillum hordei, et fragmen panis : ut interficerent animas quæ non moriuntur, et vivificarent animas, quæ non vivunt, mentientes populo meo credenti mendaciis* [16].

Sic enim se res habet. Vera quidem prophetia, et futuri prædictio, pro familiaritate, quæ petenti homini cum Deo intercedit, et pro ejus fide, qui futura cognoscere cupit, divinitus exhibetur. At ex astrorum revolutione, hujusmodique constellationum situ nulla prorsus futuri cognitio datur. Nec enim ex iis humanarum rerum administratio dependet : sed pluviarum, et earumdem defectus, item frigidi et calidi, humidi et sicci, denique ventorum et similium rerum signa promuntur : actionum vero nostrarum nulla prorsus. Cum enim liberum nobis mundi Opifex arbitrium concesserit, actiones nostræ in potestate nostra sunt. Si enim secundum astrorum cursum omnia facimus, quæcunque tandem a nobis fiant, ea necessario fiunt. Quod autem necessario fit, neque virtus id, neque vitium est. Jam si neque virtutem neque vitium assequamur, indigni sumus, qui laudibus aut coronis decoremur, probrisque aut suppliciis afficiamur. Imo Deus ipse injustus deprehendetur, qui

[11] Isa. XIII, 14, [12] Galat. III, 8-12. [13] Psal. LXII, 9. [14] Isa. XXIX, 13; Matth. XV, 8. [15] Ezech. XIII, 3, 7, 9. [16] Ibid. 17-19.

(55) Proverbium Aristophanicum a fatuo Mamacutho ductum.

his quidem bona, illis vero afflictiones immittat, neque ea quæ creavit providentia sua regere curet, si necessario cuncta susque deque ferantur. Imo etiam superflua in nobis ea pars animæ fuerit, quæ rationis est particeps. Nam si nullius actionis compotes sumus, frustra deliberamus. Rationalis enim pars animæ hominibus deliberandi gratia divinitus data est. Ex deliberatione autem ratio et liberum arbitrium elucescunt.

Itaque stellas nullius eorum quæ sunt causas esse, ut nec ex rebus creatis ullam, atque adeo neque iis quæ sunt ortum, neque iis quæ corruptioni obnoxia sunt interitum afferre, imo pluviarum, et earumdem defectus, atque cæterarum aeris mutationum signa esse dicimus. Nec male forte quis autumet, eas bellorum quidem aliquando signa esse, causas vero non item. Siquidem ex aeris qualitate (cui alio atque alio modo a sole et luna variæ concretiones, seu impressiones, accidunt) et habitus in nobis et effectiones conflantur. Habitus autem inter illa censentur, quæ in nostra potestate sunt posita. Retinentur enim ratione, et revocantur, si divertant.

Lunaris etiam orbis perfectio et imminutio non paucarum mutationum causa est, ut ex piscibus testacei generis, et plerisque arboribus constat, quæ crescunt et decrescunt, atque quodammodo lunæ mutationibus compatiuntur.

Interdum vero divinitus cometæ conflantur, qui mortis regum signa præ se ferunt; quæ quidem iis in sideribus non apparent, quæ ab initio creata sunt, sed divino numine nunc procedunt, nunc denuo dissolvuntur. Quandoquidem illa quoque stella, quæ sub humanæ salutarisque Domini propter nos in carne Nativitatis tempus a Magis visa est, non ex stellarum numero erat, quas initio Deus creavit: quod perspicuum erat vel ex eo quod jam ab ortu ad occasum, jam contra ab aquilone ad austrum cursu contenderet, alias etiam delitesceret, alias emergeret. Nec enim id astrorum ordo fert, aut natura.

Objiciat vero eorum forte quispiam qui astrologiam mordicus tuentur, in eorum quæ adversus artem suam congeruntur, recriminationem, prædictionibus plerisque finem suum obtigisse tandem; idcircoque nonnullis hominibus frustra et temere condemnandam et explodendam videri. At vicissim audiet, artem illam mutationum aeris magistram esse, quæ solis et lunæ defectum portendat, aliaque hujusmodi humanæ vitæ utilia prædicere sciat, at eorum quæ divino e nutu dependent eventum portendere, non item didicerit: ut taceam malorum, quæ hominibus impenderent, jam jamque urgere occiperent, pleraque a Deo precibus, jejuniis, et orationibus, flexo, in melius commutata esse: ut ex Ninivitarum conversione perspicuum est, qui de Deo tandem pie sentire cœperunt, nec illa ab eo petere detrectarunt quæ ei peculiaria sunt [17]: quemadmodum etiam ex libera Mosis oratione constat, qua non raro intercessit, quominus Israelem Deus internecioni daret [18]. Hoc ex Aarone quoque colligere est, qui cum Mosis consilium secutus, acerra incensum Domino obtulisset, hoc pacto exasperati rebellantisque populi interitum repressit [19].

Multi etiam eorum qui ad bellum proficiscebantur, cum sibi a Deo victoria promissa esset, eamque se pene jam adeptos viderent, insuper et forte sperantes ut terra potirentur, quæ melle lacteque difflueret (ut qui se illam aliquando possessuros a Deo audivissent), propter peccata quæ internerant, funditus succubuerunt, Palæstinos præter fas aggressi; terramque desertam corporibus suis intraverunt [20], atque in Mosen et Deum ipsum multa sæpissime debacchati, hæc a Deo et Davide audiverunt: *Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non apponet nocere ei* [21]. Item: *Inimicos ejus induam confusione* [22]. Item: *Odio habentes eum in fugam convertam* [23].

Præterea etiam sceleris ejus ergo, quod in Uriam admissum est, parum abfuit, quin *Hierosolyma*, thalamis suis, atque etiam calceis privatus persecutionem pateretur, et in deserto pernoctaret [24].

Quid verbis opus est, ad ea sigillatim enumeranda, quæ ab omnimoda, et hominibus impervestigabili Dei sapientia et virtute, denique sagaci *illa* providentia varie decernuntur, et alio *atque alio* modo fiunt, prout illi placet, singulisque *conducibile* est? Proinde cum divinorum judiciorum altitudo nulli hominum cogitationi pervia sit [25], quam nimirum aut intellectus humanus assequi aut naturalium rerum series expromere nullo modo possit, qui quæso, fieri potest, ut ex elementis naturæ obnoxiis, quæque nihil amplius assecuta sunt, quam quod iis quæ sunt accensentur, quidam futuri scientiam polliceantur?

Mirum voro ni progressus ulterius, heus tu, quisquis es, qui astris promotionem futurorum ascribis, tempora quoque adjicias, et ea te pro animi arbitrio nunc subtrahere, nunc diffindere prædices: *quo* tamen intersignio facultas illa dignoscitur, quæ vitæ præest, cunctaque suppeditat: quemadmodum etiam ex eo quod futura non minus quam *præ*sentia perspecta et cognita habet. Atque ut hoc exempli gratia proferam, ille quidem bellaturus vel etiam vastum mare trajecturus proficiscitur: hic vero astronomicam artem professus, si consulatur, victoriam semper et tutam navigationem, astronomica sphæra prius eum in usum fabrefacta, promittit. Cæterum illi rebus ex majore parte contra quam promissum fuerat, gestis, revertun-

[17] Jonæ, III, 1 seqq. [18] Exod. XVII, 11. [19] Num. XVI, 47 seqq. [20] Deut. XXII, 1 seqq. [21] Psal. LXXXVIII, 23. [22] Psal. CXXXI, 10. [23] Psal. LXXXVIII, 24. [24] II Reg. II, 1 seqq. [25] Rom. XI, 33.

tur. Hoc autem astronomicus assolet agere, si qui illum consulturi adeunt.

Nemo enim eum ultro accersat, qui adfutura tristia sit prænuntiaturus, quoniam ne Saulus quidem Pythonissam quæsivisset, si mala illa prænuntiaturam præscivisset [26], quæ in posterum subiturus erat, quamvis ipse vel sic in ipsa fere mali acie procedens, tanquam propriis viribus fretus, haudquaquam prælium distulerit, neque legatis ad Palæstinos missis fœdera petierit. Quod si quando vera prænuntiasse deprehendatur, id nequaquam astrorum revolutionibus contingit, aut quia sic eorumdem se situs habet, et motus; sed industriæ, imo potius, ut ita dicam, conjecturæ astrologorum inventa sunt, qui semper optima quæque sibi pronuntianda interrogantibus, et promittenda proponunt.

Nam perpetua rerum verarum prædictio propria Dei est, et prophetarum ejus, nota : qui futurorum, quæ vaticinati sunt, nullum non vere prædixisse deprehenduntur.

Quod si quis vix tandem veri quid aliquando conjectaverit, hoc ejus indicium est, qui quamvis artem sagittandi minus calleat, quia tamen tela sæpe recta in scopum dirigit, aliquando etiam ab eo non aberret.

Ex contrario etiam qui visu sano est, si uno cursu recta viam perrexerit, tantum abest ut supercilium tollat magnificentiusque de se sentiat, cum potius etiam aliis aberrantibus, ipse pudore suffundatur.

Quod si quis videndi facultate privatus uno cursu viam citra offendiculum transierit, non oculis, sed forte fortuna curriculum hujusmodi absolvisse censebitur.

At vero si juxta Christi sententiam : *Nemo potest Deo servire et mammonæ* [27], ille dissentanea prorsus et ex diametro repugnantia molitur, qui Deo, et rebus ab illo creatis, æquam futurorum cognitionem attribuit.

Hoc etiam perspicuum ex eo est, quod prophetarum, Patrumve qui inter Christianos virtute cæteris præluxerunt, nullus astrorum motum dimetiatur, neque elementorum usum curiosius inquirat, humanamque naturam ad ea compellat, quæ minime decent, neque vanis imposturis inniatur, sed divini Spiritus revelatione res futuras prævideat, easque suis temporibus eventuras absque ullo errore pronuntiet, quia nimirum Deus ipse per illorum os loquebatur : quos etiam audire est in astrologiam tanquam perniciosam, falsi amantem, atque æruscatricem, his verbis invehentes : *Hæc dicit Dominus : Juxta vias gentium nolite discere, et a signis cœli nolite metuere quæ timent gentes, quia leges populorum vanæ sunt* [28]. Nam facta sunt signa in lucem, et in tempora, et Creatoris nutibus cedunt : et temporum mutationes iis qui sunt super terram significant ; alternis exorientes et occidentes.

Quod autem is non sine suo malo faciat, quisquis pseudoprophetarum vanitati subscribit, beatus Moses auctor est, vel potius ipse Deus, qui per Mosen locutus est : *Quando ingressus fueris terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, cave ne imitari velis abominationes illarum gentium. Nec inveniatur in te qui lustret filium suum, aut filiam ducens per ignem : aut qui ariolos scisciletur, et observet somnia, atque auguria, nec sit maleficus, nec incantator, neque qui Pythones consulat, nec divinos, et quæral a mortuis veritatem. Omnia enim hæc abominatur Dominus* [29]. Ad hæc alio in loco sic ait : *Perfectus eris et absque macula cum Domino Deo tuo. Gentes enim istæ, quarum possidebis terram, augures et divinos audiunt. Tu autem a Domino Deo tuo aliter institutus es* [30]. Proinde nullum turpius scelus objici cuiquam potest, quam si ad pseudoprophetas, et divinaculos animum appellat. Atque paradoxum quidem aliquod, et a communi hominum opinione alienum, Deus hominibus hujusmodi non raro suggerit, quo veri etiam aliquid prænuntient, ut vel hoc indicio manifesti fiant, quicunque illius promissis vere innituntur. Id enim per Mosem quoque hunc in modum dixit : *Si vero surrexerit in medio tui prophetes, aut qui somnium vidisse se dicat, et prædixerit signum atque portentum : et evenerit quod locutus est, et dixerit tibi : Eamus, et sequamur deos alienos quos ignoras, et serviamus eis, non audies verba prophetæ illius aut somniatoris : quia tentat vos Dominus Deus vester, ut palam fiat, utrum diligatis eum annon in toto corde et in tota anima vestra* [31].

Sed et Stephanus ille, qui primus post Christum passus est, Hebræorum concionem objurgans, quæ cædibus gaudeat, Deoque diffidat, ejus denique mandata transgrediatur, quo tempore quidam ejus congregationis, quæ Libertinorum dicebatur, eum quærebant, nec sapientiæ, et spiritui quo loquebatur, resistere poterant, cum alia pleraque, tum hæc in primis de Israelitarum gente disserit. *Et vitulum fecerunt in diebus illis, et obtulerunt hostiam simulacro, et lætabantur in operibus manuum suarum : convertit autem Deus, et tradidit eos servire militiæ cœli, sicut scriptum est in libro prophetarum : Numquid victimas et hostias obtulistis mihi annis quadraginta in deserto, domus Israel? Et suscepistis tabernaculum, Moloch, et Sidus Dei vestri Rempham, figuras quas fecistis, adorare eas. Et transferam vos trans Babylonem* [32].

Parum vero, aut nihil differt is qui militiam cœli, hoc est stellas, adorat, ab eo qui subscribit et acquiescit iis qui ex illarum curiosiore disquisitione res futuras vaticinantur, quod divinæ potentiæ, ejusque solius proprium munus est, atque eorum quibus hoc illa concesserit.

[26] I Reg. XXVIII, 1 seqq. [27] Matth. VI, 24. [28] Jerem. X, 2, 3. [29] Deut. XVIII, 9-11. [30] Ibid. 13. 14.
[31] Deut. XIII, 1-3. [32] Act. VII, 41-43.

Christus autem ipsos etiam dæmonas increpabat, dicentes : *Quid nobis et tibi, Jesu Fili Dei? venisti huc ante tempus torquere nos* [33] ? Paulus quoque puellam, quæ a Pythonico spiritu vexabatur, et clamabat : *Isti homines servi Dei excelsi sunt, qui annuntiant vobis viam salutis* [34]. Cumque per dies multos idem ageret, satagens ille, ad spiritumque conversus, inquit : *Præcipio tibi in nomine Jesu Christi, exire ab ea* [35]. Quod et cum dicto fecit : neque id injuria, neque enim propria et insita dæmonibus est futurorum prædictio [(56) sed violentiæ potius, et prætextus species, qua minutissimam, vixque tantillam veritatis imaginem prævident], ut ex eis priscis oraculis constat, quorum alia ut plurimum dubia sunt, alia maxima sui parte mendaciis scatent, et eorum qui iis crediderunt, plerosque in mala discrimina protruserunt, ex quibus nulla arte emergere poterant. Jam si dæmones substantiæ sint rationis participes, et quæ cunctos orbis angulos circumvolitent [(57) atque etiamnum velut extremos pristinarum apostaseon rebellionumque sonos sæpe retineant, imo etiam non raro ea quæ eventura sunt, melius quam nos ipsi conjectent] : ut plurimum profecto stellæ mutæ sunt, nec futurorum quidquam intelligunt, neque rerum naturas perscrutari possunt, ut dæmones, sed hujusmodi artem, quamvis nostro sæculo obscuram, et ab imperitis hominibus profluentem, multi eorum qui ad tempora nostra pervenerunt, maximo in pretio habent, iisque se adjungunt, qui artis illius peritiam sibi vindicant, tanquam veris futurorum conjectoribus : quamvis illorum responsa perspicui nihil contineant, quodque propius nnquam ad veritatem accedat. Nihilominus auribus prurientes, et quia in verbo fortassis uno vera dixerunt, puta in nocturnis visionibus, jam iis quæ simpliciter illi, et in genere dicunt, non secus atque divinis oraculis fidem adhibentes, libenter acquiescunt, ad eosque se conferunt, interdum etiam illorum jussu ne divina quidem delubra ingrediuntur.

Vidi vero Romanorum etiam imperatores (nec enim omnes culpandi sunt) qui negotiis urgentibus, neminem eorum in consilium adhiberent, qui vel sapientia, vel longa rei militaris experientia, celebres haberentur, sed ab astrologorum judiciis tantopere dependerent, atque iis quæ ex planetarum inspectione prædicerentur, velut circulis aureis in nares insertis, circumducerentur.

Hujusmodi certe reges simul et fallunt et falluntur, cum ea quæ fiunt, procul a Deo, ejusque providentia ablegent : atque ita receptis apud nos sententiis et institutis manifestissime repugnent, ita ut in longos menses id differant, quod vel hodie fieri potest : ex hocque loco in alium finitimum subinde commigrent, ubi ad pauca horarum intervalla commorentur. Sæpenumero etiam equitaturi, cum eorum quæ equitantibus necessaria sunt parte accincti, paatem manu gestarent, equo jam ad subsellium stante, horæ intempestivitate revocati pedemque referentes, propositum contra animi sententiam mutaverunt ; ac si regio illa, ad quam iter instituerant, chasmate disjecta esset, vel etiam cœlesti terrore jamjam concutiendi essent.

Πάρεργον ex Nicela ipso de vanitate Ethnophronum, in persona Manuelis imper.

Nicetas Choniates Annalium Manuelis, lib. II, *Quia vero, inquit, potentibus fere omnibus tum nostræ, tum superioris ætatis placitum est, stellarum progressiones et retrogressiones certosque positus, configuraliones, accessus, recessus, cæteraque quæ nugatores isti in divinæ providentiæ fraudem affirmant, ac dissimulanter fatalem omnium rerum necessitatem statuunt, ad felicitatem humanosque casus multum valere, Manuel idoneum exeundi tempus inquirit, idque Constantino denuntiat. Sed quid fit? Nondum ad occasum vergebat sol, Manuelis jussu homo revocatur, ob incommodum exitum, minus fausto siderum positu, nec subtiliter et accurate perquisito. Rursus igitur thema constituitur, regulæ consuluntur ; post longam astrorum indagationem Angelus exit, cum beneficorum siderum comitatu : sed illa horæ observatio tantum Romanis profuit, priorumqae ducum errata ita correxit, et accepta detrimenta resarsit, ut Constantinus statim hostium manibus caperetur*, etc. (*De pugna Constantini Angeli, quem Manuel ducem designarat exercitui, contra Rogerium regem Siculum*).

De fato.

Porro fatum Græci ita introducebant, *Necessitatem* fingebant, quæ rebus præesset omnibus, cujus filias tres, Lachelam, Clotho, et Atropon esset dicebant : ita ut Necessitas futuris prospiceret, Lacheia sortem superinduceret ; Clotho iisdem nendo, fusumque circumvolvendo, robur et pondus adderet ; Atropos denique ita confirmaret, et constabiliret, ut mutari et inverti nullo unquam modo possent. Ex quo fiebat, ut si recens natus puer fuso fatali ad subulam manibus tractandam, vel cultrum sutorium, vel denique coria dentibus extendenda destinatus esset, nullo modo fieri posset, quin artem illam exerceret, quæ illi sorte *obtigerat*, sed eam fati func, quasi obtorto collo *rapiebatur*.

De augurio.

Augurium autem est futurorum præsagium, quod ab avium volatu, quiete, et garritu colligitur. Fuit enim aliquando hujusmodi quoque apud Græcos, et alias gentes futurorum obser-

[33] Matth. VIII, 29, [34] Act. XVI, 17. [35] Ibid. 18.

(56) Hæc spatiis interlinearibus intersita fuerunt, atque litteris rubris exarata.
(57) Ut præcedentia rubris exarata.

vatio, etiamsi nostris temporibus prorsus avolaverit, tandemque etiam pennis omnibus deciduis evanuerit.

Nisi forte gallorum gallinaceorum tripudia solistima, quibus in Gallia vere ineunte pueri ad litterarum studia excitantur, auguriorum ramentum quoddam sit, a Solone jam olim Athenis institutum; ut taceam aniles stryges, cornices, bubones, etc.

De fortuna. [*Appendix* I.]

Fortunam Græci rebus omnibus præesse censebant, nihilque boni, aut contra, sine illius nutu contingere conjectura ducebantur : multaque adeo hominibus ab eadem vel in utramvis aurem secure dormientibus, nec ulli manum operi admoventibus, quasi divina (ut aiunt) virgula suppeditari dicebant. Ex quo evenerit, ut Timotheus urbes ita subjugaret, ac si fortuna illas in ejus rete conjiceret, eique dormienti traderet.

Appelli quoque pictori tale quidpiam contigisse ferunt, ut equum bellicosum ardua et erecta cervice, arrectis auribus, cruentis et acribus oculis qui spectantibus furere currendo videretur, pedibus in aerem sublatis, terramque vicissim vix tantillum delibantibus, auriga frenos moderante, et bellicum equi insultum habenis coercente, depinxerit. Cumque imago rebus omnibus convenientibus instructa esset, eum spumæ colorem reliquit, qui ex continua sanguinis et aquæ commistione cerni posset, cum anhelitus quidem ex ore aquam protruderet, atque spiritu reflante in spumam violentia freni irrotaret. Cum ergo jam de pictura dubitaret spongia qua depingendo utebatur, circum frenos traxit : quæ cum multos colores spumæ non absimiles referret, picturam suo facile colore decoravit. Atque ita quod volebat Apelles, non arte id, sed forte fortuna perfecit.

Fortunam vero statuis etiam honorabant, gubernaculo navis manibus ejus imposito, ut quæ rerum universitatem moderaretur, alii novaculæ superimponebant, prosperæ fortunæ brevitatem significantes : alii sphæræ, seu globo, quia facile mutaretur : alii eidem cornu Amaltheæ plenum scatensque fructibus præ manibus dabant, quod Hercules Acheloo, manum cum illo conserens, detraxerat : hoc signo felicitatem fortunæ, ejusque munerum delicias denotabant. Nec deerant, qui arma dextræ ejus, et sceptrum sinistræ imponerent, innuentes hoc pacto bellicosis viris regna, forensibusque leges et judicia beneficio fortunæ obvenire. Hæc et alia hujusmodi ab iis confingebantur, qui fortunæ imperio corpus hoc universitatis subjiciebant.

[36.37] Ezech. VII, 23.

(58) Quales qui Foleti vulgo, de quibus Cardanus in lib. *De subtilitate*. Æguin. lib. *De nobilit.* I. Hi olim frequentes in Armorica.

De cledonismo.

Porro cledonismus, seu sortilegium, magni ponderis erat, apud Hebræos in primis. Proinde per prophetam Dominus sic ait : Regio vestra plena est cledonismis [36.37]. Dicuntur autem cledonismi rumores illi, quorum certus auctor expromi non potest, sed qui per se, et ut ita dicam, sponte oppida et urbes circumvolitant, et passim eorum aliquid insusurrant, quæ aversanda, vel etiam minime talia sunt. Quicumque igitur rumores hujusmodi, vel etiam triviales nugas adnotabant, eoque detorquebant, quæ sibi ipsis agenda erant, rerumque adeo ipsarum exitum, non eum qui divinæ providentiæ placeret, sed quem rumores hujusmodi, occurrentiumque hominum sermones prædixissent, cledonismi dicebantur. Aliis per cledonismum interrogationes illas intelligere placuit, quibus χριθομάντεις, hoc est hordearii vates, et γαστρίμυθοι, hoc est ventriloqui, consulebantur quibusque iidem vaticinia sua expromebant : quemadmodum ἀποτροπιασμοὶ, seu mala omina dicuntur, si qui ubi primum egressus est, pedemque domo efferre cœpit, atrato homini occurrat, vel alii cuipiam rei, cujus aspectus nobis insuavis et injucundus esse solet.

Plura de cledonismo. [*Appendix* II.]

Est enim cledonismus, malorum, ut ita dicam, dæmonum invocatio, quæ tum perficiebatur, cum sol a septentrionali climate austrinas ad partes secedebat, quo tempore dies quidem minuitur, nox autem augescit.

Sunt porro nonnulli quoque dæmones, ut vetus quædam perhibet opinio, qui materia constent, nec solis radios intueantur. Ex quo fit, ut noctu insidias hominibus struant, cum interdiu, nihil agere possint (58). Sole igitur, ut diximus, ad austrum vergente, quo tempore aer nobis contiguus caligine propter hiemem condensari videtur, tunc hujusmodi dæmones saltibus et subsultationibus quibusdam nequitiæ suæ specimen edunt, illis etiam spectantibus, a quibus invocati sunt. Qui si epodis illos ad se pellicere nequeant, igne velut in orbem circumducto, media e flamma exsiliunt. Feruntur enim superiores virtutes cum hominibus pure et sincere non conversari, quoties aer capiti nostro contiguus caligine obducitur, et incrassescit quod, in causa est, ut illum igne expurgent (59).

De lecanomanteia.

De lecanomanteia vero, seu divinatione, quæ pelvi peragitur, hæc quoque sunt a nonnullis tradita. Aquam quidem, quæ pelvi infunditur, substantia nequaquam differre a cæteris ejusdem

(59) Quæ hic de dæmonibus pauca delibantur, pluribus a Michaele Psello in lib. *De dæmonum operatione*, explicantur [*Patrologiæ* tom. CXXII.]

generis aquis : ritus autem et incantationes, quæ ei adhibentur, aquam aptam et accommodatam reddunt, quæ malignum spiritum oracula daturum excipiat. Hoc autem dæmonium formam habet et terrenum est, invocantium pactis acquiescit. Posteaquam vero in aquam inciderit, primo impetu sonum quemdam obscurum edit : deinde aqua fluctuante, obscuræ quædam voces immurmurantur, quibus futuri prænotio colligitur.

Dæmonum porro alii quidem substantiæ aereæ sunt participes, alii vero terreni sunt, et levi quadam repercussione tactui resistunt.

Porphyrius certe se in hujusmodi dæmoniaca corpora apud Eluscos incidisse testatur, atque alia quidem lucida vidisse, alia vero tetigisse, ea nimirum quæ duriuscula essent, tactuique resistent. Addit insuper non omnia rotunda esse, verum pleraque oblonga, nonnulla etiam rhombis persimilia. Qualia enim corpora sunt, inquit, quibus conjunguntur, ea talem quoque naturam subire solent.

Hactenus appendix II. *Jam transit ad* μαντείαν *seu divinationem.*

Cæterum μαντεία, hoc est divinatio, cum generalior quodammodo sit, partim incantationibus cohærebat, partim ab illis discrepabat : et per seipsam privatim ab impiis perpetrabatur.

1. Quæ enim per ἀνατομήν, hoc est dissectionem victimarum, et per animalium sideralionis, extorumque contractionis inspectionem peragitur : quæque os illud quod ὠμοπλάτην, hoc est opertum scoptulum, medici vocant, post ejus decoctionem, caruncularumque detractionem attentius inspicit : incantatione nullo modo utitur, sed quibusdam argumentis futurum ariolatur.

2. Quæ vero vasculis aqua cœnosa per feminam virginem nefarie hora noctis intempesta repletis efficitur, iisque adeo in locis, quæ a divinis oratoriis dissita, et ab hominum conspectu remota sint, ea conjurationes et invocationes dæmonum suis epodis introducit : quas quidem incantationes aliquando suaveolentibus aromatibus adhibitis immurmurabant, aliquando etiam humano sanguine infuso, vel jugulata virgine, quæ aquam infuderat, vel alia quavis puella, peragebant. Porro hujusmodi obscœna in lustris feratum perpetrabantur, non sine fovearum suffossione, quibus lac cum melle infundebant.

3. Triviales autem divinationes, quæ in triviis et compotis fiebant, et ea quæ priscis temporibus ab ἐγγαστριμύθοις, hoc est ventriloquis, peragebantur : nec non amuleta illa, quæ de pectore, alis et collo, dependebant ; atque adeo imagunculæ illæ cereæ ad hominum formam effictæ, quas clavis utrinque trajicere solebant, epodis innitebantur. Ne singula percurram, quæ non actu tantum detestanda, nulloque modo agentibus conducibilia sunt, sed etiam aures, linguam, mentem, et intellectum narrantium sua fœditate conspurcant.

CAP. XLIII.

Quadragesima tertia hæresis, Parermeneutarum, hoc est eorum qui perverse Scripturas interpretantur.

Parermeneutæ quædam sacrarum Scripturarum Veteris, inquam et Novi Testamenti, capita perperam interpretantes, et ad scopum sibi peculiarem traducentes, atque adeo non sine pertinacia de plerisque interpretationum earum contendentes, quas vix humana mens assequi cogitatione possit, idiotismo nescio quo, et temeritate, animique impotentia laborantes, hæreticorum dogmatum nonnulla confirmare audent, ignorantes interim quid designent.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Quicunque ad contensionem et ambitionem *pro*olivis est, eum non injuria cuncti odio prosequuntur. Vitium enim quo laborat, diabolicæ procul dubio dementiæ morbus est. Multos ergo longa dies protulit, qui non tantum de re sibi prorsus in cognita contenderent, sed et qui, tametsi quæstionem in consultatione positam ad germanum sensum revocare possent, eam tamen in contrarium velut ex professo raperent, ac si caverent, ne in contradictoria incurrerent. Ex quo evenit, ut plerique, quo sententiam suam facilius astruerent, in perversos *dogmatum anfractus* prolapsi fuerint, dum petulanter insultare *Deo*, quam de sententia sua quidquam diminuere maluerunt, ut Manuele Comneno imperante accidit.

Cum enim dogma motum esset super his verbis : Tu es qui offers, et qui offerris, illorum *qui* tunc docti habebantur duo (quorum nomina *sensi* quod proferam) in diversam ab ortho*doxis* sententiam euntes, ac si Patre interior *Filius* esset eis contradixerunt, tandemque de gradus dignitatis ecclesiasticæ dejecti sunt. Cum autem anathemate buoque jamjam pro tribunali feriendi essent, sententias suas vix improbarunt, id causati, se quidem sibi satis esse conscios, quam dissentanea a recto ecclesiasticorum dogmatum sensu effutivissent, verum dedecori et infamiæ hoc ascribentes, si ex pœnitudine, et tanquam disciplina, saperent, ea quæ semel asseruerant, quamlibet stulta et absurda dogmata, mordicus tuebantur. Cujusmodi certe facinus dementia non caret, quo nimirum contentio non bona in rebus, quæ non *decent*, exercetur. Majore porro dementia tum laboratur, cum quis divinarum rerum peritis, ea duntaxat *in* medium afferentibus, quæ a Spiritu sancto *di*dicerunt, fidem non habet, sed opinioni ab ignorantia profectæ pertinacius inhæret : atque ita in perditionis barathrum fracta cervice præceps ultro provolvitur.

CAP. XLIV.

Quadragesima quarta hæresis, Melitianorum.

Antesignanus horum Melitus fuit civitatis Lycon in Ægypto, sub Alexandrini papæ ditione, episcopus : ita tamen, ut cæteris, tanquam ab Alexandrino papa secundus, anteire videretur.

Grassante porro persecutione sub Diocletiano et Maximiano, hic quoque una cum sacro martyre Petro et aliis quibusdam comprehensus est.

Ad hos autem carceribus etiamnum detentos e clericis nonnulli, qui persecutionis tempore lapsi sacrificaverant, se contulerunt, petentes ut ad salutis viam pœnitudine regredi sibi liceret. Melitius itaque, Pelus, et aliquot alii, nefas esse dicebant, ut qui ad extremum usque non dimicassent, sed persecutioni succumbentes sacrificassent, tunc temporis admitterentur. Quod si persecutione sedata fructum pœnitentia dignum ostenderent, tunc et ecclesiastico cœtui, at non item pristinis honoribus, restituerentur. Sanctissimus contra Petrus, ut qui ad misericordiam natura propensus esset, his commartyres suis verbis obtestabatur:

Eos, o fratres, quandoquidem pœnitudine ducuntur, admittamus nec cleris suis spoliemus, ne pudor tandem et desperatio illos ita transversos ad pejora rapiat, ut nullum salutis remedium supersit. Igitur oratio Petri ad misericordiam et humanitatem, Melitii vero et cæterorum ad invidiam et rigorem inclinabat.

Cum itaque illos B. Petrus a sententia ne latum quidem unguem deflectere velle videret, medio in carcere lodicem seu pallium, septi cujusdam instar, expandit, diacono proclamare jusso: Quibus mea sententia arridet, ii ad me transeunt. Tum vero paucis admodum ad Petrum transeuntibus reliqua episcorporum, presbyterorum, et monachorum multitudo cum Melitio mansit. Cæterum posteaquam beatissimus Petrus martyrii corona redimitus est, ejusque sedi Achillas primum, deinde Alexander successit, Melitius et plerique alii exsulare jussi sunt. In singulis autem locis per quæ Melitius cum abduceretur, iter faceret, privatus Ecclesias exstruebat, episcoposque, presbyteros, et diaconos constituebat: qui martyrum quoque Ecclesiæ se membra professi, cum iis nequaquam communicabant, qui Catholicis a Petro stantibus Ecclesiis præerant. Posteaquam vero persecutio desæviit, quique in metallis erant liberati sunt, Melitius Alexandriam venit, ibique quamvis in fide nihil innovans, privatam tamen cum suis synaxin faciens mansit. Atque hæc ex beato Epiphanio dicta sint.

Porro cum in magna illa Nicæna synodo de Arii dogmatibus inquireretur, ut ex ejusdem synodi ad Alexandrinos Epistola constat, una eademque opera de Melitio quoque inquisitum est. Atque humanius, inquit, motæ synodo (nam si summo jure egisset, nulla Melitius venia dignus erat), visum est ut ille sua in urbe maneat, et ne ullum sacris aut initiet, aut instituat, neve ejus rei ergo aut domi aut foris compareat, sed simplici et honorario nomine fruatur. Qui vero ab illo jam initiati, alboque mystici cœtus inscripti sunt, ii ad cœtum quidum admittantur, atque honore et sacro munere fungantur, secundas tamen ab illis teneant, quos Alexander initiaverit: et ne ullos initient, iisve clericorum nomina subjiciant, denique nihil quidquam in hisce rebus attentent. Quod si qui illorum e vivis excerant, tunc hi ad defunctorum honorem provehantur.

His hunc in modum definitis, Melitius quidem, ut ait Theodoritus, nihil innovavit, at ex ejus discipulis nonnulli, cum hæresim Arianam a subsecutis imperatoribus confirmatam viderent, ad eam deflexerunt, alii cum pro libidine vitam instituere, nec aliis subjici vellent, omnem omnino cum Ecclesis consensum detractaverunt: et tanquam si suis legibus viverent ridicula quædam, qualia sunt hæc, quotidie corpus aqua proluere, manuum plausu quadamque saltatione hymnos modulari, tintinnabula (quod hodie a plerisque observatur) funibus aptare, iisque signum dare, et quædam ejus monetæ alia commenti sunt: cujus quidem rei gratia perpetuum cum illis magno Athanasio bellum fuit. Hactenus Theodoritus.

Cæterum sacratissimus Athanasius in secundo Apologetico pro sua in persecutionis tempore fuga, ubi post alia multa epistolam quoque subjunxit, quam ab Ursacio et Valente, illo Cibalcos, vel, ut quidam volunt, Sigedonis in Illyriis vel inferiore Pannonia, hoc vero Mursæ in eadem Pannonia episcopo acceperat, rursus Apologiam suam ordine prosecutus ait: Petrus apud nos ante persecutionem episcopus fuit, grassante autem persecutione martyrio coronatus est. Is Melitium, qui unus ex Ægyptiis episcopis ferebatur, de multis sceleribus convictum in communi episcoporum synodo deposuit. Hic autem ad aliam nullam synodum confugere, neque ad episcopos successores Petri ulla se apologia purgare satagens, schismatis auctor fuit, effeitque ut qui a partibus suis starent pro Christianis Melitiani dicerentur. Hæc magnus Athanasius.

Sozomenus autem historiis scriptum reliquit, quod Melitius jamjam e vivis excessurus Joannem quemdam ex familiaribus suis, præter Nicænæ synodi statutum, sibi in Lycon episcopatu successorem constituit, ataxiæque seu confusioni denuo fenestram aperuit, quæ postea Ecclesias pervagata est.

Sciendum autem, beato Athanasio auctore, quod cum Nicæna synodus censuisset, ut ii quos Melitius initiasset, horum ecclesiasticorum consortes essent, Alexander unus repertus est, qui actorum tabulas quæreret, ne Melitius quoscunque vellet in dies instituere sibi liberum arbitraretur.

Item quod Arsenius (cujus manum secuisse B. Athanasius a sycophantis dictus fuerat) Hypseleton urbis, earum unius, quæ aliquando subditæ Melito fuerant, tandem episcopus fuit, idcirco ab Arianis electus, quia adversus venerabilem illum virum mentitus fuerat.

Quin et Ischyras Mareoticus eadem de causa ad

episcopatum ab iisdem evectus fuerat, quamvis antea depositus fuisset.

Quidam enim Coluthus nomine, presbyter Alexandrinus, tanquam orthodoxus, cum plerisque aliis in prima depositione Arii a beato Alexandro facta subscripserat. Postea vero episcopatum somnians a Melitio superioris Cynus episcopus creatus est. Tandem cum Alexandriam beatus Alexander ejusdem præsul synodum convocasset, præsente sacratissimo episcopo Cordubensi Hosio, quem tunc temporis eo magnus imperator Constantinus miserat, ut Alexandrum et Arium inter se conciliaret, depositus quidem est ipse quoque Coluthus, ut qui præter canones a Melitio creatus episcopus fuisset : una etiam depositi sunt ii qui ab ipso Colutho instituti fuerant, atque ille quidem ad privatum locum rediit, illi vero ad laicos denuo redacti sunt. Horum e numero Ischyras unus, quia presbyter a Colutho institutus fuerat, atque idcirco de gradu dejectus, tandem ab Arianis ad episcopatum, ut jam dixi, provectus est.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Nulla nos alia ratio movit, ut ea quæ de Melitio feruntur hisce commentariis insereremus, quam ut lectores cognoscerent, quam plena aleæ, imo supra aleam omnem res sit, si qui cum ex ipsa plebe, tum vero vel maxime ex sacro ecclesiasticorum catalogo, quibus a Deo animarum cura demandata est, præpositis suis obstrepi in schismaticos tandem nescio evadant. Nam si sacerdotes spiritu superbiæ efferantur, trivialesque populi turbas convocent, atque ita eos in mutua odia arment, quos eadem divini Spiritus gratia conjungere, et in unum quasi corpus conglutinare debuerat, dum in partes et membra unam Ecclesiæ compagem dividunt, quis jam pacis apud populum præco futurus est ? et persuasurus, ut spiritus conjunctione cohærentiam annulorum imitetur ? Nam qualia, quæso, sunt ea quæ per ambitionem, et magni illius Alexandri odium, Melitius commentus est, eumque secuti discipuli designarunt ? Ille enim dum summo jure summaque malitia severitati canonicæ plus æquo studet, et iis qui persecutionis tempore lapsi erant, nec ad extremum concertaverant, sed persecutioni succumbentes sacrificaverant, infestior esse pergit, eo tandem inhumanitatis prolabitur, ut cum Novato sentire se cuivis perspicuum faciat. Quocirca ne venia quidem dignus synodo Nicænæ visus est, qui talia refractarius præter Alexandri voluntatem designasset, atque discipulorum suorum quamplurimos in Arianorum hæresin provolvisset, qui privatam ejus opinionem secuti pertinacius, et nescio quæ frivola, ut, verbi gratia, quotidie corpus abluere, hymnosque cum manuum plausibus et saltationibus modulari commenti essent. Ex quibus cuivis perspicuum fit, misericordiam et humanitatem multis in rebus rigori, summove juri, præferendam esse, in quibus præsertim certa pœnitudinis indicia cernuntur, talisque adeo animi angustia, et cordis contritio, qualis in iis cernebatur, quos maximus Alexander ad Melitium introduxit, eisque qui cum illo in vinculis detinebantur : ne forte si qui re infecta, dicebat ille, remittantur, nimio dolore contabescant, seque in iis quæ pro delictorum venia obtestantur, repulsam pati videntes, Deum quoque, qui totus ipsa misericordia est, non minus sibi immisericordem quandoque futurum putent, quam terrenos in hoc sæculo animarum suarum medicos conspicarentur : *et inde certam* in desperationem prolapsi, jam caput e profundo perditionis exserere non possint.

Cæterum hæc et nobis, et ante nos aliis, *non* procul ab eo quod res est, piaque sententia aberrantibus innotuisse, ex iis quæ ab Alexandro *et* Melitio gesta feruntur, quivis facile deprehendat. Ille enim cum humanitatis plenum de *iis* qui persecutionis tempore lapsi fuerant consilium suggessisset, martyrio vitam finivit. Melitius vero, dum jus summum studiosius persequitur, id consecutus est, ut et martyrii corona exciderit, et sanctis Patribus qui Nicæam convenerant, eo nomine condemnatus sit, quia seorsum parasynagogas, hoc est illicita conventicula, convocaret. Insuper qui ab ipso instituti fuerant, secundas ab iis tulere, quæ Alexander instituerat, atque adeo ne quod ecclesiasticum munus attentarent interdictum est. Quod si qui illorum vivis excederent, hi tum demum in defunctorum locum surrogarentur.

NICETÆ CHONIATÆ

THESAURI ORTHODOXÆ FIDEI

LIBER QUINTUS

ADVERSUS ARIANOS, EUNOMIANOS, ETC. (60)

CAPUT PRIMUM.

De Arii genere, forma, vestitu, et sacerdotio.

Arius Afer genere, Alexandrinæ diaconus Ecclesiæ fuit : cui sacri altaris ministerio sanctissimus Petrus prorsus interdixit, quia Deum Verbum ἑτεροούσιον, hoc est diversæ a Patre substantiæ esse profiteretur, et hujusmodi verborum portenta ἐξ οὐκ ὄντων, seu ex nihilo, et, Ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν, seu, Fuit tempus, quo non fuit introduceret.

(60) *Protheoricum Petri Morelli Parergon, ad candidos lectores.*

Quod libris superioribus, candidi lectores, de sacris Naziuzeni, Damascenique scriptis præmonui, si quis tersiorem eorum versionem vellet, integra Patrum ipsorum opera ei adeunda esse, idem hoc libro quinto de immortalibus B. Athanasii scriptis dicendum, ex quibus pene totus haustus et excerptus est. Si quis enim emunctiorem triviali hac mea oraculorum Athanasianorum interpretationem requirat, ne interpretem, quæso, ejus adire pigeat, recentiorem inquam illum, a me nunquam sine illa perpetui, quem discipulus doctissimo humanissimoque debet, honoris præfatione nominandum D. Petrum Nannium, regium in amœnissimo Musarum Charitumque λειμῶνι, Lovaniensi Academia, cui docti omnes secundas a Parisiensi ultro deferunt, humaniorum litterarum professorem quem, eum Ciceronianas aliquot in Verrem actiones in aula Buslidiana prælegeret, audivi, anno Christi, ni fallor, 1546, ætatisque meæ 19, eoque ipso tempore, quo Mechlinia (o tristissimum omnium, quæ hisce unquam oculis vidi, spectaculum!) de cælo tacta, pene tertia sui parte in funestissimum bidental conversa est.

Hæc porro priori illi superioribus libris intersito de B. Damasceni scriptis παρέργῳ attexuissem, quia non paucis illi quoque libri Athanasianis testimoniis inspersi sunt, si B. Patris scripta, Latio a D. meo Nannio donata, meas in manus venissent, quæ nudius tertius primum vidi, et tomos omnes per transennam eo consilio evolvi, ut certior fierem, num aureum B. Athanasii opusculum, quod meas in manus ante quinquennium αὐτογράφῳ transcriptione incidit, cum plerisque aliis recens inventis editum esset. At nusquam ejus in toto volumine mentio fit, sed principis duntaxat ejus, cujus nomine scriptum est, Antiochi nimirum, cui pulcherrimum illud Quæstionum ex utroque Testamento elicitarum opus dicatur, quod primo tomi quarti loco proponitur. Ad eumdem ergo Antiochum ex duce monachum atque abbatem Christianæ fidei στοιχείωσιν, seu institutionem δωδεκάτιτλον seu duodecim capitum inscriptione, cum ducis ipsius Vita habeo quæ tuno demum in vulgus exibunt, cum nobilissimo viro D. Nicolao Tricclino a Brossia Bellilocensis et Claritensis monasteriorum abbati visum fuerit. Beati enim Athanasii opusculum illud, tanquam thesaurum in nobilis illius abbatis agro (hoc est Bellilocensi monasterio, quod sanctissimæ Trinitati, cœlesti hierarchiæ, Dominicoque sepulcro, illustrissimus Andegavorum comes Fulco Nerra, Gotofredi Grisagonellæ filius condidit, monachis eo ex SS. Ursi Locbiensis, et Leubacii Senapariensis cœnobiolis in unum convocatis) a me inventum sine domini consensu et jussu publicare nolim.

Quod si cui Parergi hujus aliquota παρέκτασις tædio nulli sit, mihi sunt et alia nonnulla, eaque varia scripta, ex primariis Locarum Bellilocique templis emendicata, quæ cum Deus volet, apparebunt. Nam præter B. Athanasii opusculum ex Regio Bellilocensi cœnopio est mihi B. Martini episcopi, de quatuor virtutibus opusculum multo castigatius, quam quod vulgo tam sub Senecæ, quam ejusdem beati nomine prostat. Ex regia porro S. Virginis Lochiensis Basilica Aureum Paschasii de Eucharistiæ sacramento libellum integrum (nam in eo quem Colonia edidit, duo triave folia desunt, quæ ex Lochiensi suppleri possunt). Item Latinam duodecim priorum Andegavorum Comitum Historiam in qua Gotofredi Grisagonellæ (cujus originem plerique recentiores Francicarum rerum historiographi se ignorare fatentur), genealogia Martiaque gesta, præter Lochiaci templi constructionem diffusissime referuntur. Eamdem historiam et Latinam et Gallicam D. Nicol. Branchutus Lochiensium propræfectus, Bellilocensiumque judex mihi exscribendam una cum archivis aliquot Ecclesiæ Lochiensis in 50 capita digestis tradidit : quæ tamen absque R. P. D. Antonii Isauri S. Cypriani Pictavi abbatis, et Lochiensis Ecclesiæ prioris totiusque adeoque capituli consensu et jussu publicare nolim. Archiva illa D. Petri Sandillii αὐτόγραφα sunt, cujus elegantissimum ecclesiasticæ prosodiæ opus in ejusdem Ecclesiæ choro servatur, quod mihi doctissimorum virorum D. Francisci Marronis ibidem cantoris et canonici et D. Antonii Baraudini, qui canonicus et ipse beatique Ursi parochus est, auspiciis idem R. P. Isaurus et cæteri συμμύσται mihi et discipulis aliquot meis exscribendum tradiderunt. Sunt vero mihi et opuscula aliquot doct. theologi Nicolai Bartolomæi Lochiensis. B. Virginis evangelicæ apud Aurelianos, dum viveret, abbatis quæ piis moribus et doctrina venerandus D. Stephanus Pavonius, B. Ursi proparochus mihi commisit, quæ cum Deus volet Christo Xylonico, Ennœis, et cæteris tanti viri jam pridem prostantibus scriptis adjungentur. Tacendæ non sunt rhythmicæ Latinæ in singula Biblici organi capita hypotheses, quibus doctissimus ille cœnobita D. Claudius a Lacu, D. Guillelmi Maini diœcetes, et S. Catherinæ Rothomagensis prior, monasteriique Bellilo-

Cum autem Maximiani imperatoris jussu beatus hic Petrus comprehensus, et in carceres conjectus, atque adeo jamjam e vivis eximendus esset, Arius tristitiam vultu præ se ferens una cum clero et omni populo delictorum veniam consecuturus adfuit. At vir sanctus se Dominum in somnis forma pueri vidisse asserebat, qui solem quidem splendore superaret, tunica autem a summo ad imum lacera indutus esset, atque ab eo accepisse, tunicam suam ab Ario hunc in modum dissectam esse, ita ut hoc velut ænigmate scelesta illius dogmata significaret, quibus Deum Verbum a Patris substantia secernere conaretur.

His verbis sanctus ille vir Arium a Christi gloria et in hoc et in futuro sæculo alienum fore demonstrabat. Et hæc quidem in B. Petri Martyrio conscripta sunt. Ut autem beatus Epiphanius auctor est, a beati Petri obitu, Achillas in ejus episcopatum successit, qui Arium benigne suscepit, et in presbyterorum ordinem cooptavit, atque Alexandrino eum gymnasio, ecclesiæ Baucalensi præfecit. Ibi enim multæ sunt Ecclesiæ, quæ quamvis in Alexandrini pontificis ditione sint, privatis tamen presbyteris committuntur, qui paræciam, seu viciniam doceant, quarum in numero est Baucalis, et eæ quæ a beatis Dionysio, Theona, Pierio, Serapione, Perlea, Diza, Mindidio, Anianoque denominantur. Baucaleos itaque cura, ut jam dixi, Ario demandata est, ut alius cujuspiam Colutho, atque alius item aliis.

Cæterum Arius hic procera statura, vultu subtristi, et obstipo, seu in terram demisso erat, semitoga et collobio utebatur : sermo illi blandus erat, et qui audientium animos miro cum lenocinio subiret.

censis epistasiæ præfectus (quod munus hodie fratri meo D. Petro Morello mihi homonymo commistum est), ille, inquam, D. D. a Lacu, in suprema Parisiorum curia causidicorum Patruus, me donavit, effecitque (jam hoc parergum non est, quod ad hunc Nicetan attinet),ut D. Guilielmus Mainus, Bellilocensis antea præsul, beati Hilarii Pictaviensis thesaurarius, Pictonicæ academiæ cancellarius, Guilielmi Budæi Achates, regiorumque Francisci magni Francorum regis liberorum præceptor, bibliothecam suam Græcis et Latinis auctoribus instructissimam in optimi illius præsidis domini Francisci a S. Andrea DD. Sanctandreanorum parentis gratiam mihi testamento legarit, quæ me in Niceta hoc aliisque Sanctandreanæ bibliothecæ libris ,quorum lemmata ei tunc proposui, Latio donandis adjuvaret.

Sed quid ego hæc mente nequidquam ingrata revolvo ? Ad manuscriptum exemplar transeo, in quo varia sententiarum omne genus opuscula continentur,quas Odo a Foviliaco in discipuli sui illustrissimi principis Joannis Aurelianensis gratiam, ordine acrostichico edidit, acrostichidosque rationem in libri calce his verbis subjecit : Sic quinquaginta duæ litteræ in principio quinquaginta duarum partium hujus libri positæ,efficiunt septem dictiones quinquaginta duarum litterarum, scilicet :

Joannes Aurelianensis Engolismensis comes, et nepos regius.

Tandem liber hoc disticho clauditur.

CAP. II.

Perversorum Arii dogmatum enumeratio.

Septem porro menses interfluxerant, cum Achilla mortuo, Alexandro Ecclesiæ gubernacula commissa sunt. Ex quo evenit, ut Arius cum invidiam ferre non posset, contentionis et pugnæ occasiones quæreret. Quem cum Ecclesiæ subiisset adversarius, eo illum adduxit, ut apostolicis Alexandri decretis adversaretur, et impudenter assereret (ut ex ipsius Alexandri Epistola ad universos episcopos constat, cujus exemplar scriptis suis Sozomenus et Socrates inseruerunt) Deum, Patrem non semper fuisse, sed tempus exstitisse, quo Deus, Pater non fuerit.

Neque vero Dei Verbum semper fuisse, verum ἐξ οὐὴ ὄντων, hoc est ex nihilo creatum : quandoquidem Deus ea quæ non erant ex eis quæ non erant, creaverit. Quocirca fuisse tempus asserebat, quo Filius non fuisset, si Filius creatus et factus esset.

Addebat eum neque Patri similem essentia esse, neque verum Patris et naturale Verbum, neque veram Sapientiam, sed unum quidpiam ex iis quæ creata et in rerum naturam producta essent.

Verbum autem et Sapientiam καταχρηστικῶς, seu abusive dici : quandoquidem *ipse quoque* proprio Dei Verbo creatus esset, et in ejus ipsius Sapientia, in qua et ipsum Deus et omnia creaverat.

Ex quo fieret, ut τρεπτὸς, et ἀλλωιοτὸς τὴν φύσιν, seu natura mutationi obnoxius esset, *quemadmodum* cætera quoque animalia, quæ *ratione* utuntur : imo etiam extraneus, alienus, et quodam quasi funiculo a Dei substantia separatus, qui ne Patrem quidem videre queat.

Qui de Foviliaco retinet cognomina vester
Edidit Odo istum, princeps generose, libellum.

Sed de hoc libello, ædibusque D. Maino in veterum Lochibellilocensium scholarum usum legatis, in quibus a rustico Chamburgiensi allatum ad me libellum meo ære comparavi, alias plura. Eum enim Christianissimi Francorum Polonorumque regis Henrici Tertii trivatum fuisse audio, cujus mausoleum in B. Petri Cœlestini æde marmore Pario exstructum videatur, quique apud Engolismenses, ut D. Bellaforestæus scribit, pro beato colatur. Certe liber quem habeo pietatis studiosissimum fuisse testatur, totus piis sententiis respersus, quas Odo in ejus usum variis ex auctoribus sacris et profanis collegit.

Superest Italicus libellus D. Christophori Aretini Lochiensis, quo Itinerarium Francisci Magni ab Avenione ad Peronam a Burgundorum obsidione liberandam describens pleraque loca, præsertim sacra, commemorat. Eum mihi transcribendum commisit D. Michael Aretinus, qui ejusque frater D. Gasparus Aretinus in æde Lochiensi canonici filii Christophori sunt, ejusdem ex filia nepos D. Franciscus Penissaldus regius apud Lochienses procurator ut et alii plerique aliis ex filiabus, sed hæc hactenus. Jam Nicetæ narrationem de Arianis, Homousianis, Anomœanis, Eutocontianis, Eunomianis, cæteris hujusmodi hæresibus ex beati potissimum Athanasii Christiani Pancratiastæ scriptis excerptam aggrediamur.

Cum enim Patrem perfecte et exacte non cognoscat, ea de causa hec eum perfecte quoque videre potest; imo ne suam quidem ipsius essentiam, qualis sit, perspectam et exploratam habet, cum propter nos factus fuerit, ut nos per eum, quasi quoddam instrumentum crearet Deus, nec unquam substitisset ille, nisi Deus creare nos voluisset.

Porro τρεπτὸν, seu mutationi obnoxium, non minus quam diabolum, asserebat, quippe qui natura mutationi obnoxia constet, cum et genitus, et mutationi sit obnoxius.

Nec his contentus, ut Theodoritus auctor est, carnis quoque a Verbo assumptæ mysterium mutilabat, cum diceret corpus inanimum a Domino assumptum, divinitatemque muniis animi perfunctam esse. Quibus verbis divinitati συμπάθειαν illam, seu naturalem cum corpore consensum affingit.

CAP. III.

De synodo Alexandrina centum episcoporum, in qua cum Ario quinque presbyteri, totidemque diaconi fluminio, seu gradu ecclesiastico dejecti sunt.

Hæc et hujusmodi fuerunt impuri Arii dogmata, quibus plerosque irretiit incautiores. Cæterum B. Alexander primum quidem corhortationibus et consiliis hominem ab instituto revocare conatus est: ubi autem comperit eum impietatem suam publice profiteri, synodum provincialem centum prope episcoporum coegit: in qua non Arium solum, sed Arianos quoque Achillem, Æthalem, Carponem, Arium alterum, Sarmatam, Euzoium, Lucium, Menan, Helladium, et Caium de gradu dejecit.

Ex horum porro numero presbyteri erant, non ipse duntaxat Arius, sed etiam Æthales, Achilles, Carpon, Sarmatas, et Arius alter. Cæteri autem omnes diaconi.

CAP. IV.

De Arianorum ducentorum episcoporum Nicomediensi contra orthodoxos homousianos antisynodo.

Verumenimvero Arius quæ subsecuta sunt omnia, ea scripsit ad Eusebium, qui primum Beryti, deinde Nicomediæ, quæ in Bithynia est, episcopus, inde Constantinopolin translatus fuerat.

Coacta porro Nicomediæ synodo, cum ducenti quinquaginta episcopi eo convenissent, universis episcopis scripsit, ut cum Ario tanquam orthodoxo communicarent: quos tamen, id ut facerent, adducere non potuit.

Cæterum cum Eusebiani instarent, accitoque Ario, et excommunicato Alexandro Alexandriæ pontifice, homousii hæresin anathemati subjecissent, hic animum recipiens Arius legatos ad Paulinum Tyri, nec non Eusebium Cæsareæ, quæ in Palæstina est, Patrophilum Scythopoleos episcopos mittit, a quibus petebat ut sibi suisque conciones ad populum habere concederetur, utpote qui presbyteri A essent. Qui cum aliis episcopis in Palæstina convenientes Arii postulatis supscripserunt.

CAP. V.

De Nicæna trecentorum episcoporum, auspiciis Constantini Magni synodo coacta, controversisque de Paschæ festo dogmatis.

At beatus Alexander hæc jam tuto supprimi silentio non posse ratus, ad Antiochenum, Romanum et plerosque alios præsules scribit, quorum opera magnus ille Constantinus imperator certior his de rebus factus, non mediocriter dolere cœpit, eo præsertim nomine, quod in recens jactis fidei Christianæ fundamentis dogmatum discordia multos ab amplexando Christianismo revocaret.

Quinetiam cum eidem renuntiaretur Paschæ B festum a quibusdam, ritu ab eo qui passim inoleverat diverso, celebrari, dici non potest, quam graviter id molesteque ferret.

Quocirca sacratissimum Cordubæ episcopum Hosium, virum fide moribusque probatissimum, qui antea iis inclaruerat, quæ super controverso dogmate professus fuerat, eaque de causa illum et benevolentia et honore prosequebatur, Alexandriam ablegat, ut eos reconciliet, qui seditionem ibi super dogmate concitabant, atque illos etiam, qui in Oriente de Paschæ festo digladiabantur. Qui cum re infecta rediisset, publico programmate imperator edixit, ut omnes episcopi Nicæam Bythiniæ metropolim convenirent.

Quotquot itaque sub Romano degebant imperio, C nimirum trecenti octodecim convenerunt episcopi, demptis iis, quos vel morbus vel ætas ingravescens domi detinebat. Cum enim nondum civitatibus omnibus suis obtigisset episcopus, eo factum est, ut plures id temporis non veneherint. Provinciarum enim aliæ uni tantum parebant, ut Scythia, seu Rosia, in hodiernum usque diem, aliæ duos aut ad summum tres habebant, ut Dalmatia. Posteriore vero tempore plerisque non civitatibus tantum, sed etiam oppidis sui dati sunt episcopi.

CAP. VI.

Synodo Nicænæ quinam præfuerint, aut convocatorum vice interfuerint.

Jam vero his qui ad concilium convenerant præfuere: Macarius Hierosolymorum, et Eustathius D Antiochenorum pontifices, quorum hic paulo ante, communi eorum qui convenerant calculo dignus apostolica sede habitus fuerat, atque idcirco e finitima Berrœa Antiochiam evocatus. Siquidem post Domnum, qui Paulo Samosateno successerat. Antiochenæ Ecclesiæ præfuerat Timæus deinde Cyrillus: tum Vitalis, cui Philogonius successit, quem Paulinus subsecutus est, et Paulinum Romanus is qui comprehensus cum pro Christi religione tuenda martyrio vitam finisset, Antiochia episcopo vidua relicta est, quia nimirum, ut pax est, per tyrannorum persecutiones episcoporum electio libera non esset.

Quare Arium imperetor exsilio multavit. Eusebium porro vel alia de causa exosus, quia nimirum a tyranno primus steterat, sibique ipsi fuerat insidiatus, una cum Theogni exsulare jussit. Itaque Eusebii loco Nicomediensi Ecclesiæ præfectus est Amphion: et Nicænæ loco Theognidis Chrestus. Nec ita multo post Arius ab exsilio revocatus est, eique sola Ægypto atque Alexandria interdictum est, Pauloque post Eusebius quoque et Theognis, pœnitudine per hypocrisin simulata, suas uterque receperunt Ecclesias.

Item Philostorgius sub finem primi libri, auctor est, eorum qui Nicænæ fidei subscripserant, alios quidem e chirographorum suorum regione *homousii* dictionem ascripsisse, alios vero ab Eusebio instructos blasphemam *homœusii* vocem loco *homousii* supposuisse: præter Secundum et Theonam, qui etiam una cum Ario ejusque presbyteris in Illyrium relegati sunt.

Initio autem libri secundi scribit Eusebium, Theognin, et Marin, eorum quæ subscripserant pœnitudine ductos, ad imperatorem venisse, hisque apud eum verbis usos: Impii, imperator, in eo fuimus, quod tui metu perculsi impietati subscripserimus. Ex quo factum sit, ut imperator excandescens eos in Gallias seu Galatias Occiduas relegarit, Arianos autem sua quemque patria excedero jussit. Cæterum exacto triennio Eusebianis ad sua postliminio redire permisit.

CAP. IX.

De Nicomediensi Arianorum adversus Homousianos orthodoxos antisynodo, et insidiis in Eustathium Antiochenum episcopum structis

Ariani ex Galliis reversi ducentorum quinquaginta episcoporum antisynodo Nicomediam convocata, Alexandrum excommunicarunt, et cum eo quotquot ὁμοούσιον profitebantur. Nec ullum impugnandæ fidei catholicæ finem faciebant Ariani, sibique adversantium e medio tollendorum: in primis autem nullum non movebant lapidem, quo Eustachium Antiocheno episcopatu privarent. Quæ res Eusebium Nicomediensem movit, ut orationis gratia se una cum Theognide Nicæno, et aliquot aliis eodem morbo laborantibus Æliam proficisci fingeret.

Gravibus itaque insidiis Eustachium adoriuntur. Ælia enim Antiochiam reversi multis nummis meretricem sibi comparant, quæ hominem accuset: tum eum illi in jus vocant, qui vocatus in jus adfuit; partim propria fretus conscientia, partim hoc plerisque malæ conscientiæ argumentum videri ratus, si quis judici se sistere detrectet.

Postulat ergo Eustathius, ut muliercula illa peccatis onusta et suffarcinata testimonio aliquo fidem verbis suis faciat, quod quidem et legibus et canonibus consentaneum erat. Illi autem mulieri, quæ probatione omni destituebatur jusjurandum detulerunt, omnem in eo judicii veritatem constituentes. Hoc autem ita ex professo egerant, ut illa veri jurisjurandi opinione, accusationi fictæ colorem adderet. Illa enim puerum duodecim annos natum producens, eum ab Eustathio suscepisse dicebat. Cæterum antea clandestinum stuprum ab Eustathio quodam fabro passa fuerat, ex quo et puerum hunc susceperat.

Eustathio itaque hac arte deposito, imperatorem Constantium hujusce rei certiorem fecerunt, ut Eusebium Pamphili Cæsareæ episcopum in Antiochenam sedem surrogaret. At Eusebius litteris ejus muneris deprecatorias ad imperatorem scripsit; quia nimirum idem ecclesiasticus ordo non paieretur. Cujus probato consilio imperator eum beatum esse dixit, quippe qui non unius urbis duntaxat, verum totius etiam orbis episcopatu dignus esset.

Eligitur ergo, qui Eustathio succedat, Arianus quidam, Euphronius nomine, ut Mopsuestæus, Socrates, et Sozomenus scribunt; ut autem Theodorito et chronographo Theophani placet, Eulalius. Solus vero Philostorgius libro *Historiarum* secundo Paulinum Tyro Antiochiam translatum esse auctor est. Cæterum annuente quoque imperatore, Eustathius Philippos in Macedoniam abducitur, unde originem trahebat.

CAP. X.

Quam subdolis artibus Ariani hæresiarchæ sui reditum ab exsilio impetraverint, et de intendendis in Athanasium Alexandrinum archiepiscopum calumniis cogitaverint; quibus tandem sanctissimus vir Hierosolymitanæ synodi decreto apud Treviros in Gallia exsulare jussus est.

Cum itaque hæc Eusebianis pro animi sententia successissent, majore τῆς καινοτομίας seu novandarum rerum studio exarserunt. Siquidem Eusebius et Theognis eo ad suam nequitiam pellecto, cui Nicænæ synodi acta imperator servanda commiserat, propria chirographa deleverunt, deinceps-que publice profiteri cœperunt, Filium ejusdem cum Patre substantiæ consendum non esse. Quod cum graviter et iniquo animo ferret Constantinus, eos ad sua redire jussit.

Verumenimvero illi ad imperii consortes se receperunt, contractaque cum illis familiaritate, pristinam παῤῥησίαν, seu dicendi libertatem, resumpserunt, et in Athanasium Magnum calumnias et insidias instruere, atque adeo antisynodos adversus illum cogere cœperunt. Hinc porro corum libertati plurimum incrementi accessit.

Arianus presbyter in Constantiæ imperatoris sororis familiaritatem se insinuaverat. Hic eo tandem licentiæ prorupit, ut libere cum ea colloqueretur, Ariumque injuste et per invidiam Ecclesia ejectum esse diceret. Quibus verbis adducta, presbyterum in familiam ascivit. Cum autem hæc tam gravi morbo laboraret, ut jamjam moritura videretur, a Constantino fratre, qui illam id temporis inviserat, extremum hoc beneficium petiit, ut presbyterum illum inter familiares haberet, eique

tanquam orthodoxo crederet. Quod ad seipsam attineret, hanc sibi vitam curæ amplius non esse. Fratri autem ne quid adversi contingeret, perhorrescere, quippe qui viros bonos injusto multaret exsilio.

Ab eo tempore imperator, presbytero in familiarium numerum allecto, mandatisque sororis ei communicatis, facile tandem eo adductus est, ut Arium ab exsillo revocaret, juberetque, ut scripto, quid de Numine sentiret, profiteretur. Hic autem pristinam illam verborum a se ipso inventorum novitatem fugiens, aliam fidei confessionem contexuit, simplicibusque verbis exaravit. Una porro cum illo Euzoius diaconus erat.

Imperator itaque illos ea sentire suspicatus, quæ cum Nicæna synodo consentirent, episcopos Hierosolyma convenire jussit, ut perspecta illorum confessione humanius de illa decernerent, Itaque Eusebiani opportunitatem nacti, Ario et Euzono justificatis, Athanasium condemnarunt, qui illos non admisisset. Cum autem hic ad imperatorem confugisset, eique de iniquo illorum judicio renuntiasset, imperator comminatorias ad eos litteras misit. Territi ergo Constantinopolin advolarunt, ubi non paucis adversus Athanasium criminibus conflictis, imperatori tandem persuaserunt ut eum in Occiduæ Galatiæ civitatem Tiberim (62) relegaret.

CAP. XI.

De Arii Alexandrina communione pulsi, nec ad Constantinopolitanam, nisi vi, viæ, et præter orthodoxorum sententiam admissi, pudenda morte.

Postea cum Arius hac impunitate proposita, Alexandriam venisset, nec eum Alexandrina Ecclesia in communionem recepisset, Constantinopolin rediit, ubi Eusebianorum opera rursus in conspectum imperatoris venit : eumque Constantinopoleos Alexander admittere cogitur. Qui cum eo adduci non posset, imperator gravioribus his eum verbis allocutus est :

Videmini mihi, inquit, invidia bellum in viros movere, quandoquidem eorum qui docere possunt neminem in ecclesiasticum cœlum admittere vultis.

Quorum verborum aculeo compunctus Alexander, bene secum actum iri ratus est, si rem totam divinæ providentiæ committeret, Ariumque rogavit, ut Nicænæ fidei subscriberet, nec id sine jurejurando, quo se citra dolum subscribere confirmaret, veraque adeo fide adductum, et eorum pœnitudine, quæ antea per ignorantiam effutiverat.

Cum itaque Arius expedite subscripsisset delatumque jusjurandum adjecisset, scripto accepto Alexander in Dei templum ingressus est, et oravit, Die autem Dominica instante, qua quidem, ut decretum fuerat, suggestum conscensurus erat Arius, ut presbyteri munere denuo cohonestaretur sedibus egressus, ut in ecclesiam se conferret, parvulo quodam puro solum comitante, cum pervenisset ad Signa, locus hic est urbis Constantinopoleos, ita dictus, hec procul a Purpurea columba dissitus : ea, inquam, cui maxima Constantini statua imposita est, quæ Ἀνθήλιος hoc est oriënti soli opposita, dicitur (quæ terræ motu etiam confracta est, imperante Comnenorum primo Alexio), alvi tormínibus foricam ingredi coactus est, ubi naturalis excrementi loco disrupta intestina egessit.

Theodoritus porro auctor est, Athanasium Magnum in Epistola ad Appionem de his hunc in modum scribere :

Arius opera Eusebianorum ab imperatore Constantino accitus fuerat. Ingressum itaque rogavit imperator, num Ecclesiæ catholicæ fidem amplecteretur. Quem, cum ex orthodoxæ fidei præscripto se credere jurasset, fidemque scripto professus esset, conflictis Scripturarum vocibus, mox dimisit, dicens : Si recta est fides tua, pulchre jurasti ; sint secus se res habeat, Deus e cœlo facta tua judicet.

Egressum autem eum Eusebiani vi, pro more suo, in Ecclesiam introducere gestiebant. Alexandro autem Constantinopoleos episcopo reluctante, hunc in modum comminabantur : *Quemadmodum* nolentibus vobis ab imperatore vocatus est, ita et in hanc Ecclesiam introducetur. Die porro Sabbati dicta sunt hæc.

Quibus Alexander perculsus in ecclesiam se recepit, ubique humi abjectus, lacrymasque profundens, hoc dilemmate Deum oravit : Si *Arius erit* ad synaxin introducatur, arcana quadam *dispensatione* (impervestigabilia enim judicia tua) dimitte me servum tuum, neque pium una cum impio perdas. Quod si Ecclesiæ tuæ parcis, respice ad Eusebianorum verba, Ariumque de medio tolle, ne si in Ecclesiam ingressus fuerit, hæresis quoque una cum illo ingressa videatur.

Hæc precatus in ædiculas suas lacrymas squalidus se recepit. At Arius imperatoris promissa firma fore ratus, sub diluculum prodiit, moxque ad alvum egerendam publicas foricas ingressus est, relicto foris famulo, qui sequebatur. Intestinis porro conjestim dissolutis et egestis, ille intus *sedens* exclamavit. Cum autem ii qui una cum illo *sedebant*, id affectionis conspicati essent, et exclamassent, puer accurrit, mortuumque conspicatus, *id* quod acciderat propinquis ejus renuntiavit.

Hæc itaque θεήλατος, seu divinitus immissa plaga, simul atque celeberrimam hominum frequentia civitatem pervagata est, concursus ab omnibus in divinum templum factus est. Quibus uti primum et imperatoris promissum et sacerdotis preces innotuerunt, Ecclesiarum quidem præfectum collaudarunt, Arium vero propter hæresin exsecrati sunt.

(62) Tiberim corrupte Nicetas pro Treverim habet, nam Sozomen. lib. II, c. 28, Τρίβειρον appellat.

CAP. XII.

De paralogistica Eusebii Nicomediensis episcopi ὁμοούσιον *in* ὁμοιούσιον *mutatione, cui Constantius imperator et duodecim pluresque episcopi subscripserunt.*

Sciendum porro est, quod cum impius Arius Filium Dei creaturam diceret, ejusdemque cum Patre substantiæ negaret; contraque Nicæni Patres eum ὁμοούσιον, seu substantia Patri conjunctum, eademque cum illo natura præditum esse profiterentur, tandem qui ab Eusebio Nicomediensi stabant, ὁμοιούσιον vocabulo, quod nusquam in Scripturis reperiretur, exploso, ὁμοούσιον introduxerunt. Quæ quidem in verba imperator Constantius, episcopique permulti jurarunt, quorum hæc sunt nomina:

Georgius Laodiceæ, quæ in Syria est, episcopus: Basilius Ancyræ: Eustathius Sebastiæ: Eleusius Cyzici: Sophronius Pompeiopoleos, quæ in Paphlagonia est: Cyrillus Hierosolymorum: Salvanus Tarsi: Dracontius Pergami: Heortasius Sardium: Neon Seleuciæ, quæ est in Isauria: Elpidius Salalorum: Theophilus Gabalorum, et alii non pauci: qui quidem Ἡμιάρειοι, seu Semiariani dicti sunt, quia cum Arius Filium creaturam Patrique prorsus ἀνόμοιον seu absimilem diceret, hi neque ὁμοούσιον cum Nicænis Patribus, Ario hac in re faventes, neque creaturam aperte profiteri hominum metu audebant, sed opinionem mediam secuti ὁμοιούσιον, seu similis cum Patre substantiæ dicebant, ὁμοίου, seu similis, appellatione Filium Patri similem, non naturali, sed imaginaria quadam similitudine significantes, οὐσίας autem seu essentiæ nomine, dogmatis absurditatem contegentes; atque idcirco impietatem quidem Arianam ex animo prorsus amplexi, ita tamen, ut ex dimidio id agere viderentur, quia non aperte Filio creaturæ nomen tribuerent.

CAPUT XVIII.

De Acacii ὁμοίῳ *cui viginti pluresque, subscripserunt episcopi, eique contrario Aetii* ἀνόμοιον, *unde Homœanorum et Anomœanorum appellationes deductæ.*

Nec vero defuerunt, qui majore impudentia laborantes, neque ὁμοούσιον neque ὁμοιούσιον, sed ὅμοιον seu similem, simpliciter et absolute dicerent, eodemque prorsus modo, quo imagines archetypis suis similes esse dicuntur, quorum duces et auctores fuerunt Acacius Cæsareæ, quæ in Palæstina est, episcopus: Georgius Alexandriæ: Eudoxius Antiochiæ: Uranius Tyri: Patrophilus Scythopoleos: Theodulus Chæretoporum Phrygiæ: Theodosius Philadelphiæ, quæ est in Lydia: Evagrius Mitylenes: Leontius Tripoleos Lydiæ: Phœbus Silandes Phrygiæ: Eutychius Eleutheropoleos Syriæ: Eustathius Epiphaniæ: Augarus Cyri: Valens Sigedonis, quæ in Pannonia est. Ursacius Mursæ: Eusebius Seleuciæ Syriacæ: Germinius Sirmii: Auxentius Mediolanorum: Demophilus Berrhœæ: A Basilius vel Basiliscus Cauniorum Lydiæ, et cum his alii.

Nonnulli quoque fuerunt, qui Filium Patri ἀνόμοιον seu dissimilem, publice profiterentur: quemadmodum Aetius, et ejus consortes.

CAP. XIV.

De duabus duarum Ariminensis et Seleucianæ synodorum indicendarum causis: priore, ut controversia super Ariano dogmate componeretur; posteriore, ut trium episcoporum, Eustathii, Cyrilli, et Macedonii causæ discuterentur. Primumque de quatuordecim criminibus, quibus Eustathius impetitus est.

Visum est itaque Constantio imperatori cogendas esse synodos, alteram quidem Occidentalium episcoporum apud Ariminum Italiæ; alteram vero B apud Seleuciam Isauriæ, quæ τραχεῖα seu aspera dicitur, tum propter hæc dogmata, tum propter quasdam criminationes contra episcopos intentatas, quæ synodica animadversione compescendæ viderentur: ut contra Eustathium Sebastiæ, Cyrillum Hierosolymorum, et Macedonium Constantinopoleos episcopos, qui variis fuerant impetiti criminibus.

1. Eustathius quidem, quia cum presbyter esset ab Eulalio Patre, Cæsareæ, quæ in Cappadocia est, episcopo jam olim judicatus fuerat, et a publicis precibus ejectus.

2. Et quia postea damnatus a synodo fuerat, quæ ad Neocæsaream Ponti, ante magnam illam Nicænam, coierat, de iis consultatura, qui persecutione grassante lapsi fuerant.

C 3. Quin et Eusebius, primum Nicomediæ, deinde Constantinopoleos episcopus, eum de gradu dejecerat.

4. Postremo, qui in synodo Antiochena perjurii convictus fuerat, multaque alia, si Socrati credimus, præter ecclesiasticos canones designat.

5. Cum nuptias prohibuisset.

6. A cibis abstinere jussisset.

7. Servos a Dominis, prætextu pietatis, abire;

8. Mulieres et viros comam detondere monuisset.

9. Ipse etiam philosophi Græci habitum gestaret.

10. Asseclasque suos hortaretur, ut peregrinum itidem cultum assumerent.

11. Indicta jejunia negligeret.

12. Dominicis diebus jejunandum doceret.

D 13. Preces, ne in conjugatorum ædibus fierent, prohiberet.

14. Denique, presbyteri uxorem habentis, quam laicus exsistens duxisset, benedictionem adversandam et devitandam esse profiteretur.

CAP. XV.

De Cyrilli Hierosolymorum episcopi, ab Acacio competitore in jus vocati, quamlibet contumacis, ad majus tribunal provocatione.

Quæ autem adversus Cyrillum instructa sunt, huno in modum se habent. Macarius Hierosolymorum episcopus, qui Nicænis Patribus consederat, Maximum confessorem, cui dextrum oculum Ma-

dum exasperarunt : atque ita legatos ejus re infecta remisit. Ursacius ergo, hac licentia proposita, in oppidum Thraciæ nomine Nicen pervenit, Ariminensisque fidei expositionem in Græcum idioma transfusam, deinde subadulteratam et corruptam ita in vulgus emisit, ac si ab universali synodo, quæ Nicem convenisset, proficisceretur, similitudine nominis simplicioribus et rudioribus os oblinere conatus, eam esse fidei expositionem reputaturis, quæ apud Bithyniæ Nicæam edita esset.

Cum autem synodum tam duturnæ apud Ariminum more jam tæderet, quia imperator eam responso dignatus non fuerat, ii qui Filium Patri ὅμοιον, seu similem, profitebantur, nescio quos submiserunt, qui cum Patribus Ariminensibus consultarent, tanquam indignum esset, ut unius nominis ergo, nimirum οὐσίας, seu substantiæ, a totius orbis sacerdotibus dissiderent. Quorum ratione adducti Patres Ariminenses, scriptum collaudarunt quod Ursacius Mursæ, et Germinius Sirmii elaborarant. Qui veriti, ne secundi a synodo ad imperatorem missi legati, ei explanarent, quænam episcoporum Occidentalium ab initio instantia, sublatique homousii causa fuisset, eos hiemis prætextu apud Thraciæ Nicen detinuerunt, persuaseruntque, ut quod ediderant scriptum, Græce interpretarentur. Quo facto, mox ad Orientis episcopos miserunt. Atque hæc quidem hunc in modum gesta sunt.

CAP. XVIII.

De Seleuciana centum sexaginta episcoporum antisynodo, in qua Homœanorum ab Homœusianis et Anomœanis secta divisa est ; Acaciusque Homœanorum dux et auctor in exsilium actus.

Nec vero ita multo post episcopi circiter centum et sexaginta Seleuciam Isauriæ convenerunt, quibus se adjunxit quidam vir illustris, et qui multum in aula imperatoria poterat, nomine Leonas, et Lauricius provincialium militum dux, qui ab imperatore jussus fuerat, suppetias Leonæ ferre, si opus esset. In prima autem sessione, duas in partes repente divisi sunt. Atque uni quidem præerat Acacius Cæsareæ, quæ in Palæstina est, episcopus, ejusque consortes, duobus et triginta plures : alteri autem Georgius Laodiceæ, quæ in Syria est, ejusque consortes.

Atque hi quidem in cæteris omnibus Nicænæ synodo subscribentes unicam *homousii* dictionem improbabant, ὁμοιούσιονque Patri Filium dicendum esse profitebantur. Acaciani vero in ea erant hæresi, ut et *homousio* et *homœusio* ex æquo rejectis, tanquam dictionibus, quæ a Scripturis alienæ prorsus essent, imo etiam ἀνομοίῳ antiquato, Filium Patri ὅμοιον, seu similem palam assererent. *Est* enim, ut Apostolus alicubi ait, *imago Dei invisibilis* [35].

Interrogati vero quatenus eum Patri similem dicerent, Voluntate sola, respondebant : substantia vero non item : quæ cum utramque in partem agitarentur, dimissa est synodus.

Cæterum Acaciani cum iis a quibus dissentiebant, ulterius considere noluerunt. Quapropter illi congregati Acacium et ejus consortes deposuerunt : inter quos erat Eudoxius Antiochiæ, loco cujus Adrianus vel Abianus, Antiocheni cleri presbyter, suffectus est : qui confestim a Leona et Lauricio in exsilium missus est.

CAP. XIX.

Constantius imperator Aetio Anomœanorum hæresiarcha in exsilium acto, Ariminensi fidei pro Nicæna suppositæ subscribens, Acacianorum Homœanorum hæresim amplexus est.

Cum autem Constantius imperator ab Occiduis partibus Constantinopolim rediisset, primumque adeo ejus urbis præfectum Honoratum nomine constituisset, atque proconsultatus magistratum antiquasset, Acaciani eo propere venerunt, et ex aulicis alios quidem suam in sententiam pellectos sibi conciliantes, alios autem ecclesiasticis bonis ita corrumpentes, hac arte sibi ad imperatoris aures viam aperuerunt, atque eos qui diversæ partis erant calumniati sunt : quorum decem ad imperatorem venerunt. Quibus præsentibus una cum decem aliis ab Ariminensi synodo missis, imo aliis quoque tunc in aula forte versantibus, mandavit imperator, ut super Aetio anquireretur.

Quo facto Aetius quidem, qui Filium Patri νόμοιον, seu dissimilem profitebatur, in exsilium ejectus est. Acaciani autem ex composito præ meditataque fraude perfecerunt, ut fidei expositio legeretur, quæ Arimino allata fuerat, in qua ex Valentis et Ursacii ambitu, ὁμοουσίου nomine deleto, ὅμοιον, seu similem secundum Scripturas reposuerunt.

Quam imperator quoque lectam amplexus est, et quanta esset illa præsulum multitudo, qui Ariminum convenerant (quadringentos enim fuisse præmonui, secum reputans) nec se aberraturum causatus, si Filium Patri similem esse diceret, præsertim cum et ὅμοιον, et ὁμοιούσιον, et ὁμούσιον, idem significent. Cum itaque ea in sententia esset, jussit episcopos unum idemque sentire super eorum confessione, qui ad Ariminum convenerant : subscripseruntque cum alii, tum decem illi qui Seleucia adventaverant, quin et Maris Chalcedonis, et Ulphilas Gothiæ, quamvis prius cum Theophilo sentiret, in cujus episcopatum successerat, qui Nicæna in synodo præsens scripserat.

CAP. XX.

Quinquaginta episcopi Acaciani seu Homœani, Anomœos undecim episcopos ob certa quædam crimina potius quam dogmata deposuerant.

Ut in summa dicam, quinquaginta episcopi cum Acacio hanc fidem confirmarunt, deinde eorum qui Seleuciam convenerant, nonnullos deposuerunt : non quod eos super controverso dogmate

[35] Coloss. I, 15.

culparent; sed quod eis peculiaria quædam crimina objicerent.

1. Macedonium enim Constantinopoleos episcopum deposuerunt, abutentes imperatoris ira, qua prædictis de causis excanduerat.

2. Basilium autem Ancyranum, qui Diogenem presbyterum Antiochenum percussisset, calumniis nonnullis impetiisset, aliaque hujusmodi nescio quæ flagitia designasset.

3. Eleusium vero Cyzici, quia Heraclium quemdam Herculis Tyrii sacerdotem incantationum reum, ad Dei ministerium temere provexerat, cum se Christianum esse fingeret.

4. Heortasium porro Sardium, qui præter episcoporum Lydiæ suffraganeorum suorum sententiam electus fuerat.

5. Dracontium item Pergami, quia Galatia Pergamum translatus fuerat.

6. Sylvanum quoque Tarsi, qui multis se contumaciæ ducem et auctorem, tum Seleuciæ, tum Constantinopoli præbuisset.

7. Theophilum præterea Castaballorum, quia Eleutheropoli eo translatus fuerat.

8. Sophronium insuper Pompeiopoleos, tanquam avarum, qui ea quæ Ecclesiæ offerrentur, cauponari tentavisset.

9. Neonem etiam Seleuciæ Isauricæ, qui rudes quosdam, et sacrarum Litterarum juxta et cæremoniarum ignaros, ad episcopatus provexisset. At nostro hoc tempore analphabeti prorsus primorumque elementorum grammatices ignari episcopi creantur, modo sigillum seu chirographum depingere norint.

10. Quin et Elpidum Batalorum, qui Eusebium antea depositum presbyterio restituisset, Nectariumque quemdam perjurum diaconatus officio dignatus esset.

11. Cyrillum denique Hierosolymorum prædictis de causis.

CAP. XXI.

De nonnullis Episcoporum mutatis sedibus, Meletiique ad Orthodoxos defectione, prædicandæque Homousiæ Trinitatis constantia, tribus expressæ digitis, quo Symbolo etiamnum in benedictionibus orthodoxi utuntur.

Iis hunc in modum depositis, non ita multo post loco Cyrilli Hierosolymorum Ecclesiæ gubernacula suscepit Erenius; et post eum Heraclius deinceps-que Hilarius, usque ad Theodosii imperatoris tempora, quibus Cyrillus suam in sedem postliminio rediit. Theophanes autem Chronographus Hilarium solum Ecclesiæ præfuisse per annos duodecim, denuoque Cyrillum circiter annum Valentis tertium Hilario deposito restitutum fuisse scribit. Loco autem Eustathii Sebastianæ Ecclesiæ præfectus est Meletius, ille vero Sebastia Syriacam in Berrhœam translatus est. Qui cum ad Seleuciæ synodum venisset, Acacianorumque fidei subscripsisset, ea in sententia Berrhœam reversus est.

Convocata autem Constantinopolim synodo, et Eudoxio in ejus sedem translato, placuit ut Berrhœa quoque Meletius Antiochiam transferretur, quippe qui in Eudoxii Acaciique sententiam pedibus iret: at illorum exspectationem frustratus est. Defecit enim ad Orthodoxos, et Filium ejusdem cum Patre substantiæ esse docere cœpit. Cum autem archidiaconus accurrisset, docentisque os manus obtentu præclusisset, ille propria manu apertius quam voce, animi sui sensa patefacit: tresque salos diducens digitos, illos denuo in unum cum cæteris adduxit: unum Deum hac manus figura subindicans, populo velut in imagine delineans ea, quæ et sentiebat, et dicere gestiebat.

Quæ cum primum renuntiata Constantino *fuerunt*, ille Meletio exsulare jusso, Euzoium, qui cum Ario de gradu dejectus fuerat, in illius locum surrogavit.

CAP XXII.

De Arianorum Domœanorum in Anomœanos et Exucontios, qui Christum ἐξ οὐκ ὄντων, *asserarent, subita mutatione.*

Acaciani autem pœnitudine ducti, quod Filium Patri prorsus ὅμοιον, seu similem asseruissent, Antiochiam, quæ in Syria est, se contulerunt. Congressique cum Euzoio, ὅμοιον vocabulum ex Ariminensi confessione fidei delendum esse censuerunt cum Filius ἐξ οὐκ ὄντων hoc est ex nihilo, creatus sit, atque idcirco Patri ἀνόμοιος exsistat. Qua in re adjutores habuerunt eos qui ab Aetio stabant. Ex quo factum est, ut qui Ariani antea *dicti* fuerant, Anomœi quoque et Exucontii *ab Aetio* chenis Homousiani dicerentur, a *quibus* etiam interrogati, qui tandem fieret, ut qui sua in fidei confessione Filium ex Deo processisse asseruissent, nunc eum ἀνόμοιον et ex nihilo creatum dicere auderent, respondebant, Paulum quoque apostolum dixisse, omnia ex Deo processisse, Filium autem unum quidpiam ex omnium esse numero; quod in causa fuisse, ut fidei confessionibus hæc verba: *secundum Scripturas*, adjecta essent.

Hujusmodi ergo sophismatis illudere tentabant, graviter tamen et iniquo animo ferentes, quod hæc sententia improbaretur, denuo fidei confessionem legerunt, quæ Constantinopoli confirmata fuerat. Atque ita singuli ad suos episcopatus redierant.

Antiochiæ vero Catholicorum multitudo duas in factiones scissa est, quorum alii Meletium honore summo prosequerentur, alii communionem illius refugerent, hac ratione moti, quod Meletius Arianorum suffragio electus esset, et quod ejus asseclæ ab Arianis baptizati essent.

CAP. XXIII.

De exsulum episcoporum, inprimisque Athanasii, Eusebii, Luciferi, et Hilarii Pictaviensis sub Juliano Cæsare, reditu, Alexandrinaque synodo, et Nicænorum canonum confirmatione.

Cæterum mortuo Constantino Julianus imperii gubernacula suscepit, Constantiique sævitia in

subditos non sine calumniis improbata et damnata, omnes episcopos ab exsilio revocari jussit. Revocati sunt ergo cum alii, tum Athanasius Alexandrinus, et ii qui propter eum in synodo Mediolanensi exsulare jussi fuerant, inter quos erat Eusebius Vercellarum, quæ in Liguria sunt, sive apud Ligures Italiæ populos. Item Lucifer Caralitanorum Sardiniæ, et Hilarius Pictavarum, qui secunda in Aquitania sunt.

Itaque Eusebius et Lucifer a superioribus Thebis redeuntes inter se pacti sunt, ut aliter Alexandriam, alter Antiochiam se conferret, ubi consilium de divinis dogmatis componendis iniretur. Atque Eusebius quidem, simul atque Alexandriam appulit, synodum una cum Athanasio convocavit.

Cum ergo variis ex urbibus episcopi convenissent, Nicænæ synodi decreta confirmata sunt. Deique sermo, qui homo factus est, non solum incarnatus, sed et anima rationali præditus, et perfectus homo communi omnium calculo proclamatus est, atque adeo Spiritus sanctus ejusdem cum Patre et Filio substantiæ esse demonstratus est.

CAP. XXIV.

De Luciferianorum ab Alexandrina synodo dissidentium hæresi, turbisque in Antiochena Ecclesia ortis, et Meletii exsilio.

Cum autem Lucifer Antiochiam ante Meletii ab exsilio reditum adventasset, Catholicosque inter se divisos deprehendisset, facinus haudquaquam pium designavit: electo diversarum partium Paulino episcopo, cujus facinoris Eusebius certior factus aperte quidem non improbavit: Luciferum enim reverebatur; cæterum neutri parti communicavit. Quibus auditis Lucifer indignatus est, atque Alexandrinæ synodi Acta improbare tentavit, vetuitque ne quis Eusebio communicaret, quæ res in causa fuit hæreseos eorum qui ab ejus nomine Luciferiani dicti sunt. Qui enim hæc iniquo animo una cum illo tulerunt, seorsum ab Ecclesia iverunt. Cum autem Meletius Ecclesiam suam revisisset, eosque a quibus amabatur privatim congregatos invenisset, iis præfuit. Ecclesias autem Euzoius religionis Arianæ antistes occupavit. Paulinus autem interiorum Ecclesiarum uni præfectus est, Euzoii permissu, qui Paulinum revereretur.

Cæterum Meletius extra portas civitatis synagogas seu conventicula habuit, usque ad impii Valentis imperatoris tempora. Is enim cum Antiochiam venisset, Paulino quidem, viri vitam moresque reveritus, pepercit, Meletium autem exsulare jussit.

CAP. XXV.

Iterum qui sub Valente ob religionem exsularant sub Gratiano et Valentiniano Juniore revocati sunt. Iterumque turbæ ob Meletium apud Antiochiam exortæ, tandem vix conquieverunt.

Porro cum Valens ipse violenta morte vitam in Mysia abrupisset, Gratianus Valentiniani filius una cum fratre Valentiniano Juniore totius imperii Romani gubernacula suscepit, atque omnes qui religionis nomine a Valente in exsilium missi fuerant, lege data revocavit. Ea igitur lege simul atque Meletius Antiochiam remeavit, gravi quadam contentione populus deferri cœpit. Nam sine ulla mora quotquot ei favebant, nullum non moverunt lapidem, ut Paulino jam decrepito consors et collega corrogaretur. Paulino autem refragante, dicenteque præter canones hoc esse, ut consortem assumat, qui ab Arianis electus fuerit; qui Meletio favebant, plures certe numero, in ecclesiarum suburbanarum una in episcopali cathedra Meletium collocant. Cum autem populus utrinque exasperaretur, resque jamjam ad seditionem ventura videretur, his tandem legibus inter se pacti convenerunt. Congregatis enim episcopatus suffraganeis, iisque numero sex inter quos et Flavianus erat, jurejurando eos obstrinxerunt, neminem prius episcopum creatum iri, quam Paulinus et Meletius e vivis excessissent. Quibus jurejurando confirmatis, mutua inter eos dissensio simultasque conquievit.

CAP. XXVI.

De Constantinopolitana synodo Theodosii Magni jussu coacta omniumque maximis turbis Antiochiæ a Meletii morte ob Flavianum ejus successorem exortis: postremo de Isidoro hieromonacho, quem Damasus Constantinopolitanum creavit episcopum

His ita transactis Meletium rogarunt, ut Constantinopolim veniret, siquidem plerique et alii episcopi eodem in loco congregati ea in sententia erant, ut Gregorius Nazianzo translatus, episcopatui Constantinopolitano præficeretur. Nec ita multo post cum Theodosius Magnus imperator Ecclesiam perturbatam comperisset, synodum Constantinopoli congregavit, ut Nicæna fides observaretur. Qua congregata et finita Meletius ad Deum migravit: cujus corpore Antiochiam translato, Flavianus ejus loco electus est, vivo etiamnum Paulino, præter pacta jurejurando firmata. Ex quo evenit, ut Antiochenorum plerique communionem Flaviani defugerent, privatimque a Paulino convocarentur. Quin ipse quoque antistites inter se dissentiebant. Quandoquidem Ægyptii, Arabes, et Cyprii injuriam Paulino illatam ægre ferebant. Syri autem, Palæstini, Phœnices, Armenii, Cappadoces, Galatæ, et plerique Ponticorum a Flaviano stabant. Nec vero mediocriter infensi erant Romæ episcopus et cæteri Occidentales, atque ad Paulinum quidem, ut Antiochenum episcopum scribebant, Flaviani autem mentionem nullam faciebant: infensique adeo erant Diodoro Tarsi, et Acacio Berrhœæ, qui eum elegissent, nec eos ad communionem admittebant.

Quin et ipsi et Gratianus imperator litteris Orientales episcopos ad Occidentem convocarunt qui ea de re decernerent; at nullus eis morem gessit.

Cæterum patriarcha Photius hujusmodi scholion huic capiti obiter inseruit. Nota Romanæ Alexandrinæque sedis vehementem adversus Flavianum concitationem, quæ nihili tamen facta est, quod præter rationem facta videretur. Quia enim Flavianus a nullo damnatus intra suos fines a suis excolebatur, eo fiebat, ut alienas expostulationes, tanquam septa sua transcendentes, irritas manere facile pateretur.

Mortuo autem Paulino, Flavianum populus iterum aversatus est, operaque et studio effecit, ut Evagrius propriæ parti præficeretur. Qui cum pauco et ipse tempore supervixisset, nullus in ejus locum suffectus est, idque Flaviani opera. Verumenimvero refractarii quidam Flaviano adversari pergentes, privatis conventiculis congregabantur; at ille nullum non rationis funem movit, ut hos quoque sibi subjiceret: quod paulo postea perfecit.

Cum enim Theophilum Alexandrinum sibi obsequio suo amicum parasset, ejus opera cum Damaso Romano in gratiam rediit, profecto ad eum Isidoro monacho et presbytero, qui cum Scetensium philosophorum unus esset, Damaso gratus usque adeo fuit, ut sine ulla mora et confestim illum Constantinopoleos episcopum crearit. Porro Theodoritus auctor est Flavianum non cum Damaso Romano, sed cum Innocentio in gratiam rediisse, idque opera et studio Theodosii imperatoris, missis ad Flavianum Berrhœensi aliisque episcopis. Non desunt, quibus is qui inter Patres Chrysologus dictus est, una cum Theophilo Alexandrino, Acacii Berrhœensis, et Isidori presbyteri studio, gratiam Flaviano conciliasse videatur.

CAP. XXVI.

Invectiva digresso Nicetæ in analphabetos sui temporis episcopos, quorum imprimis opera Andronicus et Alexius Comneni in sacra templorum clinodia invaserunt: cujus sacrilegii Alexius aurea bulla pœnitere se protestatus est.

Verumenimvero impii Arii refutationes interim in alium locum rejiciantur. Quia enim Aetius et Eunomius Arii consortes fuerunt, operæ pretium facturus videor, si quæ ab illis designata sunt, huic historiæ prius inseram: tum deinde ad communem trium confutationem aggrediar. Quod enim jaculum quis in eorum unum paraverit, id vero non absurde in cæteros quoque detorserit. Illa porro inpræsentiarum mihi perpendenda videntur, quæcunque illi, quibus cleri administratio sorte obtigit, adversus eum effutiverunt, a quo ad pastorale munus evecti sunt: et quibus oves suas damnis attriverunt. Imo vero liber quo res ab illis gestæ continentur dilucideque tractantur, cuivis legendas audiendusve patet, quo quidem impietas et abominatio detegitur, qua profani illi episcopi ultro sese involverunt, qui pecunias in usus pauperum destinatas ad privatum fastum, et eorum obsequium, qui consortes imperatorum id temporis erant, tanquam palearum acervos eventilantes, ex iis alios quidem sermonum piorum et simplicitate gaudentium conversionibus, dialecticisque compendiis in perditionis barathrum præcipites dederunt, aliis autem impengentes retusi sunt, non secus atque si in murum Semitamium dentes infregissent (63), quippe qui divitiis eorum prudentiores essent, nec ullis logicorum epicheremata machinis percellerentur. Hos vero synodorum sibi consentanearum convocatione, necnon eorum consensu et favore qui multa possent apud imperatores atterere prorsus conabantur, nec solum suis eos sedibus et ovilibus deturbabant, sed etiam quo jure quaque injuria semper e medio tollere meditabantur, nonnullos etiam commentis dolis et sycophantiis impetebant, et hujusmodi artibus optata consequebantur; cum justitia subsannet eos, judiciis ei soli cognitis, cui quoties peccant homines in iram excandescere non placet (64), at in plerisque vel in diuturnum tempus de iniquis facinoribus pœnas repetere differt. Hunc *in modum* pastores desipiebant, nec eorum *pauci* vineam Dei corrumpebant. Quocirca Dominus graviter id molesteque ferens per prophetam exclamat: *Væ qui pascunt seipsos*[36]. Imo si quis penitius exploret, ea quæ hujusmodi temere designarunt, et *adversus* Deum innumeris modis prolocuti sunt, *eos ne* seipsos quidem pascere, nec ovile *tantum* negligere, sed et seipsos et suum gregem a Deo distraxisse, gregemque nullo non herbæ lethalis et mortiferæ genere pavisse, nullo non denique turbido nec feculento flumine adaquasse comperiet, ex quo ipsi quoque poculum porrigant, tanquam duces gregis arietes, quibus sonora sacerdotii crepitacula incassum appensa sint. Cæterum quamvis omnia ita tractarent, ut unde nil præter privatam accusationem, et animæ plerorumque perditionem consequerentur, nonnulla tamen utilia amplexi quoque sunt. Ita ut ex eis tanquam spinis rosas decerpere, et tanquam serpentum carnibus panaceam salutarem conficere liceat, tunc, inquam, *cum et* pastores et pastorum mercenarios deposuerunt, quotquot fidei rudes et ignaros deprehenderunt, nec idoneos qui fidei catholicæ præcepta subditis suis ex eorum præscripto explicarent.

Verumenimvero a nonnullis quoque accusati sunt, quod percussores et rapaces essent, quod eos qui de gradu dejecti fuerant ad communionem admisissent, quod seditiones concitassent, quod

[36] Jerem. XIII, 1; Ezech, XXXIV, 2.

(63) Alludit ad Horat.: *Fragili quærens illidere dentem.*
Offendet solido.

(64) Ovid. *Si quoties peccant homines sua fulmina mittat.*
Jupiter, exiguo tempore inermis erit.

denique in opibus, elementis et principiis ea quæ in vita facturi essent præmunissent : quæ quidem si cum cæteris Ecclesiæ cæremoniis, quæ communi utilitati consulunt, non evanuissent, imo si nullus in hodiernum usque diem ea transgressus esset, quæ recta ratio præscribit, et quæ recte a piis Patribus jam olim sancita sunt, haudquaquam nescio quibus glebarum occatoribus, vectigalium redemptoribus, ferarum venatoribus, publicis procerum aulicorum consortibus, dogmatum fidei prorsus ignaris, incantatoribus denique et raptoribus episcopales sedes committerentur (65-66) : nec iis qui ut hoc quoque dicam, subditos suos, quibus pascendis præfecti sunt, multo violentius expilant, quam publici vectigalium exactores, dum tributariorum debitum non superficiaria lana, mulgendoque lacte tenus definiunt, sed etiam :

Tergora diripiunt costis, et viscera nudant.

Ex quo evenit, ut pristina illa regum objurgandorum dicendique citra pudorem quidlibet coram eis libertas prorsus illis perierit, paucique adeo illos jam reverentur : atque ex consequentia maximum illud pontificiæ dignitatis decus eviluerit, ejusque loco ea introducta sint, quæ veros pontifices omnino dedecoant : cujusmodi sunt imperatoribus assentari, et servili more quæcunque ab illis dicuntur aut fiunt approbare, quamlibet illa flagitiis omnibus flagitiosiora sint.

Ut taceam, quod nobis quoque, qui magistratibus fungimur, libertatem omnem dicendi abstulerint, atque nos ex sublimi dignitatis gradu deturbaverint, et humi prostraverint, eo denique adegerint, ut una cum illis Melitæorum catellorum more imperatoribus blandiri coacti fuerimus. Nam quid aliud, quæso, fecissemus, cum primariæ sedis pontificem et cæteros, ut ordine subsequuntur, episcopos, unico nutu et verbo permisisse videremus, ut sacra clinodia avellerentur (67), gentibusque tanquam canibus ad epulas parandas exponerentur : cum sua cuique privato, imo reipublicæ quoque ipsi, ut ita dicam, sarta tecta et integra manerent, et in futuros usus a suis possessoribus reconderentur ?

Omnino si temere restitissemus, obtorto haud dubie collo de tribunali dejecti fuissemus. Illud enim exemplum impudentiæ, qui nobis id temporis assidebat imperator nihil non eorum quæ petebantur, ultro concedebat. Quare si quis affectu omni semoto, rem penitus perspicere velit, ecclesiasticos haud dubie plura designasse flagitia comperiet, quam imperatoris (68) aulicos et satellites. Hi enim quæcumque imperii magnitudo, potestatis præcellentia, et voluntas tulit, ea per fas et nefas designaverunt ; hi autem et coadjutoribus suis domesticis, illis quidem hostibus, et aulicorum plerisque perniciei auctores exitiique fuerunt ; quippe qui tanquam Deo succenturiati opitulatores, jus persuadendi haberent, quique nihil absque divino instinctu aut dicere aut agere censerentur. Pauci enim sunt, qui per fenestram pectoris introspicere, cordiumque cogitationes perspectas habere queant. Sed hæc hactenus ; ne quibus forte propria peccata in tergum rejicere, aliena vero anteriore manticæ parte gestare, eaque curiosioribus oculis inspectare videar.

CAP. XXVIII.

De Semiarianorum episcoporum hypocrisi, præcipuisque hæreseos eorum capitibus.

Ut ergo unde digressa est, eo se referat oratio, videamus quæ et qualia fuerint illa verba, quæ Arianæ luis propugnatores adversus Christum conceperunt, et pepererunt, frequentibusque synodis convocatis, omnium auribus exposuerunt, denique tanquam orthodoxa confirmare ausi sunt, quamvis interim nihil nisi meram impietatem spirarent, tanquam adulterina et ab Ecclesiæ apostolicæ placitis aliena. Ac primum quidem quis Theognin Nicææ, Eusebium Nicomediæ, atque Eusebium Cæsareæ, quæ est in Palæstina, non accuset ? qui illiberali et pontificibus indigno sensu præditi fuerint. Cum enim hæreticæ factionis essent, vererenturque ne propriis Ecclesiis exciderent, aut infamia notarentur, Arium simulate abjurarunt : pauloque post, more canum ad proprium vomitum reversi, Arii depositioni non consenserunt, sed resilientes nullum exinde fidei catholicæ impugnandæ, piorumque oppugnandorum finem fecerunt. Hinc fraudulenta illa contra Eustathium consilia, hinc frequentes illæ synodi, quibus ὁμοούσιον dictio tanquam a Scripturis aliena censebatur apud illos et explodebatur, ejusque loco nunc ὁμοιούσιον, nunc ὅμοιον, alias etiam ἀνόμοιον, obtrudebatur : quæ omnia Filium a substantia Patris alienum faciunt. In ea enim sententia erant, ut Pater prima ei propria substantia diceretur, Filius autem secunda. Atque Patrem quidem Deum proprie dicebant, Filium autem per homonymiam, hoc est, æquivoce, nominis substantiæ et deitatis participem esse. Verbi, gratia Deum Patrem dogmatis suis animato animali, Filium autem inanimo et picto simile esse fingebant.

Quocirca Patrem Deum proprie, ut diximus, Filium vero, quamdam Deitatis imaginem nominabant : ita ut incassum Filio et divinitatis et substantiæ nomen affingerent. Quia enim Filium a Patris substantia sejungebant, Patremque Deum proprie nominantes, Filium ab ejus essentia profitebantur alienum, eo fiebat, ut cum frustra et

(65-66) De hujusmodi *phorologis* Chrysost. in comparatione regis ad monachum.

(67) Sacrorum vasorum distractionem intelligit cujus Alexius Comnenus in Aurea Bulla meminit.

(68) Andronicum intelligit, de quo Michael Choniates in Monodia.

sine hypostasi Deum dicerent, atque adeo ejus duntaxat homonymiæ ratione, qua inter se vivus homo et pictus conferuntur, hominisque vocabulo æquivoce designantur. Eo erga vana perversorum hominum cogitata, ὅμοιον et ὁμοιούσιον spectabant. Qua de causa Semiariani quoque dicti sunt. Quia enim Patrem et Filium ad inæqualitatem redigebant, Patrique hoc tribuebant, ut supra omnem essentiam, ut ingenitus, ut æternus esset ; Filioque contra, ut creatus, ut postea esse cœpisset, fuisse denique tempus, quo non fuisset, idcirco ferre non poterant, ut ὁμοουσίου dictio, fidei symbolo insereretur, qua quidem Filium unius et ejusdem cum Patre substantiæ esse profitemur, hac arte satagentes, ut suam in hæresin opinionemque perversam episcopos omnes latenter pellicerent, qui quamvis pietate cohonestarentur, morumque simplicitate gauderent, verborum tamen strophis seu inversionibus et sophisticis compendiis haudquaquam invigilarent, dicentesque nihil esse discriminis inter ὁμοούσιον, ὁμοιούσιον et ὅμοιον, cavendumque nobis esse, ne dictionum novitate scandala Ecclesiis suborirentur et coalescerent : quarum quidem dictionum lenocinio impietatis escam obducebant, multosque exitii cassibus implicabant.

CAP. XXIX.

De Semiarianorum proceribus: *falsaque dictionum* ὁμοουσίου *et* ὁμοιουσίου *interpretatione.*

Jam vero qui talia confingebant, proceres impietatis primariique auctores erant, ut qui cæteros id temporis hæreticos religione doctrinaque præcellerent. Eusebius, inquam, Nicomediæ, et Eusebius Cæsareæ, quæ in Palæstina est, is qui ecclesiasticam conscripsit historiam ; Theognis item Nicææ, et cæteri, qui horum sententiis et placitis subscribebant. Magna enim cum impudentia ὁμοούσιον de corporibus proprie intelligi et dici profitebantur, ut de homine et cæteris animalibus, de arboribus item et plantis omne genus, quibus communicatio et ortus ex similibus est : ὁμοιούσιον autem rebus incorporeis insitum esse, et de ipsis proprie dici, ut de Deo et angelo, item de utroque propria in essentia intellecto.

Et quamvis sibi satis conscii essent veritatem se alio modo habere, falsis tamen ratiocinationibus abutebantur, ut eos dictis suis irretirent, qui verborum suorum sensum assequi non poterant. Quandoquidem ea quæ obtrudunt puerilia, et ab Ecclesiæ sensu aliena sunt. Nec enim rerum apparentium nomina seipsis solis circumscribenda sunt ; sed ad ea quoque traducenda, quæ intellectu percipiuntur. Quod enim inde subveremur, periculum nullum prorsus est, nisi qua in parte intellectum ipsum mutilemus. Si quis enim de angelis ὁμοουσιοτητας, hoc est, consubstantialitatem, imo vero de plantis etiam et animalibus dixerit, haud quaquam a vero aberraverit : quemadmodum de *Filio* et *Patre* quoque dici potest. Hæc enim est quarumvis rerum essentiæ natura, ut quod genitum est ei a quo genitum est simile fiat, et prout eadem utriusque essentia est, eodem quoque honore afficiatur ; nec illius quidem potior, hujus vero deterior, aut illius quidem antiquior, hujus vero recentior essentia dicatur. Nam formæ generis æqualiter ab eo procedunt, eodemque naturæ communis honore condecorantur : ut omnes homines communione definitionis conveniunt, quamlibet in plurima individua divisi sint. Quæcumque ergo ad unum aliquem terminum reducuntur, ejusque capacia sunt, ea etiam proprie homines, vel equi, vel boves, et, ut ita dicam, plantæ et arbores dicuntur, omninoque ὁμοούσια, hoc est essentiæ communione constantia dici poterunt. Quæcumque vero termini capacia non sunt, puta hominis vel animalis alicujus, nomine autem solo homines vel aliquod aliud animal appellantur, ita nec homines proprie nec animalia dici a quoquam poterunt : atque ita nec ὁμοούσια vocabuntur, qualis est pictus equus et homo ; quia nimirum ne ad formam quidem suam referuntur, nec proprii termini capacia sunt, puta ratione præditi, et morti obnoxii, atque *mentis scientiæque capaces* : vel etiam hinnibilis, rationeque carentis. Quidquid enim ad hominis alicujus vel equi similitudinem statuarius efformaverit, depinxeritve pictor, hominem quidem dicere poteris, quia figura formam imitata sit ; at *minus* proprie, sed abusive et æquivoce ; nec enim *ejusdem* cum forma definitionis particeps est : *quia* statua non est animal ratione præditum, morti obnoxium, mentis et scientiæ capax ; nec etiam hinnibilis et quadrupes, qualis est vivus equus, nec

Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.

Hinc ergo consequitur, ut quemadmodum nobis hominibus, itemque singulis angelis, ipsisque ad animalibus, una quæpiam specifica essentia insita est : ita etiam in tribus personis, Patre, inquam, Filio, et Spiritu sancto, una essentia, divinitas, et natura insit. At impii, illi Eusebii, hæreticorum primitiæ, dum vocabulum Deus primæ patris essentiæ tribuunt, eumque alterius essentiæ, atque alterius item Filium quasi quibusdam gradibus esse statuunt, ὁμοούσιον quidem abrogant, eoque pro virili parte adnituntur, ne qua illius mentio supersit : at loco illius ὅμοιον et ὁμοιούσιον obtrudunt, et si non reipsa, saltem verbo Filium essentia Patri similem profitentur. Sed de his tunc apertius tractabimus, cum ad Arii ejusque consortium et asseclarum opiniones refutandas aggrediemur. Hic autem locus postulat, ut ea commemoremus, quæ de Aetio et Eunomio circumferuntur

CAP. XXX.

De Aetianus et Anomœis, quibus Eunomiani quoque accensentur. Aetii vita et moribus. Stephani et Onagri tendiculis in episcopos aliquot orthodoxos. Leontio evirato. Antiphonarum ecclesiasticarum origine.

Quæ de Aetio et Eunomio circumferuntur, ea Gregorius quidem Nyssenus, Theodorusque Mopsuestenus pluribus, Epiphanius autem Cypri, Theodoritus Cyri, et ecclesiasticarum Historiarum scriptores succinctioribus verbis prosecuti sunt, ex quibus omnibus ea mutuati sumus, quæ nobis utiliora et accommodatiora visa sunt.

Sciendum itaque est, Aetium Antiochiæ, quæ in Syria est, ortum fuisse, atque, ut Nyssenus auctor est, mulieri cuidam Ampelidi nomine serviisse, cum fabrilem artem exerceret, parvoque malleo et parva incude vasa ærea detrita resarciret, tum foramina obturans, tum liquefactum stannum eis infundens, lebetum denique ventribus infuso plumbo mederetur. Ut autem Mopsuestiensis auctor est, patre ille libero quidem, at aurifice papilionario, hoc est, ædibus carente, sed papilionem seu tabernaculum pilis et setis contextum, ideoque vile, circumferente, atque adeo circumforaneo, et minutiis quibusdam frivolisque operibus victum in diem sibi comparante, natus est. Quem cum filius sequeretur, eum in artificiolo hoc suo instruxit, imo vero primis quoque litterarum rudimentis illum instituere conatus est, eatenusque promovit,ut contractuum verba describere posset. Quod autem Aetius aurifex fuerit, ejus quoque consors Philostorgius tertio Historiæ suæ libro auctor est: « Cum itaque, inquit, animum Aetius ad aurificium appulisset, summus evasit aurifex. Cum autem operum sibi commissorum quodpiam adulterasset, acribus, ut par est, flagris dissectus est. Postea cum se hac arte tenuiter juxta et sordide vivere,christianos autem summa cum humanitate quosvis, maxime autem quæ religionis homines excipere videret, arte relicta, mutatoque habitu, philosophicam atque adeo christianam vitam ementitus, multos asseclas invenit. Tum vero Alexandriam profectus, cum paucos aliquot dies Aristotelicis argutiis ediscendis transegisset atque aliquis esse videretur, quæ hominis indoles, dicacitas et impudentia erat, non paucos laudum suarum buccinatores habuit. Cum autem eximius Arii dogmatum propugnator esset,illis quidem subscripsit,ab Arianis vero secessit, quod Arium ad communionem admississent, qui in fidei confessione ad imperatorem Constantinum scripta pejerasset, atque alia cogitans, alia prolocutus esset. Postea vero Alexandria discedens Antiochiam natale solum rediit, atque a Leontio Antiochenorum id temporis episcopo exceptus est. A discessu enim magni illius Eusthathii,Euphronius Arianus,Eusebii Nicomediensis opera ei subrogatus est. Euphronioque Phlacitus, sive Placitus, ejusdem cum illo hæreseos, successit. Placito itaque impiissimus ille Stephanus, qui non hæreseos solum antistitem se præbuit, verum innumera quoque alia mala designavit, nullam non nequitiæ fœditatisque speciem persecutus : qui lectorem quemdam scelerum suorum administrum et tanquam emissarium haberet, qui ea de causa Onager perapposito nomine dicebatur, cujus opera ille fabulam hujusmodi adorsus est.

Finita Sardicensi synodo Constans pius ille Romanorum imperator ad germanum fratrem suum Constantium super Athanasio et Paulo scripserat. Litteras Euphratas et Vincentius episcopi una cum Salino militum ductore pertulerant. Qui cum Antiochiam appulissent, ubi Constantius id temporis esset, in hospitium diverterunt. Detestandus autem Stephanus Onagri opera meretricem conduxit, noctuque in episcoporum diversorium introduci jussit : atque quosdam subornavit, qui meretricem cum episcopis esse clamarent.Cum autem fortiores essent episcopi, eorumque contubernales, et meretricem et ejus administros vi detinuerunt.

Quæ fabula simul atque ad Constantii aures perlata est calumniatore Stephano deposito, non minus malum eviratus Leontius in ejus locum suffectus est, qui jam presbyterii honore exciderat, quia cum puella quadam Eustolia nomine quotidie conversabatur,hujusque turpitudinis suspicionem a se amoliturus virilia sibi præsecuerat, tum deinceps liberius ad illam commeabat, iis nimirum membris privatus, quæ calumniæ causam præbuerant. Hic ergo Constantii imperatoris opera et studio ad Antiochenum episcopatum evectus fuerat. Cæterum per id tempus Antiochiæ florebant, et virtute scientiaque celebres habebantur Flavianus et Diodorus, quorum ille Antiocheno episcopatui, hic Tarsensi postea præfectus est. Atque ut Theodorus Mopsuestenus scribit, illam psalmodiæ speciem, quas antiphonas dicimus, illi ex Syrorum lingua in Græcam transtulerunt, et omnium prope soli admirandi hujus operis omnibus orbis christiani hominibus Auctores apparuerunt. Heterousiastæ quidem certe, hoc est, Ariani, diversa Filium a Patre substantia esse dicentes, ita canere solebant: Gloria Patri per Filium in Spiritu sancto. Flavianus autem primus cecinisse fertur, Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto.

CAP. XXXI.

Iterum de Aetii et Eunomii vita et moribus paucis.

Exceptum ergo, ut jam dictum est, Aetium Leontius diaconum ordinavit : cui cum multi contradicerent, seque ab Ecclesia secessuros minitarentur, et Flavianus in primis Diodorusque id facere tentarent, Aetiisque hæresin arguerent, Leontius partim id veritus, partis eum ad ea quæ subsecuta sunt præparaturus, eum a diaconatu quidem removit, cæterum majorem ei honorem detulit.

Jam vero Aetius temerarius et lascivus

atque mimicis thymelicisque sermonibus, gestibus, et cultibus indecoris oblectabatur. Nam veste ad nates usque sublata manibus nuda femora feriebat : alteroque pede sublato et ventre percusso, pedebat. In conviviis autem inter cætera ludicra his convivas alloquebatur verbis : Si vultis, docebo vos, quid sibi velit dogma ; tum tribus ventris crepitibus similibus magno cum anhelitu emissis, sic exclamabat : Ecce, Orthocyllorum, hoc est Recticlaudorum, dogma, sic orthodoxos per transmutationem vocans. Deinde tribus aliis dissimilibus efflatis : Ecce, inquiebat, et nostrum. Quoad ergo vixit Leontius Aetium hujusmodi ludicris ridiculum apud se habuit. Mortuo autem Leontio Antiochenam sedem Eudoxius Germaniciensis arripuit, nec minore in pretio, si non majore, Aetium quoque habere cœpit.

Impius porro Aetius tunc temporis Eunomium blasphemiarum suarum assertorem habuit, a quo etiam impietate superatus est. Cæterum Eunomii parentes liberti majorum magni illius Basilii fuerunt ; qui primis litterarum rudimentis imbutum ad scribarum amanuensiumque exercitium deduxerunt. Parentibus autem mortuis, Constantinopolim profectus, maximi nominis familiæ cuidam se addixit : eique mox dominus liberorum suorum curam demandavit. Quos pædagogi ritu in gymnasia deducens, litterarum studia cum illis communia habuit, atque exinde grammaticis et rhetoricis artibus imbutus est. Cum autem eum aliquando paterfamilias in liberos nescio quid delinquentem deprehendisset, injuriam, si divulgaretur, filiis suis dedecori cessuram arbitratus, cum verberibus conscissum tota urbe excedere jussit, pœnas ab eo se publice repetiturum comminatus, si eum de cætero apud aliquem concivium suorum commorari resciscceret. Erro itaque Antiochiam venit ; ubi Arianam hæresin amplexus, eo nomine cum Aetio et Eudoxio familiaritatem sibi contraxit, a quo etiam diaconi, moxque presbyteri dignitate cohonestatus est.

CAP. XXXII.

De blasphemis Aetii hæresibus, quarum nomine ἄθεος, *hoc est impius, dictus est.*

Hujusmodi ergo vita, educatio et institutio Aetii et Eunomii fuit. Cæterum miser Aetius publice blasphemans Dei Filium κτιστὸν, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ ἀνόμοιον τῷ Πατρὶ, hoc est creatum, et ex iis quæ non erant, seu ex nihilo, denique Patri dissimilem profiteri cœpit. Quapropter ἄθεος etiam dictus est. Adhæc, si B. Epiphanio credimus, his verbis uti solebat : Ita Deum novi, ut ipse seipsum ; atque ita eum novi, ut ne meipsum quidem. Objicientibus autem nonnullis : Dicito nobis primum, quæ sint abyssi vestigia, quibusque venti contineantur loculis, et cætera, de quibus dubitatur, cum de rerum natura quæstio incidit : et ita tibi de Deo verba facienti credemus, ipse talia sibi tanquam corporea et singula, incognita esse, Deum autem eorum creatorem sibi perspectum et exploratum, quis, cujas, et qualis esset, respondebat. Quod si Scripturæ testimoniis convincerctur, tum vero blasphemus et prophetis et apostolis maledicebat, aliquando his verbis : Quid mihi Veteris Instrumenti verba citas ? aliquando et his : Apostolus sic, ut homo locutus est. Cum autem discipulos suos doceret, his ut plurimum verbis utebatur : Nihil ab homine Deus requirit, nisi ut eum cognoscat, quemadmodum ego cognosco. Idcirco Christus dicere solebat : *Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum : et quem misisti Jesum Christum* [37]. Utebatur his verbis : Fornicatio peccatum nullum est. Quemadmodum enim cum prurimus, nescio quid naturale facimus, ita etiam fornicatio corporei usus adimpletio est (69). Hæc itaque et hujusmodi blasphema sunt, quæ ἄθεος Aetius publice docebat, idque nullius ecclesiastici gradus particeps. Diaconatu enim a Leontio ejectus mansit laicus, et in Acacianorum hæreticorum episcoporum synodo Constantinopolim Constantio imperante convocata, in quoddam Phrygiæ oppidum relegatus est, ibique tamdiu commoratus est, donec eum impius Julius ab exsilio revocavit.

CAP. XXXIII.

De Aetianorum in Eunomianos mutatione, atque Eunomii hæresibus et exsilio.

Cæterum ab eo tempore Aetianorum quidem appellatio cessavit, Eunomianorum autem invaluit : cum doctori improbo discipulus improbior successisset. Cum enim ad Constantinopolitanam sedem Eudoxius impius evectus est, Eunomium secum habuit. Jam Eleuzius Cyzicenus, cum Macedonianus et Semiarianus esset, Filium Patri ὁμοιούσιον esse dicebat : et quamvis persæpe ab ipso Eudoxio et Valente imperatore monitus, adduci tamen non poterat, ut ὅμοιον citra τῆς οὐσίας, hoc est, similem sine essentiæ cdjectione, adjunctum esse diceret. Tum vero exsilii bonorumque publicationis metu perterritus succubuit. Reversus autem Cyzicum pristina in sententia persevcravit. Quod cum rescivisset Eudoxius, illo deposito, in ejus sedem Eunomium subrogavit. Qui assumptis ejus loci Ecclesiis, quiescere non potuit, at in concionibus ad populum sophismatis verborumque lenocinio utens Aetianam hæresim rursus in medium proposuit.

Quod cum Cyziceni ferre non possent, urbe illum exegerunt. Postea vero Constantii etiam imperatoris jussu depositus est. Constantius enim de

[37] Joan. xvii, 3.

(69) Hoc pie et diserte confutat S. Athan. in Epist. ad Ἀμμοῦν.

gma illud amplectebatur, quod Filium Patri duntaxat ὅμοιον esse dicendum astruebat : ἀνόμοιον autem vel ὁμούσιον nullo modo. Eunomius ergo Constantinopolim se recepit, et apud Eudoxium otiosus episcopus desedit : deinde ab eo secessit, privatimque plebem convocavit, quia cum sæpe rogasset, ut præceptor Aetius admitteretur, cum Eudoxius non exaudierat, non quod Aetii hæresim eamdem prorsus cum sua improbaret, sed veritus ne ipse quoque deponeretur. Omnes enim unanimes ab Aetio, tanquam diversæ sententiæ, degeneraverant.

CAP. XXXIV.

De Arianorum in orthodoxos sævitia, quorum octoginta supplicatum missos Valentis imperatoris jussu cum navigio succenderunt.

Porro post Eudoxii mortem Homousiani Evagrium tanquam pium sibi præsulem delegerunt : quem Eusthathius Antiochiæ magnæ antea episcopus ordinavit, a Philippis, ubi exsulabat, revocatus Joviani jussu, idque temporis Constantinopoli manens, et eadem secum sentientes confirmans.

At Ariani Demophilum Berrhoæ, quæ in Thracia est, obtruserant. Cum autem ea de causa seditionem diversæ partis homines concitassent, Valens imperator, tunc agens Nicomediæ, certior de his rebus factus, milites eo misit, et Eusthatio in Thraciæ Bizyan, Evagrioque aliud in oppidum relegato, cunctas ecclesias Demophilo committi jussit.

Hæc occasione Ariani orthodoxi insultantes, mille illos contumeliis lacessere cœperunt. Itaque ab orthodoxis ecclesiastici viri octoginta, Theodoro, Urbano, et Menedemo ducibus ad imperatorem missi sunt, qui pro ipsis supplicarent. At hic ira succensus præfecto urbis mandavit, ut comprensos illos interimeret. Præfectus autem veritus ne inter plebem seditio cooriretur, finxit se illos in exsilium relegare.

Itaque in navigium conjecti sunt, cumque navigando medium sinus Astaceni penetrassent, nautæ prout sibi mandatum fuerat, incenso navigio, ipsi quidem in scapham desilierunt, navis autem nutu venti huc et illuc agitata usque ad Dacidizen (is maritimæ Bithyniæ locus est) pervenit, ibique una cum viris quos vehebat prorsus absumpta est.

CAP. XXXV.

Laus Placillæ imperatricis (70), quæ Theodosium Magnum conjugem suum ab Eunomii Ariani colloquio revocavit.

Eunomius interea privatis in ædibus agebat in Bithynia e regione Constantinopoleos, ad eumque populus trajecto freto confluebat. Alii etiam aliunde conveniebant. Cujus rei fama cum ad Theodosii Magni aures pervenisset, gestiebat ille cum viro congredi, nisi Placillæ Augustæ providentia, et preces obstitissent. Cum enim synodi Nicænæ dogma fidelissima conservaret, eo fiebat, ut vereretur ne, ut fere fit, maritus ex eo colloquio perverteretur, diversæque parti adhæresceret. Eunomius enim in colloquiis disertissimus facillime quidvis persuadebat, theologiamque ad nescio quas syllogismorum argutias redigebat. Quia vero postea non conquiescebat Eunomius, sed quos edebat libellos subinde ostentabat, atque ita multos suam in sententiam transversos rapiebat, ea de causa eum imperator exsulare jussit. Ille vero non ita multo postquam in exsilium missus est e vivis excessit, in patriaque sepultus est. Vicus autem is est Cappadocum, nomine Dacora, non procul ab Argæo Cæsariensi.

CAP. XXXVI.

De privatis Theophronii Cappadocis et Eutychii Constantinopolitani discipulum Eunomii hæresibus.

Cæterum Theophronius quidam Cappadox ab ipso hæresim edoctus, Isagogen seu instructionem in eam posteritati consecravit, cui *De exercitiis mentis* titulum indidit ; qui, cum præceptoris placitis insistere non ei placeret, recentiora quædam excogitavit, atque ita scripsit. Cum Divinitas non prænoscat id quod non est, sed cognoscat id quod est, præteritique recordetur, eo fit, ut non semper eodem se modo habeat, cum cognitionem ad futurum et ad præteritum convertat. His itaque de causis odio habitus est, atque ab Eunomianis eorumque Ecclesia ejectus, propriam hæresim constituit. Atque Eutychius quidam Constantinopolitanus civis Eunomii discipulus propriam et ipse postea hujusmodi de causa hæresim constituit. Eunomiani Constantinopoli degentes extremi judicii horam Filio Dei incognitam esse dicebant, male locum intelligentes : *Nemo novit nisi Pater* [38]. At Eutychius Filio quoque horam illam Patris creatorisque sui beneficio cognitam esse astruebat. Itaque profecto Eutychio ad Eunomium eo ubi exsulabat, nonnullisque aliis Eunomianis una cum illo omissis, qui dubii solutionem ab Eunomio acciperent, Eunomius Eutychii sententiam magis approbavit. Verumenimvero cum non ita multo post Eunomius obiisset, is qui Constantinopoli hæreticis præerat, Eutychium eo nomine exosus, quod ab Eunomio approbatus esset, admittere noluit, atque ita ille ad propriam hæresim astruendam secessit. Sed de his hactenus.

CAP. XXXVII.

Quid Eunomius ad præceptoris Aetii hæreses addiderit. Mirus ejusdem anabaptismus.

Sciendum porro est cæteros omnes scriptores, inter quos est Theodoritus, in ea esse sententia, ut Eunomius præceptoris sui Aetii dogmatia non

[38] Matth. XXIV, 36.

(70) De Placillæ hujus funere oratio Nysseni exstat.

3. Si Deus substantia sua ingenitus est, in quod genitum est haudquaquam genitum est essentiæ divisione, sed ex essentia, vi cujus id subsistit. Unam enim et eamdem essentiam genitam et ingenitam esse, nulla pia ratione cuiquam persuaderi queat.

4. Si id genitum, quod est ingenitum, quid obstat, quominus id quod genitum est, ingenitum quoque sit ? Omnis enim natura pronior est ad id quod sibi proprium, quam ad id quod improprium est.

5. Si Deus totus ingenitus non est, nihil obstat quominus essentiæ suæ vi genuerit. At si totus ingenitus est, haudquaquam essentiæ vi ad generationem distractus est, sed ex substantia genituram produxit.

6. Si Deus ingenitus generandi vi præditus omnino est,id quod est genitum haudquaquam essentiæ suæ vi genitum est, cum ea substantiæ suæ vis omnino insita sit, generet, non ut generetur.

7. Si transfigurata Dei substantia Filius dicitur, non ea certe substantia ejus est, ut mutari non possit, cum ex hujusmodi mutatione species Filii producta sit. At si Dei substantia mutationi obnoxia non est, nec generationi subjicitur : natura Filii ad nudam et simplicem appellationem prorsus redigetur.

8. Si genitura spermatice ingenito Deo inerat, ea post generationem extrinsecus assumpta in hominem, ut ita dicam, evasit : certe perfectus est Filius non iis ex quibus genitus est, sed iis quæ assumpsit. Quæ enim ex iis quæ sunt sui generis assumunt, ea tanquam ex propriis constantia perfecti nomen multifariam adipiscuntur.

9. Si perfecta esset genitura, certe in eo quod genitum est genitura consisteret, non iis ex quibus ingenitus ipse genuit. Nec enim fieri potest, ut genita natura ingenito essentialiter insit. Nam hoc idem fuerit, atque si quidpiam esse et non esse dicatur ; siquidem genitura ingenita non est, et quod ingenitum est, genitura non fuit. Partium enim dissimilitudo in Deo speciem blasphemiæ et contumeliæ præ se fert.

10. Si Deus omnipotens : cum sit ingenitæ naturæ, genita se natura esse ignorat ; et si Filius, cum sit genitæ naturæ, seipsum id esse quod est cognoscit, qui fieri potest, quin homousion falsum sit, cum ille ingenitum, hic genitum esse sciat ?

11. Si dictio *ingenitum* hypostasim Dei non denotet, sed nomen illud incomparabile ad humanam opinionem referatur, eo fit, ut iis qui opinione aliquid assequuntur, gratias Deus agat, ratione opinionis ingenitæ : cum nominis hujus dignitatem in essentia non ferat.

12. Si extrinsecus ingenitum in Deo consideretur, ii qui consideraverint eo quod consideratum fuerit præstantiores erunt, cum nomen, quod Deo præstantissimum omnium est, sibi comparaverint.

13. Si natura ingenita generationi non cedit, id ipsum est, quod et dicitur : at si generationi cedit, eo fit, ut generationis affectiones sint hypostasi divina præstantiores.

14. Si genituræ natura immutabilis est, propter eum qui genuit, ingenitum haud dubie substantia immutabilis est, non ratione voluntatis, at dignitatis, quæ substantiæ inest.

15. Si nomen ingeniti substantiam significet, merito substantiæ genitura opponitur : at si nihil significet ingenitum, multo magis genitura nihil significat. Jam qui fieri potest, ut nihilo nihilum opponatur ?

16. Si pronuntiatio ingenita genitæ pronuntiationi opponitur, silentio pronuntiationem excipiente contingit, ut fiat et evanescat christianorum spes in diversa pronuntiatione sita, non autem in naturis, quæ ita se habent, ut nominum significatio requirit.

17. Si ad substantiæ præstantiam ingenitum nihil amplius ipsa genitura tribuit, eo fit, ut Filius pronuntiatione sola præstans eos seipso meliores deprehendat, qui invocant, non eum, qui et Deus et Pater ejus invocatur.

18. Si natura ingenita præstantior est generatione, quippe quæ jure quasi hæreditario sortita sit id quod præstantius est, eo fit, ut per se substantia ingenita sit. Qui enim vult, non quia vult, idcirco generatione præstantior est, sed quia ita natura comparatus est. Itaque substantia per se subsistens, ingenitus Deus, ulla ratione permittit, ut contra seipsam generatio intelligatur, feraturque pro arbitrio et sententia eorum quæ genita sunt.

19. Si ingenitum in Deo privationem denotet, qui fieri poterit, ut nihilum ab eo secernatur, quod nusquam est ? Quod si τὸ ὄν, seu id quod est, significet, quis, quæso, Deum, qui est, ab eo ipso quod ipse est separabit ?

20. Si privationes nihil aliud sint, quam habituum ablationes, certe ingenitum illud, quod in Deo est, aut habitus privatio, aut privationis habitus est. Jam si habitus privatio sit, qui fieri poterit, ut quod non adest, tanquam adsit, *Deo* adnumeretur ? Sin autem ingenitum est habitus, necesse est genitam substantiam præsupponamus, ut habitu hunc in modum assumpto, ingenita nominetur.

21. Si genita ingenitæ substantiæ particeps est, habitus adjectionem passa, haud dubie ingeniti facultate privatur, ita ut genita quidem substantia sit, ingenitum autem habitus. Quod si genitura transitum significat, quippe quæ habitum denotet, vel ex essentia quapiam constat, vel hoc ipsum est, quod genitura dicitur.

22. Si ingenitum habitus, et genitum habitus est, procul dubio essentiæ sunt habitibus priores, habitus autem essentiis posteriores, utrum ergo honoratiores ? Jam si geniti causa sit ingenitum

et genituram esse significet, quæ una cum sua ipsius essentia causam involvat, certe genitura essentiam denotat, non habitum, cum ingenita natura nihil et ipsi contulerit. Qui fieri ergo potest, ut ingenita natura non sit essentia, sed habitus?

23. Si omnis essentia ingenita est, qualis est Dei omnipotentis, qui fieri possit, ut aliam passioni obnoxiam, aliam vero a passione immunem quis asserat? Jam si ingenitarum naturæ functionum altera quidem perdurat ab omni quantitate et qualitate, ab omni denique mutatione immunis: alteram vero perturbationibus obnoxiam, nemo est qui neget immutabili essentia præditam, propterea quod amantem ultro pelliciat, ut ex prædictis patet. Inde consequitur haud dubie, ut ea quæ immutat, ingenita dicatur, genita vero, quæ immutatur.

24. Si natura ingenita sit genitæ causa, ingenitum autem nihil sit, qui fieri potest, ut nihilum causa sit ejus quod est?

25. Si ingenitum privatio est, privatio autem ea est, qua rejicitur habitus: cæterum rejectio prorsus dissolvitur, aut transit in aliud, qui fieri potest, ut ab habitu transitivo aut dissolutivo Dei essentia ingeniti appellatione denominetur?

26. Si ingeniti vocabulo privatio denominetur, quæ in Deum non cadit, quo sensu ingenitum eum, non autem genitum dicimus?

27. Si ingenitum in Deo nudum nomen est, nuda porro et simplex prolatio hypostasim Dei supra res omnes genitas extollit, hominum certe prolatio Dei omnipotentis hypostasi præstantior est, ea omnipotentem dignitate condecorans, quæ cum nulla alia conferri queat.

28. Si ingenito cujus causa sua tributa est, natura autem quæ a nulla causa processit, causa caret, eo fit, ut ingenitum non causam sed hypostasim significet.

29. Si quidquid factum est, ab alio factum est, ingenita vero hypostasis nec a seipsa, nec ab alia facta est, inde necessario consequitur, ut ingeniti nomine denotetur essentia.

30. Si ingenita hypostasis una cum geniti essentia tanquam causa elucescat, quæ nulla prorsus causa immutari possit, eo fit, ut ipsa per se essentia sit incomparabilis; quæ incomparabilitatem ipsam non extrinsecus ostendat, sed ipsa per se incomparabilis et inaccessa sit, quandoquidem ingenita est.

31. Si Deus omnipotens quavis natura præstantior est, id ratione ingeniti consequitur, quod quidem genitis, ut permaneant, in causa est.

32. Si ingenitum essentiam non significet, qua ratione, quæso, genitorum natura in integro conservabitur?

Si eorum quæ videntur nihil seipso virtute seminali antiquius est, sed intra præscriptos naturæ limites manet, qui fit, ut ingenitus Deus ab hujusmodi præscripto immunis nunc suam ipsius essentiam secundam in re genita videat, nunc autem primam in ingenito, prout primi et secundi ordo se habet?

33. Si Deus ingenita natura perseverat, sui ipsius, ratione geniti vel ingeniti, cognitio procul ablegetur. Qui enim essentiam suam in re genita et ingenita protendere concesserit, is non animadvertit se suam ipsius essentiam geniti et ingeniti legibus subjicere. Quod si genitum cum ingeniti natura participet, cæterum intra geniti cancellos sine intermissione perduret, qua unica præditus est natura, tum demum seipsum cognoscit, nimirum ignorans ingenitum. Nec enim fieri potest, *ut* idem homo sui ipsius ingenitæque adeo atque genitæ essentiæ cognitionem indipiscatur. Quod si ingenitum abjectum est, et despicabile, quia mutationi peraccommodum, inde certe consequitur, ut naturæ præstantia in essentia immutabili consistat, cum præsertim in confesso sit essentiam ingenitam causa quavis excellentiorem esse.

34. Si ab omni potestate ingenitum eximatur, multa autem ingenita sint, certe immutabilis eorum natura sit oportet: nec enim cujuspiam naturalis facultatis communis aut privatæ *adminiculo* altera quidem faciebat, altera vero *flebat*.

35. Si omnis essentia ingenita est, certe omnis ingenita est, omnis est immutabilis. Jam si essentiam esse immutabilem concedamus, actio utique et passio casui et temeritati ascribentur. Cæterum cum multa sint ingenita et immutabilia, *tanto* alia ab aliis intervallo sejunguntur, *ut numerari* non possint. Nec enim fieri potest, ut res a se distantes enumerari queant: cum præsertim omnis distantia nescio quam ingenitæ naturæ disjunctæ functionem sive in universum sive in parte denotet.

36. Si ingenitus et Deus quadam significationis correlatione idem significent, ingenitus procul dubio genuit ingenitum. Quod si aliud ingenitus, aliud Deus significet, non absurdum sit, ut Deus Deum genuerit, ita ut ab ingenita essentia uterque vitam acceperit. Quod si Deo antiquius nihil est, ut certe nihil est, eo fit, ut Deus et ingenitus idem significent, ita ut genitum ingeniti capax minime sit. Quare fieri non potest, ut eadem voce cum Patre suo genitus enuntietur.

Deus qui per se genitus est, quemque *solum* verum Deum * idcirco missus ab eo Jesus Christus ante sæcula vere subsistens, genitaque præditus hypostasi, vos omnes salvos et salvas ab impietate conservet, in Christo Jesu Salvatore nostro, per quem sit omnis gloria Patri et Deo, nunc et semper, et in sæcula sæculorum.

CAP. XL.

Ejusdem Niceiæ Choniatæ in præcedentia Epilogus, atque Præfatio in eam quam adversus Arium Aetium et Eunomium parat confutationem.

Hæc est illa impietatis planta, quæ triplici radice innititur: hi sunt Christum blasphemantium

colophones : hi sunt, qui primi sanctæ Trinitatis variæ in opiniones et essentias dissectionem inseverunt ; hi denique sunt, qui zizania purissimo pietatis tritico superseminarunt et excoluerunt, quæ quidem Arius plantavit, Aetius rigavit, Eunomius adauxit : quorum fructus est, ut creaturis Creator accenseatur, et Filius quidem a substantia Patris alienetur, ab eoque Spiritus quibusdam quasi gradibus differat. Cæterum hi quidem frustra et temere contra Christum fremuerunt, et opiniones impias in cœlum, hoc est divinitatis ejus altitudinem contra quam par erat ejaculati sunt, lingua instar nervi arcus intenta : ille vero extra teli jactum manens (quandoquidem divinitatis ejus excellentia cœlos transcendit) majore juxta et augustiore gloria resplenduit, eorum arcus conterens, et confringens arma, et scuta comburens ignitæ [39] Patrum theologiæ adminiculo ; atque, ut ita dicam, fæculenta eorum verba exsiccans.

Quid enim Arii, Aetii, et Eunomii dogmatis fæculentius est, quæ quidem tum in historia de iis elucubrata comprehendimus, tum dilucidius oratione sequenti explanabimus, eis contraria subjungentes, ut inanem eorum loquacitatem refellamus, et ne quis in ea impingat, quæ isti sine ratione et sapientia contra Verbum et sapientiam effutiverunt?

CAP. XLI.

Capitibus hæreseon Arii, Eunomii et Aetii expositis jam ad seriam eorumdem confutationem aggreditur.

Objiciebat Arius, ut et ejus asseclæ Aetius et Eunomius : Non semper Deus Pater fuit, sed fuit tempus, quo Pater non fuit. Quod si Pater semper et ab initio non fuerit, neque Filius ab initio contemporaneus coæternusque Patri, sed tum demum postea, cum Deo per Filium angelos, et nos, et omnia quæ sunt in mundo, creare placuit : certe creatura fuit, atque paternæ substantiæ expers. Porro Verbum dictus est, ratione creaturarum, quæ sunt rationis participes, nimirum angelorum et nostri ; Sapientia vero, eorum ratione, quos divinarum et humanarum rerum cognitione informavit ; Filius denique propter eos, quos adoptavit.

Et quia Verbum aliud est, quod Patri inest ; quod insitum quoque dicitur, ejusque substantiæ proprium : itemque aliud, quod in terram descendit, carnemque assumpsit, quod et participatione Verbum Dei, Deusque dicitur (quemadmodum justi quoque tum Dei filii, tum dii vocantur), quippe quod mutabile natura sit, nec Patrem videat, nec eum norit qui principio caret, quippe quod sub principium cadat.

Perspicuum autem est eos et Christo ipsi adversari, et iis qui ipsum viderunt, eique ministrarunt. Ait enim ille : *Qui videt me, videt et Patrem* [40]. Item : *Ego in Patre, et Pater in me* [41], quibus verbis eadem utriusque substantia perspicue subindicatur. Et evangelista Joannes exclamat : *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum* [42] : moxque dicta confirmans subinfert : *Hic erat in principio apud Deum* [43], sive in Deo. Ulteriusque progressus docet, quod *Unigenitus illius, qui est in sinu Patris ipse enarravit* [44]. Itaque si vere dicit Christus, cum ait : *Ego in Patre, et Pater in me*, et germanus ejus discipulus, cum docet, in principio fuisse Verbum et semper fuisse apud Deum, Ariana ora obmutescant, quæ injustitiam contra Deum loquuntur : atque in primis Aetius, qui laboris sui vanitatem non paucis capitibus quæ supra huic historiæ interseruimus, patefecit, dum confirmare conatur Filium ab ingenito Patre genitum non esse, quia ingenitum quoque a generatione alienum sit. Jam si Filius unigenitus semper in sinu Patris est, Pater utique semper est Pater, et Filius ei coæternus, ut qui ejusdem cum illo sit naturæ, nec ab eo separari possit.

Relata enim ex eorum numero sunt, quæ semper simul una sunt, seque mutuo introducunt. Ubi ergo Pater, ibi et Filius. Item quod principio caret, neque creatura est, neque propter nos factum est. Qui enim ab æterno est, quonam modo sub ortum cadet, principiumque habentibus accensentur?

Insuper et Verbum, et Sapientia, et Filius erat natura, et semper ipsa hæc omnia erat Verbum quidem, quia generationis affectioni non obnoxius, quia conjunctus, et enuntiativus, unde ait : *Verba quæ ego loquor vobis, a meipso non loquor* [45], et alio loco ait ad Patrem : *Manifestavi nomen tuum hominibus* [46], nimirum nomen paternitatis. Isaias quoque Magni consilii angelum vocat [47], nimirum Patris. Sapientia vero erat, tanquam divinarum et humanarum rerum dator. Jam qui fieri potest, ut opifex rationes ignoret eorum quæ fecit? Filius denique, quia Patri æqualis est, secundum substantiam cum eo est, nec ab ejus sinu avelli potest.

At vero locus ille : *Novi Patrem, et sermonem ejus servo* [48], eum ab essentia paterna sejungit, aliumque a Verbo prætendit : quod ipsi insitum et germanum Dei Verbum esse volunt. At sermonem Christus hoc loco voluntatem appellat Patris. Nec absimili ratione locus ille : *Ante luciferum genui te* [49], non temporalem generationem introducit, sed hoc innuit, quemadmodum venter Dei, si pie intelligatur, id genuinum et consubstantiale esse ostendit, quod cognitione concepit : ita et sermo, quo Deus Filium, angelos, et homines alloquitur, dialecticum sermonem denotat : qui

[39] Psal. LXV, 10. [40] Joan. XIV, 9. [41] Ibid. 10. [42] Joan. I, 1. [43] Ibid. 2. [44] Ibid. 18. [45] Joan. XIV, 10. [46] Joan. XVII, 6. [47] Isa. IX, 6. [48] Joan. VIII, 55. [49] Psal. CIX, 3.

CAP. XLIII.

De Deo et materia, Deum nec definiri, nec comprehendi posse.

Adhæc objicit Eunomius : Dicite nobis, quæso, si ingenitum ossentia Dei non est, quidnam aliud essentia Dei sit ? Adversus quam quæstionem hæc sunt opponenda. An vero tuam, bone vir, essentiam et naturam nosti ? an formicæ, an culicis ? Cæterum hoc tibi vicissim dicam : Duo sunt eorum quæ sunt extrema, Deus et materia, ille quidem ascendendo, hæc vero descendendo : postque materiam nihil omnino superest. Quænam ergo materiæ essentia sit ? An vero ea est idipsum quod est, an id quod non est ? Nam si sit id quod est, quomodo forma caret ? Forma enim notitia est eorum quæ sunt. Sin autem sit id quod non est, qui fit,ut a philosophis definiatur tanquam id quod est ? Illam enim ἀζώην, hoc est vita carentem, vocant, et incorpoream, atque adeo hypostaseos imaginationsm, eam denique, quæ cum nihil sit, omnia tamen esse fingitur, essentiæ ludicrum, idolum et umbra semper fugiens, atque in id quod non est recurrens. Edissere mihi quænam sit ratio materiæ, tuncque vicissim tibi edisseram quænam sit essentiæ divinæ definitio. Quod si eorum quæ sunt extremum ignoras, quomodo primum adipisci et comprehendere conaris ? Age vero,si in cœlum volare tentares, an statim ad ejus circumferentiam nullo intermedio propius accederes ? nonne tibi primum secandus esset aer, ut sic ad eum, quem vocamus ætherem venires tumque deinde trajectis omnibus sphæris ad ipsum cœli ambitum pertingeres ?

Dei definitionem postulas, tanquam ignores eam esse definitionis naturam, ut definitum definiat. At definiens ad definiti scilicet fastigium ascendit : ita ut Deus definientibus inferior sit. Quid ? Aristotelem non audis, cum ait simile per simile comprehendi : oportereque ut cognoscens ad cognitum quamdam ideam et similitudinem habeat ? Et recte quidem hactenus ariolatur philosophus, siquidem ut canit Empedocles : Terra terram videmus, ut aqua aquam, æthere ætherem, anima animam, eo quod est id quod est, mente mentem, natura naturam, materia materiam, forma formam, et unum uno. Hæc enim omnia nobis insunt, materia, forma, corpus, natura, anima, mens, unum. Unum enim nos quoque sumus : non tamen proprie : nam unitatis seu conjunctionis ratione uni dicimur.

CAP. XLIV.

Ingenitum esse Deum, quamvis unigenitum genuerit, Filium autem ingenitum non esse, quamvis ejusdem cum Patre substantiæ sit.

Ingenitum porro non id esse dicimus, quod minime generat, sed quod minime genitum est : quemadmodum, verbi gratia, incausatum, non id quod cujuspiam alius causa non est, sed id quod antiquiorem seipso causam non habet. Siquidem ἀπάτορα quoque, hoc est, Patre carentem non dicimus eum qui Filii Pater non audiat, sed qui nullo a Patre processerit : et ἄναρχον, hoc est, principio carentem, non qui aliarum essentiarum principium haudquaquam fuerit, sed cujus essentia omnem essentiam exsuperet. Non enim communia sunt hæc nomina, ita ut ingenita et genita, item principio carentia et non carentia, pro iisdem in specie accipiantur. Nam quemadmodum Adamus, etiamsi ex carnali copula decies millenos suscepisset liberos, haud tamen ipse hujusmodi ex copula genitus diceretur, neque nomen ejus qui genitus ex copula non est, cum iis qui geniti essent commune haberet : ita et supremus ille Deus (at propitius ille mihi sit, qui a me similitudinibus sub sensum cadentibus delineatur) non abalienavit a se ingeniti nomen, etiam si unigenitum Filium ante Luciferum genuerit, ut sacra testatur Scriptura [51]. Nec enim Pater eo quod genuit, idcirco ab ingeneratione excidit : sed quia non ex causa ingenitus et generans constitutus est.

Eunomius autem, dum tenere censet genita cum iis in omnibus participare, quæ genuerunt, inde astruere videtur, genitum Filium, quia cum Patre ingenito participat, ingenitum quoque futurum : quibus verbis ostendit se in rebus theologicis Græcorum versatum esse, ilsque male abuti. Illi enim unitates vocant essentias illas, quæ ab uno procedunt. Item mentes, quæ a prima mente. Item vitas, quæ a vita. Item ea quæ sunt, quæ ab eo quod est. Atque idcirco addit ingenitum quoque ab ingenito procedere.

Cui quidem respondere quivis queat, ea quæ a quibusvis generantur haudquaquam hæreditario jure proprietates eorum indipisci, sed substantias : quandoquidem Sethus homo quidem fuit, quippe qui ab hujusmodi essentia originem traxerit, cæterum hujusce particeps non fuit, ut citra copulam carnalem natus fuerit. Hujusmodi enim proprietas Adæ creatio fuit ; et Evæ filia, femina quidem erat, verum non costa e latere subducta. Hæc enim proprietas Evæ fuit : quemadmodum Adami proprium fuit genitum non esse, sed formatum. Genita enim essentias hæreditario jure obtinent, non autem proprietates essentiis inhærentes. Quare supremus ille Deus ab ingeneratione non excidit, quamvis Filium genuerit : neque genitus Filius in ingenitum degeneravit, quia ab ingenito processit.

CAP. XLV.

Alia Eunomii objectio, Patrem nomen esse quo essentia vel actio significetur.

Hujusmodi problema malitiosissime conflctum subinferre solet Eunomius. Cum enim Filium non ad eamdem cum Patre substantiam adducere velit,

[51] Psal. cix, 3.

tecto, fatomo, et statuario videmus. Hoc illud est, quod ὁμοούσιον voco. Nam si Pater est Filii Pater et hic quidem causa, ille vero causatum vel effectus, ejusdem tamen naturæ ambo et ejusdem substantiæ sunt, hoc ipsum Pater egit, nimirum consubstantialem ; quamvis alioqui actionis opinio hac in re perabsurda sit. Quia enim periculosis nominibus et in theologia inusitatis usus est, idcirco videtur utile in parte futurum, si consideremus quinam sit eorum sensus. Hæc enim tria se mutuo subsequi videntur οὐσία, ἐνέργεια, καὶ ἐνεργούμενον, hoc est essentia, actio, et opus. Est autem actio alia essentiæ concurrens, alia postmodum acquisita. Quibus ergo essentiis actio concurrit,earum actiones quoque indivisæ sunt, quibus autem postmodum accidit, earum actiones quoque posteriores : ut homo essentia quidem est, agit autem respirationem, et ædificium. Horum alterum, nimirum respiratio, concurrit, alterum vero, scilicet ædificatio, posterior et ascitilia est. Quo fit, ut quod ab actione agitur, quæ quidem essentiæ concurrit, concurrat et ipsum nimirum, ut respiratione cor refrigeretur. Nam simul atque respirat aliquis, hausto exteriore aere, laxatoque molli jecoris corpore, quod puriore spiritu plenum est, circumfovet cor, nec exsiccari calore sinit. Ædificatio autem, quia postea contingit, eo fit, ut dividatur quoque quod agitur. Quocirca Pater Gregorius ita infert. Consentio tibi, Eunomi, qui Patri nomen actionis imposueris.Consubstantialem porro egit, quamvis alioqui actionis hac in re opinio perabsurda sit. Nam in illa actione posterius id est quod agitur. Ædificandi enim ars ædificium præcedat oportet, atque a se ipsis separentur architectus et ædificium. In hac vero, qua de nunc agimus actione,non ita se habet id quod agitur. Non enim prius fuit Pater, tum deinde consubstantialem absolvit, nec eo absoluto diversus evasit, sed simul atque Pater fuit, genitus est Filius, amboque consubstantiales fuerunt.

CAP. XLVII.

Alia Eunomii sophistica objectio, adversus Patris et Filii consubstantialitatem. Hoc Aristotelis in Categoriis loco male intellecto, nimirum : « Quæcumque de aliquo dicuntur, ea de eo quoque dici poterunt, quod ei subjectum est, » Eunomius Patrem Filio natura majorem esse dixit.

Cum Dominus noster Jesus Christus in Evangeliis dixerit, *Pater meus major me est* [53], Ecclesia dictionem *major* ob Filium solum prolatam intellexit. Quamvis enim honoris æqualitatem in tribus personis, eamdemque gloriam et claritatem prædicemus, alia tamen ratione Patrem majorem et Filio et Spiritu sancto esse dicimus, quia nimirum ad aliud ille principium non refertur, sed ipse primum omnium principium est ; hi vero ab illo tanquam causa procedunt, apud illum manent, et ad illum referuntur. Itaque major Pater est, quia causa est, ambobus, Filio quidem generationis, Spiritui autem processionis. Ecclesia ergo, ut dictum est, eo sensu dictionem *major* accepit.

At Eunomius, cum cætera turbet, atque confundat, tum poculentæ huic aquæ salsuginosos sermones suos immiscet. Huic enim propositioni : Pater major Filio est, quia causa ; statim alia subjungit : Causa naturalis est, moxque ita ratiocinatur. Pater major est, quia causa, causa autem naturalis ; tum concludit : Ergo Pater natura Filio major est, majus inde attribuens, non causæ ut recta suadet ratio. Hoc etenim sibi vult ejus dogma, ut Patrem primam essentiam faciat, Filium secundam, Spiritum tertiam : Nescio vero, inquit magnus ille Gregorius, utrum sibi ipsis hoc imponant sophismate, an iis ad quos verba faciunt. Nam quæ de aliquo dicuntur, ea non simpliciter dici quoque poterunt de eo quod ei subjectum est,sed perspicuum est, quidnam de quoque dicatur. Quomodo ergo præfatus est Eunomius quave sophismatum specie suam contexuit captionem, progressu orationis dicetur, ubi nimirum sophisma refellitur. Ad orationis porro continuationem statim quoque nostra subjungetur a nobis ratio.Auditis Eunomius iis quæ ab Aristotele in Categoriis scripta sunt: Quæcumque de aliquo dicuntur, ea de eo quoque dici poterunt, quod ei subjectum est ; hæc verba nullo judicio adhibito excepit,atque dictionem *quæcumque* ad omnia retulit : quo factum est, ut, cum Aristoteles vocabulum hoc usurpaverit in iis quæ ratione substantiæ prædicantur, hic indistincte de iis quæ ratione accidentis prædicantur, enuntiet, et ut semel dicam, de iis quæ quomodocumque prædicantur. At hoc non ita se habet. Quamvis enim animal de specie prædicetur, genus tamen ejus haudquaquam etiam prædicatur. Atqui recta propositionum compositio fuerit. Genus enim omni animali, et animai omni speciei convenit : species tamen non est genus.

Non ergo quæcumque de aliquo dicuntur, ea de eo quoque dicentur, quod ei subjectum est. Animali enim homo subjicitur ; at non quæcunque de animali prædicamus, ea de subjecto etiam prædicaverimus ; imo perspicuum est de quonam ea dici possint, et quænam sint ea quæ prædicantur.

Animatum enim et sensile trajecto animali etiam ad hominem pertingunt. Siquidem essentiales illæ seu specificæ differentiæ sunt, quibus animal constituitur : genus autem, quod est nomen rationale, nec animalis essentiæ convenit, idcirco ad hominem trajicitur.

Tria enim nomina ponit Eunomius, majus, causam, et naturam.Itaque majus de causa, et causam de natura prædicat : atque hinc existimat

[53] Joan. XI, 28.

enim est et particulare : illi causa distracta, majus natura colligunt, ex eo quod cum loci adjectione dicitur, id efficientes quod simpliciter enuntiatur, quemadmodum si, ait ille, dicentibus nobis quemdam hominem mortuum esse, illi simpliciter hominem mortuum esse inferrent. Item hæc oratio : Mortuus homo non respirat, ex eo ducitur, quod cum loci adjectione dicitur, estque particularis.

Si ergo ita dixerit, mortuumque aliquis distrahat, et hominem non respirare dicat, ex eo quod cum loci adjectione dicitur, id effecit quod simpliciter enuntiatur.

Quemadmodum si dicente aliquo : Ærea navis non navigat, aliud inde navem non navigare colligat, quæ oratio ex eo ducitur quod cum loci adjectione et simpliciter dicitur. Item si dixero adulterinam drachmam non permutari, tu drachmam simpliciter non permutari concludas, me deludis ex eo quod cum loci adjectione et simpliciter dicitur.

Hujusmodi sunt captiosæ Stoicorum argumentationes, sorites, cornutus syllogismus, dominans, et aliæ permultæ, quibus illi propria imposuere nomina.

Quia enim cornuum mentionem in propositionibus suis sophista fecerat, ut : Si cornua habes, pulchra quoque cornua habes : item : Si dominabitur Dion, certe dominabitur Dion : inde factum est, ut cornutus a cornibus denominatus sit, et dominans, quia ea propositionum figura fuerit. Sorites autem peculiari quodam jure id nominis indeptus est, quandoquidem multis aliis designatur nominibus : κομήτης enim et φαλακρίτης, et δρομίτης, et νεωλκίτης, et πρωριστὴς, et πενιστὴς, et aliis hujusmodi designatur appellationibus ; quia vero plura illa in unum velut cumulum rediguntur, idcirco usus obtinuit, ut argumentatio hujusmodi σωρείτης, hoc est coacervatio, diceretur. Soritæ porro compositio hæc est. Interrogat sophista, utrum modius uno grano complebitur? utrum comatus erit quispiam uno capillo? aut ditescet una drachma? utrum trahetur navis ad portum ab uno helciario? an quis proprius metam accedet uno gradu? an decalvabitur unius capilli ablatione? Si ergo capillus unus calvariæ nudæ innatus fuerit, comam aut cæsariem non facit, neque calvus alio modo capillatus evadet unius accessione capilli, sed si unus capillus in infinitum multiplicetur, ex capillis qui præcesserint conflabitur coma: nec uno item grano complebitur modius, sed illo semper accedente subindeque multiplicato tandem modium compleri continget, nec unius capilli ablatione decalvabitur calvaria : sed si subinde id sæpiusque facias, calvitium tandem fiet. Quia ergo plura in σωρείαν, hoc est unum velut cumulum coacervantur, ut in villa cumulus æreæ, inde soritæ seu coacervationis paralogismo inditum nomen est.

CAP. L.

Quot modis dictio idem *accipiatur ex Aristotele, unde patet identitatem non citra discrimen passim usurpandum esse.*

Alia est Eunomii objectio, et eorum qui in Filio ἀνόμοιον, hoc est dissimilitudinem Patris introducunt, adversus ea quæ catholici responderant, nimirum illos male argumentari cum dicant Patrem Filio majorem esse ratione causæ, causam porro ratione naturæ, unde fiat, ut Pater Filio sit naturæ ratione major.

Cæterum Eunomiana quæstio sic habet : At vero si Filius essentiæ ratione idem cum Patre sit, ingenitus autem Pater est, idem quoque Filius erit.

Hæc sunt quæ ab Eunomio objiciuntur, et a turba blasphemiarum ejus hærede : cæterum eamdem in Patre et Filio essentiam admittit, non dogmatice sed hypothetice, hoc est, non ut inde certum dogma, sed fidei (ut vocant) articulum constituat, sed sub conditione : ut hoc astu absurdi quidpiam ratiocinetur, et identitate de medio sublata διάφορον hoc est diversitatem, vel, ut ipse loquitur ἀνόμοιον, hoc est dissimilitudinem, introducat. Cum enim Filium ejusdem esse cum Patre substantiæ dicimus, at numero differre, sic perverse denuo interrogat : Num si Filius substantia idem cum Patre sit, omnia quæ Pater habet habiturus est? Hoc enim sibi vult identitas. Quod si omnia ei cum Patre communia fuerint, certe et ingeneratio ut identitas Filio in omnibus integra conservetur. Ingenitus ergo Filius etiam erit, siquidem Pater ingenitus est. Idem autem ut summam dicam, est vel numero, vel specie, vel genere, vel, ut alibi Philosophus ait, etiam analogia, seu proportione. Itaque numero eadem sunt, quæcumque de uno subjecto dicuntur, qualia sunt, ut ita dicam, polyonyma seu æquivoca. Ensis enim, gladius et mucro eadem sunt numero, quia unum eis subjectum est, quod ipsum a seipso non differt : quamlibet diversis nominibus exornetur. Eadem specie sunt, quæcumque uni quidem speciei subjiciuntur, numero tamen inter se differunt, et quamlibet personis a se distinguantur, specie tamen haudquaquam differunt.

E contrario quæ numero specieque diversa sunt, ea mutuam quidem a seipsis sortita sunt differentiam, communis tamen eis generis ratio inest. Quam porro analogiæ identitatem dicimus, ea hoc elucescet exemplo. Corpus et animam dicimus, deinde quasdam corporum partes, quasdam et animorum subjicimus, alias quidem majores, alias vero minores. Cum ergo analogiam utrisque in partibus esse ostendero, identitatem quodammodo introducam. Quia enim pulcherrimum totius corporis membrum est oculus, idcirco mens idem ipsum est in animo, videri ut cætera quidem diversa sint, corpus et anima, oculus et mens, identitas autem in sola inveniatur analogia. Quia ergo tot modis hoc nomen enuntiatur, non est quod quis identitatem passim nulla adhibita differentia sub-

post album. Hæc porro non a se uascuntur, nec enim ex ingeneratione generatio, nec ex generatione ingeneratio. At vero relatis accensenda sunt? At illa referuntur ad alia, ut duplum ad dimidium, et e diverso. Age vero negationine ascribentur? At hæc quoque nomina sunt, quibus neque affirmatio neque negatio demonstratur. Itaque superest ut habitu et privatione inter se opponantur, ita ut genitum quidem sit habitus quemadmodum visus: ingenitum autem privatio, non secus atque cæcitas.

Si ergo hæc opposita sunt, ut demonstravi, tu autem ea, o Anomœe, substantias esse dicis, ex tua consequetur oratione, ut substantiæ aliæ aliis opponantur, quod non conceditur. Quod si genitum quidem habitui, ingenitum vero privationi simile sit, tu autem genitum quidem essentiam Filii, ingenitum vero Patris essentiam nominas, certe Filius Patre prior erit, ut habitus privatione. Filiusque de medio tolletur, tanquam habitus, a Patre, tanquam privatione. Quandoquidem privationibus habituum de medio tollendorum vis inest, ut cæcitas visum, surditasque auditum perimit.

CAP. LIII.

Plura ejusdem Choniatæ, adversus hoc Anomæorum problema: Fuit tempus quo non fuit Pater.

Arius quidem, Aetius, et Eunomius Trinitatem honore substantiaque comparem tres in personas diversas dividebant, ingenitumque et ἄναρχον, principio carentem, solum Patrem vocabant, post eum vero πρωτόκτιστον ποίημα, hoc est creaturam primo creatam, Filium: quippe qui loco instrumenti ad rerum omnium productionem Patri futurus esset. Post Filium vero, Spiritum sanctum statuebant. Quod autem adoramus μοναρχία est, seu divinitas una, non unam in hypostasin coacta, sed tribus distincta personis, et unius quidem appellatione divinitas, essentia, natura, principium, et forma: trium vero, personæ, characteres, et individua intelliguntur. Proprietates enim hypostasibus affectæ sunt, at non sunt hypostases. Hoc vero Trinitatis principium, si quatenus unum est, consideretur, principio caret, æternumque est, et omnino perpetuum. Si vero quatenus in personas dividitur, una ejus persona principio caret: aliæ vero et sine principio, et non sine principio sunt. Nam si eas ad primam causam reducas, non sunt sine principio. Ex illa enim procedunt, at non post illam. Sin eas cum temporibus et sæculis nostris conferas, atque adeo cum omni proprietate intellectuali, sine principio et ingenita sunt. Itaque trium harum hypostaseon una omnino ἄναρχος, hoc est sine principio dicitur, nimirum Pater, reliquarum duarum altera Filius, altera Spiritus, ambæ a Patre subsistentes, non tamen eodem modo. Filius enim genitus est, Spiritus autem processit, vel potius ille gignitur, hic procedit.

Non enim quemadmodum a Patre Filius processit genitive, ita et Spiritus a Filio processit: ita ut aliud primum, aliud secundum, aliud tertium statuamus. Absit a nobis hujusmodi blasphemia ethnicæ deorum multitudinis. Ethnicis enim dii sunt Cœlum et Saturnus, a quibus patres, filii, et nepotes. Unum enim apud nos ambarum personarum vinculum est, Pater: ad quem reducuntur ea quæ ab illo procedunt. Et nos ita credimus et sentimus,

CAP. LIV.

Sanctorum Patrum assertiones adversus Eunomii hæresin, qua Deum Patrem non semper fuisse blasphemat.

Eunomiani porro cæteris blasphemiis suis hanc quoque addebant, Deum et Patrem non semper fuisse, sed essentiæ principium habuisse: temporalem inde Filii generationem introducentes, talemque adeo, qualem in creaturis animadvertimus.

Eis porro hunc in modum Patres hac in re adversantur.

S. Basilii adversus hoc: Deum Patrem non semper fuisse.

1. Si Dei beatitudini pulchrum hoc et decorum est, ut sit Pater, quid obstitit qusminus ab initio decorum ei adfuerit? Nam vel ad ejus, quod præstantius est, ignorantiam, vel ad impotentiam defectum referunt: ignorantiam quidem, si postea quod melius est adinvenerit, impotentiam vero, si cum sciret, ultro tamen ab eo quod pulcherrimum est exciderit. Quod si ei pulchrum non sit esse Patrem, quanam de causa post mutationem, elegit quod deterius est?

Theologi, ex lib. I De Filio.

2. Quonam tempore Pater non erat? Eo nimirum quo Filius non erat. Idem certe de Filio et Spiritu sancto dixeris. Iterum interrogato me, vicissimque tibi respondebo. Quonam tempore Filius genitus est? Eo nimirum quo Pater genitus non est. Quo denique tempore Spiritus processit? Eo nimirum quo Filius non processit: sed genitus est sine tempore, et supra tempus. Etsi nequimus hoc verbi. Supra tempus, exprimere, volumus enim temporalem significationem effugere (nam dictiones, Quando, Antea, Posthac, et Ab initio, non sunt sine tempore, quantamlibet vim verbis afferamus), nisi dicamus (si saltem intervallum illud, quod in rebus protenditur æternis, sæculum vocemus), id quod neque ullo motu, neque solis cursu dividimus aut metimur, quod certe tempus est.

Qui ergo fieri possit, ut [Filius et Spiritus] συνάναρχα non sint, hoc est principio carentia, si coæterna sunt? Quoniam ab illo procedunt, quamvis post illum non fuerunt. Quod onim principio caret, æternum etiam est: quod autem æternum est, non omnino principio caret, si saltem ad principium, hoc est Patrem, referatur. Itaque principio non carent ratione causæ. Constat porro

vanum et futile est quod dicitis : Fuit tempus, quod [Filius] non fuit.

Ejusdem Basilii.

12. Isti quidem aiunt : Si erat, genitus non est. Nos autem dicimus quod erat et genitus est. Hæc enim verba, *Ex utero ante Luciferum genui te* [58], et hæc, *Ante omnes colles genuit me* [59], et cætera id genus, Filium genitum, et alium a Patre, quantum ad hypostasin, esse demonstrant. Hæc autem, *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum et Deus erat Verbum.* Item : *Hoc erat in principio apud Deum.* Insuper quod semel atque iterum verbum *erat* in sequentibus adjicitur, argumento est Filium ab æterno esse, Patrique semper adhærere : quorum confirmatio his ex verbis peti debet : Qui est in sinu Patris, qui semper est, nec ab eo separatur unquam.

B. Gregor. Nysseni ex oratione ad Simplicium de Filio.

13. Deus per Prophetam vetat [60] ne Deum recentem, Deum esse reputemus, neve alienum Deum colamus aut adoremus. Unde constat eum recentem dici, qui ab æterno non est, viceque versa æternum appellari, qui recens non sit. Quocirca quisquis Unigenitum ab æterno Deum ex Patre esse non credit, is eum recentem esse non inficiatur. Siquidem quod non est æternum, id omnino recens est. Cæterum, quidquid recens est, Deus non est : prout attestatur Scriptura, cum ait : *Non erit in te Deus recens.* Quisquis ergo eum aliquando non fuisse ait, is ejus divinitatem negat. Adhæc qui ait : *Non adorabis Deum alienum* [61], is Deum alienum adorare vetat. Alienus porro est, qui a proprio Deo nostro sejunctus consideratur. Jam proprius Deus noster, quis est ? Verus nimirum Deus. Quis porro alienus ? Is nempe, qui diversam a vero Deo naturam habet. Quare cum proprius noster sit verus Deus, inde fit ut unigenitus Deus, si veri Dei naturam, ut volunt hæretici, non habeat, alienus Deus sit, non autem noster. Cæterum, *oves*, ut in Evangelio legitur [62], *alienum non audiunt.*

Qui creatum ipsum esse ait, is a natura veri Dei alienum statuit. Jam quid agunt [qui creatum profitentur] ? adorant ne illum, annon ? Si non adorant, Judæos imitantur qui Christum adorandum esse negant. At si adorant, idololatræ sunt, qui alienum a vero Deo adorent. Jam æque impium est, et verum Deum non adorare, et alienum a vero Deo adorare. Proinde verus veri Patris Filius Deus nobis dicendus est ut eum adoremus neque condemnemur, ut alieni Dei adoratores.

Ejusdem Nysseni in oratione de Filii et Spiritus divinitate.

14. Dicunt Eunomiani, Filium aliquando non fuisse. At si Filius non fuerit, ne Pater quidem omnino fuit. Si splendor non fuerit, ne qui splenderet quidem fuit. Si character seu figura non fuerit, ne hypostasis quidem fuit. Si potentia non fuerit, si Sapientia non fuerit (citra quas Deus non est), ne Deus quidem fuit. Nec enim fieri potest, ut gloriam sive lumen sine splendore, vel figuram sine hypostasi, vel sapientem sine sapientia, vel potentem sine potentia, vel Patrem sine Filio cogitemus. Itaque patet ex supradictis eum qui Filium tollit una et eadem opera Patrem quoque tollere. Jam ubi neque Filius glorificatur, neque Pater esse creditur, divinitas prorsus de medio tollitur, Divinitatem porro de medio tollere, nullius est, præterquam Epicuri. Constat ergo tam impiæ hæreseos assertores Epicuri de grege porcos esse. Scendum autem est vocibus his splendore, charactere, potentia et sapientia inconcussam quamdam constitutionem et conjunctionem seu conglutinationem potissimum designari.

Sancti Cyrilli.

15. Filius est ex Patre et in Patre : quemadmodum ex sole splendor ejus : vel quemadmodum ex igne ignitus ejus calor. In hujusmodi enim exemplis unum quidem ex uno natum videre est, ei tamen semper inhærens nec unquam ab eo sejunctum, ita ut sine altero, per se alterum esse non possit, neque veram propriæ naturæ conservare rationem.

Ejusdem Cyrilli.

16. Si Filius non fuerit cum Patre, præsertim eum ex eo naturaliter procedat eique coæternus sit, contigit haud dubie ei quoque qui eum genuit, ut Pater evaserit : atque adeo mutationi et alterationi cuipiam obnoxius esse videatur. Siquidem quod non erat, ut vultis, id postmodum evasit. At vero natura divina mutationis omnis et alterationis expers est. Non ergo Deo Patrem fieri contigit, sed Verbum quod ab ipso processit, coæternum ei erat, quemadmodum in igne calor qui ab ipso procedit, semperque cum ipso est et ex lumine splendor extrinsecus elucescens.

B. Joan. Damasceni.

17. Quemadmodum, simul atque ignis est, simul lumen quoque procedit ex eo, nec primum ignis est, tum vero post eum lumen, sed simul una sunt : ita etiam Pater et Filius simul una sunt ; et quemadmodum lumen quod ex igne semper enascitur, semper in eo est, nulloque prorsus modo ab illo sejungitur, ita et Filius ex Patre nascitur, nec ullo prorsus modo ab eo segregatur, sed ei semper inest. At vero lumen quidem quod ex igne ita procedit ut ab illo non recedat, et in eo semper maneat, propriam hypostasin habet, igneque sejunctam non habet, naturalis enim qua-

[58] Psal. CIX, 3. [59] Prov. VIII. 25. [60] Psal. LXXX, 9. [61] Exod. XX, 2. [62] Joan. X, 5.

eum unigenitum et primogenitum vocari. Quoties ergo unigenitus vocatur, nulla ei annexa causa qua sit unigenitus, præterquam quod absolute dicitur Deus unigenitus, qui est in sinu Patris. Quoties vero eumdem sacræ Scripturæ primogenitum vocant, statim quoque inferunt quorumnam sit primogenitus, causamque afferunt, propter quam hoc quoque cognomine donetur. Inquiunt enim, *Primogenitus in multis fratribus* [72], *et primogenitus ex mortuis* [74]. Atqui primogenitus quidem in multis fratribus vocatur, quatenus nobis similis effectus est dempto peccato, assumptaque carne nostra fratrem se nostrum fecit. Primogenitus autem ex mortuis, quia primus ipse carnem suam exsuscitavit ad incorruptionem, eamdemque primus in cœlos induxit. Unde ait, *Ego sum via* [74]. Item, *Ego sum ostium* [75]. Per eum enim natura humana novam resurrectionis insistere viam docetur, et quemadmodum per ostium quoddam in ipsum cœlum ingreditur.

Ejusdem Cyrilli.

55. Verbum γίνεσθαι, hoc est fieri vel esse, de Deo etiam Patre dictum invenimus, ut apud Davidem *Esto mihi in Deum protectorem* [76]. Item : *Factus es mihi in salutem* [77]. Apud Apostolum vero, *Sit porro Deus verax* [78]. *omnis autem homo mendax* [79]. Si ergo Pater, quamvis protector fiat et verax, creatura tamen non est, certe neque Filius, quamvis a Patre nobis sapientia. sanctificatio et redemptio factus sit, creatura erit.

Ejusdem Cyrilli.

26. Cum Patrem Filio essentiæ causam factum esse dicitis, quanam causa id dicitis ? an causa creationis ? Atqui Pater ipse dixit ei : *Ex utero ante Luciferum genui te* [80] ; superest ergo ut causa qua Pater est id dicatis. Unde sequitur Filium non creaturam, sed naturalem Filium esse.

Theologi ex oratione coram CL episcopis habita.

27. Creatura quidem Dei dicatur, siquidem magnum nobis et hoc est. Deus autem nullo modo : certe tunc admittam creaturam esse Deum, cum ergo quoque proprie fuero Deus. Sic enim se res habet. Si quidem Deus est, creatura non est, nobiscum enim, qui dii non sumus, creatura est. Quod si creatura est, Deus non est. Cœpit enim in tempore : quod porro cœpit, est quando non fuit. Cæterum id quo illud non fuit, antiquius est, cum proprie non sit, qui fieri potest ut sit Deus ? Trium ergo [sanctæ Trinitatis personarum] nulla creatura est neque quod eo deterius est, propter me facta, ne solum creatura sit, verum etiam nobis abjectior. Nam si ego in honorem Dei factus sum, illa vero propter me, certe orbita propter curium, et sera propter ostium facta est. Vinco causa. A Quanto enim creaturis excellentior est Deus, tanto id me ipso, qui propter Deum subsisto, ignobilius sit oportet, quod propter me factum est.

Damascen.

28. Quemadmodum ignem lumine quod ab ipso procedit lucere dicimus, nec lumen ab igne procedens instrumentum esse statuimus quod igni deserviat, sed potius naturalem esse facultatem profitemur, ita et Patrem quæcunque agit, ea per unigenitum Filium suum agere dicimus, non tanquam organi adminiculo, sed naturali et per se subsistente potentia. Et quemadmodum ignem lucere dicimus, viceque versa lumen ignis lucere astruimus, ita etiam quæcunque Pater agit eadem B Filius quoque agit.

Assertiones aliæ adversus Eunomianorum ὁμοιούσιον, *hoc est dictionem, qua Filius similis quidem, at non ejusdem cum Patre substantiæ esse dicitur.*

CAP. LVII.

Magni Athanasii adversus eos, qui homœusium introducunt.

29. Similia non de substantiis, at figuris et qualitatibus dicuntur. Homo itaque homini ratione quidem essentiæ ὁμοούσιος dicitur : ratione autem figuræ aut ideæ, ὅμοιος. id est similis. Idea porro qualitas quæpiam est. Item homo bovi, si essentiæ ratio habeatur, non ἀνόμοιος seu dissimilis est, at ἑτεροούσιος, hoc est essentia diversa præditus : C ratione vero ideæ corporeæ, ἀνόμοιος seu dissimilis. Fit autem Deo quispiam similis, non essentia, sed virtutibus, quæ qualitatibus accensentur.

Basilii Magni.

30. Splendore quidem conjunctionem, hypostaseos vero charactere seu figura substantiæ, ὁμοούσιον, hoc est identitatem substantiæ docemur.

Sancti Cyrilli.

31. Undenam Filius Patri consubstantialis esse dictus sit, Apostolus dicat his verbis : *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo* [81]. Itaque cum per Dei formam natura intelligatur, adjungaturque æqualitas, merito consubstantialis dictus est. Qui enim æqualem cum D Patre naturam habet, æqualem certe substantiam quoque habet. Quin ipse quoque Christus cum ait : *Ego et Pater unum sumus* [82], naturæ sive essentiæ identitatem demonstrat.

Ejusdem Cyrilli.

32. Quorum actiones eædem, eorum essentia quoque una est. Actio porro Patris et Filii una est, ut hinc patet : *Faciamus hominem ad imaginem nostram* [83]. Item : *Quæcunque Pater agit, eadem* et

[72] Rom. VIII, 29. [73] Coloss. I, 18. [74] Joan. XIV, 6. [75] Joan. X, 9. [76] Psal. LXX, 3. [77] Psal. CXVII, 14. [78] Rom. III, 4. [79] Psal. CXV, 11. [80] Psal, CIX, 3. [81] Philipp, II, 6. [82] Joan. X, 30 [83] Gen. I, 26.

Filius agit [84]. Item : *Si opera Patris mei non facio, ne credatis mihi* [85].

Ejusdem Cyrilli.

33. Quemadmodum bonus odor ille, qui naturaliter et essentialiter e flore procedit, floris ejus speciem indicat, a quo tanquam parente natus est, ita et filius, qui velut odor paternæ substantiæ quispiam est, genitorem suum declarat. Ait enim : *Qui videt me, videt et Patrem* [86].

S. Cyrilli objectio contra Arianos, ejusque solutio.

34. Sic alicubi Servator ait seipsum quidem in Patre sese, Patrem autem consimilite in seipso. Jam cuivis perspicuum est, non ita intelligendum hoc esse, ut quemadmodum corpus corpore, aut vasculum vasculo comprehenditur, ita etiam Patrem a Filio, vel e diverso Filium a Patre comprehendi quodammodo dicamus. Cæterum hic in illo, illeque in hoc citra mutationem esse videtur, tanquam in essentiæ identitate, naturalique conjunctione atque similitudine. Quemadmodum si quis in imagine suam genuinam conspicatus formam, vere quibusdam dicat, similitudinem tam exacte expressam demiratus : Ego in hac pictura, et pictura hæc in me. Vel quemadmodum si caliditas quæ naturaliter ab igne procedit, loqui posset, diceretque : Ego in igne, et ignis in me. Nam supradictorum unumquodque cogitatione quidem dividi quodammodo potest ; at natura unum est, unumque ex uno individua quadam processione oritur, quemadmodum sejungi quoque videtur ab eo cui quidem inest. Verumenimvero tametsi vis et energia eorum quæ de ipsis cogitantur hoc veluti quodam typo elucescat, in altero tamen videtur, amboque idem sunt, si substantiæ ratio habeatur. Itaque si essentiæ ratione, quæ mutari non potest, atque characteris seu figuræ, quæ prorsus corrumpi adulterarive nequit, Pater in Filio est, qui fieri poterit ut major in minorem, sic enim isti Filium censent, transeat, et in eo videatur ? Quia vero prorsus in eo est, consequitur, ut Filius omnino perfectus sit et a perfecto procedat, magni Patris character et figura.

Magni Basilii, quod Pater sit Filio major causa paterna, non autem divinitatis natura.

35. Si essentiam essentia majorem aut minorem non dicemus, verba illa, *Pater major me est* [87], ratione substantiæ dicta non sunt ; sed quia ejus Pater, hoc est, causa et principium est.

Ejusdem Basilii.

36. Si causa major est eo cujus est causa, et ab ipso essentiæ ratione differt. Omnis autem pater causa est, omnisque filius is cujus pater causa est, certe majores filiis patres diversique sunt ab illis essentiæ ratione. Hoc verum non est.

Ejusdem Basilii.

37. Comparationes proprie inter illa fiunt, quæ sunt ejusdem generis. Nullus enim Deum cum angelo, aut angelum cum homine, aut hominem cum bruto confert ; sed Deus quidem cum nullo conferri potest, cætera vero cum iis conferuntur, quæ sunt generis ejusdem : non autem cum iis quæ diversi.

Nec enim angelus cum homine, nec homo cum bruto nec lignum cum lapide confertur. Quo fit, ut in iis quæ sunt ejusdem generis, melius non dicatur, sed magis, plus, et majus. Itaque si Pater Filio ratione naturæ sive substantiæ major est, erit Filius ejusdem cum Patre substantiæ.

S. Cyrilli adversus eos qui minorem Filium introducunt, eo quod Christus in Evangeliis dicat : « Pater meus major me est. »

38. Qui vero fieri potest ut Filius minor dicatur, qui perspicue dicat : *Omnia qnæcunque habet Pater, mea sunt* [88]. Et alibi Deo et Patri verba faciens : *Omnia*, inquit, *mea tua sunt, et tua mea* [89], in Patrem quoque cadet ut minor dicatur, itidemque in Filium. ut major, præsertim cum in rerum ordine nullum sit discrimen, siquidem quæ utrique insunt in utroque cernantur, ita ut *quidquid* Patris est, id Filii quoque sit, et versa vice, quidquid Filii proprium esse videtur, id Patri quoque convenit. Itaque nihil obstabit, quominus Patrem Filio minorem, et Filium Patre majorem dicamus : sed hujusmodi quidpiam vel cogitare perabsurdum est. Quapropter æqualis est Patri, non *Patre minor*, qui communes habet cum Patre *substantiæ* dignitates.

Alia objectio Anomæorum : An volens Pater, an nolens Filium genuerit ?

CAP. LVIII.

Magni Gregorii Theologi ex oratione de incomprehensibili Filii Dei generatione.

39. Cujusmodi porro est, quod Anomœi objiciunt, quam rixosum et impudens ? Volensne, inquiunt, Filium genuit, an nolens ? deinde nodis, ut ipsi arbitrantur, utrinque nos implicant, non validis, sed admodum putidis. Si nolens, inquiunt, ergo tyrannice coactus : quis autem Deum cogere quonamque ille modo cogi possit ? Quod si volens, voluntatis Filius est Deus. Quomodo ergo ex Patre ? ita ut novam quamdam matrem voluntatem loco Patris confungant Unum tamen hoc in illis venustum est, si his verbis innuant, se ab affectibus ad voluntatem defecisse. Nec enim voluntas affectio est.

Secundum porro eorum quam validum sit argumentum videamus. Præstiterit tamen si ante eum illis manum proprius conseramus. Age vero tu ipse, qui facile dicis quidquid libet Ex volentene pater

[84] Joan. v, 19. [85] Joan. x, 37. [86] Joan. xiv, 9. [87] Ibid. 28. [88] Joan. xvi, 15. [89] Joan. xvii, 10.

tuo natus es, an ex nolente? Si nolente, tyrannice nimirum coactus est, quis porro eum coegit? Nec enim naturam dixeris, quæ castitatem quoque amplecti potest. Sin volente, paucis tibi syllabis pater excidit? nam voluntatis te, non patris filium prædicas. At vero tunc ad Deum resque creatas transis? ergo sapientiæ tuæ tuam accommodo quæstionem. Volensne Deus omnia condidit, an coactus? si coactus, hæc tyrannis est, et vis ab aliquo illata: sin volens, res etiam creatæ Deo privantur, tuque in primis, qui argutias hujusmodi nobis confingis. Siquidem voluntas nos a Creatore tanquam murus intermedius sejungit. Verumenimvero alium puto eum esse qui vult, et aliam voluntatem; alium qui generat, et aliam generationem; alium qui dicit, et alium sermonem, nisi forte sumus ebrii. Illa enim sunt quæ moventur, hæc vero motui similia. Non ergo voluntatis est, quod quis vult, nulla enim hoc ratione consequitur neque generationis, quod generatur, neque prolationis, quod auditum est, sed volentis, generantis, et loquentis. Quæ porro Deo insunt, his omnibus excellentiora sunt: cui quidem generatio fortasse nihil aliud est, quam ipsa generandi voluntas; quod si omnino admittamus, medium nihil relinquitur. Atqui generatio vel ipsa voluntate præstantior est.

Visne ut ludicrum ego quoque de Patre aliquod in medium proferam? siquidem te auctore argutias hujusmodi comminisci audeo. Volensne Deus Pater est, an nolens? Jam quomodo te ab ambidextro tuo hoc sophismate expedies? Si enim volens, quando tandem velle cœpit? certe non antequam esset; nihil enim erat prius: aut aliud in eo voluit, ut ita dicam, volitum est; unde consequitur ut partitionem admittat. Quid vero obstet, quominus ille voluntatis quoque tuæ promptuarium sit? Quod si nolens, quid eum coegit ut esset? item quomodo Deus erit, si coactus est? quamvis Deus nihil aliud sit quam ipsum esse.

CAP. LIX.

Unam Dei essentiam, naturam et appellationem esse, S. Gregorii Theologi adversus eos qui dicunt homonymum Deum Filium Dei Verbum. Ex prima oratione de Filio.

40. Nostra porro sic habet ratio. Quemadmodum equi, bovis, hominis, singulorumque sub eamdem cadentium speciem ratio una est, atque adeo quidquid ratione præditum est, id etiam proprie; quidquid vero ea caret, id vel non dicitur, vel non proprie dicitur: sic Dei quoque una essentia, et natura, et appellatio est, etsi diversa essentiæ naturæque habita ratione, varia quoque nomina excogitentur: ita ut quod proprie Deus dicitur, id Deus quoque sit: quodque natura sit, id etiam vere nominetur, siquidem non in nominibus, sed rebus veritatem inesse arbitramur. Isti autem veriti ne non omnem lapidem adversus veritatem movisse videantur, Deum quidem Filium esse fatentur, quoties eo et ratione et testimoniis adiguntur: at homonymum, soloque nomine communi. Cum vero contra insistimus hic verbis: Age vero, an Deus non proprie Deus est, quemadmodum neque animal quod pictum est? Qui fit ergo, ut Deus sit, si proprie Deus non est?

At quid obstat, inquiunt, quominus et homonyma utraque et proprie dicantur? Atque nobis in medium proferent canem terrestrem et marinum: ut quæ sint homonyma et proprie dicantur. Homonymis enim hujusmodi quoque species accensentur, et si quid aliud eodem significetur nomine, ejus quidem ex æquo particeps, natura vero diversum. At vero ibi, heus tu, vir optime, cum duas naturas eadem sub appellatione comprehendis, aliam alia nihilo meliorem introducis, ita ut neque aliam alia priorem aut posteriorem, neque aliam magis aut minus alia esse id quod dicitur asserere possis. Nihil enim conjungitur, quod hujusmodi eis necessitatem afferat. Hic enim non magis canis est, neque ille minus alio, nimirum marinus terrestri, aut terrestris marino. Nam cur id quave ratione fiat? sed rebus æqualibus atque diversis eadem appellatio tribuitur. Nunc autem cum adorationem Deo adjudices, eumque esse dicas, qui naturam omnem exsuperet, quod unum Dei proprium, velutique natura divinitatis est, deinde Patri quidem id tribuas quo Filium prives, imo Patri subjicias, eique velut secundarium ab illo ascribas honorem et adorationem; tamen syllabis ipsis τὸ ὅμοιον, seu similitudinem ei tribuas, re tamen ipsa divinitatem conscindis, malitioseque ab homonymia æqualitatem designans, ad eam transis, quæ inæqualia cooptet, ita ut te judice pictus vivensque homo, atque canes illi quos exempli gratia in medium protulisti, ad divinitatem propius accedant: vel ambobus ut appellationis homonymiam, ita naturarum quoque æqualitatem concedito, quamlibet eas differentes introducas, et canes illos dissolvisti, quos ad inæqualitatem probandam commentus es. Nam quid homonymia seu nominis similitudo prosit, nisi ea quæ dividis parem honoris gradum obtineant, siquidem non ut æqualia ostenderes, sed ut inæqualia, ad hujusmodi homonymiam canesque confugisti.

CAP. LX.

Filium vere Deum esse, ex eadem B. Gregorii Theologi oratione.

41. Quandoquidem nos ex magnis et excelsis vocibus divinitatem Filii deprehendimus et prædicamus, his nimirum: Deus Verbum in principio, cum principio principium: *In principio erat Verbum, Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum* [90]. Et *Tecum principium* [91]. Et vocans ipsum [principium] a generationibus antiquis. Quoniam Filius unigenitus, *unigenitus Filius*, qui est in sinu

[90] Joan. I, 1. [91] Psal. CIX, 3.

Patris, ipse enarravit [92]. *Via, Veritas. Vita* [93] Lux [94], Sapientia, Virtus : *Christus, Dei Virtus, et Dei sapientia* [95].

Splendor, Character seu Figura, Imago, Sigillum : *Qui cum sit splendor gloriæ et figura substantiæ ejus* [96]. Et : *Imago bonitatis ejus* [97]. Et : *Hunc enim signavit Deus* [98].

Dominus, Rex, Qui est omnipotens : *Pluit Dominus ignem a Domino* [99]. Et : *Virga directionis, virga regni tui* [1]. Et : *Qui est, qui erat, et qui venturus est* [2], et omnipotens, perspicue de Filio dicta, et cætera quæ sunt ejusdem significationis : quorum nullum ascititium est, neque posterius adjunctum Filio aut Spiritui, ut nec ipsi Patri. Quod enim perfectum est, id accessione non constat. Nunquam enim fuit sine Verbo, nunquam non fuit Pater, nunquam non verus, non sapiens, non potens, nunquam vita, aut splendore aut bonitate egens.

Jam vero tu mihi vicissim, verba imperitiæ tuæ recenseto, nempe, *Deus meus, et Deus vester, Major, Creavit, Fecit, Sanctificavit.* Adde, si velis, et hæc : *Servus, Subjectus, Dedit, Didicit. Mandatum accepit, Missus est.* Quod etiam *nihil a seipso facere, aut dicere, aut judicare, aut donare, aut velle possit.* Quibus et hæc adjice : *Ignorantiam, Subjectionem, Precationem, Interrogationem, Profectum, Perfectionem.* Imo vero si placet, iis quoque abjectiora accense : *Dormire, Eurire, Defatigari, Flere, Angi, Succumbere.* Fortassis objicies et crucem et mortem. Nam resurrectionem et ascensum in cœlos prætermissurus mihi videris ; quandoquidem nonnihil in iis reperitur, quod nobis suffragetur. Plura his etiam deblaterabis, si homonymum Deum tuum et ascriptitium constituere velis, qui nobis et verus et ejusdem cum Patre dignitatis habetur.

Horum enim unumquodque facile tibi fuerit repetendo ad pietatis regulam examinare, scrupulumque tollere, si quem tibi verba injecerint, si saltem revera impegeris, nec ultro id flagitii commiseris.

Ut autem rem paucis concludam, quæ sublimiora sunt, ea ad divinitatem refer, eamque naturam, quæ ab omnibus corporeis perturbationibus immunis est. Quæ vero sunt humiliora, ea composito ascribe, eique qui propter te exinanitus est, carnemque assumpsit, et, ne quid abjectius dicam, homo factus est. Deinde vero exaltatus etiam est, ut carnalibus istis humique repentibus dogmatis tuis longum valedicens, sublimior esse discas, atque ad divinitatem ascendere, non autem rebus iis quæ sub aspectum cadunt immoreis, sed una cum iis quæ mente percipiuntur subveharis : atque adeo cognoscas, quænam lex naturæ, quæque carnis a Christo assumptæ ratio sit.

CAP. LXI.

Explicatio hujus Scripturæ loci : « Quemadmodum Pater vitam habet in seipso, ita dedit et Filio vitam habere in seipso [3]. *» Theologi ex secunda de Filio oratione.*

42. Quintum dicatur, quod ipse vitam aut judicium accipiat, vel hæreditatem gentium, vel potestatem omnis carnis, vel gloriam, vel discipulos, vel quæcunque dicuntur, eaque de humanitate. Quod si de Deo quoque dicta esse concedas, nihil absurditatis inest. Neque enim tanquam ascititia concedes, sed tanquam ea quæ ab initio inessent, atque adeo naturæ, non autem gratiæ ratione.

Sancti Cyrilli.

43. Verba illa : *Ego vivo propter Patrem* [4], haudquaquam diversæ substantiæ Filium constituunt, sed potius consubstantialem Quemadmodum enim si quis filius hominis dicat : Sum rationis particeps propter patrem, sive quia pater meus ratione præditus est, ita etiam Filius et Deus : Vivo, inquit, ego, quia vivit Pater. Cæterum hujusmodi oratione paternam causam Filius et Verbum perspicuam fecit, atque ipsarum etiam hypostaseon discrimen : ne quis ratione mutuæ illorum in omnibus æqualitatis et identitatis unam esse personam existimet.

S. Joannis Damasceni.

44. Quæcunque Filius et Spiritus habent, *a Patre* habent, atque ipsum etiam quod sunt. *Nam si* nihil quidquam Pater habeat, nec Filius *quidem* quidquam habet, nec Spiritus sanctus ; et propter Patrem, id est, quia Pater est, Filius quoque Spiritusque sanctus sunt ; juxta illud : *Vivo ego propter Patrem*, sive quia vivit Pater, et propter Patrem Filius et Spiritus sanctus habent ; id est qui illa quæ Pater habet mea sunt, præter characteristicas seu figurativas proprietates. Itaque Pater Filio dat ratione causæ paternæ. Accipere autem Filius et Spiritus sanctus dicuntur, propter naturæ identitatem.

CAP. LXII.

Magni Gregorii Theologi : De Filii a Patre missione.

45. Missus quidem est, at ut homo. Duplex enim erat : quandoquidem defessus fuit, esuriit, sitiit, anxius fuit, flevit lege corporis ; quod si etiam ut Deus, quid hoc ? Beneplacitum Patris, missionem esse reputa : ad quem sua ipsius accepta refert, tum ut principio quod nullo tempore cœpit honorem deferat, tum ne Deo adversari videatur, quandoquidem proditus quoque dicitur, imo vero seipsum prodidit, ut scriptum est ; item a Patre suscitatus et assumptus est ; imo seipsum

[92] Joan. I, 18. [93] Joan. XIV, 6. [94] Joan. VIII, 12. [95] I Cor. I, 54. [96] Hebr. I, 3. [97] Sap. VII, 26. [98] Joan. VI, 27. [99] Gen. XIX, 24. [1] Psal. XLIV, 7. Apoc. I, 8. [2] Joan. V, 26. [3] Joan. VI, 58.

quoque suscitavit et assumpsit. Illa sunt beneplaciti ; hæc potentiæ. Tu porro ea quidem recenses quæ minorem faciunt, quæ vero sublimiorem, ea prætermittis : eumque passum esse consideras, quod autem sponte passus sit non adjicis.

Ejusdem in illum Apostoli locum, quo ait : «Oportet enim eum regnare usque ad tempora. » Ex oratione 2 de Filio.

46. Quod secundo loco nobis objiciunt adversarii, id vero maximis et invictis argumentis accensent, nimirum : *Oportet enim ipsum regnare* [5] usque adhuc : et *a cœlo suscipi usque ad temporum restitutionem* [6], et habere solium a dextris Dei, donec inimicos superet. Quid tum postea ? Regnumne deseret, aut cœlis ejicietur ? Quis eum coget ? aut qua de causa ? Quam audacem interpretem agis ! quamque a regno seu subjectione alienum ! Atqui audis : *Regni ejus non erit finis.* Verumenimvero in eum errorem impegisti, quod his vocibus donec et usque præteritum a futuro non dividi prorsus ignores : imo hactenus significari, nulla oratione habita ejus quod subsequatur : alioqui quo sensu accipias, ne cætera dicam, locum illum : *Ero vobiscum usque adconsummationem sæculi* [7] ? An postea futurum non esse dices ? At quænam hujus ratio fuerit ? Nec vero ea tantum de causa lapsus es, sed etiam quia dictionum significata non distinguis. Siquidem regnare dicitur uno quidem significatu, tanquam omnium, velint, nolint, Rex omnipotens ; alia autem, tanquam is qui nos ditioni suæ subjecerit, suoque ipsius regno ita mancipaverit, ut libenter ejus jugum suscipiamus. Regni ergo eo sensu accepti non erit finis. Secundi autem munus quodnam est ? nimirum ut nos manu protegat et salvos faciat. Nec enim est quod eos subjiciat, qui jam subjecti sunt. Postea enim consurget judicaturus terram, ut salvos a perditis segreget. Postea, inquam, surget Deus in medio deorum, salvorum, dijudicaturus et distincturus quo quisque præmio et mansione dignus sit. Hoc sensu accipito eam quoque subjectionem, qua Filium Patri subjicis.

Quid ais ? quasi nunc ei subjectus non sit ? An vero Deo subjiciendus est omnino, qui Deus quoque sit ? certe tu de latrone aut hoste quopiam verba mihi facere videris.

Quin potius rem ipsam ita expendito. Quemadmodum exsecratio dictus est ille, qui meam soluturus exsecrationem venit : item et peccatum, qui mundi peccatum tollit, denique novus Adamus pro vetere fit, ita et inobedientiam meam suam facit, quippe qui totius corporis caput exsistat. Itaque quandiu rebellis ego seditiosusque sum, dum Christi jugum respuo, affectibusque meis inservio, Christus quoque non subjectus habita mei ratione dicitur.

Postquam vero cuncta sibi subjecerit, subjiciet autem cognitione et commutatione, tunc ipse quoque subjectionem compleverit, me servatum tum adducens. Hæc enim est, ut arbitror, Christi subjectio, nimirum paternæ voluntatis adimpletio. Subjicitur porro et Filius Patri, et Pater Filio : ille quidem agens hic vero approbans : quod antea quoque diximus. Atque ita qui subjecit quod subjectum est, Deo exhibet, sibi quod nostrum est accommodans.

Eodem sensu mihi accipiendus locus ille quoque videtur : *Deus, Deus meus, intende mihi, quare me dereliqui ti* [8] ? Nec enim ipse derelictus est, neque a Deo, neque a sua ipsius divinitate, quod quibusdam videtur tanquam timente passionem, et idcirco contracta a patiente. Quis eum vel primitus hoc in mundo nasci, vel in crucem ascendere coegit ? Cæterum in seipso, ut jam dixi, quod nostrum est, exprimit. Nos enim derelicti antea et contempti eramus : nunc vero assumpti et servati passionibus ejus qui passioni neutiquam obnoxius est. Quemadmodum nostram quoque insipientiam assumens, et peccatum assumens, quæ subsequuntur eo in psalmo ait ; quandoquidem vicesimus primus ille psalmus ad Christum haud dubie refertur.

Ejusdem quoque considerationis et illa sunt, quod ille obedientiam ex iis quæ passus est didicerit ; item *clamor*, *lacrymæ*, *supplicare*, *exaudiri*, *reverentia* : quæ ille pro nobis mirum in modum tanquam in proscenio repræsentat. Quatenus enim Verbum neque obediens erat, neque non obediens : siquidem hæc ad eos spectant, qui subjecti quasique secundarii sunt, illud quidem certe spectat ad viros bonos, rectique amantes, hoc vero ad reprobos supplicioque dignos : quatenus autem servi forma se conservis accommodat alienamque formam induit, me totum meaque in seipso ferens, ut sua ipsius vi quod deterius est consumat, non secus atque ceram ignis, aut sol vaporem terræ : atque ego commissionis hujus gratia eorum quæ habet ille particeps efficiar. Ea de causa obedientiam reipsa præstat, ejusque periculum passionis facit. Siquidem affectio seu animi dispositio non sufficit, quemadmodum neque nobis, nisi rebus quoque ipsis animi sensa declaremus. Opus enim affectionem animi probat. Nec minus forte probandus ille quoque sensus est, quod obedientiam nostram explorat, omniaque suis passionibus metitur arte humanitatis, ut suis nostra cognoscere possit, quantumque sit a nobis exigendum, quantumque nobis concedendum, habita imbecillitatis una cum passionis ratione. Nam si lux, propter emissionem quæ in tenebris, hoc est hacce vita, apparuit, persecutionem passa est a tenebris, a malo, inquam, et tentatore, tenebræ quantæ quamque debiles fuerunt ? Quid autem mirum, si coalescentibus illis omnino nos quoque quodammodo assumpti fuerimus ? Majus enim i

[5] Cor. xv, 25 ; Psal. cix, 2. [6] Act. iii, 21. [7] Matth. xxviii, 20. [8] Psal. xxi, 2.

persecutionem pati fuit, quam nobis assumi, eorum saltem judicio, qui hæc rite expendunt. Prædictis porro adjiciam quod mihi in mentem venit In quo enim passus est ipse, eum tentatus est, potest iis qui tentantur opitulari [9], quod ad eumdem perspicue sensum refero.

CAP. LXIII.

Ex eadem beati Gregorii oratione, hujus Scripturarum loci : «Erit Deus omnia in omnibus,» explicatio.

47. Cæterum instaurationis tempore, *Deus erit omnia in omnibus* [10], non Pater, Filio prorsus in eum ita resoluto, ut si tæda in magnum rogum, ex quo exempta fuerit ad tempus, iterum conjiciatur. ne enim Sabellii hoc dicto corrumpamur, sed totus Deus ; quo quidem tempore non amplius ut hodie multas in partes motibus animi atque perturbationibus distrahemur, Dei nihil quidquam vel perpusillum in nobis ipsis ferentes : sed Deo plane similes, Deique solius capaces. Hæc enim est perfectio ad quam properamus : cujus quidem maximo argumento est beatus ipse Paulus. Quod enim hoc in loco de Deo indefinite ait, alibi aperte de Christo affirmat, quibusnam verbis? *Ubi non est gentilis et Judæus, circumcisio et præputium, Barbarus et Scytha, servus et liber, sed omnia in omnibus Christus* [11].

CAP. LXIV.

De eo, quod non possit Filius a seipso facere quidquam. Ex eadem beati Gregorii oratione.

48. Sextum apponatur, quod *Non possit Filius a seipso quidquam facere, nisi Patrem facientem viderit* [12]. Hoc vero ita se habet. Posse vel non posse nequaquam eorum est, quæ uno modo, sed eorum quæ pluribus efferuntur. Aliquid enim dicitur fieri non posse, partim quidem vel potentiæ defectu, vel ratione temporis, vel relative : ut si puerum certare, aut catulum videre, aut hunc illum expugnare posse neges. Fortassis enim certabit aliquando puer, et videbit canis, et hic illum expugnabit, quamlibet olim quempiam expugnare nequeat ; partim autem [dicitur aliquid] ut plurimum, ut *non potest civitas abscondi supra montem posita* [13]. Fortassis enim quæpiam abscondi potest majoris alicujus corporis objectu : partim etiam, quia rationi consentaneum non sit, ut : *Non possunt filii sponsi jejunare, quandiu sponsus adest* [14], sive corporeis oculis videatur (nec enim peregrinationis ejus tempus mœroris erat, sed lætitiæ), sive quatenus Verbum est mentis oculis consideretur Quid enim est quod ii corpore jejunent, quibus animus Verbo expurgatur? partim quoque quia id nolit, ut non posse illic signa facere, propter accipi utium incredulitatem. Quia enim ad morborum curationes utrumque necessarium erat, et fides eorum qui curabantur, et virtus ejus qui curabat, altero deficiente, alteri locus superesse non poterat. Cæterum an hoc ei quoque accenseri possit, quod rationi consentaneum est, ignoro. Rationi enim consentaneum non erat, ut ii curarentur, qui incredulitatis morbo laborabant.

Eadem est hujusmodi quoque loci ratio : *Non potest mundus non odisse vos* [15] ; et hujus : *Quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali* [16]. Quanam enim alia de causa hæc fieri nequeunt, nisi quia voluntas desit?

Est porro hujusmodi quoque quidpiam in iis quæ dicuntur : Quod natura quidem fieri nequit, id fieri hinc demum potest, si Deo placuerit : ut eumdem non posse bis nasci [17], et foramen acus cameli capax non esse [18]. Nam quid obstet quominus hæc fiant, si Deus velit? Præter omnes hos modos est quod fieri nullo prorsus modo queat, nec ulla admittit ratio, ut eo modo fiat, quem nunc quærimus. Quemadmodum enim fieri non posse dicimus, ut malus sit Deus, aut *non sit* omnino (hoc enim ad impotentiam potius quam potentiam Dei referatur, quam si quod non est esse dicatur. aut bis duo et quatuor et decem esse affirmentur) : ita impossibile prorsus est, nec ratio id ulla admittit, ut Filius eorum *quidpium agat*, quæ Pater non agit. Omnia enim quæcunque habet Pater, Filii sunt. ut vice versa quæ sunt Filii, sunt et Patris [19-20]. Nihil ergo privatum est et peculiare, quoniam communia sunt eis omnia Siquidem ipsa etiam essentia communis et æqualis eis est, quanquam Filius id a Patre habeat. Unde *illud* quoque dicitur ; *Ego vivo propter Patrem* [21], non quod inde sit illi vitæ et essentiæ origo, qualis huminum esse solet : sed quia inde citra ullum tempus et causam subsistat.

Cæterum Patrem quemadmodum videt facientem, ita et demum facit An vero ut qui formas et litteras depingunt, quia non sit ad rei veritatem consequendam alia via, nisi oculos ad exemplar et archetypum subinde intendant manumque ad ejus imitationem dirigant? Qui vero fieri potest, ut sapientia doctore indigeat? nihilne factura est, nisi doceatur? Quomodo autem Pater agit, aut egit? Aliumne antea condidit mundum loco præsentis? quamlibet futurum constituerit? eoque respiciens Filius alterum quidem constituit, alterum autem constituturus est? Auatuor ergo mundi hac ratione constituti fuerint quorum alios Pater, alios Filius fecerit. O ineptias! Quod ergo a lepra et *demonibus* purgat, morbos curat, mortuos exsuscitat, super mare ambulat, cæteraque alia facit, quæ quidem fecit, quanam in re aut quando Patrem omnia prius facientem imitatus est? An videlicet Pater rerum hujusmodi formulas præscripsit, Verbum autem non serviliter aut imperite, sed perite

[9] Hebr. xiv, 14 16. [10] I Cor. xv, 28. [11] Coloss. iii, 11. [12] Joan. v, 19. [13] Matt. v, 14. [14] Matth. ix, 15. [15] Joan. vii, 7. [16] Matth. xii, 34. [17] Joan iii, 4, 5. [18] Matth. xix, 24-26. Joan. xvi, 15 ; xvii 10. [21] Joan. vi, 58.

et imperiose, vel ut magis proprie loquar, paterne perficit? Eo enim sensu locum illum accipio, quo quæ a Patre fiunt, ea similiter a Filio fieri dicuntur, ita ut non eorum quæ fiunt similitudo, sed eadem potestas et dignitas significetur. Quo sensu etiam et hoc accipiendum est, ad hoc usque tempus et Patrem et Filium operari: nec hoc solum, sed eorum etiam quæ fecerunt moderationem et conservationem, ut verbis illis indicatur: *Facere angelos suos spiritus* [22]. Item, *fundare terram super stabilitatem ejus* [23], cum semel et hæc fundata, et illi facti sint. Item: *Formari tonitrum, et creari Spiritum* [24]; quorum ratio cum semel exstiterit, continua tamen etiamnum operatio manet.

CAP. LXV.

In Illud: « *Descendi e cœlo, non ut faciam voluntatem meam* [25]. » *Ex eadem sancti Gregorii oratione.*

49. Septimum proponatur: Descendisse de cœlo Filium non ut voluntatem suam faciat, verum ejus a quo missus est. Certe nisi hæc proferrentur ab eo qui descendit, dicere possemus sermonem hunc formari tanquam ab homine, non eo qui Servator intelligatur, cujus voluntas Deo neutiquam contraria sit, quippe quæ tota divina evaserit, sed eo qui nobis similis sit; quippe cum humana voluntas non omnino Deo subserviat, sed persæpe repugnet, atque in contrarium nitatur. Hoc enim sensu locum illum accepimus: *Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste; verumtamen non quod ego volo, sed tua voluntas prævaleat* [26]. Nec enim consentaneum est, ut ignorarit ille an id fieri possit necne, nec voluntatem voluntati opposuerit. Quia vero ea verba ejus sunt, qui carnem assumpsit, quod enim descendit caro assumpta non est: ita quæstioni occuaremus hoc intelligendum esse, non tanquam propria Filio voluntas aliaque a Patris voluntate sit, sed tanquam non sit, ut hæc inde consequantur: Non ut faciam voluntatem meam, mea enim a tua sejuncta non est; sed eam quæ tibi et mihi communis est, quorum ut una est divinitas, ita et voluntas.

Siquidem pleraque communiter hoc pacto dicuntur, non affirmative, at negative, ut illud: *Non enim ad mensuram Deus Spiritum dat* [27], nec enim dat, nec ad mensuram Nam Deum Deus non metitur. Item illud: Neque peccatum meum, neque iniquitas mea, sic enim intelligendum, non ut insit, sed ut non insit. Item: Non propter justitias nostras, quas fecimus; nec enim fecimus. Porro perspicuum hoc est ex sequentibus. Quam enim esse inquit voluntatem Patris? Ut omnis qui credit in Filium servetur, particepsque fiat extremæ resurrectionis, sive restitutionis. An ergo hæc Patris est voluntas, Filii vero non item? aut præter animi voluntatem annuntiatur et creditur? Quis autem hoc credat? præsertim cum horum quoque verborum sermonem qui auditur, non esse Filii, sed Patris, idem sit sensus. Qui fiat enim, ut quod commune est, ullius soliusve peculiare sit. Hoc plerumque considerans intelligere non possum, nec alius, mea quidem sententia, intelligere queat. Si hoc sensu voluntatem intelligas, recte admodumque pie intelliges: prout mea, et cujusque orthodoxi, sententia fert.

CAP. LXVI.

De eadem beati Nazianzeni oratione, in illud: « *Ut cognoscant te solum verum Deum.* »

50. Octavum hoc illis est: *Ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum* [28], et hoc, *Nemo bonus nisi unus Deus* [29]. Hujus quoque scrupuli facillima mihi solutio videtur. Nam si solum verum de Patre intelligas, ubinam, quæso. Veritatem ipsam collocabis? Nam si hoc sensu verba hæc: *Soli sapienti Deo* [30], *Soli immortali* [31], *et lucem inaccessam habitanti* [32], aut *Regi sæculorum incorruptibili, invisibili, soli* sapienti *Deo* [33] intelligas, Filius qui morte multatus est tibi effluet, ita ut vel caligo sit, vel non sapiens, neque Rex, neque invisibilis, neque omnino Deus, quod antedictorum caput est. Qui vero fiet, ut cum cæteris bonitatem quoque maxime soli Deo propriam non amittat? Verumenimvero verba illa, *Ut cognoscant te solum verum Deum*, sic dicta existimo, ut ad eorum qui dii non sunt quamlibet dicantur internecionem. Nunquam enim alias addidisset, et *quem misisti Jesum Christum*, si ad illum verba hæc *solum verum* retulisset, at non de divinitate in commune locutus esset. Cæterum verba illa: *Nemo bonus*, occupationem continent, qua legisperito cuidam tentanti se Christus occurrit, sibique quatenus homo esset bonitatem tribuenti: Summe bonum, inquit, solius Dei est, quamvis hoc quoque nomine censeatur homo; unde illud: *Bonus homo ex bono thesauro profert bonum* [34]. Item: *Dabo regnum bono super te* [35]. Verba Dei sunt ad Saulem de Davide Item illud: *Benefac, Domine, bonis* [36], et cætera id genus quæcunque dicuntur de iis qui inter nos laudibus efferuntur, in quos primi boni defluxio, vel secunda ratione, derivavit. Itaque si persuasi sumus, optimum est: sin minus, quid respondebis iis qui argumenta tua secuti, Filium solum Deum dictum esse astruent? quibusnam verbis? His: *Hic est Deus noster, et ei non comparabitur alius* [37]. Et paulo post: *Post hoc in terris visus est, et cum hominibus versatus* [38]. Ibi enim non de Patre sed Filio verba fieri, ex eo quod additur perspicuum est. Is enim est qui corpore nobiscum versatus est iisque convixit, qui degunt in terris. Quod si evicerit hoc de Patre dici, non iis qui dii censentur, Patrem amisimus [iis ipsis quibus Fi-

[22] Psal. CIII, 4. [23] Ibid. 5. [24] Ibid. 25, 30. [25] Joan. VI, 38. [26] Matth. XXVI, 39. [27] Joan. III, 34. [28] Joan. XVII, 3. [29] Luc. XVIII, 19. [30] Rom. XVI, 27. [31] I Tim. I, 17. [32] I Tim. VI, 16. [33] I Tim. I. 17. [34] Matth. XII, 35. [35] I Reg. XV, 28. [36] Psal. CXXIV, 4. [37] Baruch III, 36. [38] Ibid. 38.

Cæterum admirandus Aristoteles veteris adversarius Academiæ, præceptorique Platoni contrarius, cœlum factum esse, atque a quodam temporali signo conversionem orbicularem cœpisse, at cum ipso tempus quoque una substitisse dicenti, ipse tempus æternum introducit, et cœlum ingenitum. At Pater hic Gregorius: Estne tempus, inquit, in tempore, necne? hoc est an universum tempus tempore locum inter res creatas habuit, an vero una cum rerum universitate sine tempore substitit? Nam si tempore creatum est, inquit, universum non est, cum aliud tempus deprehendatur: cujus quidem intermedio temp us evasit tempus. Sin minus tempore carens tempus introducit. Quod si sit tempus sine tempore, vix aliud quidpiam tempori subjicietur. Quod si contra in tempore dicas, de illo rursus sic interrogabit quispiam, an illud quoque in tempore, an sine tempore sit.

Itaque Pater Gregorius plerisque omissis quæ de tempore frustra hic exponerentur, tantum de illo proposuit, quantum sibi ad quæstionem propositam sufficere visum est Quamvis enim dubia in utramque partem quæstio esse videatur, ea tamen non est, qua omnino dubia sit Nec enim si quid minus in temporis protensione fuerit, hoc jam sine tempore est. Cæterum tempus sine tempore non est, quod cum antea non esset, postea factum est quippe quod sol et luna dimetiantur, quæ solo Creatoris verbo simul et semel creata sunt.

Quibus dilemmatis et hoc accenset: Nunc ego mentior, ei simile quod de tempore præcedit. Hoc itaque dilemma: Nunc ego mentior, vera quidem dicit in iis quæ mentitur: mentitur autem in iis quæ vera dicere putes. Cæterum hac in quæstione proponenda Theologus hisce verbis utitur: Hujus dilemmatis: Nunc ego mentior, alteram partem concede, vel vera dicere tantum, vel mentiri. Non enim utramque concedemus. Quia enim putabat adversarius omnibus in quæstionibus veram esse negationem vel affirmationem, idcirco Pater ea illi obtrudit in quibus contraria concurrere videntur: nec fieri potest ut altera quidem propositio vera sit, altera vero falsa: sed et illa et hæc vera simul et falsa est. Ita porro se habet hoc dilemma: Nunc ego mentior. Ponamus quempiam ita dixisse: Ego nunc mentior, nec alio præcedente sermone intulisse, sed primum dixisse: Nunc ego mentior; dispiciamusque an locum hic habeat negativa propositio, an utique solum vera dixerit, an vero mentitus sit. Jam si dicas eum vera dixisse, consequitur quoque ut mentitus sit, ipse enim de seipso proponit. Quod si mentitum esse dicas, certe vera quoque dicere videtur. Eo enim ipso vera dicit, quod mentiri se fatetur; omninoque necesse est ut mendacium veritas et veritatem mendacium subsequatur: utramvis enim contradictionis partem concesseris, eadem opera alteram quoque assumpsisti. At mentitur, inquit, cum Mentior dixerit; hæc est affirmativa. Atqui nec mentitur, quamvis Mentior dixerit, hæc est negativa; unde concludit: Quid ergo mirum, si ut hoc in dilemmate contraria concurrunt, ita ut utraque propositio partim falsa partim vera deprehendatur, ita etiam in tua objectione ambæ propositiones, quibus ipsum *mentiri* dividitur.

Interrogasti an exsistentem Pater Filium, annon exsistentem genuerit? Ego autem tibi respondebo: Nec exsistentem genuit, nec non exsistentem. Tu vero, quia non exsistentem genuisse dixi, ne ita accipito, quasi exsistentem genuisse confessus sim. Utramque enim propositionis partem ut in præcedentibus dilemmatis veram esse contingit. Atqui Theologus hoc pacto quæstionis absurditatem dissolvit. Dici autem potest exsistentem Filium a Patre genitum esse; atque ita vicisse adversarium. Quod naturali sic probabo exemplo: sol radium gignit, et radius jubar. An ergo sol radium non exsistentem gignit, aut radius jubar? Quis autem quotquot unquam vixerunt hominum, solem sine radiis vidit? aut radium sine splendore? Itaque et generant, et exsistentia generant. Non enim divina se habent, ut corporea. Quia nos cum non essemus, postea nati sumus. At in rebus quæ quamvis corpore constent, divina tamen sunt secus se res habet. Quod si hæc ita se habeant, quanto magis incorporea, in quibus effectus a causis procedunt, iisque insunt et ad eas convertuntur?

CAP. LXX.

Epilogus totius Arianorum et Eunomianorum hæreseos.

Ea erat Eunomii et hæreseos ejus sectatorum successorumque sententia, ut Patrem primam et propriam essentiam; deinde Filium, qui ejus intermedio productus esset: postremo Spiritum sanctum eam quæ præcedentium neutri accenseretur. Quamvis autem Filium a Patris essentia sejungerent, tamen nunc eodem et communi honore Deum ipsum appellabant: nunc eodem nomine. Cæterum reprehensi ab orthodoxis, quod fieri non possit, ut Filius eodem et proprio nomine Deus appelletur, respondebant homonymorum non unum esse usum, sed etiam secundum, quo quidem homonyma diversi sunt generis et utraque propria: canesque terrestrem et marinum, qui homonymi sunt et proprie dicuntur. Nec enim alter proprie alter improprie canis, sed uterque proprie, id est, quod dicitur. Atque inde orsi, nihil obstare affirmabant, quominus et Pater et Filius eodem et proprio nomine Deus appelletur.

Cæterum illos magnus ille Pater Gregorius tanquam absona dicentes redarguit. Terrestris enim canis, inquit, et marinus pares sunt substantia, amboque ejusdem temporis et dignitatis participes efficiuntur. Nec est quod dicas hunc quidem magis esse substantiam, illum vero minus? neque hunc prius, illum posterius fuisse. Estque adeo in canum exemplo quasi quædam diversis in rebus

societas et communio (alius enim terrestris, alius marinus canis est), quæ tamen ejusdem dignitatis, substantiæ atque temporis exsistant. At in Filio et Patre non hoc inest. Patri enim alteram substantiam tribuitis, quem omni substantia majorem, nec tempori obnoxium, et ingenitum esse fatemini; Filio autem alteram, nimirum temporalem et a Patre diversam substantiam, quodque generatione substiterit, quemadmodum ea quæ sunt omnia. Itaque perspicuum est Filium a vobis Deum per homonymiam ut sentitis vocari, Patrique ὁμοούσιον καὶ ὅμοιον, hoc est, simili essentia præditum et similem (quemadmodum animal etiam vocatis, et quod vivit, et id quod pictum est) potius quam Deum: atque frustra canum, terrestris, inquam, et marini, homonymiam in medium profertis.

Itaque vestro repugnantes exemplo ipsi vos ipsos subvertitis, quia non unam nobiscum Divinitatem statuitis, sed in partes inæquales dissecatis, et perverse ab una continuaque homonymia (ea, inquam, cui par et æqualis dignitas et par tempus insunt) ad aliam homonymiam transitis, et in qua ex duabus substantiis, Pater quidem magis, Filius autem minus substantia sit. Certe pietus et vivus homo vobis ad Patris et Filii exprimendam divinitatem potior et accommodatior esset, quam ii quos in exemplum adduxistis canes. Quandoquidem, ut vel dogmatibus vestris constat, prior, quidem Pater posterior vero Filius fuit: quemadmodum prior quidem homo vivus, posterior autem ejus imago, atque ille quidem vere homo est, quia ei hominis definitio quadrat: hæc vero non proprie sed per homonymiam, seu nominis similitudinem: quippe cui sola forma coloribus impressa sit: nec tamen definitio quadret, ut prototypo seu primo exemplari. Si ergo exemplum vestrum vero dogmati accommodare vultis, quemadmodum in canibus homonyma parem dignitatem habere dicitis, ita etiam Patri et *Filio* una cum nobis communione parem quoque naturarum dignitatem tribuite.

Quod si recusatis, canes dissolvistis, a vobis eo consilio inventos ut inæqualitatis a vobis excogitatæ testes essent. Ipsos enim pari naturæ dignitate præditos et contemporaneos esse probatum est, vos autem eos qui omnino sunt pares, Patrem, inquam, et Filium, impares esse docetis.

Indices in Joelem exstant ad calcem tomi sequentis.

ORDO RERUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

ISIDORUS THESSALONICENSIS EPISCOPUS.

Notitia. 9
SERMONES. 14
SERMO PRIMUS. — In Nativitatem B. Mariæ Virginis.
Sermo II. — In Præsentationem B. V. Mariæ. 39
Sermo III. — In Annuntiationem ejusdem B. V. Mariæ. 71
Sermo IV. — In Dormitionem B. Mariæ Virginis. 118

NICETAS MARIONENSIS.

Hergenroetheri Monitum. 166
DIALOGI DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI. 170
Procemium. 170
Dialogus primus. 174
Dialogus secundus. 202
Dialogus tertius. 211
Dialogus quartus. 211
Dialogus quintus. 215
Dialogus sextus. 215

JOANNES CITRI.

RESPONSA CANONICA (memorantur tantum). 222

MARCUS PATRIARCHA ALEXANDRINUS.

QUÆSTIONES ET RESPONSA (memorantur). 222

JOEL CHONOGRAPHUS.

Notitia. 223
CHONOGRAPHIA COMPENDIARIA. 225

NICETAS CHONIATES.

Notitia. 287
Epistolæ nuncupatoriæ. 302
Fabroli Brevarium. 310

HISTORIA NICETÆ. 319
DE REBUS GESTIS MANUELIS COMNENI LIBRI SEPTEM. 378
Liber primus. 378
Liber II. 406
Liber III. 438
Liber IV. 466
Liber V. 491
Liber VI. 519
Liber VII. 547
IMPERIUM ALEXII COMNENI. 574
IMPERII ANDRONICI COMNENI LIBER I. 627
LIBER II EJUSDEM IMPERII. 674
IMPERIUM ISAACII ANGELI LIBRI III. 715
IMPERIUM ISAACII ANGELI UNA CUM ALEXIO FILIO. 930
IMPERIUM ALEXII DUCÆ COGNOMENTO MURZUFLI. 947
LIBER DE REBUS GESTIS POST URBEM CAPTAM. 967
NARRATIO DE STATUIS QUAS FRANCI DESTRUXERUNT POST CAPTAM URBEM. 1002
Chronologia Nicetæ. 1053
Glossarium Fabroti. 1063

NICETÆ THESAURUS ORTHODOXÆ FIDEI. 1087
Epistola nuncupatoria. 1087
Monitum card. Angelo Mai. 1091
Index librorum quibus constat thesaurus orthodoxæ fidei. 1094
LIBER PRIMUS. — *De philosophorum ethnicorum et Judæorum erroribus.* 1101
Procemium. 1101
Caput primum. — Mosaicæ Geneseos synopsis, ab Adamo ad Mosem. 1104
Cap. II. — Græcorum mysteriorum origo, philosophorumque sectæ. 1108
Cap. III. — Plato de trium rerum causis. 1116
Cap. IV. — Pythagoræ futilis nugatoris deliria. 1127
Cap. V. — Epicuri militarum placentarum helluonis fugæ. 1151

Cap. VI. — Moses philosophiæ certior. Principia rerum elementa. Ex quod elementorum primo productum. 1107
Cap. VII. — De ideis et cœlo. 1108
Cap. VIII. — De stellis. Sol et luna an planetæ? Planetarum ordo, motus et concentus. 1109
Cap. IX. — Judicii supremi tempus. Astrorum synodus diluvia. 1109
Cap. X. — De solis, lunæ terræque magnitudine et intervallo. 1110
Cap. XI. — De solis et lunæ eclipsi. 1110
Cap. XII. — De solis, lunæ astrorumque qualitatibus. 1111
Cap. XIII. — De solis et lunæ cursu, annique ratione. 1112
Cap. XIV. — Solis, lunæ et stellarum materia, ignis natura. 1112
Cap. XV. — De zodiaco, planetarumque domibus, et elevationibus. 1112
Cap. XVI. — De lunæ figuris decem. 1113
Cap. XVII. — De septem planetarum zonis et cursu cum explicatione Psalmi VIII. 1113
Cap. XVIII. — De quatuor tropicis sive solstitiis. 1113
Cap. XIX. — Signa, menses et προγνωστικά. 1114
Cap. XX. — De stellarum motu. Itemque de luna. 1115
Cap. XXI. — De vacuo. 1116
Cap. XXII. — Ecquod elementum productum. 1116
Cap. XXIII. — De cometis et fulgoribus illis qui διάττοντες ἀστέρες dicuntur. 1116
Cap. XXIV. — De pluvia nive, grandine, et quæ ex vapore fiunt. 1117
Cap. XXV. — De iride, halone, pareliis et virgulis. 1117
Cap. XXVI. — Christiana et philosophica terræ motus causa. 1117
Cap. XXVII. — De ventis. 1118
Cap. XXVIII. — De fulmine, turbine, tonitru, procella, etc. 1118
Cap. XXIX. — De corporum resurrectione, et animorum immortalitate. 1118
Cap. XXX. — De Judaismi auctoribus. 1119
Cap. XXXI. — Hæreseon et seditionum Judaicarum causa. 1119
Cap. XXXII. — Duodecim tribuum in duos ducatus sub Roboamo divisio. 1119
Cap. XXXIII. — Captivas Esdras Babylone in Samariam idololatris inhabitabilem mittitur. 1120
Cap. XXXIV. — Samaritanorum hæresis. 1120
Cap. XXXV. — In quibus Samaritanorum quatuor sectæ conveniant, in quibus non. 1120
Cap. XXXVI. — De Essenis in specie. 1121
Cap. XXXVII. — Judæorum in septem sectas divisio. 1122
Cap. XXXVIII. — De Saducæis. 1123
Cap. XXXIX. — De Scribis. 1123
Cap. XL. — De Pharisæis. 1123
Cap. XLI. — De Hemerobaptistis. 1124
Cap. XLII. — De Nazaræis. 1124
Cap. XLIII. — De Ersæis, et Elxai pseudopropheta, et ejus fratre Jezæo cum sororibus Martha et Marthana. 1124
Cap. XLIV. De Herodianis. 1124
Cap. XLV. — Libri primi Epilogus. 1125
LIBER II. — *De sancta Trinitate, angelis et hominibus.* 1125
Caput primum. — Quod divinitas trishypostata sit, hoc est tribus personis constet. 1125
Cap. II. — Cur Trinitatis mysterium ministerio Verbi potius quam hominis cujusdam innotuerit. 1127
Cap. III. — Incarnatio Christi certissimum divinæ erga nos prodidentiæ argumentum. 1127
Cap. IV. — Cum divinitas ineffabilis sit et incomprehensibilis, qui fit ut a Christo in Patrem, Filium et Spiritum dividatur? 1128
Cap. V. — Consentaneum fuisse, ut Dei Filius hominis quoque filius diceretur. Herique non potuisse ut vel ab homine humano, vel ab angelo servaretur. 1128
Cap. VI. — B. Dionysii Areopagitæ, ex cap. II, De unita et distincta theologia, de Patre, et Filio et Spiritu sancto. 1129
Cap. VII. — Magni Basilii ex epistola ad Gregorium fratrem, quæ de essentiæ et hypostaseos differentia inscribitur. 1130
Cap. VIII. — Magni Gregorii de Patre, et Filio et Spiritu sancto, distincta simul et conjuncta divinitatis ratio. 1131
Cap. IX. — Ejusdem, ex oratione De dogmate et statu episcoporum. 1132
Cap. X. — Ejusdem, ex oratione in Arianos et pro seipso. 1133
Cap. XI. — D. Maximi, de Patre et Filio, et Spiritu sancto, distincta simul et conjuncta divinitatis ratio 1134
Cap. XII. — Damasceni, ex oratione de Patre et Filio et Spiritu sancto, distincta simul et conjuncta divinitatis ratio. 1135
Cap. XIII. — De eadem re ex diversis Patribus. 1136
Cap. XIV. — Essentiæ, naturæ, generis, speciei et formæ; item hypostaseos, personæ, characteris et individui ἰδιοσυγκρισία. 1137
Cap. XV. — Naturæ et hypostaseos differentia ex Cyrillo, Dionysio Areopag. et Alexandrino, Gregor. Naz. et Theodoreto. 1137
Cap. XVI. — Item B. Dionysii Areopagitæ de Deo. 1140
Cap. XVII. — D. Maximi de Deo communiter. 1143
Cap. XVIII. — B. Gregorii theologi ex magna oratione Apologetica. 1144
Cap. XIX. — Chrysostomi, ex libro de eo quod comprehendi non potest. 1145
Cap. XX. — Catechetica quædam erotemata. 1147
Cap. XXI. — Theologica alia de Trinitate consideratio. 1148
Cap. XXII. — Demonstratio ex communibus notionibus, unum in Trinitate Deum esse. 1149
Cap. XXIII. — Adversus eos, qui nos in tres Deos credere dicunt. 1150
Cap. XXIV. — Demonstratio, qua Deum ex eo quod natura Filium habet, adoptione quoque filios habere, probatur. 1151
Cap. XXV. — De principio. 1152
Cap. XXVI. — De Patre. 1153
Cap. XXVII. — De Filio. 1155
Cap. XXVIII. — De Spiritu sancto et ejus charismatis. 1158
Cap. XXIX. — De divinis nominibus. 1160
Cap. XXX. — Trinitatis demonstratio a trutinæ æquilibrio, duplici alarum seraphicarum trinitate, Trisagio. 1161
Cap. XXXI. — Expositio fidei, quæ ex omnibus præcedentibus constat. 1164
Cap. XXXII. — Fides revelata S. Gregorio, tanquam ex Dei Genetricis et S. Joannis doctrina. 1168
Cap. XXXIII. — Iterum de sancta Trinitate. 1168
Cap. XXXIV. — Præcedentium anacephalæosis. Paternitatis, filiationis, processionis origo. 1171
Cap. XXXV. — Tertia pars confessionis fidei Joannis Damasceni de Spiritu sancto. 1173
Cap. XXXVI. — Reipsa et animo contemplari. Quomodo communes rerum omnium notiones dignoscantur? Qui *idem* a *simili* differat? Persona personæ quomodo insit 1174
Cap. XXXVII. — Ejusdem Damasceni: De iis quæ de de Deo dicuntur. 1176
Cap. XXXVIII. — Ejusdem: De divina conjunctione et discretione. 1177
Cap. XXXIX. — Ejusdem: De iis quæ corporaliter de Deo dicuntur. 1178
Cap. XL. — De angelis, altera libri hujus parte præcipua. 1179
Cap. XLI. — Hierarchiæ synopsis Angelos creaturas, non creatores esse, contra Sethianos. 1181
Cap. XLII. — De homine. Essentiæ divisio. Imaginis et similitudinis in Deo differentia. 1181
Cap. XLIII-XLIV. — Origenis deliramentum. Hominis partes et pristinæ qualitates, Spiritus et caro. 1182
Cap. XLV. — De anima, mente et rebus incorporeis. 1183
Cap. XLVI. — De corpore, elementis et humoribus. 1183
Cap. XLVII. — Homini quid cum inanimis, brutis et intelligentiæ capacibus commune sit. 1184
Cap. XLVIII. — Quæ corpori et animæ propria sint, quæ item utrique communia. 1184
Cap. XLIX. — Facultatum animæ divisio. 1184
Cap. L. — Plura de corpore et anima. De animæ immortalitate et natura, quatenus corpori jungatur. 1185
Cap. LI. — Item de anima Angelorum et animarum creationis ratio. 1185
Cap. LII. — Item de anima. Triplex animæ affectio, triplicem quoque hominem facit. 1185
Cap. LIII. — Græcorum philosophorum aliquot de animæ et corporis conjunctione sententiæ. 1186
Cap. LIV. — Misceri quæ dicantur, et quomodo anima corpori commisceatur. 1187
Cap. LV. — An anima sit passibilis. 1188
Cap. LVI. — Affectiones animæ ab ejus essentia fluxi, non contra. 1189
Cap. LVII. — Expositio dicti Mosaici Faciamus hominem ad imaginem, etc. 1190

Cap. XXIX. — Vicesima nona hæresis, Marcelli. Hi baptizantur. 1299
Cap. XXX. — Tricesima hæresis, Valentiorum. 1300
Cap. XXXI. — Tricesima prima hæresis, Origenis. Hi unguntur. 1301
Cap. XXXII. — Tricesima secunda hæresis, Pauli Samosateni. Hi unguntur. 1313
Cap. XXXIII. — Tricesima tertia hæresis, Manichæorum et Cubricorum. Qui baptizantur. 1315
Cap. XXXIV. — Tricesima quarta hæresis, Hieracitarum. Hi unguntur. 1323
Cap. XXXV. — Tricesima quinta hæresis, Collyridianorum. Hi unguntur. 1328
Cap. XXXVI. — Tricesima sexta hæresis, Massalianorum. Hi unguntur. 1329
Cap. XXXVII. — Tricesima septima hæresis, Cerinthianorum. 1339
Cap. XXXVIII. — Tricesima octava hæresis, Ecetarum. Hi unguntur. 1340
Cap. XXXIX. — Tricesima nona hæresis, Gnosimachorum. Hi unguntur. 1341
Cap. XL.—Quadragesima hæresis, Thnetopsychitarum, qui negant animarum immortalitatem. 1341
Cap. XLI. — Quadragesima prima hæresis, Christolytarum, qui Christi naturam destruunt. 1342
Cap. XLII. — Quadragesima secunda hæresis, Ethnophronum, hoc est eorum qui gentiles superstitiones amplexantur. 1343
Cap. XLIII. — Quadragesima tertia hæresis, Parermenentarum, qui perverse Scripturas interpretantur. 1356
Cap. XLIV. — Quadragesima quarta hæresis, Melitianorum. 1356
LIBER V. — *Adversus Arianos, Eunomianos*, etc. 1361
Caput primum. — De Arii genere, forma, vestitu, et sacerdotio. 1361
Cap. II. — Perversorum Arii dogmatum enumeratio. 1364
Cap. III. — De synodo Alexandrina centum episcoporum, in qua cum Ario quinque presbyteri, totidemque diaconi gradu ecclesiastico dejecti sunt. 1365
Cap. IV. — De Arianorum ducentorum episcoporum Nicomediensi contra orthodoxos Homousianos antisynodo. 1365
Cap. V. — De Nicæna trecentorum episcoporum, auspiciis Constantini Magni synodo coacta, controversisque de Paschæ festo dogmatis. 1366
Cap. VI. — Synodo Nicænæ quinam præfuerint, aut convocatorum vice interfuerint. 1366
Cap. VII. — De prima Nicænæ synodi sessione. Quanam causa convenerint. 1367
Cap. VIII. — De Arii excommunicatione, una cum libris ejus, imprimisque Thaliæ, seu Conviviii improbatione. 1368
Cap. IX. — De Nicomediensi Arianorum adversus Homousianos orthodoxos antisynodo, et insidiis in Eustathium Antiochenum episcopum structis. 1369
Cap. X. — Quam subdolis artibus Ariani hæresiarchæ sui reditum ab exsilio impetraverint, et de intendendis in Athanasium Alexandrinum archiepiscopum calumniis cogitaverint; quibus tandem sanctissimus via Hierosolymitanæ synodi decreto apud Treviros in Gallia exsultare jussus est. 1370
Cap. XI. — De Arii, Alexandrina communione pulsi, nec ad Constantinopolitanam, nisi vi, vix et præter orthodoxorum sententiam admissi, pudenda morte. 1371
Cap. XII. — De paralogistica Eusebii Nicomediensis episcopi ὁμοούσιον in ὁμοιούσιον mutatione, cui Constantius imperator et duodecim pluresque episcopi subscripserunt. 1373
Cap. XIII. — De Acacii ὁμοίου (cui viginti pluresque subscripserunt episcopi eique contrario Aetii ἀνόμοιον) unde Homœanorum et Anomœonorum appellationes deductæ. 1373
Cap. XIV. — De duabus duarum Ariminensis et Seleucianæ synodorum indicendarum causis: priore, ut controversia super Ariano dogmate componeretur; posteriore, ut trium episcoporum, Eustathii, Cyrilli, et Macedonii causæ discuterentur. Primumque de quatuordecim criminibus quibus Eustathius impetitus est. 1374
Cap. XV. — De Cyrilli Hierosolymorum episcopi, ab Acacio competitore in jus vocati, quamlibet contumacis, ad majus tribunal provocatione. 1374
Cap. XVI. — De Macedonii Constantinopolitani episcopi crimiuibus, et cæde tam Catholicorum quam Arianorum ob sacræ imperatoris Constantini capsæ translationem ipso in templo exorta. 1376
Cap. XVII. — De Ariminensi episcoporum quadragentis plurium synodo: confessioneque fidei ab Arianis apud Nicen Thraciæ conficto et pro vera Nicæna Bithyniæ supposita. 1376
Cap. XVIII. — De Seleuciana centum sexaginta episcoporum antisynodo, in qua Homœanorum ab Homœusianis et Anomœanis secta divisa est; Acaciusque Homœanorum dux et auctor in exsilium actus. 1377
Cap. XIX. — Constantius imperator, Actio Anomœanorum hæresiarcha in exsilium acto, Ariminensi fidei pro Nicæna suppositæ subscribens, Acacianorum Homœanorum hæresim amplexus est, 1378
Cap. XX. — Quinquaginta episcopi Acaciani seu Homœani, Anomœos undecim episcopos ob certa quædam crimina potius quam dogmata deposuerunt. 1378
Cap. XXI. — De nonnullis episcoporum mutatis sedibus e Meletiique ad orthodoxos defectione, prædicandæque homousiæ Trinitas constantis. 1379
Cap. XXII. — De Arianorum Homœanorum in Anomœanos et Exucontios, qui Christum ἐξ οὐκ ὄντων assererent, subita mutatione. 1380
Cap XXIII. — De exsulum episcoporum reditu, Alexandrinaque synodo et Nicænorum canonum confirmatione. 1380
Cap. XXIV. — De Luciferianorum ab Alexandrina synodo dissidentium hæresi, turbisque in Antiochena Ecclesia ohortis, et Meletii exsilio. 1381
Cap. XXV. — Iterum qui sub Valente ob religionem exsularunt sub Gratiano et Valentiniano Juniore revocati sunt. 1381
Cap. XXVI. — De Constantinopolitana synodo Theodosii Magni jussu coacta, omniumque maximis turbis Anthiochiæ a Meletii morte ob Flavianum ejus successorem exortis. 1382
Cap. XXVII. — Invectiva digressio Nicetæ in analphabetos sui temporis episcopos, quorum in primis opera Andronicus et Alexius Comneni in sacra templorum cimodia invaserunt: cujus sacrilegii Alexius Aurea Bulla pœnitere se protestatus est. 1385
Cap. XXVIII. — De Semianorum episcoporum hypocrisi, præcipuisque hæreseos eorum capitibus. 1386
Cap. XXIX. De Semiarianorum proceribus: falsaque dictionum ὁμοουσίου et ὁμοιουσίου interpretatione 1387
Cap. XXX. — De Aetianis et Anomœis, quibus. Eunomiani quoque accensentur: Aetii vita et moribus: Stephani et Onagri tendiculis in episcopos aliquot orthodoxos Leontio evirato: antiphonarum ecclesiasticarum origine 1389.
Cap. XXXI. — Iterum de Aetii et Eunomii vita et moribus pauca. 1390
Cap. XXXII. — De blasphemis Aetii hæresibus, quarum nomine Ἄθεος hoc est impius, dicitur. 1391
Cap. XXXIII. — De Aetianorum in Eunomianos mutatione, atque Eunomii hæresibus et exsilio. 1392
Cap. XXXIV. — De Arianorum in orthodoxos sævitia, quorum octoginta supplicatum missos Valentis imperatoris jussu cum navigio succenderunt. 1393
Cap. XXXV. — Laus Placillæ imperatricis quæ Theodosium Magnum conjugem suum ab Eunomii Ariani colloquio revocavit. 1393
Cap. XXXVI. — De privatis Theophronii Cappadocis et Eutychii Constantinopolitani discipulorum Eunomii, hæresibus 1394
Cap. XXXVII. — Quid Eunomius ad præceptoris Aetii hæreses addiderit. Mirus ejusdem anabaptismus. 1394
Cap. XXXVIII. — Apollinarii, Basilii, Gregorii et Eunomii scriptorum inter se collatio ex Philostorgio Ariano. 1395
Cap. XXXIX. — Aetii opusculum de genito et ingenito, triginta sex paralogismis hypotheticis constans, ex sancti Epiphanii scriptis. 1396
Cap. XL. — Ejusdem Nicetæ Choniatæ in præcedentia Epilogus, atque Præfatio in eam quam adversus Arium, Aetium et Eunomium parat confutationem. 1400
Cap. XLI. — Capitibus hæreseon Arii, Aetii et Eunomii expositis, jam ad seriam eorumdem confutationem aggreditur. 1401
Cap. XLII. — Eunomiani dilemmatis confutatio, qua Filium Patri coæternum esse ex Nazianzeno et cæteris catholicis probat. 1403
Cap. XLIII. — De Deo et materia. Deum nec definiri, nec comprehendi posse. 1405
Cap. XLIV. — Ingenitum esse Deum, quamvis unigenitum genuerit. Filium autem ingenitum non esse, quamvis ejusdem cum Patre substantiæ sit. 1405
Cap. XLV. — Alia Eunomii objectio. Patrem nomen esse quo essentia vel actio significetur. 1406
Cap. XLVI. — Ipsa ex actione ὁμοούσιον elumere 48

hoc est, simul atque Pater fuit, genitum ei Filium esse 1408
Cap. XLVII. — Alia Eunomii sophistica objectio adversus Patris et Filii consubstantialitem. 1409
Cap. XLVIII. — Erroris Eunomii origo, altius repetita ex Aristotele : nimirum ab eo quod cum loci adjectione et simpliciter dicitur. 1411
Cap. XLIX. — Captiosæ argumentationis ab eo ductæ quod cum loci adjectione et simpliciter dicitur explanatio, una cum variis sortitæ modis. 1412
Cap. L. — Quot modis dictio *idem* accipiatur ex Aristotele, unde patet identitatem non citra discrimen passim usurpandam esse. 1414
Cap. LI. — Patri et Filio eamdem et incommutabilem essentiam esse, diversa vero essentiæ adjacentia, ex B. Nazianzeno. 1415
Cap. LII. — Quæ differentia sit inter Deum et ingenitum. Oppositorum generibus quatuor propositis, ingenitum genito privative opponi. 1416
Cap. LIII. — Plura ejusdem Choniatæ adversus hoc Anomœorum problema : « Fuit tempus quo non fuit Pater. » 1417
Cap. LIV. — Sanctorum Patrum assertiones adversus Eunomii hæresim, qua Deum Patrem non semper fuisse blasphemat. 1418
Cap. LV. — Magni Athanasii adversus hoc : Non semper fuit Filius. 1420
Cap. LVI. — Magni Basilii, quod Filius neque creatura, neque figmentum fuit. 1423
Cap. LVII. — Magni Athanasii adversus eos qui ἐννοίαν introducunt. 1426
Cap. LVIII. — Magni Gregorii Theologi ex oratione de incomprehensibili Filii et Dei generatione 1428
Cap. LIX. Unam Dei essentiam, naturam et appellationem esse, S. Gregorii Theologi adversus eos qui dicunt homonymum Deum Filium Dei Verbum. Ex prima oratione de Filio. 1429
Cap. LX. — Filium vere Deum esse, ex eadem B. Gregorii Theologi oratione. 1430
Cap. LXI. — Explicatio hujus Scripturæ loci : *Quemadmodum Pater vitam habet in seipso, ita dedit*, etc. Theologi ex secunda de Filio oratione. 1432
Cap. LXII. — Magni Gregorii Theologi : De Filii a Patre missione. 1433
Cap. LXIII. — Ex eadem B. Gregorii oratione, hujus Scripturæ loci : *Erit Deus omnia in omnibus*, explicatio. 1435
Cap. LXIV. — De eo quod possit non Filius a seipso facere quidquam. Ex eadem B. Gregorii oratione. 1435
Cap. LXV. — In illud : *Descendi et cœlo, non ut faciam voluntatem meam* ; ex eadem B. Gregorii oratione. 1437
Cap. LXVI. — Ex eadem B. Nazianzeni oratione, *in illud : Ut cognoscant te solum verum Deum.* 1438
Cap. LXVII. — In illud : *Semper vivens ad interpellandum pro nobis*, ex eadem oratione. 1439
Cap. LXVIII. — Ex S. Cyrilli scriptis de progressu seu incremento Christi. 1439
Cap. LXIX. — Et hæc superioribus in Anomœorum confutationem adnectenda sunt : An Filium Pater existentem necne genuerit. 1440
Cap. LXX, — Epilogus totius Arianorum et Eunomianorum hæreseos. 1442

FINIS TOMI CENTESIMI TRICESIMI NONI.

Sancti-Amandi (Cher). — Ex typis DESTENAY.


P4
V.159
DOES NOT CIRCULATE
Stanford University Library
Stanford, California
In order that others may use this book, please return it as soon as possible, but not later than the date due.